[1] Il Regesto Vaticano omette l'intestazione *Honorius episcopus Servus Servorum Dei* e le parole che seguono *Dilectis filiis*. Del resto l'intestazione *Honorius episcopus* ecc. è sempre tralasciata nel Reg. Vat. — [2] Reg. Vat. legge *speculo:* ma sotto la *o* avvi un'abrasione, e forse da principio leggevasi *specula,* che poi è stato male corretto. — [3] Reg. Vat. *ecclesiis* senza *i* lunga. Nell'originale dove occorrono due *ii* la seconda è sempre lunga, e spesso anche la *i* in fine delle parole. Notiamo qui una volta per sempre che il Reg. Vat. adopera raramente la *i* lunga. Le due lezioni diversificano ancora spesso per l'uso delle lettere maiuscole e dei segni d'interpunzione. — [4] Reg. Vat. *comodum.* — [5] Reg. Vat. *adibere.* — [6] Reg. Vat. *bone.* — [7] Le parole tra parentesi non potendosi leggere nell'originale si sono supplite col Cod. Vat. — [8] Reg. Vat. *Augustj.* — [9] Reg. Vat. *observetur.* — [10] Dopo la parola *possessiones* il Regesto Vaticano pone *et cetera* e le parole seguenti tra parentesi sono ivi tralasciate. — [11] Reg. Vat. *altaris integrum.*


sancti Iohannis ad fontes. et oblationes ipsius altaris vel ecclesie in integrum cum omnibus oratorijs que in incircuitu [12] eius sunt. Domos quas habetis in lardario cum Basilica Ulpia ex dono felicis memorie predecessoris nostri LUCIJ pp. Ecclesiam sancti Iohannis ante portam latinam cum capellis suis. videlicet sancti Stephani in capite Africe. sancti Laurentij iuxta porticum beąti Petri. sancti Anastasij cum Castro novalie. sancte Lucie in Columpna et cum omnibus ad predictam ecclesiam sancti Iohannis ante portam latinam pertinentibus. [13] tam intra Urbem quam extra Urbem. nec non hospitale cum ecclesia sancti Nicolai iuxta portam sancti Iohannis cum omnibus suis pertinentijs. Ecclesiam sancte Marie de Spazzellaria cum pertinentijs suis. Ex dono etiam beate memorie predecessoris nostrj ANASTASIJ pp. Ecclesiam sancti Gregorij in Martio cum palatio in quo ipsa sita est. et cum omnibus ad eandem pertinentibus. nec non et Molendinum in capite laci cum terra vestra quam vobis restituit. Ecclesiam sancti Bartholomei et sancti Danielis cum earum pertinentijs. Castrum Perlate cum ecclesijs sancte Lucie. sancti Petrj. sancti Simeonis. et sancti Pancratij cum omnibus earum pertinentijs. Quicquid habetis in Castro Montis flasconis intus et foris. Molendinum de Rege. Ecclesiam sancte Marie in Colle Scipij cum omnibus suis pertinentijs. Ecclesiam sancti Iohannis in Paterno cum omnibus suis pertinentijs. Ecclesiam sancti Thome in Civitate Interapnensi et [14] omnibus pertinentijs suis. In Ducatu Spoletano Ecclesiam sancte Marie de Cillano cum omnibus ecclesijs et possessionibus suis. Hospitale sancti Iohannis de Tatareñ cum omnibus possessionibus suis. Quartam partem de Octo Castellis scilicet Porregia. Grumulj. Ballacula. Labru. Morru. Mellici. Cucurone. Moiu. [15] et Octavam parte [16] de alijs Quatuor Castellis. [forca. Milone. Planet̃. Cruce] [17] et Turri cum ecclesijs et pertinentijs eorundem. Castrum Vallis Montonis cum omnibus ecclesijs intus et foris. et cum omnibus ad ipsum Castrum pertinentibus. Castrum Metellanici cum ecclesijs et omnibus ad ipsum pertinentibus. Castrum Carpineti cum ecclesijs et omnibus ad ipsum pertinentibus. Castrum solferate cum omnibus suis pertinentijs. In Episcopatu [18] [Ameliensi Ecclesiam sancte Romane iuxta civitatem ipsam. ecclesiam sancti Pauli] infra muros Civitatis eiusdem cum omnibus earum pertinentijs. Suburbium insuper quod est circa Constantinianam Basilicam in Stabello iuxta sacrum Palatium cum domibus quas ibi habetis. Domum et vineam quas emistis a Theodora filia Raynonis. [19] In Campo Lateranensi domos quas habetis ibidem iuxta formam Claudiam. In pristino. In Cancello et via maiorj. Domos quas habetis et terram in Castello novo. Ea que habetis in circuitu vestre ecclesie. terras videlicet et ortos cum olivis et diversi generis arboribus. A vineali sancti Nicolai per decenniam usque in terram sancti Thome. Turrim vestram cum fundo et cum vineis in loco qui dicitur ad quartum. fundum Tabernule. fundum Campi Vatalj. [20] fundum et ecclesiam sancte Lucie in Renati cum vineis et omnibus pertinentijs suis. fundum favaroli. Fundum Marañ. cum prato et Turrj. Vineas quas habetis in monte honorij. Vineas in Circo veterj. Vineas et molendinum in Valle sub Granario vestro. Ecclesiam sancti Andree in Silice cum omnibus suis pertinentijs sicut in concessionis eiusdem predecessoris nostri INNOCENTIJ privilegio continetur. Ecclesiam sancte Marie infrascata sitam in fundo Olivañ cum Castro et terra que ibi habetis. Apud Osam Casale iuxta sanctam Dignam et Meritam. Quatuor filos Salinarum in Pedica vetula. Illud vero quod a memoratis predecessoribus nostri ALEXANDRO secundo et ANASTASIO statutum est maxime observarj precipimus. videlicet ut vasa seu vestes altaris. et cuncta sacrj ministerij ornamenta non tangantur. vel proferantur seu reponantur. aut etiam qualescumque oblationes desuper altarj a non sacratis [21] deo ministris


[12] Così legge l'originale e il Reg. Vat. — [13] Reg. Vat. *pertinentibus et tam* ecc. Ma evidentemente *et* fu scritto per errore, perchè appare abraso. — [14] Reg. Vat. *Iterapnensi cum*. — [15] Reg. Vat. pone la parola *Ballacula* dopo *Moiu*. Forse per questo è indicata al margine. — [16] Reg. Vat. scrive correttamente *partem*. — [17] Le parole tra parentesi non potendosi leggere nell'originale si sono supplite col Cod. Vat. — [18] Le parole tra parentesi, essendo nell'originale consunte, si sono supplite col Cod. Vat. — [19] Reg. Vat. *Rainonis*. — [20] Reg. Vat. *Vitali*. — [21] Reg. Vat. *sacris*.

tollantur. Porro celebrantibus ibidem episcopis sacra missarum sollempnia [22] cum clericalibus tunicis presentes sitis. cantum imponatis. et ex vobis presbyterum. diaconum. et Subdiaconum atque Acolitum semper providere curetis. et minus quatuor fratribus assistentibus missa in eadem ecclesia etiam diebus privatis minime celebretur. Diebus vero dominicis et in sanctorum festivitatibus quantuscumque fuerit plenarius vester adsit Conventus. adicientes ad hec decreto eorum predecessorum nostrorum ut eadem ecclesia tamquam principalis mater et domina omnino libera sit, et nullj penitus nisi soli Romano pontifici sit subiecta. Atque ijdem episcopi salubrj providentia veluti cooperatores et vicarij nostrj ipsius venerabilis sacrosancte basilice utilitatem et honestatem attente provideant. Ut autem in eadem basilica regularis ordinis et discipline vigor inviolabiliter auxiliante deo custodiatur et servetur. unumquemque predictorum Cardinalium episcoporum quj ad dominici altaris sunt servitium deputati semel in ebdomada de observantia regule cum fratribus Capitulum tenere; et siquid grave corrigendum fuerit. cum communj consilio Prioris et fratrum per ipsos vice nostra emendarj statuimus. Sancimus preterea et auctoritate apostolica indulgemus. ut quotiens aliquj peregrinorum in parrochia vestra sine testamento decedunt. eorum bona sine alicuius contradictione vel impedimento nisi heredem vel heredes habuerint, ad quos debeant de iure devolvj. iamdicte ecclesie vestre proveniant. nec alicuj abscondere vel alienare eorumdem bona aliqua assit facultas. Obeunte vero te nunc eiusdem sacrosancte basilice priore vel tuorum quolibet successorum. nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur. sed fratres in aliqua persona de vestro collegio si idonea reperta fuerit vel de alio religioso Conventu prius conveniant; et postmodum cum consilio. deliberatione; et iudicio Romani Pontificis eligant; electus autem et confirmatus nullj nisi tantum Romano Pontifici de obedientia vel subiectione aliqua teneatur. Precipimus quoque presenti decreto ut nullus omnino in priorem et canonicos eiusdem ecclesie ubicumque morantes suspensionis. vel excommunicationis sententiam promulgare; vel eos ad sinodum vocare presumat. sed neque clericos vel laicos oblatos in suis ecclesijs permanentes. Quod si quisquam in eos huiusmodi sententias promulgaret. illas decernimus irritas et inanes. Liceat preterea vobis clericos e seculo vel laicos fugientes liberos et absolutos undecumque fuerint nisi excommunicati vel interdicti sint absque alicuius contradictione ad conversionem suscipere et qui suscepti fuerint cum communi consilio prioris et fratrum, nullj de obedientia. teneatur. nisi Romano pontifici et priori eiusdem ecclesie. Prohibemus autem ut nulli fratrum post factam in eadem basilica professionem sine prioris suj licentia fas sit de claustro discedere. discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Decernimus ergo [23] [ut nullj omnino hominum liceat prefatam sacrosanctam basilicam temere perturbare aut eius possessiones auferre. et ablatas retinere. minuere. seu quibuslibet vexationibus perturbare. sed illibata omnia atque integra conserventur eorum pro quorum gubernatione. et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis] profutura. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis et confirmationis [24] [paginam sciens contra eam temere venire temptaverit secundo tertiove commonita. nisi presumptionem suam digna satisfactione correxerit. potestatis honorisque sui dignitate careat. reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et dominj redemptoris nostrj ihesu xp̄i aliena fiat. atque in extremo examine districte] ultionj subiaceat. Cunctis autem [25] [eidem loco sua

[22] Regesto Vaticano *sollepnia*. — [23] Il Reg. Vat. dopo la parola *ergo* pone *et cetera* lasciando le parole tra parentesi. — [24] Il Regesto Vaticano dopo la parola *confirmationis* pone *et cetera* lasciando le parole tra parentesi. — [25] Il Regesto Vaticano dopo la parola *autem* pone *et cetera* lasciando le parole tra parentesi. — Il Reg. Vat. dopo il primo *amen* chiude col *dat. Laterani* ecc. omettendo le firme del Pontefice e dei Cardinali, fra i quali avvi quella di Ugolino Vescovo di Ostia e Velletri che fu poi papa Gregorio IX. Osservando queste firme nel *fac-simile* dell'originale, si nota come ciascun Cardinale premetta alla propria sottoscrizione una † la quale ha qualche segno caratteristico che la distingue da quella degli altri, e come ben distinti siano pure i tre ordini della Gerarchia Cardinalizia, disposti in tre colonne, e nel mezzo, superiore a tutti, si legge il nome del Pontefice col *subscripsi*, e a destra la solita croce con intorno la sentenza della quale fece uso Onorio III « *perfice gressus meos in semitis tuis* » e a sinistra il monogramma col saluto *Benevalete*. In fine sotto il *datum* avvi il sigillo in piombo di Onorio III.

iura servantibus sit pax dominj nostrj ihesu xp̄i. quatinus et hic fructum bone actionis percipiant. et apud districtum iudicem premia eterne] pacis inveniant. AMEN. AMEN. AMEN.





Ego Honorius catholice ecclesie episcopus ss.

† Ego Cinthius tt. sci. Laurentii in lucina pbr. Card. ss.
† Ego leo tt. sce. crucis in iherusallem pbr. Card. ss.
† Ego Robertus tt. sci. Stephani in Celio monte pbr. Cardinal. ss.
† Ego Stephanus basilice duodecim Apostolorum pbr. Card. ss.
† Ego Gregorius tt. sce. Anastasie pbr. Card. ss.
† Ego Petrus tt. Sci. Laurentii in Damaso Pbr. Card. ss.

† Ego Nicholaus Tusculanus eps. ss.
† Ego Guido prenestinus eps. ss.
† Ego Hug. Ostiensis et Velletrensis Eps. ss.
† Ego Pelagius Albanensis Eps. ss.

† Ego Guido sci. Nycolai in carcere tulliano Diaconus Cardinalis ss.
† Ego Octavianus Scōr. Sergii et bachi diaconus Cardinalis ss.
† Ego Iohannes Scōr. Cosme et Damiani Diac. Card. ss.
† Ego Gregorius scj. Theodorj diac. Cardinalis ss.
† Ego Romanus Sci. Angeli diaconus Cardinalis ss.

Dat. Laterani per manum Ranerij prioris sancti fridianj lucani sancte Romane ecclesie Vicecancellarij IIIJ. Idus Novembris Indictione V. Incarnationis dominice Anno M. CC XVI. Pontificatus vero doñj HONORIJ PP. III Anno Primo.



NOTE ILLUSTRATIVE

La Bolla d' Onorio III al Capitolo Lateranense, chė abbiamo di sopra riferito per mostrare la conformità degli archetipi del Regesto Vaticano coi loro originali, è uno de' più insigni monumenti onde il suddetto Capitolo fu decorato dalla pietà e sapienza de' Romani Pontefici. Gregorio IX e Innocenzo IV la confermarono quasi a parola [1]. Ed acciò gli studiosi abbiano agio di fare da per sè stessi i riscontri critici e paleografici, ne diamo più sotto il *fac-simile* sia dell'originale, che della copia che se ne ha nel Codice Vaticano. Intanto crediamo non inutile di chiarire alcuni passi di questo importante documento.

Ecclesiam sancti Iohannis ad fontes. È il Battistero attiguo alla Basilica, che fu pure chiamato coi nomi di s. Giovanni *ad vestes* e *ad fontes,* per significare le vesti albe che indossavano i neofiti e le acque ove quelli venivano immersi per il battesimo [2]. Onorio III conferma pure alla Basilica gli oratorî circostanti a s. Giovanni *ad fontes:* « cum omnibus oratoriis que in circuitu eius sunt. » Erano questi oratorî le chiese di s. Giovanni Evangelista, di s. Croce, di s. Venanzio e delle sante Rufina e Seconda, come bene apparisce dalla bolla di Anastasio IV del 19 maggio 1153: « Ecclesiam « s. Iohannis ad fontes et oblationem ipsius altaris vel ecclesiae in integrum, nec non ecclesiam sancti « Iohannis Evangeliste. ecclesiam sancte crucis. ecclesiam s. Venantii. ecclesiam sanctarum Rufine « et Secunde cum omnibus ad se pertinentibus [3]. » La stessa conferma fu fatta da Adriano IV con bolla del 19 aprile 1155 [4]. Ma già molto prima Leone IX nel 1050 scriveva al capitolo della Basilica Lateranense: « Confirmamus vobis fontes cum oratoriis quatuor, sancti Iohannis Baptiste et sancte « Crucis atque sancti Iohannis evangeliste simulque ecclesiam sancti Venantii cum duabus porticibus « in quibus sunt oratoria sanctarum virginum Lucie et Barbare [5]. »

Domos quas habetis in lardario cum Basilica Ulpia. Erano fondi situati nei dintorni della Basilica Lateranense. In quanto al *lardario* o *lardaro,* che altro non dovea essere se non il magazzino delle grascie, chiamato anche *cellarium,* ne abbiamo memoria nell'inventario dei beni che possedeva la basilica, fatto da Nicolò Frangipane canonico lateranense sotto il pontificato di Bonifacio VIII: « Item habet nostra ecclesia ortos decendii manuales, quibus ab uno latere granarium ecclesie cum « quadam vinea, a secundo latere est via per quam itur a lardario ad portam Metronii, a tertio muri « Urbis [6]. » Chi considera che *Decendio* o *Decennia* era la contrada posta in Roma nella regione seconda, tra il Laterano e porta Metronia [7], e pone mente ai confini degli *ortos decendii* accennati dal Frangipane, dovrà convenire che il *Lardario* dovea esistere a non molta distanza del palazzo Laterano. Da un altro inventario poi dell'anno 1242 risulta che il *lardario* era un fondo urbano appartenente alla chiesa lateranense [8]. Nei dintorni stessi era situata la *Basilica Ulpia,* di cui parla Onorio. Oltre che si può questo dedurre dal modo come il Papa si esprime: « Domos quas habetis in

[1] La bolla di Gregorio IX fu più volte stampata. — *Bull. Lateranense;* Crescimbeni, *Chiesa di s. Giovanni a Porta Latina,* p. 251.

[2] Rasponi, *De basilica et patriarchio Lateranensi,* Romae, 1656, p. 208-240; Armellini, *Le chiese di Roma dalla loro origine sino al secolo XVI.* Roma, 1887, p. 271.

[3] Crescimbeni, *op. cit.,* p. 248; Arch. Basil. Later., Q. I. A. I. (originale).

[4] Arch. Basil. Later., cod. A. 31, fol. 10.

[5] Jaffè, *Reg. Rom. Pontificum.* Lipsiae, 1886, p. 547, n. 4520; cf. Rasponi, *op. cit.,* p. 214.

[6] Arch. Basil. Later., mss. I, fol. 20.

[7] Tomassetti, *La via latina nel medio evo.* Roma, 1887, p. 14-16.

[8] Arch. Basil. Later., Q. 8. B. 33.

« lardario cum Basilica Ulpia; » ne siamo poi chiaramente assicurati dalla bolla di Benedetto IX del 1037 diretta al cardinale Pietro vescovo di Silva Candida, dove si legge: « Itemque concedimus « et confirmamus vobis vestrisque successoribus in perpetuum ecclesiam sanctarum martirum Rufine et « Secunde positam iuxta palatium nostrum et locum qui vocatur cellarium sive lardarium in int(egrum) « cum diversis criptis, parietinis, edificiis... iuxta nostrum palatium quod scuta dicitur et inde post « Vestarium recte ad supradictam (?) vestram Basilicam Ulpiam [9]. » Sicchè l'opinione del Jordan [10], che oltre alla *Basilica Ulpia* annessa al *Forum Trajani* ve ne fosse un' altra con questo nome nelle vicinanze del palazzo Laterano è un fatto da non potersi mettere in dubbio; come è altresì un fatto chiarissimo che nel 1037 fosse compresa tra i beni che appartenevano al cardinal vescovo di Silva Candida. Circa poi al tempo in cui questa *Basilica Ulpia* venne in proprietà del capitolo lateranense, ci dice Onorio III che ciò fu « ex dono felicis memorie predecessoris nostri Lucii pape: » il che vuol dire che sarebbe avvenuto tra il 1144 e il 1145, portando io avviso che fosse Lucio II che regnò appunto in questi anni. Sembra però che quest'atto di Lucio non fosse una donazione propriamente detta, ma una conferma; mentre nella suaccennata lettera di Leone IX dell'anno 1050, dopo essersi detto che questi concedeva alla basilica « fontes cum oratoriis quatuor sancti Iohannis Baptiste et sancte Crucis « atque sancti Iohannis evangeliste simulque ecclesiam sancti Venantii cum duobus porticibus in quibus « sunt oratoria duo sanctarum Virginum Lucie et Barbare: » si aggiunge: « paradisum quoque atque « crismarium, itemque et caminatas duas que site sunt iuxta absidem eiusdem Basilice Salvatoris, ac « terra in qua sunt Columnas marmoreas atque Crypte in integrum, qui vocatur Lardario, itemque et « palatium qui vocatur basilica Vlpia... confirmamus ecclesiam Sancte Rufine et Secunde... a primo « latere decennias, a secundo latere muro civitatis turre que dicitur Saracena, a tertio latere palatium « quod vocatur vestiario et recto extenditur per parietem usque in caminata in qua sunt necessaria et « hospitalia quas retinent episcopi et quarto latere prenominata basilica Salvatoris... Itemque in in- « tegrum portam nostram que nominatur sancti Iohannis cum omni datione et redditu... confirmamus « vobis domum unam presbiteri Petri qui ponitur in Scabello (leg. *Stabello*) ante oleario dominico [11]. » La basilica Ulpia viene pure nominata nel catalogo delle chiese soggette alla basilica di s. Giovanni fatto l'anno 1485 dal notaro Giovanni Büchler con queste parole: « Ecclesia seu basilica Ulpia cum « omnibus iuribus suis [12]. »

ECCLESIAM SANCTI IOHANNIS ANTE PORTAM LATINAM CUM CAPELLIS ecc. Fu unita alla basilica lateranense da Lucio II, come si legge nella di lui bolla del 31 gennaio 1145 [13].

SANCTI STEPHANI IN CAPITE AFRICE. Questa e le altre chiese di s. Lorenzo in Portico, di s. Anastasio e di s. Lucia in Columpna, delle quali parlasi in appresso, pervennero alla chiesa lateranense coll'unione di s. Giovanni a Porta Latina. S. Stefano *in Capite Africe* esiste sul monte Celio, ma distinta da s. Stefano Rotondo, con la quale è stata da alcuni scrittori confusa. Nel 1214 la chiesa di s. Clemente fece causa contro l'arciprete e canonici di s. Giovanni a Porta Latina circa la giurisdizione sulla chiesa di s. Stefano *in Capite Africe;* ma Onorio III, mentre era cardinale, sentenziò a favore di s. Giovanni a Porta Latina, e poi, salito al pontificato, confermò la sentenza con breve del 9 novembre 1217 [14].

SANCTI LAURENTII IUXTA PORTICUM BEATI PETRI. È la chiesa di s. Lorenzo in Borgo, chiamata *iuxta porticum beati Petri* perchè situata presso l'antico *portico* o *portica* che si estendeva da s. Pietro a Castel s. Angelo. Venne anche detta *ad pisces,* e anche *degli Armellini* per essere stata restaurata

9 *Reg. Vat. di Gregorio IX,* lib. 10, fol. 248, n. 7; MARINI, *Papiri Diplomatici,* n. XLVIII, p. 83.

10 JORDAN, *Topographie der Stadt Rom im Alterthum.* Berlin, 1871, p. 468.

11 ARCH. BASIL. LATER., mss. I, p. 56; BIBL. VAT. cod. lat. 8034; JAFFÈ, *Regesta Rom. Pontificum,* an. 1885, p. 547, n. 4320.

12 ARCH. BASIL. LATER., cod. 71, fol. 151.

13 CRESCIMBENI, *op. c.,* p. 246; ARCH. BASIL. LATER., cod. A. 31, fol. 6; JAFFÈ, *Reg. Pont. Rom.* Lipsiae, 1886, tom. II, p. 19.

14 *Reg. Honor. III,* vol. I, p. 147, n. 869; CRESCIMBENI, *l. c.,* p. 189 e segg.

sul principio del secolo XVI dal cardinale Francesco Armellini [15]. Il Frangipani canonico lateranense nel suo inventario dei beni della Basilica così la descrive: « Item habet dicta ecclesia s. Iohannis in « civitate Leoniana iuxta porticum Basilice Principis Apostolorum ecclesiam sancti Laurentii in Piscibus « ad eandem ecclesiam s. Iohannis pleno iure spectantem, cuius ecclesie sancti Laurentii hii sunt fines, « ab uno latere sunt domus Basilice predicte, ab alio tenet hospitale Sancti Spiritus in Saxia, ab « aliis duobus lateribus sunt vie publice, et cappellanus qui pro tempore ibidem fuerit tenetur obe- « dientiam et reverentiam canonicam archipresbytero ipsius ecclesie s. Iohannis perpetuo exhibere et « annuatim in festo s. Marchi solvere sol. provisin. VIII aut eodem festo Archipresbytero predicto « cum VII sociis procurare [16]. »

SANCTI ANASTASII CUM CASTRO NOVALIE. Non ostante tutte le ricerche fatte per avere notizie intorno a questa chiesa e al *castrum Novalie* non ci è stato possibile di venirne in chiaro, come non fu possibile due secoli fa al Crescimbeni [17].

SANCTE LUCIE IN COLUMPNA. Il Crescimbeni fu d'avviso che questa chiesa sia la stessa che quella chiamata *s. Lucia de Confinio,* la quale per disposizione di Leone X prese il nome di *s. Maria Maddalena* ed era unita al monastero detto *delle convertite* vicino a s. Silvestro in Capite [18].

HOSPITALE CUM ECCLESIA SANCTI NICOLAI IUXTA PORTAM SANCTI IOHANNIS. Antichissimo era quest'ospedale esistente fra il palazzo e la porta lateranense nella villa oggi Volchoscki. Secondo il Terribilini rimontava all'ottavo secolo. Fu restaurato da Pasquale II, e Onorio II lo prendeva sotto l'apostolica protezione confermandone i beni con la seguente bolla del 7 maggio 1128 [19]:

Honorius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Sabe et Silvio custodibus venerabilis Ptochii quod iuxta palatium Lateranense situm est salutem et apostolicam benedictionem. Iustis votis assensum prebere iustisque petitionibus aures accomodare nos convenit. Qui licet indigni iustitie custodes atque precones in excelsa apostolorum principum Petri et Pauli specula positi domino disponente conspicimur. Eapropter dilecti in Xpo. filii Saba. et Silvi. rationabilibus vestris precibus annuentes. ad instar domni predecessoris nostri felicis memorie pape Paschalis hospitalem domum iuxta nostrum Lateranense [20] palatium sitam tempore eiusdem domini pape Paschalis in usus pauperum restitutam presentis decreti pagina communimus. Statuimus enim ut domus eadem cum omnibus ad ipsam in presentiarum iuste ac legitime pertinentibus in perpetua per dei gratiam libertate permaneat. nec ullius viventis preter nostram. aut successorum nostrorum potestati iurive subiaceat. Confirmamus etiam eidem Ptochio cappellam sancte marie de oblationario ad sepulturam peregrinorum et totam adiacentem terram cum horto et oliveto suo. a silice subtus palatio usque ad viam que ducit ad sanctam crucem. a superiori bivio usque ad muros civitatis. et hortum inter hospitalem et muros civitatis. et terram supra ipsam domum hospitalis ab una parte usque ad murum longum. et ab alia usque ad viam publicam. Et de eadem terra infra murum longum quinque passus in longitudine et quatuor in latitudine continentur in domo Benincase a retro. tres etiam turres proximas de muro civitatis. Petiam unam vinee iuxta portam sancti Iohannis. Petias tres in monte portatorio. Quinque petias in Calcatori. Apud portam metrovi unam petiam. Apud portam Latinam unam petiam. In Monte cuppuli unam petiam. Insuper in loco qui vocatur Spanorum duas pedicas terre sementaricie. A primo latere est rivus siccus. a secundo latere terra sancti Clementis. A tertio latere terra sancte Marie de Palladio. A quarto latere sancti Pauli apostoli. Quecumque preterea in futurum largiente deo eidem hospitali iustis modis dari et offerri contigerit. integra ei et illibata serventur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat.

[15] ADINOLFI, *La Portica di s. Pietro*, p. 134; ARMELLINI, *op. cit.*, p. 299.
[16] CRESCIMBENI, *op. cit.*. p. 210; *Bull. Basil. Vat.*, I, 84, II, 97.
[17] CRESCIMBENI, *op. cit.*, p. 164.
[18] CRESCIMBENI, *op. cit.*, p. 165; ARMELLINI, *Chiese di Roma*, p. 321.
[19] ARCH. BASIL. LATER., Q. I. A. 10. (originale) e nel cod. A. 31, fol. 4.
[20] Queste due parole *nostrum Lateranense*, essendo cancellate nell'originale, le sostituiamo con la copia del Cod. membranaceo later. A. 31, fol. 4.

idem Ptochium temere perturbare. Depredationes illic. vel assultus facere. aut eius possessiones auferre. vel ablatas retinere. minuere. vel temerariis vexationibus fatigare. sed omnia quieta ei. et inviolata permaneant peregrinorum ac pauperum usibus omnimodis profutura. Si quis autem quod absit huic nostro decreto contraire temptaverit nisi presumptionem suam digna satisfactione correxerit. Apostolice Sedis indignationem se noverit incursurum. Quicumque vero ipsam domum et in ea domino servientes fovere suisque rebus honorare curaverit. omnipotentis dei et apostolorum eius gratiam consequatur. Amen. Amen. Amen.

(*Signum crucis*) Ego Honorius catholice ecclesie eps. ss. (*Bene valete*)
† Ego Petrus portuensis eps. ss.
† Ego Guilielmus prenestinus eps. ss.
† Ego Egidius tusculanus eps. ss.
† Ego corradus savinensis eps. interfui et ss.
† Ego bonifatius card. tt. sci. marci ss.
† Ego gregorius card. tt. apostolorum ss.
† Ego Iohannes pbr. card. tt. s. cecilie ss.
† Ego desiderius card. pbr. tt. s. praxedis ss.
† Ego Deusdedit card. tt. sci. Laurentii in damaso ss.
† Ego Saxo cardinal. pbr. tt. sci. Stephani ss.
† Ego Petrus card. pbr. tt. sce. Susanne ss.
† Ego Iohannes pbr. card. tt. sci. Crisogoni ss.
† Ego petrus pbr. card. tt. Calixti ss.
† Ego petrus pbr. card. tt. sci. marcelli ss.
† Ego Crescentius pbr. Card. tt. scorum. Marcellini et petri ss.
† Ego Comes pbr. card. tt. sce. Sabine. ss.
† Ego Gregorius pbr. card. tt. sce. balbine ss.
† Ego Ubertus pbr. card. tt. sci. Clementis ss.
† Ego Matheus pbr. card. tt. eudoxie ss.
† Ego sigiro card. pbr. tt. sci. Xisti ss.
† Ego petrus card. pbr. tt. equicii ss.
† Ego aldericus pbr. card. tt. pamachi ss.
† Ego petrus pbr. card. tt. sce. Anastasie ss.
† Ego Anselmus pbr. card. tt. sci. Laurentii in Lucina ss.
† Ego Lictifredus pbr. card. tt. vestine ss.
† Ego Gregorius Sci. Angeli diac. cardinal. ss.
† Ego Romanus diac. card. sce. Marie in porticu ss.
† Ego Stephanus diaconus cardinal. sce. marie in cosmidin ss.
† Ego ionathas diac. card. scorum. cosme et damiani ss.
† Ego Gregorius diac. card. scorum. sergii et bachi ss.
† Ego angelus diac. cardinal. sce. marie in donnica ss.
† Ego stephanus diac. cardinal. eccle. sce. lucie in orpheo ss.
† Ego rusticus diac. car. et sci. petri archipbr. ss.

Dat. Laterani per manum Aimerici sce. Rom. eccle. diac. Card. et Cancell. Nonis maii Indict. VI. Anno incarnationis dominice M.C.XXVIII Pontificatus autem Domni Honorii PP. Secundi. Anno IIII.

Il pontefice Innocenzo II con la seguente Bolla concistoriale del 20 giugno 1138 prese pure sotto la sua protezione il predetto ospedale e ne confermò i beni [21].

Innocentius Epus Servus Servorum Dei Dilecto Filio Silvio Custodi Venerabilis Xenodochii quod iuxta Palatium Lateranense situm est. Salutem et Apostolicam Benedictionem. Iustis votis assensum prebere. iustisque petitionibus aures accomodare nos convenit. Qui licet indigni iustitie custodes atque precones in excelsa apostolorum principum Petri et Pauli specula positi domino disponente conspicimur.

[21] Arch. Basil. Later., Q. I. B. 19. (originale), e nel cod. A. 31, fol. 4.

Eapropter dilecte in Xpo fili Silvi. rationabilibus tuis precibus annuentes. ad instar predecessorum nostrorum bone memorie Paschalis et Honorii Romanorum Pontificum. hospitalem domum iuxta nostrum Lateranense palatium sitam. tempore supradicti domini Pape Paschalis in usus pauperum restitutam. presentis scripti pagina communimus. Statuimus enim, ut domus eadem cum omnibus ad ipsam in presentiarum iuste ac legitime pertinentibus. in perpetua per dei gratiam libertate permaneat. nec ullius viventis. nisi nostre. aut successorum nostrorum potestati iurive subiaceat. Confirmamus etiam eidem xenodochio capellam Sce. Marie de oblationario ad sepulturam peregrinorum. et totam adiacentem terram. cum orto vel oliveto suo. a silice subtus palatio usque ad viam que ducit ad Sanctam Crucem. a superiori bivio usque ad muros Civitatis. et hortum inter hospitalem et muros Civitatis. et terram supra ipsam domum hospitalis ab una parte usque ad murum longum. et ab alia usque ad viam publicam. Et de eadem terra infra murum longum. quinque passus in longitudine et quatuor in latitudine continentur in domo Benincase a retro. Tres etiam turres proximas de muro Civitatis. Peciam unam vinee iuxta portam Sancti Iohannis. Pecias tres in monte portatorio. Quinque pecias in calcatori. Apud portam Metrovi unam peciam. Apud portam latinam unam peciam. In monte cuppuli unam peciam. Insuper in loco qui vocatur Spanorum duas pedicas terre sementaricias. A primo latere, est rivus siccus. a secundo latere, terra Sancti Clementis. A tercio latere terra Sancte Marie de Palladio. A quarto latere terra Sci. Pauli Apostoli. Quecumque preterea in futurum largiente deo eidem hospitali iustis modis dari et offerri contigerit. integra ei et illibata serventur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem xenodochium temere perturbare. depredationes illic. vel assultus facere. aut eius possessiones auferre. vel ablatas retinere. minuere. vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia quieta ei. et inviolabiliter permaneant; peregrinorum ac pauperum usibus omnimodis profutura. Siquis autem quod absit huic nostro decreto contraire temptaverit nisi presumptionem suam digna satisfactione correxerit. apostolice sedis indignationem se noverit incursurum. Quicumque vero ipsam domum. et in ea domino servientes fovere suisque rebus honorare curaverit. omnipotentis dei et apostolorum eius gratiam consequatur. Amen. Amen. Amen.

(*Signum crucis*) Ego Innocentius catholice ecclesie eps. ss. (*Bene valete*)

† Ego Conradus sabinensis eps. laudans ss.
† Ego Egidius tusculanus eps. subs.
† Ego Gregorius pbr. card. tt. Aplorum ss.
† Ego Desiderius pbr. card. tt. s. praxedis ss.
† Ego Petrus Pisanus card. pbr. tt. Sce. Susanne ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tt. S. marcelli ss.
† Ego Comes pbr. cardinalis [22] ss.
† Ego Geraldus pbr. card. tt. Sancte crucis in Hierusalem ss.
† Ego Anselmus pbr. card. tt. lucine ss.
† Ego lucas pbr. card. tt. scorum. Iohannis et Pauli ss.
† Ego Martinus pbr. card. tt. sci. Stefani ss.
† Ego Griffo pbr. card. tt. sci. pastoris ss.
† Ego Gregorius diac. card. scorum. Sergii et bachi ss.
† Ego Oddo diac. card. sci. Georgii ad velum aureum ss.
† Ego Guido diac. card. scorum. Cosme et Damiani ss.
† Ego Guido diac. card. sci. Adriani ss.
† Ego Hubaldus diac. card. sce. marie in via lata ss.
† Ego vass(allus) diac. card. sci. eustachii ss.
† Ego Grisogonus diac. card. sce. marie in porticu ss.
† Ego Gregorius diac. card. sci. angeli ss.
† Ego Girardus diac. card. sce. marie in domnica ss.

Datum Laterani per manum Aimerici Sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis et Cancellarii XI Kal. Iulii indictione prima Incarnationis dominice Anno M.C.XXX.VIII. Pontificatus vero domni Innocentii PP. II. anno VIIII.

[22] Manca il titolo, ma l'anno 1138 si ha che *Comes* era cardinale del titolo di s. Eudossia: JAFFÈ, *ed. cit.*, p. 840.

Lucio II nella stessa bolla con la quale li 31 gennaio 1145 univa alla basilica lateranense la chiesa di s. Giovanni a Porta Latina, commetteva pure a quel capitolo il governo del sopraddetto ospedale: « Hospitale iuxta portam Lateranensem cum omnibus suis pertinentiis ad meliorandum « regendum disponendumque vobis committimus [23]. » E Anastasio IV con la bolla sopraindicata confermò alla basilica « Hospitale infra portam sancti Iohannis cum omnibus pertinentiis suis: » il che fece pure Adriano IV con la bolla del 19 aprile 1155 [24].

Ecclesiam sancte Marie de Spazzellaria. È la stessa chiesa di s. Maria *de oblationario* che troviamo confermata nella bolla sopra citata di Onorio II ad uso di cimitero per coloro che morivano nell'ospedale presso al palazzo lateranense. Essa esisteva in mezzo al prato interposto fra le due basiliche di s. Croce in Gerusalemme e s. Giovanni in Laterano [25]. Ma pare che a questa chiesa fosse ancora annesso un qualche ospedale, mentre in una lettera d'Innocenzo III del 13 agosto 1212, in cui quel Pontefice terminava una controversia tra il capitolo lateranense e la basilica di s. Lorenzo in Palagio, si ordinava che l'economo della basilica del Laterano fosse lasciato in possesso « ab arcu « sancti Danielis... usque ad Hospitale s. Marie in Spazoleria [26]. »

Ecclesiam sancti Gregorii in Martio cum palatio. Esisteva nel campo lateranense dove è oggi il giardino del fu marchese Campana, dal medesimo riedificata nel luogo dell'antica, sul principio della via che conduce a s. Stefano Rotondo. Forse il nome *in martio* le derivò dalla località che chiamavasi *locus Martis*. Più tardi questa chiesa venne denominata *s. Maria Imperatrice* [27]. Nel catalogo delle chiese che la basilica lateranense aveva in Roma compilato l'anno 1485 si legge: « Ecclesia sancti Gregorii in Martio cum ecclesia sancti Bartholomei et ecclesia sancti Danielis cum « omnibus iuribus et pertinentiis suis [28]. »

Molendinum in capite laci. Fuori di porta s. Giovanni e porta Metronia l'acqua della marrana formava un lago o stagno: ed un altro ne formava pure al di qua delle mura urbane nelle *decennie*, il quale chiamavasi, come si legge nella sopracitata bolla di Anastasio IV, *lacus decennie* [29]. Il sopraddetto molino era nel lago esistente fuori di porta s. Giovanni, secondo che risulta chiaramente dalla detta bolla anastasiana: « molendinum in capite laci extra portam sancti Iohannis. » In Cencio Camerario abbiamo: « ecclesia Lateranensis pro terris vineis et molendinis de lacu debet octo rubba (sic) « grani et octo de ordeo et tres saumas musti [30]. » Non bisogna confondere il *molendinum in capite laci* confermato da Onorio con quelli di cui qui si parla; i quali erano proprietà della chiesa romana, e il capitolo lateranense li aveva in deposito soltanto. Di fatti da una bolla di Alessandro III del 10 agosto 1179 apparisce che questo Papa diede in pegno al capitolo lateranense i sopraddetti molini: « possessiones de lacu cum vineis et quatuor molendinis » per avere quel capitolo imprestato denari ad alcuni cittadini romani a nome di esso Pontefice, e averne spesi degli altri per la restaurazione dell'acquedotto. In questa bolla si parla altresì del molino che la basilica lateranense possedeva in quella stessa contrada. Ecco il testo della bolla [31]:

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Iohanni Lateranensi priori eiusque fratribus regularem vitam professis in perpetuum salutem et apostolicam benedictionem. Licet ex iniuncto nobis administrationis officio universas ecclesias oculo debeamus benigno respicere et earum necessitatibus studio pietatis intendere, circa provisionem tamen lateranensis ecclesie eo maiorem diligentiam habere

[23] Crescimbeni, *op. cit.*, p. 247.
[24] Arch. Basil. Later., cod. A. 31, fol. 10.
[25] Armellini, *Chiese di Roma*, p. 372.
[26] Potthast, *Reg. Pont. Rom.*, p. 395, n. 4574.
[27] Adinolfi, *Laterano e Via Maggiore*, p. 43; Armellini, *op. cit.*, p. 286.
[28] Arch. Basil. Later., cod. 71, fol. 151.
[29] Crescimbeni, *op. cit.*, p. 249: « *Trans videlicet ortos et lacum decennie.* »
[30] Muratori, *A. M. E.*, tom. V, p. 852.
[31] Arch. Basil. Later., cod. A. 31, fol. 10.

nos convenit quo specialius ad nostrum noscitur regimen pertinere. Hac itaque ratione inducti et vestris benignius precibus inclinati possessiones de lacu cum vineis et quatuor molendinis pro ducentis nonaginta quatuor libris provenientium quas ad eas recuperandas Petro Pandulfi, Allierutio et Allierutio (sic) Romanis civibus et iudicibus et advocatis nomine nostro solvistis et pro sexaginta quatuor quas pro aqueductu reparando expendistis, vobis et ecclesie vestre usque ad solutionem pretaxate pecunie obligamus. Ita tamen ut quandocumque nos vel successores nostri prescriptam summam solverimus possessiones ipse libere ad Romanam ecclesiam revertantur; fructus autem interim provenientes vestris volentes necessitatibus providere de mera vobis libertate donamus. Vos autem octo rublos frumenti et totidem ordei et duas salmas vini ad cupellas annuatim nobis nostrisque successoribus persolvetis. Ceterum ab hac obligatione terram vestram cum molendino in capite lacus quam bone memorie predecessor noster Anastasius pp. visis instrumentis proprietatis ecclesie vestre restituit et molendinum in eadem terra situm quod iam dicte ecclesie studio contulit pietatis excipimus ita tamen, ut cum possessiones ipse soluta pecunia ad ecclesiam Romanam redierint terra illa cum molendino libera vobis vestrisque successoribus debeat permanere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre obligationis et donationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Amen. Amen. Amen.

(*Signum crucis*) Ego Alexander catholice ecclesie Eps. ss. (*Bene valete*)
† Ego Theodericus portuensis et sancte Rufine sedis Epus. ss.
† Ego Petrus Tusculanus epus. ss.
† Ego Bernardus Prenestinus epus ss.
† Ego Arduinus pbr. Cardinalis tt. sancti Marcelli ss.
† Ego Gratianus Diaconus Cardinalis sanctorum Cosme et damiani ss.
† Ego Matheus sancte Marie nove Diaconus Cardinalis ss.
† Ego Bernardus Diaconus Cardinalis sancti Nicolai in carcere tulliano ss.

Datum signie per manum Alberti sancte Romane ecclesie presbyteri Cardinalis et cancellarii Quarto idus Augusti indictione duodecima Incarnationis Dominice Millesimo centesimo septuagesimo nono Pontificatus vero Domini Alexandri pp. tertii Anno vigesimo.

Ecclesiam sancti Bartholomei et sancti Danielis. Ambedue queste chiese esistevano, come quella di *s. Gregorio in Martio*, di *s. Maria de Spazzellaria*, di *s. Niccola de Hospitali,* nella regione e dentro i confini della parrocchia lateranense. Ciò apparisce dalla seguente Bolla di Pasquale II del 27 dicembre 1106 [32]:

Pascalis Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Rocio priori Venerabilis Basilice Salvatoris eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quanto Lateranensis Ecclesia amplioris dignitatis ex antiqua institutione esse cognoscitur tanto magis eundem venerabilem locum in maiori reverentia decet haberi et ad eius incrementum tam spiritualiter quam temporaliter a nobis et aliis Dei fidelibus operam dari. Nec dubium quod si religiosorum virorum petitionibus paterna benignitate annuimus nostris oportunitatibus clementem dominum reperimus. Ea propter dilecti in domino filii ob reverentiam Salvatoris beatique Iohannis baptiste. Concedimus et confirmamus vobis vestrisque successoribus in perpetuum totam et integram parochiam ut in vita nostra et post obitum specialis oratio iugiter fiat pro nobis ad dominum. Videlicet ab ecclesia S. Nicolai de forma per viam que venit a sancto Stephano in celio monte et usque ad supradictam vestram basilicam Salvatoris. et a porta Monasterii sanctorum quatuor coronatorum descendente per clivum in via maiori. et exinde per stradam ex utraque parte usque ad campum lateranensem et revolvente supra ecclesiam sanctorum Marcellini et Petri. usque ad ecclesiam sancti Bartholomei de Capite Merulane. et deinde ad sanctum danielem. et exinde descendente ad portam urbis. et revertente ante ecclesiam Sancti Nicolai de hospitali. ad supradictam basilicam salvatoris. statuimus itaque et authoritate sedis apostolice stabilimus ut parochia ipsa deinceps nulli alii ecclesie vel monasteriis aut

[32] Arch. Basil. Later., Q. I. A. 8, (originale), e nel Reg. membr. Bullar., A. 31, fol. 4.

piis locis de spiritualibus atque divinis rebus teneatur penitus respondere. set quiete ac libere sub prefate basilice salvatoris iure nomine parochiali in perpetuum maneat. Salvo tamen iure hereditario quod infra supradictos fines. prefatis ecclesiis vel monasteriis aut piis locis pertinere dignoscitur. Precipimus itaque ut nulli persone fas sit in supradicta parrochia ecclesias edificare aut altare erigere vel aliquam religionem ibidem constituere. preter supradictam Salvatoris basilicam. Statuentes apostolica censura sub divini iudicii obsecratione et anathematis interdictu ut nullus unquam nostrorum successorum pontificum vel alia quelibet magna parvaque persona huius nostri privilegii donum infringere. aut inquietare presumat. Si quis preterea quod non credimus contra hoc nostrum apostolicum preceptum venire aut agere temptaverit. anathematis vinculo sit innodatus. et a regno dei et domini nostri Ihesu Christi sit alienus. Qui vero piu intuitu custos et observator huius nostri privilegii extiterit benedictionis gratiam a misericordiosissimo domino Deo nostro consequi mereatur in secula seculorum Amen, Amen, Amen.

(*Signum crucis*) Ego Pascalis Catholice ecclesie Eps. ss. (*Bene valete*)
† Ego Cinthius Sabinensis Eps. interfui et ss.
† Ego Lambertus hostiensis eps. interfui et ss.
† Ego Divizo Tusculanus eps. interfui et ss.
† Ego Petrus pbr. Card. tt. equitii ss.
† Ego Amicus pbr. Card. tt. sce. ierusalem interfui et ss.
† Ego paulus pbr. Card. tt. sci. Sixti ss.
† Ego Conradus prenestinus eps. ss.
† Ego Vincentius portuensis eps. ss.
† Ego Leo Albanus eps. interfui et ss.
† Ego benedictus pbr. Card. tt. eudoxie interfui et ss.
† Ego Theobaldus pbr. Card. tt. Pammachi ss.
† Ego Raynerius pbr. Card. tt. sci. eusebii ss.
† Ego Arnaldus pbr. Card. sci. clementis interfui et ss.
† Ego Raynirius pbr. Card tt. scorum. Marcellini et Petri ss.
† Ego Octo pbr. Cardinalis tt. pastoris ss.
† Ego Ionathas diac. Cardinalis scorum. Cosme et Damiani ss.
† Ego theodinus diac. Card. sce. marie in porticu interfui et ss.
† Ego Gregorius diac. Card. sci. Angeli ss.
† Ego Iohannes diaconus Card. sci Adriani ss.
† Ego gregorius diaconus Card. sce lucine interfui et ss.

Datum Laterani per manus Iohannis sce. Romane ecclesie diaconi cardinalis ac bibliothecarii VI. Kalendas Ianuarii Indictione XV. Incarnationis dominice MCVI. Pontificatus autem domni Paschalis secundi pp. Anno VII.

Callisto II confermò l'anno 1122 26 maggio alla Basilica lateranense la parrocchia includendo nei suoi confini le chiese di s. Bartolomeo e di s. Daniele [33]:

Calixtus Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis filiis Sabe et Silvi Rectoribus Venerabilis Basilice Salvatoris que dicitur Constantiniana eorumque successoribus in perpetuum. Cum ecclesiis omnibus debitores ex apostolice sedis auctoritate ac benevolentia existamus Venerabilibus tamen locis que infra nostram Romanam Urbem continentur propensiori nos convenit affectionis studio imminere. Eapropter dilecti in Christo filii Saba et Silvi rationabilibus vestris precibus annuentes ad instar domni predecessoris nostri sancte memorie Paschalis pape parochiam totam ad eamdem basilicam Salvatoris mundi pertinentem. Videlicet ab ecclesia sancti Nicolai de Forma per viam que venit a sancto Stephano in celio monte et usque ad supradictam vestram basilicam Salvatoris et a porta monasterii sanctorum quatuor coronatorum descendente per clivum in via maiori ex inde per stradam ex utraque parte usque ad campum lateranensem et revolvente supra ecclesiam sanctorum Marcellini et Petri usque ad ecclesiam sancti Bartholomei de capite merulane et deinde ad sanctum Danielem et exinde

33 Arch. Basil. Later., Q. I. A. 15, (originale), e nel Reg. membr. Bullar., A. 31, fol. 3.

descendente ad portam Urbis et revertente ante ecclesiam sancti Nicolai de hospitali ad supradictam basilicam Salvatoris. Statuimus itaque et auctoritate Sedis apostolice stabilimus ut parochia ipsa deinceps nulli alii ecclesie vel monasteriis aut piis locis de spiritualibus atque divinis rebus teneatur penitus respondere. set quiete et libere sub prefate basilice Salvatoris iure nomine parochiali in perpetuum maneat. Salvo tamen iure hereditario quod infra supra dicto (sic) fines prefatis ecclesiis vel monasteriis aut piis locis pertinere dignoscitur. Ad hec perpetuo confirmamus vobis vestrisque successoribus et per vos vestre ecclesie integram pedicam unam ad salem faciendum cum fossatis suis et cum omnibus suis pertinentiis positam in Campo Hostiensi in loco qui dicitur Furcella. Porro hec et universa que in presenti quarta decima indictione iuste ad eandem noscuntur basilicam Salvatoris pertinere presentis privilegii pagina confirmamus. Quecunque etiam in futurum. largiente Deo iuste atque canonice vestra ecclesia poterit adipisci quieta vobis et iis qui post vos successerint et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat honores et bona prefate ecclesie vestre vendere in feudum dare aut ab eadem ecclesia modis quibuslibet alienare ipsam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere minuere vel temerariis vexationibus infestare. Sed omnia integra conserventur eorum pro quorum substentatione ac gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini Redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem ecclesie iura servantibus sit pax dñi nostri Ihesu Christi quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(*Signum crucis*) Ego Calixtus Catholice ecclesie Eps. ss. (*Bene valete*)

† Ego Vitalis Albanus eps. interfui et ss.
† Ego Gregorius pbr. card. tt. Lucine interfui et ss.
† Ego Hugo pbr. card. tt. Apostolorum ss.
† Ego Petrus pbr. card. tt. sce. Susanne interfui et ss.
† Ego amico pbr. card. tt. sce Ierusalem interfui et ss.
† Ego Petrus pbr. cardinal. tt. Calixti ss.
† Ego Crescentius Sabinensis Eps. ss.
† Ego Petrus portuensis eps. ss.
† Ego Lambertus Hostiensis eps. ss.
† Ego Cono prenestinus eps. ss.
† Ego Divizo Tusculanus eps. interfui et ss.
† Ego Bonifatius pbr. Card. tt. sci. Marci interfui et ss.
† Ego benedictus pbr. card. tt. eudoxie interfui et ss.
† Ego gregorius pbr. card. tt. sce. prisce interfui et ss.
† Ego Theobaldus pbr. card. tt. pammachi ss. et interfui
† Ego Corradus pbr. card. tt. pastoris ss.
† Ego Deusdedit pbr. cardinal. tt. sce. Laurentii in Damaso interfui et ss.
† Ego teobaldus diac. cardinal. sce. marie nove ss.
† Ego Gregorius diac. cardinal. sci. Angeli ss.
† Ego Petrus diac. cardinal. sci. Adriani ss.
† Ego romanus diaconus cardinal. ecclesie sce. marie in porticu interfui et ss.
† Ego Ionathas diac. cardinal. sanctorum cosme et damiani ss.

Datum Laterani per manus Grisogoni sancte Romane ecclesie diac. cardinalis ac bibliotecarii VIII. Kal. iunii indictione XIIII. incarnationis dominice anno MCXXII Pontificatus autem dñi Calixti secundi pp. anno III.

Sotto Innocenzo III essendo nata questione tra il capitolo di s. Giovanni e il monastero dei ss. Quattro circa i confini delle rispettive parrocchie, il Pontefice deputò il cardinale Cencio Savelli

che sentenziasse intorno a questa controversia, e nella sentenzà emanata, le due chiese di s. Bartolomeo e di s. Daniele rimasero pure comprese nella parrocchia Lateranense. Il cardinale Cencio salito al pontificato confermò li 7 novembre 1216 la sentenza da lui pronunciata mentr'era cardinale, con la seguente Bolla [34]:

Honorius episcopus etc. Priori Lateranensis Basilice Salvatoris eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Principalis excellentia dignitatis qua salvator noster qui salutem in medio terre voluit operari sponsam suam ecclesiam decoravit. circa illam ecclesiarum omnium primitivam debet profusius ampliari in salvatoris mundi nomine dedicatam que inter alias obtinuit domino faciente primatum et cum in hoc sit prior tempore ac honorabilior dignitate precellere debet prerogativa donorum et favoris gratia preminere. Sane multe congregaverunt divitias et auxerunt honores. sed hec basilica supergressa est universas. Cum enim sit mater omnium et multas filias habeat de latere consurgentes ad ipsam veniunt omnes gentes dantes domino laudem et gloriam et ipsam pietatis officio venerantes. Accedit autem ad cumulum honoris eiusdem quod Romanus pontifex qui ihesu christi vices gerit in terris apud dictam basilicam quasi continue residens ipsam continuis provehit incrementis. ut ex hoc ostendatur inseparabilis unio et indissolubilis connexio caritatis. Eapropter dilecti in domino filii qui eidem basilice cotidie deservitis. postulationes vestras grato favore prosequimur et clementer concedimus quicquid vobis cedit ad comodum et proficit ad augmentum. In primis autem ecclesiam ipsam cum personis omnibus ibidem domini servitio dedicatis et omnibus bonis que ad ipsam pertinere noscuntur sub speciali sedis apostolice defensione protectione ac cura suscipimus et presentis scripti privilegio comunimus. Statuentes ut ordo canonicus qui secundum deum et beati Augustini regulam in eadem ecclesia institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Parrochiam autem totam ad eandem salvatoris mundi basilicam pertinentem videlicet ab ecclesia sancti Nicolai de forma per viam que venit a sancto Stephano in celio monte usque ad predictam basilicam. et exinde a clivo vie maioris usque ad campum Lateranensem et exinde a via revolvente supra ecclesiam sanctorum Marcellini et Petri usque ad ecclesiam sancti Bartholomei de Capite merulane. et deinde a sancto Daniele usque ad portam Urbis. et deinde a sancto Nicolao de hospitali usque ad dictam Basilicam sicut ab antiquis temporibus pacifice possedistis. vobis et per vos ipsi Lateran. Basilice confirmamus. Salva in omnibus compositione que inter vos et Priorem et monachos sanctorum quatuor coronatorum auctoritate bone memorie Innocentii pp. predecessoris nostri amicabiliter super questione parrochie intervenit. in qua questione nos fuimus auditores. dum essemus in minori officio constituti. cuius compositionis tenorem presenti privilegio duximus annotandum. Innocentius eps. servus servorum dei. dilectis filiis.. Priori et Conventui Lateranen. Salutem et apostolicam benedictionem. Cum super usu et iure parrochie inter vos et. Priorem ac fratres sanctorum Quatuor coronatorum controversia verteretur. Dilectum filium nostrum. C. tituli sanctorum Iohannis et pauli presbyterum cardinalem dedimus partibus auditorem qui petitiones audivit et testes utrunque recepit. ac demum attestationibus publicatis et exhibitis instrumentis; nos ad talem concordiam vos et ipsos induximus ut videlicet ipsi non extendant ius et usum parrochie citra ecclesiam sancti Nicolai de formis ex parte illa. nec citra arcum Iohannis Basilii ex parte altera intra formam. et vos similiter ultra eosdem terminos ius et usum parrochie versus eos nullatenus extendatis. Hanc ergo concordiam a nobis pro bono pacis provisam. et a vobis et illis sponte receptam auctoritate apostolica confirmamus. et presentis scripti patrocinio communimus. ita ut per eam non derogetur in aliis limitationi parrochie quam felicis memorie Calistus pp. suo privilegio designavit. Statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre provisionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem etc. usque incursurum. Datum Laterani, II. Idus Decembris Pontificatus nostri Anno Tertio decimo. Statuimus itaque ac apostolice sedis auctoritate sancimus ut nullus unquam in supradicta parrochia ius aliquid spirituale sibi audeat vendicare. sed quiete ac libere in iure vestro dicta parrochia permaneat perpetuis temporibus inconcussa. Salvo tamen iure temporali siquid ecclesiis vel monasteriis aut piis locis infra dictam parrochiam dinoscitur pertinere. Decernimus ergo ut nulli

34 Reg. Vat., lib. I, epist. 59, fol. 15; ARCH. BASIL. LATER. Q. I. A. 5, (originale); vedi il presente volume p. 16, n. 91.

liceat prefatam basilicam temere perturbare. honores libertates et immunitates minuere vel auferre. possessiones alienare. bona distrahere vel alicui in feudum concedere. sed omnia integre conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolice auctoritate. Siqua igitur in futurum etc. usque subiaceat ultioni. Cunctis autem etc. usque pacis inveniant Amen. Datum Laterani per manum Ranerii Prioris sancti fridiani Lucan. Sancte Romane ecclesie vicecancellarii. VII. Idus Novembris. Indictione V. Incarnationis dominice Anno M.CC.XVI. Pontificatus vero domini Honorii pp. III. Anno Primo.

Castrum perlate cum ecclesiis sancte Lucie, sancti Petri, sancti Simeonis et sancti Pancratii. Scrive il Rasponi [35], che il *castrum Perlate* era situato nella diocesi d'Alatri « castrum perlate « in episcopatu Alatrino; » il che è un errore, mentre questo *castrum* con le chiese suddette e il *molendinum de rege* (il molino del re), stavano nel territorio di Montefiascone, nella valle presso il lago di Bolsena, che in quel tempo era pure chiamato *lago di santa Cristina.* Questa valle porta al presente il nome di *prelata* [36]. Innocenzo II ordinò che nella chiesa di s. Lucia e di s. Maria di quel luogo vi fosse per sempre conservata la regola dei canonici regolari: « ut canonicus ordo secundum « beati Augustini regulam in predicta ecclesia perpetuis temporibus annuente Domino inviolabiliter con- « servetur: » e fece questa constituzione con bolla dell'anno 1141 diretta: « Dilectis filiis Theobaldo « presbytero eiusque fratribus in ecclesia sancte Marie et sancte Lucie sita in loco qui Perlata dicitur « tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum... Dat. Laterani per manum « Gerardi sancte Romane ecclesie Presbyteri Cardinalis et Bibliothecarii XII Kal. Martii Indictione V. « Incarnationis Dominice MCXLI Pontificatus vero domni Innocentii PP. II an. XIII [37]. » Nella predetta chiesa di s. Lucia di *Perlata* pretendeva avervi dei diritti la chiesa cattedrale di Toscanella; ma Rodolfo vescovo di quella città con istromento del mese di settembre 1143 donò la chiesa di s. Lucia « que posita est iuxta lacum sce. Xpine circa locum ubi dicitur Perlate... » al priore ed ai canonici di s. Giovanni Battista del Laterano « cuius iuris ecclesia sancte Lucie videtur esse. » E donò non soltanto la chiesa di s. Lucia, ma ancora la plebe di s. Pietro e le cappelle di s. Pancrazio e di s. Simone [38]. Innocenzo III, essendo stato reso consapevole che in Montefiascone il capitolo lateranense riceveva molestie da alcune persone, scrisse ai 7 marzo 1207 al castellano di Montefiascone di difendere i beni che il capitolo lateranense aveva in quel luogo e punire chi avesse ardito di recare a quello molestia *in personis et rebus* [39]. Oltre al *castrum Perlate* e chiese suaccennate, la basilica del Laterano aveva pure in Montefiascone la chiesa di s. Maria e di s. Niccola, che consenziente Monaldo, vescovo di Bagnorea, vi aveva fatto fabbricare Tommaso canonico lateranense e cappellano del papa, e le venne confermata da Onorio III l'anno 1220 [40]. Vi ebbe pure la chiesa di s. Lorenzo. Nel catalogo più volte menzionato delle chiese soggette alla basilica lateranense si legge che in Montefiascone vi erano le seguenti chiese [41]: « Ecclesia sancti pangratii de Monteflascone cum « pertinentiis suis sub annuo censu quinquaginta floren. auri et duarum librarum croci in Resurrectione « Domini solvendarum. Ecclesia sancti Laurentii de Monteflascone sub annuo censu unius libre piperis « relicte ecclesie lateranensi in ultimo testamento fratris Christofori. Ecclesia sancte Marie et sancti « Nicolai de Monteflasconis edificata per fratrem Thomam canonicum Lateranensem et capellanum « domini Honorii pp. in fundo Lateranensi sine censu. » Ma i beni appartenenti a queste chiese furono da Urbano V con bolla del 21 agosto 1369 incorporati alla mensa vescovile di Montefiascone nell'erigere che fece quel vescovato. Intorno a ciò nel citato catalogo lateranense si nota: « quod « dicte tres ecclesie et omnia bona que habet ecclesia Lateranensis in Monteflascone occasione dicta- « rum ecclesiarum commutata fuerunt in possessiones ecclesie sancti Cole Cantorum prope Sancta

35 Rasponi, *op. cit.*, p. 121.

36 Pieri, *Storia di Montefiascone*, p. 4, 37.

37 Arch. Basil. Later., Q. I. A. 9. (originale), e nel Reg. membr. bull. A, 31, fol. 5.

38 Campanari, *Storia di Toscanella*, vol. II, n. 16, p. 117. Il Campanari estrasse questo documento dall'archivio della cattedrale di Montefiascone, ma prodotto con delle inesattezze: come p. e. lesse *Paraleta* invece di *Perlata.*

39 Bibl. Vat., cod. lat. 8034, n. 2426.

40 Vedi nel presente volume p. 399, n. 2409, e p. 401, n. 2426.

41 Arch. Basil. Later., cod. 71, fol. 48.

« Sanctorum de Urbe quando Monsflascon facta fuit civitas per dominum Urbanum PP. Quintum. » Ciò meglio apparisce dal seguente Breve di Urbano V del 13 giugno 1370 [42]:

Urbanus Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Priori et Capitulo ecclesie Lateranensis Salutem et apostolicam benedictionem. Sedis apostolice circumspecta benignitas sic secundum exigentiam casuum indigentes subiectos relevat, ut relevatorum subsidium aliis non pariat detrimentum. Sane dudum ex certis rationabilibus causis ecclesiam sancte Margarete de Monte Flascone tunc castro seu loco Balneoregen. dioc. in cathedralem ecclesiam auctoritate apostolica, duximus erigendam ipsumque locum Civitatis vocabulo decorandum, subsequenterque attendentes ne penuriosa facultatum tenuitas pontificalis honoris titulo derogaret, certa bona et inter cetera ruralem ecclesiam sancti Pancratii prope dictam Civitatem sitam, et eius pertinentias atque iura, presertim terras vineas et alia predia rustica, nec non et domos et alia bona urbana infra dictam civitatem consistentia ad prefatam ecclesiam ruralem immediate, ipsaque mediate ad dictam Lateranensem ecclesiam pertinentia dilectis (filiis) Capitulo ecclesie Montisflasconis donavimus assignavimus atque contulimus equo et iusto semper gerentes proposito ipsam ecclesiam Lateranensem ab huiusmodi defalcatione seu subtractione bonorum conservare indemnem. Cum autem sicut ex fide digna nobis relatione innotuerit in Urbe Romana fuerit quedam ecclesia, habens canonicorum seu clericorum secularium collegium, que scola Cantorum vulgariter dicebatur, quorum collegii singule persone singulas portiones fructuum reddituum et proventuum ecclesiasticorum eis deputatorum sunt percipere consuete atque percipiunt. Nunc vero quia dicta ecclesia scole cantorum et eius domus adeo sunt destructe quod (vix) earumdem ecclesie et domorum apparent vestigia propter quod ipsum collegium deinceps inutile seu supervacuum reputatur. Nos volentes super ruralis ecclesie prefate ac dictorum bonorum et iurium ad eam immediate, et ad memoratam ecclesiam Lateranensem illa mediate ut premittitur spectantium que omnia bona et iura quecunque quotcunque et qualiacunque sunt, presertim cum in dictarum assignationis et donationis apostolicis licteris et documentis inde confectis seriosius explicentur hic pro expressis haberi volumus et singulariter nominatis, assignatione et donatione predictis, eisdem Capitulo ut premittitur factis vobis ac ipsi Lateranensi ecclesie de oportuno recompensationis remedio providere presentium tenore statuimus ac etiam ordinamus, quod cedente vel decedente aliqua ex personis predictis cantoribus nuncupatis vite superstitibus de presenti, de prima usque ad ultimam inclusive, vel locum et portionem ipsam quomodolibet dimittente locus ipsius pro extincto habeatur et penitus pro suppresso huiusmodique ipsius portio, ac iura quelibet ratione dicti loci pertinentia quomodolibet ad eumdem sint ipsius Lateranensis ecclesie, ac eius commodis et usibus perpetuo applicentur. Quodque si presidente collegio prefato pro tempore quocumque nomine censeatur, superstitibus aliquibus ex personis predictis decedere vel locum eius et portionem huiusmodi per cessum aut alias quomodolibet vacare contigerit, senior ex predictis in gubernatione dictarum personarum succedat eidem donec vite aliqua ex personis superfuerit memoratis ipsis autem omnibus ab hac luce subtractis, omnia dictorum scolarium fructus redditus et proventus, bona et iura dicte Lateranensis ecclesie sint, eiusque usibus et commodis perpetuo applicentur. Volumus autem, quod donec fructuum reddituum et proventuum dicte ecclesie seu collegii Scolarum cantorum eorum locis ac collegio sic extractis possessionem pacificam ex integro adepti fueritis, ecclesie sancti Pancratii ac bonorum et iurium predictorum ad vos hactenus pertinentium et per vos dicto Capitulo ut premittitur assignatorum possessione pacifica ut premittitur gaudeatis, constitutionibus apostolicis ac ipsius ecclesie Montisflasconis et ecclesie scolarum predictarum statutis et consuetudinibus contrariis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo etc. Si quis autem etc. incursurum. Datum apud Montemflasconem Idibus Iunii Pontificatus nostri Anno Octavo.

Ecclesiam sancte marie de colle scipii. Questa chiesa venne fabbricata e dotata da Pietro figlio di Gian Leone sacerdote di Collescipoli, diocesi di Narni, e da lui stesso donata alla Basilica Lateranense. Siffatta donazione risulta da solenne istromento del giorno 18 luglio 1139, come appresso [43]:

[42] Arch. Basil. Later., cod. membr. bull. A, 31, fol. 56; Ughelli, *Italia sacra*, vol. I, p. 975.

[43] Bibl. Vat., cod. lat. 8034, fol. 25. Sono copie del Galletti estratte da un cod. membranaceo dell'archivio lateranense del quale fece uso il Crescimbeni, *op. cit.*, p. 295, ed altrove. Ricorro più volte a questa fonte, non essendomi stato possibile di rinvenire il cod. suindicato, forse uscito di posto nel recente trasporto dell'archivio.

In nomine dñi Anno Incarnationis Millesimo. Centesimo XXXIX. anno decimo pontificatus Dñi Innocentii secundi pp. Indictione secunda mensis Iulii die XVIII. Ego quidem Petrus dei gratia presbiter filius quondam iohannis Leonis natus in Colle scipuli de Comitatu Narniense hac die nullo prohibente aut vim faciente vel suadente set propria spontaneaque mea voluntate pro salute anime mee et parentum meorum ante presentiam dñi Corradi ven. sabinen. episcopi et predicti dñi Pape vicarii dono et concedo atque offero ex propria mea substantia tibi dño et Salvatori nostro Ihesu Christo et sancte Iohannes baptiste et pro vestro amore in venerabilem basilicam vestro nomini dedicatam que dicitur Constantiniana ubi nunc preest dopmus Donatus venerabilis Prior et in cunctis aliis fratribus canonicis ibidem vobis famulantibus eorumque successoribus in perpetuum. idest domum unam quam noviter in terra propriis meis denariis empta hedificavi ad honorem beate semper virginis marie et consecrari cupio quam etiam iam prefatis vestris servitoribus corporaliter et publice tradidi cum domibus et ornamentis suis atque vineis positis in fundo qui vocatur colle macarii pariterque et terram sementariciam ad triginta modiolos tritici seminandam in eodem territorio in multis tamen petiis et diversis locis constitutam, fines itaque ad unum petium positum in colle macarii hii sunt ab uno latere est via ab alio latere tenent heredes Beraldi adulterini a tertio latere est terra monasterii S. Benedicti in fundo et terra filiorum Scimande Leonis a quarto latere tenent heredes berardi Iohannis Leonis et quicquid habet in petiis coquisce (sic) terram. et vineam usque in viam flammineam. Item fines ad terram et vineam quam emi a peroscinis subtus viam flammineam ab uno latere tenent tebaldus de Berardo et Leo de arguto ab alio latere tenet rapizo de titaldo ab alio latere est via. Itemque ad aliam petiolam vinee ab uno latere tenet predictus rapizo ab alio latere tebaldus de berardo. Item ad aliam petiam de vinea ab uno latere tenet petrus de berardo ab alio berardus de Rapizo a tertio tenent nepotes magi presbiteri a quarto latere est via. Fines item ad terram positam in fundo carceris. a capite tenent heredes Senioretti et a pede est via publica et in eodem vocabulo alia petia vinearum cuius hii sunt fines a duobus lateribus tenent heredes rapizi de Senioretto et a capite tenent heredes iohannis Leonis item fines ad terram in campo maiori a duobus lateribus tenent predicti heredes rapizi a tertio iamdictus Tebaldus de Berardo a quarto quidam Petrus. itemque ad alium petium positum in eodem campo maiori ab uno latere tenent predicti heredes presbiteri magi pariterque ad alium petium in eodem campo maiori ab uno latere tenent heredes rustici et ab alio latere heredes iohannis Leonis. et unum petium terre ad monimentum erfuli et aliam petiolam in eodem loco sub hiis affinibus a duobus lateribus tenent heredes Senioretti ab alio latere tenent heredes peponis a pede tenent heredes berardi de raynerio itemque ad alium petium positum ad scopulos a pede tenent heredes berardi de raynerio a capite tenent heredes tebaldi a tertio guinizellus et alium petium in iamdicto colle macario (sic) a capite tenent heredes berardi raynerii a pede est fossatum et alium petium ex alia parte eiusdem fossati a primo latere est via ab alio latere tenent heredes de Donodei et ab alio latere tenent heredes berardi de raynerio et alia duo petia in eodem territorio unum quod fuit presbiteri Iohannis et alium qui fuit caronis et alium petium terre iuxta fontem qui fuit berardi fusci. item fines ad alium petium in fundo alionis a capite est vinea flamminea et a pede tenet iohannes mancini et a tertio tenet Stephanus a quarto latere tenent nepotes presbiteri magi. atque ad alium petiolum in predicto loco a capite est via flamminea ab alio latere tenet benedictus iohannis Franconis nec non ad alium petium de Vennanu a pede est via flamminea ab alio latere tenent heredes tebaldutii et ab alio latere tenet benedictus de preza. Qualiter mihi competit per meum acquisitum et eam noviter in honorem beate semper virginis marie domine nostre in mea terra et in meo sumptu construxi taliter prefatam domum in ecclesiam consacrandam cum domibus et praedictis vineis et terris ad triginta modiolos sementaricios cum omnibus suis ornamentis et pertinentiis vel que deinceps a fidelibus Christianis ibi offerentur ut dictum est vobis Salvator mundi ihesu Christe et Sancte Iohannes baptista et pro vestro amore in prefatam ven. basilicam vestram que dicitur Constantiniana vestrisque servitoribus ibidem vobis famulantibus dono atque offero iamque tradidi ut a die presenti liceat ipsis vestris servitoribus ipsam domum libere in ecclesiam consecrare intrare uti frui et ad eorum libitum ordinare et disponere in usum et utilitatem ipsius vestre basilice in perpetuum. Ita tamen ut nulli persone eam aliquomodo locent vel pignorent aut alienent set semper in usum et salarium sepedicte vestre basilice et servitorum eius libera et absque ulla ditione alicuius secure et quiete persistat cum omnibus suis rebus in perpetuum. Quod si contra hec que dicta sunt quolibet modo venire temptavero et si opus fuerit et necesse si ea defendere noluero aut non potuero

tam ego quam mei successores componamus predicte vestre basilice eiusque scrvitoribus ante omne litis initium tres auri libras et soluta pena hec donationis et oblationis cartula spontanea voluntate a me facta perpetuo stabilis et firma permaneat quam scribere rogavi Iohannem Scriniarum S. R. E. in mense et indictione secunda suprascripta.

Innocenzo II con Bolla concistoriale del 15 giugno 1138 confermò alla Basilica la predetta chiesa di s. Maria in Collescipoli [44].

Innocentius Episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Donato priori ecclesie S. Iohannis Lateranensis eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Quanto Lateranensis ecclesia amplioris dignitatis ex antiqua institutione esse cognoscitur tanto magis eundem venerabilem locum in maiori reverentia decet haberi et ad eius incrementum tam spiritualiter quam temporaliter a nobis et aliis Dei fidelibus operam dari. Nec dubium quod si religiosorum virorum petitionibus paterna benignitate annuimus, nostris oportunitatibus clementem dominum reperimus. Hoc nimirum intuitu dilecte in domino filii Donate prior tuis postulationibus impartimur assensum et donationem ecclesie s. marie in Colle Scipio a Petro presbitero iohannis leonis in allodio suo fundate prefate Lateranensis ecclesie devotionis intuitu factam presentis scripti pagina confirmamus eamque cum omnibus pertinentiis suis sub beati petri tutela et nostra protectione suscipimus et nostri privilegii robore communimus. statuentes ut quascumque possessiones quecumque bona prefata s. marie ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in antea rationabilibus modis Deo propitio poterit adipisci firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Presenti quoque decreto sancimus ut eadem ecclesia nullius nisi Romani Pontificis et prefate Lateranensis ecclesie cuius potestatis existit subiaceat potestati nullique eam ab eiusdem Lateranensis ecclesie proprietate ac dispositione auferre vel extrahere sit facultas. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit te vel successores tuos super hac nostra constitutione temere perturbare aut prenominate ecclesie possessiones auferre vel ablatas retinere minuere vel indebitis vexationibus fatigare set omnia in tua tuorumque successorum libera permaneant potestate. Si quis autem huius nostri decreti tenorem sciens contra eum temere venire temptaverit secundo tertiove commonitus nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius incurrat. Conservantes vero hec eorumdem Apostolorum benedictionem et gratiam consequantur. Amen. Amen. Amen.

(*Signum crucis*) Ego Innocentius catholice ecclesie Epus. ss. (*Bene valete*)

† Ego Albertus ostiensis Epus. ss.

† Ego Lucas pbr. cardinalis tt. Sanctorum Iohannis et Pauli ss.

† Ego Gregorius Diaconus Cardinalis Sancti Angeli ss.

Datum in Campo florum per manum Aimerici sancte Romane ecclesie diaconi Cardinalis et Cancellarii decimo septimo Kal. Iulii Indictione secunda Incarnationis dominice Millesimo centesimo trigesimo octavo Pontificatus vero domni Innocentii Secundi pp. Anno Decimo.

Altra conferma della chiesa di s. Maria in Collescipoli alla basilica lateranense fu fatta l'anno 1186 il 12 aprile dal Pontefice Urbano III [45].

Urbanus episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Iohanni priori ecclesie S. Iohannis etc. ut supra usque ad repperimus. Hoc nimirum intuitu dilecti in Domino filii vestris postulationibus impertimur assensum. et ecclesiam s. Marie in colle Scipionis. ad instar felicis recordationis Innocentii pp. predecessoris nostri sicut eam hactenus iuste ac sine controversia possedistis; vobis et ecclesie vestre auctoritate apostolica confirmamus. eamque cum omnibus pertinentiis suis sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones quecumque bona prefata sancte Marie ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum rationabilibus modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Presenti quoque decreto etc. ut supra usque ad facultas. Decernimus ergo nulli omnino hominum fas sit prefatam ecclesiam temere perturbare eius possessiones auferre. vel ablatas

[44] Arch. Basil. Later., Q. 5 A. 24 (originale); Reg. membr. Bullar. A. 31, fol. 5.
[45] Arch. cit., Q. 5. A. 24. (originale).

retinere. minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare sed omnia integre conserventur. eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Siqua igitur in futurum ecclesiastica. secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens. contra eam temere venire temptaverit. secundo tertiove commonita. nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit. potestatis honorisque sui dignitate careat. reamque se divino iudicio existere. de perpetrata iniquitate cognoscat. et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri ihesu christi aliena fiat. atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus. sit pax Domini nostri ihesu Christi quatinus et hic fructum bone actionis percipiant. et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

(*Signum crucis*) Ego Urbanus catholice ecclesie eps. ss. (*Bene valete*)

† Ego Heinricus Albanensis eps. ss.
† Ego Paulus Prenestinus eps. ss.
† Ego Theobaldus Hostiensis et Velletrensis eps. ss.
† Ego Iohannes pbr. card. tt. sancti Marci ss.
† Ego Laborans pbr. card. s. Marie transtiberim tt. Calixti ss.
† Ego Pandulfus pbr. card. tt. XII. Apostolorum ss.
† Ego Albinus pbr. card. tt. sancte crucis in iherusalem ss.
† Ego Melior pbr. card. scor. Iohannis et Pauli tt. Pagmachii ss.
† Ego Gratianus scor. Cosme et Damiani diac. Card. ss.
† Ego Octavianus scor. Sergii et bachi diac. Card. ss.
† Ego Sofredus sancte Marie in Via Lata diac. card. ss.
† Ego Rollandus Sancte Marie in Porticu diac. Card. ss.
† Ego Petrus sancti nicolai in carcere Tulliano diac. Card. ss.
† Ego Rodulfus sancti Georgii ad Velum Aureum diac. card. ss.

Datum Verone per manum Alberti sancte Romane ecclesie pbri. card. et Cancell. II. Idus Aprilis. Indictione IIII. incarnationis dominice Anno M.C.LXXXVI. Pontificatus vero domini Urbani. pp. III. Anno primo.

Ecclesiam sancti Iohannis in Paterno. Più luoghi nei tempi di mezzo, ed ancora al presente, erano e sono conosciuti col nome di *Paternum;* fra i quali ne citeremo alcuni. Eravi un *Paternum* in Campagna di Roma, sulla spiaggia del mare, ove, secondo alcuni eruditi, fu il famoso *Laurentum*, che i moderni col Nibby pongono a *Capocotta*, a due miglia da quel luogo. Ivi il pontefice s. Zaccaria circa l'anno 750 fondò, come riferisce Anastasio Bibliotecario, una *domusculta* alla quale aggregò tutta la massa Fontejana, cioè tutto il tenimento conosciuto oggi col nome di Campo Ascolano e parte di quello di Campo Selva, fino al Vaianico: « Domum cultam Laurentum noviter ordinavit, adiiciens ei « et massam Fontinianam quae cognominatur Paunaria [46]. » Ricorda il Nerini che in questo castello morì l'imperatore Ottone III [47]. Nel secolo XVI i Papi vi fecero fabbricare una torre per difendere quelle spiagge dai corsari, che oggi più non esiste, e chiamavasi *Tor Paterno* [48]. — Di un *Castrum Paterni* nel contado di Rimini si ha mensione nel *Liber censuum:* « Item invenitur iuris beati Petri esse palatium Ariminense « cum capella sancti Nicolai iuxta posita... et castrum Paternum [49]. » Un *Paternum* è pure in Sicilia al quale si riferisce una lettera d'Innocenzo II dell'anno 1142 5 aprile, ed altra di Gregorio IV del 4 maggio 1145, citate da Pflgk-Harttung [50]. — Un altro *Paternum* nel contado di Lucca è ricordato pure nel *Liber censuum:* « Masse que dicuntur Grisomolatio que « ponuntur inter Paternum et Petrionum [51]. » — In un istromento dell'anno 1310 si parla di un luogo nel territorio di Albano denominato *Pratum Paterni* [52]. — Un fondo Paterno esisteva nel territorio

[46] Anastasio, *In vita Zachariae;* Bartolini, *Di s. Zaccaria e del suo pontificato*. Ratisbona, 1879, p. 549.
[47] *De templo et coenobio sanctorum Bonifatii et Alexii*, p. 153, 372.
[48] Guglielmotti, *Storia delle fortificazioni nella spiaggia romana*. Roma, 1880, p. 482.
[49] Muratori, *Antiq. M. E.*, tomo V, p. 831.
[50] Pflgk-Harttung, *Iter Italicum*, p. 229 e 239.
[51] Muratori, *A. M. E.*, tomo V, p. 830.
[52] Nerini, *op. cit.*, p. 487.

di Tivoli ricordato nell'anno 942 [53]. — Un *Paternum* si trova pure nel territorio di Castiglione diocesi di Bagnorea, dove era il priorato di s. Benedetto e la chiesa di s. Lucia: « rurale Prioratum nuncupatum « s. Benedicti de Paterno, alias de Pitigliano Balneoregensis diocesis.... et ecclesia ruralis sancte Lucie « de Paterno Balneoregensis diocesis; » che Urbano V con Bolla dell'anno 1369 donava alla chiesa di Montefiascone. — I documenti dell'archivio della Basilica Lateranense da me esaminati non accennano in quale di questi luoghi, o in quale altro luogo dello stesso nome, esistesse la chiesa di *s. Giovanni in Paterno* ricordata nella Bolla onoriana; ma inclino a credere che fosse il *paternum* ove era la *domusculta* fondata da s. Zaccaria.

Ecclesiam sancte Marie de Cillano (oggi Sellano). È un paesello nella diocesi di Spoleto sotto il mandamento di Trevi. Al tempo di Onorio III il Capitolo Lateranense aveva in quella chiesa pienissima giurisdizione; ma sotto il pontificato di Gregorio IX le venne diminuita, essendole stata contrastata da Niccolò vescovo di Spoleto. Nata questione, fu dalle parti eletto arbitro il cardinale Rinaldo vescovo di Ostia e Velletri con atto stipulato li 12 gennaio 1233 in Anagni, « presentibus « Pandulfo canonico et Palmerio clerico Reatino, Iohanne sancti Eustachii cive Romano, Iohanne « Gaietano et Oddone bello anagnino, Iacobo Villano notario Spoletino et Henrico de Cappello « testibus. » Il cardinale Rinaldo con lodo del 17 maggio 1234 sentenziò che il Priore e il Capitolo Lateranense: « renuntient libere et pure omni iuri et actioni dictis Priori et ecclesie lateranen. in ipsa « ecclesia sancte Marie de Cillano competenti et competiture in perpetuum undequaque et qualitercumque, « vel ex quacumque causa iis competeret vel competere posset, ita quod quantum ad Ecclesiam Latera- « nensem dicta ecclesia sancte Marie de cetero prorsus sit libera... » Ma nello stesso tempo sentenziò: « Ut iidem episcopus et successores sui qui pro tempore fuerint in ecclesia Spoletana singulis annis « Priori et ecclesie Lateranen. in ipsa basilica in festo beati Iohannis Baptiste duodecim libras « bonorum denariorum Lucensium sine qualibet difficultate persolvant. » Questa sentenza fu confermata da Gregorio IX con Breve del 28 febbraio 1235: « Dilectis filiis Priori et capitulo Basilice Salvatoris « de Urbe » il quale incomincia: « Ea que iudicio [54]. » Il Breve papale ebbe piena esecuzione; talchè Bartolomeo vescovo e l'arcidiacono della chiesa Spoletana con istromento del 4 giugno 1238 si obligarono per sè e suoi successori di pagare ogni anno alla chiesa Lateranense nella festa di s. Giovanni Battista a titolo di censo per la chiesa di s. Maria di Cillano « XII libras bonorum et legalium « lucensium in perpetuum [55]. » In quello stesso anno 1238 ai 18 dicembre Rinaldo vescovo di Ostia e Velletri, quello stesso che giudicò la controversia fra il vescovo di Spoleto e la Basilica Lateranense, pagò a nome della chiesa Spoletana il censo dovuto alla Basilica. « In claustro Laterani propriis « manibus suis dedit et assignavit dompno Iohanni Sancte Crucis canonico Lateranensis ecclesie reci- « pienti pro ipsa ecclesia unam petiam de panno albo cum denariis sigillatam sigillo habente duas « aves retro vertentes rostra inter quas aves erat ramusculus quidem, quam petiam cum denariis dictus « dominus Ostiensis de mandato et voluntate episcopi Spoletani pro se et ecclesia Spoletana dedit, « ut supra dictum est, dompno Iohanni canonico recipienti pro ecclesia Lateranensi pro annuo censu « XII librarum Lucan [56]. » Questo censo col tempo fu cambiato in dodici libre d'incenso e sei fiorini, come si legge nel catalogo sopraddetto delle chiese soggette alla Basilica Lateranense: « Ecclesia sancte Marie de Cilano de castro Ritagli sub annuo censu quondam tredecim (?) florenorum auri sub censu « duodecim librarum incensum (sic) et sex florenorum [57]. »

Quartam partem de Octo Castellis scilicet Porregia, Grumuli, Ballacula, Labru, Morru, Mellici, Cucurone, Moiu, et octavam partem de aliis quatuor castellis Forca Milone, Planetie, Cruce et Turri. Queste castella poste nelle diocesi di Spoleto e Rieti furono donate alla basilica lateranense da Rinaldo di Guittone con atto del 4 dicembre 1152 che è del tenore seguente [58]:

53 *Cronaca Sublacense del P. D. Cherubino Mirzio da Treveri.* Roma, 1885, p. 112.
54 Arch. Vat., *Reg. Gregorii IX,* lib. 9, epist. 105, fol. 36; Bibl. Vat., cod. lat. 8034, p. 103, 110.
55 Bibl. Vat., cod. lat. 8034, p. 118.
56 Bibl. Vat., cod. lat. 8034, p. 118.
57 Arch. Basil. Later., cod. 71, fol. 141.
58 Bibl. Vat., cod. lat. 8034, fol. 28.

In nomine Domini. Anno Dominice Incarnationis Millesimo centesimo quinquagesimo secundo anno septimo pontificatus domini Gregorii tertii pape indictione prima mense Decembris die quarta. Ego quidem Ranaldus filius guittonis hac die propria spontaneaque mea voluntate donatione inter vivos dono et publice per hoc instrumentum concedo et trado. Vobis domino Petro venerabili priori et rectori venerabilis basilice Salvatoris Domini nostri ihesu Xpi et beati iohannis baptiste que dicitur constantiniana et per vos eidem venerabili basilice et canonice omnibusque fratribus qui nunc ibi sunt et ibidem intraturi erunt in perpetuum. idest omnia mea bona mobilia et inmobilia que habeo vel mihi pertinent in Ducatu Spoletano vel in comitatu Reatino castra scilicet et possessiones extra castra quartam scilicet partem unius castri videlicet Grumuli cum tenimentis suis quemadmodum pro indiviso vel diviso possedimus, nec non quartam partem castri quod vocatur Poreia cum tenimentis suis intus et extra quemadmodum pro indiviso vel diviso possedimus, atque et quartam partem unius castri quod vocatur Bellacosa (sic) et quartam partem unius castri quod dicitur labrum et quartam partem castri quod vocatur murrum et quartam partem castri quod vocatur melice et quartam partem castri quod vocatur Cocorone et quartam partem castri quod vocatur modium cum quarta parte omnium possessionum predictorum castrorum pro indiviso. Preterea dono et concedo vobis totum quod mihi pertinet octavam scilicet partem castri quod vocatur Forca Meloni et castri quod vocatur Turre nec non et octavam partem castri quod vocatur Cruce atque et octavam partem castri quod vocatur Planeze cum omnibus tenimentis eorum secundum quod pro indiviso possidentur qualiter mihi ad proprietatem competunt ita vobis dono et concedo retento mihi usu fructu dierum vite mee. retentis etiam mihi in predictis bonis quatuor feudis quod unumquodque eorum sit VIII mansium et tribus piscatoribus in Grumule quod nec meliores sint nec peiores, et ex unoquoque feudo omni anno in assumptione S. Marie reddemus vobis et suprascripte basilice tres denarios papienses pro pensione. Concedo etiam vobis potestatem post mortem meam suprascripta feuda augere et minuere ad vestrum libitum nec non cedo et mando omne ius vobis et omnem actionem que mihi competit in suprascriptis bonis tam in agendo quam in excipiendo ut post obitum meum liceat vobis intrare tenere possidere et quicquid exinde volueritis ad proprietatem facere. Ego itaque una cum meis heredibus defendere promictimus ab omni homine si necesse fuerit, quod si contra hec que dicta sunt non observavero et si ea defendere noluero aut non potuero tam ego quam mei heredes componamus vobis vestrisque successoribus pro pena XX auri libras et soluta pena hec donationis carta perpetuo firma permaneat quam scribendam rogavi Andream scriniarium Sancte Romane Ecclesie in mense et indictione suprascripta prima. Signum † manus suprascripti Ranaldi guittonis huius cartule rogatarii etc. (sic).

La donazione delle sopraddette castella fatta da Rinaldo di Guittone alla basilica lateranense venne molto contrastata da Berardo di Labro e da altri signori di Rieti. Dopo lunga lite, le parti vennero a componimento (an. 1186): cioè i signori rinunziarono a favore della Basilica ogni loro pretesa, e d'altra parte la Basilica concedette ad essi le medesime castella a locazione enfiteutica. La donazione poi di Rinaldo di Guittone fu ampliata da Teodino di Poregia, il quale fra le altre cose concedette alla basilica la metà della chiesa di Cocorone (an. 1203). Riferiamo per intero questi documenti a ciò si conoscano le ragioni che aveva la basilica su gli accennati castelli allorchè avvenne la conferma del pontefice Onorio III. E innanzi tutto riportiamo l'atto col quale l'anno 1186 Berardo di Labro ed altri signori di Rieti rinunziarono a favore della medesima basilica lateranense ogni loro diritto sulle predette castella [59]:

In nomine Domini ab eius incarnatione anno Domini M.C.LXXXVI. residente in sacratissima sede beati Petri Apostoli Urbano tertio papa et regnante Frederico imperatore die mercurio mense Iunio Indictione quarta. Breve recordationis quod factum est de lite et controversia que vertebatur inter dominum Iohannem sancte lateranensis ecclesie priorem et Lucam yconomum predicte ecclesie que vocatur Constantiniana et inter Berardum de Labro et filios videlicet Synibaldum Gentilem et Raynaldum et nepotes eiusdem Berardi olim filios Aldebrandini filii Berardi scilicet Berardum et Thomam et inter filios Berardi de Murro scilicet Andream Abrunamontem et Gentilem et iohannem de tebaldo tutorem et curatorem eorum datum a berardo ameline civitatis et apostolice sedis iudice

59 Bibl. Vat., cod. lat. 8034, p. 34.

ordinario et inter Raynerium et thodinum germanos fratres olim filios Enrichi de puregia et inter Raynaldum de melice pro se et pro berardo nepote suo cuius curator datus est a berardo iudice et inter Gualterium nepotem eiusdem Raynaldi videlicet de quarta parte octo castrorum cum omnibus tenimentis et pertinentiis eorum intus et extra scilicet Grumuli, Puregie, Vallaquose, Labri, murri, melici, Cocoronis et modii et de octava parte quatuor castrorum cum tenimentis et pertinentiis eorum intus et extra scilicet Furcamelonis, Turris, Crucis, Planizie que lix et controversia mandata est cognoscenda et diffinienda a dño Urbano tertio pp. domino Petro Ameliensis Ecclesie episcopo in cuius presentia et ex eius arbitrio et omnibus partibus volentibus et consentientibus amicabili conventione iure transactionis ad hunc finem devenerunt ut predicta Lateranensis ecclesia haberet quartam partem octo predictorum castrorum cum omnibus tenimentis et pertinentiis suis intus et extra et octavam partem quatuor aliorum castrorum cum omnibus tenimentis et pertinentiis eorum intus et extra quam quartam et quam octavam Raynaldus Guittonis dedit Lateranensi Ecclesie sicut in publico instrumento eorum apparet pro redemptione anime sue. Unde nos omnes supradicti videlicet Synibaldus de Labro, Gentilis Raynaldus filii berardi ranerii et nepotes eiusdem berardi scilicet thomas et berardus olim filii aldebrandini et Raynerius de puregia et todinus frater meus et Andreas et abrunamonte et Gentilis germani fratres quondam filii de berardo de Murro cum iohanne de thebaldo tutore et curatore nostro dato nobis a berardo ameliensi iudice ordinario et Gualterius et Raynaldus de melice cum berardo nepote nostro cui curator datus sum a predicto iudice presentialiter iure transactionis refutamus damus cedimus et investientes corporaliter ad veram proprietatem tradimus vobis predicto Iohanni Lateranensis ecclesie priori et Luce eiusdem ecclesie yconomo vestrisque successoribus in perpetuum pro ipsa Lateranensi ecclesia. idest totum quod habemus et tenemus vel possidemus de quarta parte octo predictorum castrorum cum omnibus tenimentis et pertinentiis eorum tam intus quam extra scilicet Grumuli, Puregie, Vallequose, Labri, Murri, Melice, Cocoronis, et Modii et de octava parte quatuor aliorum supradictorum castrorum scilicet forcemelonis, turris, crucis, et planitie quam quartam et quam octavam predictus Raynaldus guittonis dedit Lateranensi Ecclesie pro redemptione anime sue quam refutationem dationem concessionem et corporalem traditionem et omnia supradicta promittimus pro nobis nostrisque heredibus et successoribus omni tempore rata et firma habere et legitime defendere et contra ea numquam venire. Et insuper nos Andreas. abrunamonte. Gentilis filii de berardo de Murro et ego berardus de Melice omnia supradicta firma habere promictimus, iureiurando corporaliter prestito que omnia sicut superius leguntur et promictuntur non observaverimus aut non adimpleverimus aut corrumpere temptaverimus per nos vel per submissas vel submictendas personas a nobis. centum marcas boni argenti vobis legitime stipulantibus vestrisque successoribus nomine pene dare promictimus. et insuper hoc instrumentum et refutatio et datio et cessio et corporalis traditio et omnia supradicta semper incorrupta et illibata tenere spondemus.

Actum Amelie in curia predicti episcopi Nos supradicti omnes hoc instrumentum ante predictum Episcopum et in presentia subscriptorum testium et aliorum multorum te scribere rogavimus. Testes. etc. [60].

L'istromento poi con cui Giovanni priore di s. Giovanni in Laterano concedeva in enfiteusi sino alla terza generazione a Berardo di Labro e agli altri signori, coi quali era stata questione, le castella di Poregia, Grumuli, Ballicula, Labro, Morro, Cocorone e Mojo, non che Forca Milone, Planezie, Croci e Torri, già alla medesima donate da Rinaldo di Guittone, fu fatto nel giugno 1186, ed è del tenore seguente [61]:

In nomine Domini nostri Ihesu Xpi amen. Anno eiusdem incarnationis M . C . LXXXVI. residente papa Urbano tertio in sacratissima sede Beati Petri apostoli. Regnante Frederico Imperatore mense Iunii die Mercurii indictione IIII. Nos quidem Donnus iohannes prior Lateranensis ecclesie que dicitur Constantiniana et Luca yconomus consentientibus et assensum prebentibus fratre iohanne et donno bartholomeo et donno matheo et fratre girardo et consensu aliorum canonicorum eiusdem Lateranensis ecclesie damus tradimus locamus et concedimus iure locationis vobis Senebaldo et Ray-

60 Nella copia del codice vaticano testè accennato mancano le firme dei testimoni.
61 Bibl. Vat., cod. lat. 8034, fol. 36.

naldo filiis berardi de Labro et berardo et thome quondam aldibrandini filiis et Raynerio et taudino de puregia et andree et obrunamonti et Gentili germanis fratribus de castro Murri et Raynallo de Melice et berardo et Gualri (sic) de melice et filiis et nepotibus nostris masculis ex filiis legitimis quicquid habebatis et tenebatis ex omni et in omni possessione que olim fuit Raynaldi guittonis cum omni iure et actione ad Lateranensem Ecclesiam pertinenti et modo redidistis in quarta parte castrorum scilicet Labri, Grumuli, Modii, Vallacoli, Cocoronis, Murri, Puregie, Melicis et in tenimentis eorum et in octava parte castrorum scilicet planeze, turris, crucis, furcemelonis et in tenimentis eorum. Et si aliquis vestrum usque in tertiam generationem non habuerit filios masculos vel nepotes eius portio predicte possessionis deveniat ad fratrem vel fratres eius carnales ex eodem patre finita vero tertia generatione libere tota predicta possessio revertatur ad eamdem Lateranensem Ecclesiam set renovetur. Et deficientibus filiis vel nepotibus ex filio vel filiis vel fratribus carnalibus ex eodem patre natis, eorum portio predictarum rerum revertatur libere similiter ad eamdem Ecclesiam Lateranensem retento nobis iure patronatus ecclesiarum predicte partis. salvo usu vestro exceptis ecclesiis quas per autenticum instrumentum apparebit antequam Lateranensis (sic) Ecclesie aliis fuisse concessas. Et similiter damus et concedimus vobis Senebaldo et Raynaldo de Labro et Berardo et thome iure locationis ipsam partem quam Gentilis frater vester tenebat et nobis restituit eodem modo. Et ideo hanc locationem facimus omnibus vobis supradictis quia promittitis solvere singulis annis predicte Ecclesie Lateranensi in ipsa Ecclesia in die sancto iovis in cena Domini nomine pensionis XXV sollos Lucenses et centum parasides mense Lateranensi venientes quam pensionem taliter solvere debetis sicut in instrumentis vestris continetur. Illi de Labro debent solvere X sollos Lucenses et quinque Lucenses et quadraginta parasides et medietatem quatuor parasidum sexta parte primitus abstracta de ipsis quatuor que sexta contingit illis de Melice. Illi de pureia debent solvere nomine pensionis V sollos bonorum Lucensium et duos Lucenses et dimidium et XX parasides et quartam partem quatuor parasidum sexta parte primitus abstracta de ipsis quatuor. Illi de Murro debent solvere nomine pensionis quantum et illi de puregia. Illi de Melice debent solvere nomine pensionis quatuor sollos bonorum Lucensium et duos Lucenses et XVI parasides et sextam partem quatuor parasidum. Quam pensionem nos omnes supradicti conductores promittimus solvere singulis annis sicut superius dictum est sub pena dupli eiusdem pensionis. Et si quis nostrum non solverit pensionem suam ipse solus incidat in penam. alii vero non qui solverint. Nos vero supradicti locatores scilicet prior et yconomus aliorumque omnium fratrum Lateranensium consensu promictimus pro nobis nostrisque successoribus vobis vestrisque heredibus ad hunc contractum locationis et renovationis pertinentibus hunc contractum locationis scilicet et renovationis firmum illibatumque tenere et ab omni homine ubi et quando necesse fuerit legitime defendere. Et si omnia hec qualiter supra leguntur et promictuntur non observaverimus atque adimpleverimus nos et nostri successores vobis vestrisque heredibus tunc promittimus dare centum marcas argenti nomine pene ante omne litis initium. et soluta pena hoc instrumentum locationis et renovationis maneat firmum quod scribendum rogavimus.

Actum in civitate Amelina in curia Episcopali. Testes etc.

Riferiamo ora la donazione fatta da Teodino di Poregia l'anno 1203 alla basilica lateranense dell'ospedale di Canale, delle chiese di s. Maria di Ovillo e di s. Maria di Cocorone, e della metà della terza parte della chiesa di s. Susanna nel contado di Rieti [62]:

In nomine Domini amen. Anno eiusdem incarnationis millesimo CC. tertio. indictione VI. mense iunii temporibus domini Innocentii tertii pp. et anno sexto post obitum henrici imperatoris. Hoc quidem tempore ego theodinus de Puregia mea propria et spontanea bona voluntate et pro redemptione anime mee et remissione peccatorum meorum meorumque parentum facio vobis donno iohanni et donno Raynallo ecclesie Lateranensis canonicis pro eadem ecclesia recipientibus cartulam donationis dationis et confirmationis cessionis et concessionis hospitalis de Canali et de omni iure quod unquam ipsi hospitali competit. quam donationem dationem cessionem concessionem et confirmationem ego et frater meus Raynerius et frater carbo presbitero Raynerio priori sancte Marie de colle et nicolao ferlandi fecimus quam eamdem ego predictus todinus vobis predictis donno iohanni et Raynerio facio pro

[62] Bibl. Vat., cod. lat. 8034, fol. 58.

predicta ecclesia recipientibus. Insuper do dono trado atque concedo iam dicte ecclesie Lateranensi vobis pro eadem recipientibus una cum berardo prelato et amministratori ecclesie S. Marie de Ovillo ius patronatus quod mihi in iam dicta ecclesia S. Marie competit et medietatem ipsius Ecclesie cum omni iure et omnibus possessionibus libris et paramentis mortuariis decimationibus primitiis et servitiis hominum et cum omni iure quod ad ipsam pertinet quam donationem ego berardus predictus prelatus et amministrator dicte ecclesie facio confirmo et ratam habeo et insuper medietatem ecclesie S. Marie cocoronis cum omni iure et ratione ad ipsam pertinentem et medietatem tertie partis pro indiviso ecclesie S. Susanne cum alvio molendini eiusdem ecclesie. Damus donamus cedimus tam ius patronatus quam ipsas ecclesias cum omnibus possessionibus et omni iure ad eas pertinentibus excepto flumine quod hospitale et quas ecclesias sunt in episcopatu et comitatu reatino et tenimentis castrorum Puregie et Cocoronis et Regodutri quas ecclesias et quod hospitale damus donamus vobis pro predicta ecclesia Lateranensi et eius capitulo et nomine venerabilis domini Prioris G. eiusdem ecclesie recipientibus ad habendum utendum possidendum et quicquid domino priori G. eiusdem ecclesie Lateranensis eiusque successoribus et capitulo placuerit pro utilitate et melioratione iam dicte ecclesie Lateranensis placuerit faciendum. Insuper promitto et obligo me et meos heredes vobis pro Lateranensi Ecclesia eiusque capitulo et priori eorumque successoribus recipientibus omnia que predicta sunt semper firma et rata habere et contra in nullo venire neque eam (sic) falsare aut minuere. set iure quandocumque et ubicumque necesse fuerit vos et eam capitulum priorem eorumque successores per stipulationem defendere promictimus quod si non fecerimus quia noluerimus aut non potuerimus unam libram auri optimi vobis nomine pene et ecclesie vestre per stipulationem dare promictimus. et pena soluta cuncta que supra leguntur semper maneant firma.

Ego todinus et ego berardus qui et supra hanc hanc (sic) cartam fieri rogavimus testes etc.

Eodem tempore ego presbiter petrus ecclesie S. Marie de cocoronis presbiter et amministrator pro medietate ipsius ecclesie predictam dationem et donationem confirmo et ratam habeo et quantum in me est et ad me pertinet facio predictis canonicis modo predicto recipientibus et nomine ecclesie Lateranensis eiusque capitulo et priori eam retineo. Testes etc.

Castrum Vallis Montonis cum omnibus ecclesiis intus et foris et omnibus ad ipsum castrum pertinentibus. Valmontone, l'antico *Tolerium*, era conosciuto nei bassi tempi, come opina il Nibby, col nome di *Villa Maior*, ricordata dal Camerario in Gregorio II (an. 715-731): « Arnualdo « tribuno locat fundum Casamaior et Longocianum (al. Longoieianum, oggi Lugnano) ex corpore patri- « monii Lavicani territorio Prenestino miliar. ab urbe Roma minus plus XXI [63]. » Aggiunge il Nibby, che questa villa fosse data alla basilica lateranense da Gregorio II [64]; ma l'autorità di Cencio Camerario, al quale esso si appella, non è a proposito; mentre il passo del Camerario non nomina la basilica lateranense, essendo tale quale è stato da noi testè riferito. Non può negarsi peraltro, che il possesso di detta basilica risalga a tempi molto remoti, e che sotto il dominio di questa, la *Villa Maior* incominciasse a popolarsi e prendesse il nome, che ritiene al presente, di Valmontone. Difatti nel febbraio 1152 il priore della basilica lateranense diede in enfiteusi ai figliuoli di Oddone e Landone suo figlio (quel Landone che da Oddone di Poli fu mandato ambasciatore ad Innocenzo II) [65] una parte del castello di Valmontone; e si dice nell'istromento, che questa parte che veniva ai medesimi locata l'aveva già tenuta il loro avo Milone: « illam quam avus vester Milo a nostra tenuit basilica. » Per gentilezza del signor duca Sforza-Cesarini mi è dato di poter rendere pubblico questo documento, il più antico che io mi sappia, dove espressamente si parli di Valmontone [66]:

In nomine domini. Anno dominice Incarnationis Millesimo centesimo LII. Anno septimo pontificatus Domini Eugenii tertii pape, Indictione XV. Mensis Ianuarii. Die XXXI. Ego quidem Petrus dei gratia prior et Rector Venerabilis Basilice Salvatoris domini nostri Iehsu Christi et Canonicus regularis sancti Iohannis baptiste que dicitur Constantiniana. In presentia et consensu predicti domini nostri

[63] Muratori, *Antiq. M. E.*, tom. V, p. 836; Jaffè, ed. Lipsiae, 1885, p. 257, n. 2225.
[64] Nibby, *De' dintorni di Roma*, III, p. 372.
[65] Mittarelli, *Ann. Camal.*, tom. IV, appendice n. vii, col. 614.
[66] Arch. Sforza-Cesarini, A. I. n. 5 (originale).

Eugenii summi pontificis et universalis pape. Nec non et Consensu Cardinalium predicte Curie, Consentientibus etiam omnibus fratribus predicte basilice, Iohanne de valle montonis, Henrico, Ugone, Conselmo, presbyteris. Iohanne de alatro. Ieronimo et Berardo diaconibus, Petro, Iohanne et Benincasa subdiaconibus, Ceterisque fratribus ipsius basilice. Hac die propria spontaneaque nostra voluntate locamus titulo enphiteosis, Vobis Omnibus filiis masculis legitimis si fueritis, alioquin feminabus natis et nascendis, de Landone Vallis montis et de Oddone patre suo et vestris legitimis filiis masculis si fuerint, alioquin et feminabus titulo... Idest illam quam avus vester Milo a nostra tenuit basilica, et insuper addimus vobis duas partes scilicet Petri de rofreda et Rofredi de Iohanne quas a nostra tenuerunt basilica. De Castro (vallis) montonis intus et de foris, Cum domibus, terris, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis, Montibus, Collibus, plagiis et planitiis, vallibus et hortis, et cum omnibus ad predictum castrum generaliter et integrum pertinentibus. Exceptamus ecclesias intus et de foris cum omnibus pertinentiis (suis) quas vobis non locamus. Positum territorio trebanensi miliario ab urbe Rome plus minus XXX. sicut inter suos concluditur fines. Iuris nostre basilice ad tenendum fruendum meliorandum et sicut dictum est titulo possessorio. Pro qua enphiteosi sectaginta libras luc(ensium) nobis dedistis, et omni anno in festivitate sancti Iohannis baptiste, et omni seculari familia habentium tam maiorum quam minorum, hoc est militum et massariorum, unus denarius papiensis pro pensione nostre detur basilice, vel per nuntium nostrum vel per aliquam personam cui commiserimus, et Vos suprascripti filii Landonis et Oddonis una cum fratribus et sororibus vestris si contigerit cum aliis vestris Consortibus cogere debetis illum qui forte dare noluerit, et Nuntium nostrum procurari faciatis quod dicta pensio ab omnibus soluta sit integre, et si contigerit clericos vel laicos nostre basilice ad predictum Castrum venire, vos prenominati cum aliis vestris Consortibus illos hospitari et honeste servire debetis sex vicibus annualiter. Salvo iure sancti Iohannis et aliorum omnium vestrorum consortium locatione qui a nostra tenent ecclesia, et Nemo vestrorum habeat licentiam commutandi vel pignorandi, seu alio quolibet modo alienandi partem suam nisi inter vos metipsos. Si vero vendere volueritis, prius nobis nostrisque successoribus vendatis, iusto pretio quo appretiatum fuerit minus duodecim denariorum papiensium per unumquemque mansum. quod si emere noluerimus detis nobis predictum cominus et vendatis cuilibet et vestris Consortibus. Nulli alii pio loco, detis vel concedatis nisi nostre basilice. Mortuis omnibus predictis personis omnia que dicta sunt nostre redeant basilice. Nos autem et nostri successores defensuros promittimus ab omni homine si necesse fuerit. Si qua vero pars contra fidem huius locationis venire temptaverit et si vos Conductores aut vestri filii cuncta que dicta sunt nobis et nostre basilice non persolveritis et observaveritis, tunc det pars infidelis parti fidem servanti Pro pena suprascriptum pretium duplum, et soluta pena, hee due locationis chartule uno tenore Conscripte per manum Andree scriniarii sancte romane ecclesie. In mense et Indictione suprascripta XV. secundum earum tenorem firme permaneant. Signum † manus suprascripti Domini Petri Venerabilis prioris huius chartule rogatoris.

(*Signum crucis*) Tomas filius adinulfi comitis.
Petrus medicus.
Carus Leo.
Leo sancti Iudex.
Rapizo. Tebaldus carileonis. Test.
Petrus de trebana. Iohannes baronis. Test.
Georgius de mira. Iohannes tebaldi. Test.
Roffo de girardo.

Ego Andreas scriniarius sancte romane ecclesie complevi et absolvi.

Il *Castrum Vallismontonis* trovasi nominato fra i beni confermati alla basilica lateranense nelle più volte indicate bolle di Anastasio IV e di Adriano IV. Ma sul finire del secolo XII i canonici lateranensi lo avevano gravato per modo di debiti, che erano in pensiero di venderlo « ita ut de alienatione « ipsius multiformiter ageretur. » Onde papa Innocenzo III, col consenso del priore e canonici suddetti, lo comperò parte con denari proprî, parte con quei di Riccardo conte di Sora suo fratello germano, e lo dette in feudo allo stesso Riccardo, « salvo iure lateranensis ecclesie, » e con la condizione « ut « pro pecunia quam nos ad emptionem ipsius castri contulimus, tu et heredes tui de castro ipso,

« interposito iuramento, guerram et pacem ad mandatum Romani Pontificis contra quoslibet homines « faciatis. » Le quali condizioni promise il conte Riccardo di osservare con solenne istromento, fatto in Ferentino alla presenza del Papa e di tutta la corte pontificia li 8 ottobre 1202, secondo che risulta da un breve dello stesso Innocenzo III [67].

I beni di Riccardo Conti con istromento del 3 maggio 1226 restarono divisi fra i suoi figli Paolo e Giovanni, presente e consenziente Stefano cardinale di s. Adriano loro fratello. A Paolo primogenito toccò Valmontone, Sacco, Pluminaria ecc.; a Giovanni la torre con le case in Roma, i beni di ponte Mammolo, Montefortino ecc. lasciando indivisa la terra di Poli [68]. Fu Giovanni il capo di casa Conti detta dei signori di Poli: Paolo fu stipite della linea chiamata di Valmontone, tra i cui possessi essendo entrata l'anno 1353 la città di Segni, prese nome di Valmontone e di Segni: la quale si estinse in casa Sforza, il cui primogenito, oggi don Francesco Sforza-Cesarini, ritiene, fra gli altri titoli, anche quello di duca di Segni [69]. Valmontone l'anno 1634 fu venduto da Mario Sforza a Taddeo Barberini, dopo la cui morte il cardinale Francesco Barberini lo vendette nel 1651 al principe Camillo Pamphily.

Quali poi fossero i diritti esercitati dalla basilica lateranense sul castello di Valmontone dopo l'infeudazione fatta a Riccardo Conti, ben si pare da un ricordo che si ha nel catalogo più volte accennato delle chiese e censi di quella basilica, ove si legge: « Ecclesia seu monasterium sancte Marie « in Silice territorii castri Vallis montonis tenetur procurare expensas duobus canonicis et uni beneficiato « et uni procuratori Lateranensis ecclesie cum quatuor equis et duobus eorundem dum permanent « ibidem ad census colligendos: patet per privilegium Innocentii tertii. — Castrum Vallis montonis « tenetur respondere annuatim ecclesie Lateranensi tres denarios pro fculario et dominus eiusdem « castri tenetur respondere annuatim unum florenum auri [70]. »

Castrum Metellanici cum ecclesiis et omnibus ad ipsum pertinentibus. Castrum Carpineti cum ecclesiis ecc. Sono questi i due comuni di Montellanico e di Carpineto romano. È la loro storia totalmente sconosciuta. Onde penso di far cosa grata d'intrattenermi alquanto intorno a questi due comuni, massimamente intorno a Carpineto, essendo esso la patria del supremo gerarca della Chiesa, dell'immortale pontefice Leone XIII.

Sorgono queste due terre sulle verdeggianti vette de' monti Lepini, oggi circondario di Velletri, una volta provincia di Campagna e Marittima: esse sono limitrofe di territorio, ma soggette a diocesi diverse: Carpineto ad Anagni, alla quale venne confermato fin dal 13 settembre dell'anno 1227 da Gregorio IX [71], Montellanico a Segni, confermatole da Lucio III li 2 dicembre 1182 [72]. Montellanico viene già nominato tra i beni della basilica lateranense nella bolla di Anastasio IV dell'anno 1153 [73] e in quella di Adriano IV del 19 aprile 1155 [74]. Di Carpineto non trovo fatta menzione, come proprietà della medesima basilica, innanzi alla bolla onoriana: ma in un breve di Bonifacio VIII dell'anno 1299, che riferirò più sotto, si dice che la basilica di s. Giovanni in Laterano lo aveva già conceduto in feudo *a longissimis temporibus;* le quali parole ci rimandano a tempo molto più antico. Del resto, in ambedue i castelli la chiesa lateranense vi godeva giurisdizione baronale *cum mero et mixto imperio:* vi esigeva il fuocatico a ragione di tre denari a casa, e un fiorino d'oro di censo dal feudatario.

67 Arch. Sforza-Cesarini, A. I. n. 11; Ratti, *Della famiglia Sforza,* II, p. 232; Theiner, *Cod. Dipl. S. Sedis,* I, n. 52, p. 42.

68 Contelorio, *Geneologia Comitum,* p. 3, n. 4; Ratti, *Della famiglia Sforza,* vol. II, p. 235, n. 17.

69 Ratti, *op. cit.*, vol. II, p. 326, n. 17, riporta l'istromento della cessione o dedizione della città di Segni fatta da quel comune a Giovanni Conti capitano generale del senato e del popolo romano il 6 aprile 1353, tratto dall'originale esistente nell'Arch. Sforza-Cesarini, A, II, n. 31. Innanzi a questo tempo non v'è memoria che la casa Conti abbia avuto mai signoria sulla città di Segni. Perciò le parole che si leggono nelle *Gesta Innocentii III,* che Trasmondo Conti, padre d'Innocenzo, fosse *de Comitibus Signae,* citate dal Potthast, *Reg. Pont. Rom.*, p. 1, sono senza dubbio da mano posteriore interpolate.

70 Arch. Basil. Later., cod. 71, fol. 9 e 183.

71 Arch. Vat., *Reg. Gregorii IX,* lib. I, fol. 43, epist. 153; Potthast, *Reg. Pont. Rom.*, vol. I, p. 694, n. 8033; Ughelli, *Italia sacra,* tomo I, c. 311.

72 Jaffé, *Reg. Pont. Rom.*, ed 1886, vol. II, p. 144, n. 14709; Ughelli, *Italia sacra,* tomo I, c. 1237; Migne, p. 201, c. 1158.

73 Jaffé, *Reg. Pont. Rom.*, ed. 1886, p. 93, n. 9793; Crescimbeni, *op.* e *l. c.*

74 Arch. Basil. Later., cod. 31, fol. 19; Jaffé, ed. cit., vol. II, p. 108, n. 10032.

Così infatti leggiamo nel catalogo delle chiese e censi spettanti a quella basilica: « Castrum Carpineti « tenetur respondere annuatim tres denarios pro foculario et dominus eiusdem castri unum florenum « auri, et idem tenetur Castrum Metellanici et dominus eius unum florenum auri [75]. »

Fin già dal secolo XII Carpineto si possedeva in feudo dai conti di Ceccano (Annibaldeschi). Erano essi la più potente ed illustre famiglia che fosse allora nella provincia di Campagna, d'onde uscirono molti cardinali e personaggi d'altissima riputazione. Discendevano da Gregorio conte di Ceccano, vissuto nel pontificato di Pasquale II e morto l'anno 1104 [76]. Carpineto fu acquistato dal conte Gregorio, secondo di questo nome: « 1157, indictione quinta, hoc anno Gregorius Comes Ceccani acquisivit « Carpinetam [77]. »

Ma al tempo d'Onorio III, e già da molti anni prima, feudatario di Carpineto era Giovanni conte di Ceccano, uno dei più ragguardevoli personaggi che siano mai stati in quella casa. Giovanni era figlio di Landolfo conte di Ceccano morto l'anno 1182 [78], ed aveva in moglie Rogasiata, o Rogasia, figlia di Pietro conte di Celano [79]. Dei suoi rapporti con Carpineto, la notizia più antica che ci sia pervenuta, è una donazione da lui fatta l'anno 1199 al monastero di Villamagna nella diocesi Anagnina d'un oratorio in onore di s. Tommaso arcivescovo di Cantorbery, situato nel territorio di Carpineto. Questo insigne arcivescovo, martire della sua fermezza nel difendere le ragioni e l'indipendenza della Chiesa, caduto sotto ferro assassino nella stessa sua cattedrale li 29 dicembre dell'anno 1170, era stato elevato all'onore degli altari dal pontefice Alessandro III. La solenne canonizzazione celebrata il 2 febbraio 1173 nella città di Segni [80], credo sia stata la cagione onde nacque subitamente in quelle contrade la divozione e il culto per s. Tommaso Becket: e l'oratorio di Carpineto fu senza dubbio una delle prime chiese a lui erette. Nella carta di donazione viene detto che questo oratorio era stato fabbricato da un tal fra Anselmo: ma una volta che la proprietà era del conte Giovanni di Ceccano, conviene dire, che fra Anselmo doveva averlo fatto coi denari di esso conte; e le case, vigne e altre terre, che a quell'oratorio appartenevano, dovevano essere state dal conte medesimo donate. Promette inoltre il donatore, che avrebbe sempre tenuto sotto la sua protezione gli uomini ed animali del monastero di Villamagna, sia nell'andare come nel tornare, e nel dimorare che avrebbero fatto nelle proprietà dell'oratorio medesimo; mostrando con questo, essere lui che aveva giurisdizione nel territorio di Carpineto dove le proprietà stesse si ritrovavano. L'atto di donazione è il seguente [81]:

In nomine domini nostri ihesu christi anno incarnationis eiusdem. Millesimo. C. nonagesimo nono. Indictione II. anno. II. domini Innocentii. pape. III. Mensis Martii. die. XV. Dominus Iohannes dei gratia Illustris et egregius Comes de Ciccano, nulla coactus vi, nec dolo inductus, set propria et spontanea voluntate, et pro redemptione anime patris sui et aliorum parentum suorum ac sui ipsius, titulo donationis inter vivos donavit et inrevocabiliter concessit domino Iohanni Ven. Abbati Monasterii sancti Petri de Villamagna et per eum fratribus suis eorumque successoribus ac ipsi Monasterio, ad liberam proprietatem in perpetuum Oratorium Beati Thome gloriosissimi martiris, et Cantuariensis Archiepiscopi, situm in territorio Carpinete, cum domibus, vineis, arboribus, terris, cultis et incultis, et omnibus utilitatibus et pertinentiis, quas frater Anselmus conditor ipsius loci habuit et possedit in die obitus sui. deditque eis potestatem intrandi, tenendi, possidendi, utendi, fruendi, et faciendi quicquid voluerint ad iamdicti Monasterii utilitatem. salva tamen hac conditione, quod non liceat eis prefatum Oratorium in alterius dominium transferre, et salva pensione, videlicet, una libra cere per singulos

75 ARCH. BASIL. LATER., cod. 71, fol. 9.

76 PERTZ, *Annal. Ceccanenses Mon. Germ. Hist.*, XIX, p. 281; MURATORI, *Script. Rer. Ital.*, (*Chronicon Fossaenovae*), tomo VII, p. 867; UGHELLI, *Italia sacra*, tomo X, Append. c. 14: « *1104 obiit Gregorius Comes de Ceccano 12 Kal. Octobris feria tertia.* »

77 PERTZ, UGHELLI, MURATORI, luoghi citati. Negli antichi documenti si trova scritto *Carpineta* e *Carpinetum*.

78 PERTZ, UGHELLI, MURATORI, luoghi citati: « *1182, indictione decima quarta obiit Landulphus Comes Ceccani decimo septimo Kalendas Iunii die dominico.* »

79 PERTZ, UGHELLI, MURATORI, luoghi citati: « *1189, Ioannes de Ceccano accepit in uxorem Rogasiatam filiam comitis Petri de Celano.* »

80 JAFFÈ, *Reg. Rom. Pont.*, ed. cit., vol. II, p 263.

81 ARCH. CAPITOLARE ANAGNINO, armadio I, fasc. X, XI, n. 448. Questo e il seguente documento mi vennero gentilmente communicati dal ch. signor avv. RAFFAELE AMBROSI, che li estrasse dal suo lavoro intorno alla storia d'Anagni.

annos a supradicto fratre Anselmo, ipsius Oratorii fundatore, Anagnino Episcopo constituta, sicut in ipsius Episcopi litteris de voluntate omnium Canonicorum Anagnine Ecclesie factis, et suo sigillo impressis, et ut etiam in confirmatione domini pape continetur. Quam donationem, se suosque heredes, seu successores semper ratam habere, et ab omni homine defendere mera liberalitate promisit. Promisit etiam pro devotione quam in ipso Monasterio habebat, homines, animalia, et omnes res ipsius Monasterii in eundo et redeundo, ac ibidem morando, sub sua protectione semper manutenere et defendere. Unde sunt rogati testes, dominus Tholomeus de Gabiniano. dominus Siginulfus de Collemedio. dominus Nicolaus domini Beraldi. dominus Filippus domini Helie. et dominus Filippus brancaleonis. dominus Gregorius litardi. dominus Nicolaus landinulfi. dominus Petrus Ladoisci. dominus Iacobus condiuni, et dominus Petrus maltallatu. et Iohannes Capocia. et hec omnia acta sunt in Curia Ciccani, coram hiis et aliis pluribus. Et ego Amatus Sancte Romane Ecclesie scriniarius rogatus ab utraque parte, scripsi, et consueto signo signavi.

Il pontefice Innocenzo III con breve del 13 marzo 1199 confermò il suddetto oratorio di s. Tommaso di Carpineto al monastero di Villamagna. Ma il breve innocenziano precede di due giorni l'istromento di donazione fatta da Giovanni di Ceccano, e vi si dice che il monastero ne era già in possesso. Sicchè, doveva già avere avuto luogo un qualche altro atto di donazione, forse in forma più semplice. Il breve d'Innocenzo III è in questa sentenza [82]:

Innocentius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis I. Abbati et Conventui sancti Petri Ville magne. Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis. ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu; Oratorium sancti Thome de Carpineto cum omnibus pertinentiis suis sicut iuste et pacifice possidetis vobis et per vos Ecclesie vestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Salvo iure ecclesie Anagnine cui sicut in litteris Venerabilis fratris nostri Anagnini episcopi perspeximus contineri una libra cere ab eadem debet Ecclesia annis singulis exhiberi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit; indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani III. Idus Martii. pontificatus nostri anno Secundo.

Giovanni conte di Ceccano non possedeva soltanto il feudo di Carpineto, ma era altresì proprietario delle terre di Ceccano, Arnara, Patrica, Cacume, Monteacuto, Giuliano, S. Stefano, Maenza, Rocca Asprana, Prossedi, Pisterzo e Montellanico; e aveva beni in Piperno, Sezze, Ninfa, Alatri, Frosinone, Torrice e Ceprano. Nel territorio di Marino in contrada il *Saxone* possedeva pure delle proprietà che cedette al monastero di Grottaferrata con donazione confermata similmente da Innocenzo III l'anno 1212 [83]. L'anno 1201 prestò in mano dello stesso pontefice giuramento di fedeltà « et recognovit « Ciccanum et totam terram suam se ab Ecclesia Romana tenere.... Postmodum vero eodem anno « idem dominus Papa fidelitatem et servitium ipsius Iohannis de Cicano et progenitorum eius attendens « ei castrum Sitinum in beneficium assignavit [84]. » Onorio III ordinava li 6 settembre 1217 a quei di Sezze che gli prestassero obedienza [85]; ma ai 28 maggio del successivo anno lo privava di quella terra [86]. Nel suo testamento del 5 aprile 1224 egli disponeva del ricco suo patrimonio nel quale erano pure compresi i due castelli di Carpineto e di Montellanico. Questo importantissimo documento è del seguente tenore [87]:

82 ARCH. CAPITOLARE ANAGNINO, armadio I, fasc. I, n. 6.

83 TOMASSETTI, *La via latina*, p. 95.

84 THEINER, *Codex Dipl. Dom. Temp. S. Sedis*, vol. I, p. 36, n. 45.

85 PRESSUTTI, *Regesta Honorii III*, p. 132, n. 773.

86 IDEM, p. 229, n. 1384.

87 Miscellanea di documenti storici, presso l'autore, vol. VIII. L'originale di questo documento fu visto dal GREGOROVIUS nell'archivio Colonna e da lui citato nella *Storia di Roma nel medio evo*, Venezia, 1874, vol. V, p. 68. Aggiunge il GREGOROVIUS: « *Nell'archivio di casa Colonna esaminai molti documenti relativi alla famiglia di cui parliamo* (i conti di Ceccano). »

† In nomine Domini. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo CC.XLVIIII. pontificatus domini Innocentii quarti pape anno VI. indictione VII. mense ianuarii die IIII. Hoc est exemplum testamenti nobilis viri Iohannis de Ceccano bone memorie, scriptum et publicatum per me Iohannem Setinum iudicem et scriniarium. cuius tenor de verbo ad verbum talis est nullo addito vel minuto. In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo CC.XXIIII. pontificatus domini Honorii III. pape anno VIII. indictione XII. mense aprelis die V. astante. Hac die nos Iohannes de Ceccano filius quondam domini Landulfi de Ceccano mente et animo sani. casus humane fragilitatis previdentes per hoc nuncupativum testamentum terram nostram et res nostras ita disponimus. In primis iure institutionis relinquimus Landulfo filio nostro castra videlicet Ceccanum. Arnariam. Patricam. Cacumen. Montem acutum. Iulianum. Sanctum Stephanum. Postertium. Carpinetum et totum quod in castro Mecellanici habemus cum hominibus. servitiis. viis. itineribus. silvis. aquis. planiciis. montibus. pascuis. cultis. et incultis. et omnibus pertinentiis et tenimentis ad predicta castra pertinentibus. et ea omnia que habemus in civitate Alatri. Castris scilicet Frusinone. Turrice. et Ceprano. et eorum territoriis et tenimentis. Item relinquimus iure institutionis Berardo altero filio nostro. castra scilicet Magentiam. Roccam. Aspranam et Stoxeum. cum hominibus. servitiis. silvis. viis. itineribus. montibus. pascuis. aquis. cultis. et omnibus pertinentiis et tenimentis ad predicta castra pertinentibus et omnia que habemus in Piperno. Setia. Nimpha et eorum territoriis et tenimentis. Precipientes et districte mandantes eisdem filiis et heredibus nostris. quod proprio sacramento adhibito se ad invicem assecurent tam in pertinentiis quam in omnibus rebus suis et suorum omnium vassallorum. Si vero alterum istorum qualitercumque contigerit guerram habere. precipimus et mandamus quod alter assistat ei cum tota fortia sua viriliter et potenter. Et si guerra adeo sit propinqua quod vocatus ab alio.... die ad terram suam possit comode remeare redeat. alioquin ad expensas moretur alterius qui eum in suum adiutorium convocavit. Et si lucrum inde fuerint communiter consecuti resarcito dampno siquid evenerit. residuum dividetur secundum numerum militum qui ab utraque parte interfuerint in eodem. Item mandamus atque rogamus Landulfum filium nostrum fideique eius committimus...... sine legitimis liberis decesserit. quod omnia a nobis bona sibi relicta restituat fratri suo Berardo. Item mandamus Berardo filio nostro et fidei eius committimus quod si absque legitima prole decesserit quod bona sibi a nobis relicta restituat et devolvantur ad fratrem suum Landulfum. Item instituimus Thomasiam filiam nostram de eo quod dedimus pro ipsa cum tradidimus ipsam nuptui. et addimus eis de bonis...... solidos...... sit contenta. Item instituimus Adelasiam heredem de hiis que dedimus pro ipsa tempore sui matrimonii et addimus eidem centum solidos et volumus de hiis esse contentam...... Landulfum et Berardum filios nostros nullis relictis liberis mori contigerit. fidei eius committimus qui suppremus rebus humanis exemptus fuerit. restituat Thomasie filie nostre castra Ceccani. Arnarie. Patrice. Cacuminis. Montis acuti. Iuliani. Sancti Stephani et Postertii et ea omnia que habemus in civitate Alatri. Frusinone. Turrice, et Ceprano. Adelasie filie nostre restituat castra Proxei. Magentie. Rocce et Asprane. Carpineti et Mecellanici. et omnia que habemus in Piperno. Setia. Nympha. cum hominibus que ad predicta castra et quecumque terre predictarum possessionum nobis pertinent. Item si Landulfus filius noster in propria vel in terra Berardi fuerit malitiose machinatus. vel diminuere temptaverit de eo quod sibi relinquimus et hoc in communi curia evidenter fuerit approbatum...... Berard... castrorum Postertii et Sancti Stephani. Si vero Berardus contra fratrem suum simile attemptare presumpserit facinore approbato sicud supra dictum est. cadat in penam Landulfi de Castro Proxei ut precipimus. et quod fideles castrorum istorum sacramento astringantur supradicta servare a fidelitatis debito domini absoluti qui facinus conatus fuerit perpetrare. Insuper precipimus quod Landulfus filius noster percipiat omnes fructus et proventus qualitercumque percepti fuerint de terra Berardi quousque Berardus compleverit XX.ti annos. Et provideat ei in equis. armis. aliisque necessariis tamquam persone sue. Item legamus usumfructum et proventus omnes rocce domine Egidie matri nostre. tam de demanio quam de aliis in vita sua. salva maiori data. Precipimus insuper filiis nostris Landulfo et Berardo ut obediant domine Egidie matri nostre. et Rogasie uxori nostre sicud convenit. Et si Landulfus aliquid faceret contra matrem suam quod ipsa tollerare nollet percipiat fructus terrarum castri Marzane. in iura sua. Expleto vicesimo anno a Berardo. serviat requisitus curie Romane servitio quinque militum. de residuo quo tenetur serviat Landulfus ipsi Ecclesie Romane. Precipimus etenim quod quicquid Iordano. Teobaldo. Grane. Iocunde contulimus habeant et possideant in rectum feudum. nec filiis nostris liceat ab eis aliquid

detrahere vel minuere sine gravi offensa et culpa in curia approbata. Testamentum quidem quod Robertus Senescalcus fidelis noster fecit ex concessione nostra prout in rescripto continetur ratum et firmum habemus. Precipimus filiis nostris ut contra ipsum aliquid agere non attemptent. Item confirmamus pro redemptione anime nostre donationes inter vivos factas venerabili patri domino Landulfo Ferentino episcopo recipienti nomine monasterii Fossensis molendinorum nostrorum vallis videlicet de quinque partibus duas partes. computato in eo hiis duabus partibus quod prius habuit monasterium per domum nostram. abbate eius monasterii presente et nos ad osculum pacis recipiente et promittente tam pro se quam pro conventu suo quod unoquoque die in altare sancti Iohannis seu alibi in eodem monasterio specialiter pro salute anime nostre cantabitur missa una. reservatis fructibus in vita nostra. Item ratam habemus et firmam. donationem factam eidem domino episcopo recipienti nomine ecclesie sancti Iohannis de castro Ceccani unius molendini et gualcerie de tineis. condicione solita quod omni tempore unoquoque die celebrabitur missa specialiter pro redemptione anime nostre...... et successor eius ab archipresbyteris pro tempore instituendis in virtute Spiritus Sancti promitti faciet quod hec omnia secundum supradictum modum servabunt et sine fraude...... in ipsa ecclesia deserviunt supradicta voluerint adimplere. Molendinum cum gualceria sub iisdem condicionibus ad ecclesiam sancti Nycolay perveniat salvis fructibus in vita nostra. Item ratam habemus et firmam donationem eidem domino episcopo factam recipienti nomine ecclesie leprosorum sancti Andree duorum molendinorum que habuimus in Campo bovis ita quod omni tempore sit unus sacerdos ad servitium ecclesie...... deputatus. qui ter in ebdomada missam pro redemptione anime nostre celebrabit. sine dolo et fraude. Sin autem eadem molendina in ecclesiam sancti Valentini sub hiisdem condicionibus devolvantur. salvis fructibus in vita nostra. Consolidatione autem facta ususfructus et proprietatis in morte seu in vita nostra. Unaquaque ecclesiarum ex tunc officium incipiat celebrare. Item precipimus omnes oves. ca...... qui apud nos vel in dominio nostro inventi fuerint tempore mortis vendi per manus domini episcopi supradicti. Roberti Senescalci. Rodulfi Calabrensis. Iohannis Sarraceni. et Iordani...... et pretium predictorum ovium distribui pro anima mea ipsorum arbitrio. excepto frumento quod supradicti recipiant de domo nostra pro exequiis faciendis. Insuper precipimus filiis nostris Landulfo et Berardo quod si inter ipsos aliqua discordia fuerit super qualibet re. quod debeat terminari arbitrio trium vassallorum unius et trium alterius et quicquid ipsi statuerunt inter se sub pena...... observabunt. Insuper quascumque de possessionibus nostris vendiderimus vel pignoraverimus. vel in rectum feudum cuilibet dederimus. non liceat ab eis filiis nostris renovare. Item precipimus filiis nostris corporali sacramento adhibito omnia predicta observare. et non contra venire. et quocienscumque contra capitulum aliquod. vel capitula in hac mea dispositione inserta aliquis filiorum nostrorum venire temptaverit...... curie Romane applicanda. que pena precipimus quod sit quingentarum librarum provesinorum et fideles terre nostre servare bona fide sacramento firmabunt. Et si testamentum istud non valet iure testamenti valeat iure codicillorum. et si non valet iure codicillorum. valeat iure cuiuslibet ultime voluntatis. Testes fuerunt ad hoc specialiter rogati et convocati videlicet dominus Robertus Senescalcus. dominus Rodulfus Calabrensis. dominus Iohannes de Carpineto. dominus Landulfus domini Beraldi. dominus Moricius. dominus Iohannes domini Philippi. dominus Iohannes Sarracenus milites...... Actum in camera de volta in Ceccano. presente domino Landulfo Ferentino episcopo. Et ego Bartholomeus Villanus de Ferentino sancte Romane Ecclesie iudex et scriniarius cum subscriptis testibus interfui et ab ipso testatore audivi et intellexi. et ab ipso domino Iohanne de Ceccano rogatus et a testibus propria manu scripsi et proprium signum feci.

Formationi et ascultationi huiusmodi exempli. et originalis infrascripti per Bartholomeum Villanum de Ferentino iudicem. et scriniarium. interfuerunt rogati testes utrumque legentes et videntes dominus...... domini Iacobi de Rocca. iudex Riccardus de Miniano. Petrus de Pesclo scriniarius. Iohannes notarius domini Landulfi de Ceccano. dompnus Petrus Carbo clericus sancti Clementis. dompnus...... clericus et prepositus ecclesie sancti Elye. et idem in uno quod in alio invenerunt nullo quod sensum et veritatem continentie ipsius testamenti mutaret addito vel detracto seu etiam immutato.

Et ego Iohannes Setinus sancte Romane Ecclesie iudex et notarius sicud inveni in originali et autentico instrumento Bartholomei Villani de Ferentino iudicis et scriniarii ita in hoc exemplum publicum...... iudiciali redegi. publicavi. et exemplavi. nullo addito vel detracto seu etiam immutato. Anno. mense. die. et indictione suprascriptis.

Landolfo, che, pel surriferito testamento di Giovanni di Ceccano, divenne erede di ampio patrimonio, si distinse ancora per la sua pietà verso il Romano Pontificato; talchè Gregorio IX gli confermò l'investitura del castel di Sezze, che già da Innocenzo III aveva avuto il suo genitore, e li 28 agosto 1227 ordinò a quel popolo che gli prestasse giuramento di fedeltà [88]. Innocenzo IV li 9 giugno 1249 si diresse a lui dimandandogli aiuto per impedire l'occupazione di Terracina tentata con le armi dal senato e dal popolo romano [89]. Era congiunto in parentela col cardinal di s. Angelo, Riccardo degli Annibaldeschi, autore degli statuti di Campagnano compilati l'anno 1271 [90]. Nel suo testamento (18 agosto 1264) così dispose fra gli altri suoi beni dei suaccennati castelli di Carpineto e di Montellanico [91]:

In nomine Domini amen. Anno eiusdem millesimo CC. LXIIII. pontificatus domini Urbani IIII. pp. anno III. indictione VII. mensis Augusti die XVIIII. In presentia mei Pauli scriniarii et testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, nobilis vir dominus Landulfus de Ceccano licet eger corpore mente tamen et animo sanus recteque locutionis existens, ita de bonis suis per hoc testamentum disponere procuravit, in quo instituit heredes suos viros nobiles et mulieres filios eius videlicet, dominum Iohannem, dominum Anibaldum, dominum Guillelmum, dominum Riccardum, et dominum Raynerium, dominam Florisindam, dominam Rogasiam, Caritiam et Adhelasiam. Cui domino Iohanni reliquit tertiam partem pro indiviso tam Ceccani quam Carpineti et Arenarie, reliquit etiam eidem Patricam, Cacumen et Postertium. Domino autem Anibaldo predicto reliquit aliam tertiam partem pro indiviso tam Ceccani, quam Carpineti et Arenarie, reliquit etiam sibi Iullanum, Montemacutum, Magentum, Roccam Dompneburge, et Aspranam. Dominis vero Guillelmo, Riccardo et Raynerio predictis reliquit communiter inter eos aliam tertiam castrorum predictorum videlicet Ceccani, Carpineti et Arenarie quas tertias ipsis domino Guillelmo, Riccardo et Raynerio reliquit quantum ad usumfructum, in vita eorum tantum, quantum autem ad proprietatem succedant in ipsis tertiis sibi relictis, secundum beneplacitum et mandatum reverendi patris et domini domini Riccardi sancti Angeli diaconi cardinalis; et predicta omnia relicta filiis seu fratribus antedictis, precepit prenominatus dominus Landulfus de Ceccano ab eisdem haberi cum omnibus proventibus, servitiis, iuribus et adiacentiis ac pertinentiis suis, salvo et reservato quod nobilis mulier domina Maccalona uxor sua, teneat et possideat dictum castrum Carpineti in omnibus et per omnia, ut nunc ipsa domina tenet et possidet illud pro obligatione sibi facta ab ipso domino Landulfo et domino Iohanne et domino Anibaldo predictis pro mille quingentis libris denariorum senensium, prout apparet per instrumentum inde confectum per me Paulum scriniarium, salvo et reservato, quod ipsa domina Maccalona teneat et possideat sicut nunc tenet et possidet ipsa domina, centum homines de Ceccano obligatos sibi pro dote domine Rogasie filie sue uxoris Iohannis de Columpna videlicet pro mille ducentis libris denariorum senensium, sicut apparet per instrumentum publicum confectum per manum mei Pauli scriniarii. Item reliquit Prossedum ad voluntatem et mandatum predicti domini cardinalis dividendum inter heredes suos masculos predictos, salvo eo, quod ipse dominus cardinalis daret pro anima sua. Verum domine Florisinde filie sue reliquit dotem suam CCCCC. unciarum auri datam et solutam sibi tempore matrimonii contracti inter ipsam et nobilem virum Fredericum de Aquino virum suum et addidit ei centum sex denarios senenses. Et domine Rogasie predicte uxori nobilis viri Iohannis de Columpna reliquit dotem suam mille CC.arum librarum denariorum senensium quam habuit tempore matrimonii contracti inter ipsos Iohannem et dominam Rogasiam. Caritie quidem et Adhelasie predictis filiabus suis reliquit pro dote earum MM. libras denariorum senensium cuilibet videlicet ipsarum mille libras.... [92] duobus milibus libris. voluit et mandavit predictus testator quod teneant et possideant ipse Caritia et Adhelasia Arenariam predictam cum omnibus vassallis, possessionibus, iuribus, proventibus, servitiis et adiacentiis suis, tam in datis quam in aliis omnibus, donec eisdem de dictis MM. libris sit integre satisfactum a prenominatis filiis suis masculis seu quousque sit eis ipsa pecunia persoluta, fructibus interim et proventibus non computatis in sortem; soluta quidem ipsa pecunia duarum milium librarum, dictum castrum

88 THEINER, *Cod. Dipl. S. Sedis*, I, p. 85, n. 144.
89 CONTATORE, *Storia di Terracina*, p. 62, 63.
90 Questi statuti esistono in originale ed inediti nell'archivio dell'Eccma casa Orsini, II. A. I. n. 50.
91 ARCH. SFORZA-CESARINI, A. I. n. 16.
92 Una parola qui, essendo abrasa la pergamena, è illeggibile.

Arenarie prenominati filii sui habeant ut superius est expressum. voluit vero et mandavit quod prenominatus dominus Guillelmus et dominus Theobaldus frater suus, procurent, manuteneant et defendant ipsa iura predictarum filiarum suarum Caritie et Adhelasie. que omnia sicut prescripta sunt reliquit prefatis heredibus suis masculis et feminis iure institutionis iniunxit ipsos et quemlibet eorum et quamlibet fore contentos. Item reliquit iam dicte domine Maccalone uxori sue Castrum sancti Stephani de valle, quod obligatum tenet ipsa domina pro dotibus suis, volens et mandans idem dominus Landulfus ut de ipso castro cum omnibus pertinentiis suis possit ipsa domina facere velle suum libere et absolute et quod possit ipsum castrum relinquere uni vel pluribus de filiis et filiabus suis predictis, secundum quod ipsa voluerit. Item reliquit eidem domine Maccalone vineam Donitam cum pertinentiis suis salva quarta parte fructuum ipsius vinee quam reliquit prefato domino Guillelmo, reliquit etiam ipsi uxori sue molendina et omnia alia libere et absolute que ipsa domina Maccalona tenet et possidet in Ceccano in Patrica et Iullano et aliis castris suis eorumque territoriis et quod sit domina in vita sua inter heredes seu super heredes ipsius domini Landulfi de Ceccano. Item reliquit illud quod habet in Metellanico communiter ipsis filiis suis masculis quod dominus Iacobus de Collemedio tenet ab ipso domino in Metellanico, ut idem dominus Iacobus eisdem heredibus suis teneatur servire de facto Metellanici prout debet. Item voluit et mandavit, ut tam super hoc quod dictum est de facto Metellanici quam super ordinatione et dispositione superius expressa de castro Carpineti inter memoratos filios suos masculos servetur mandatum antedicti domini cardinalis siquid duxerit faciendum. Item voluit et mandavit testator predictus ut prenominati filii sui dominus Iohannes dominus Anibaldus dominus Guillelmus dominus Riccardus et Raynerius ipsorumque heredes et successores in perpetuum vassallis suis omnibus et singulis dictorum castrorum seu vassallis Ceccani et baronie Ceccani iustitiam plenam faciant et conservent et quotiens expedierit si casus evenerit eos iudicari faciant per iudicem discretum iuratum et iuste iudicando et quod publica instrumenta et litteras autenticas facta ab ipso domino suisque successoribus seu de mandato vel voluntate vel consensu ipsius vel ipsorum antecessorum semper firma et illesa conservent. Item voluit et mandavit ut quicumque prescriptorum heredum suorum sine filiis legitimis ex matrimonio natis quandocumque moreretur, moriatur de bonis ipsis sibi relictis superstitibus masculis eorumque heredibus que bona ipsis debeant applicari. et si ex premorienti herede masculo filia tantum seu filie remanerent, non succedant in bonis ipsis patri suo sed maritentur de paragio cum dote convenienti, solvenda de mobilibus seu inmobilibus a successore seu successoribus bonorum predictorum patris sui. idem namque dominus Landulfus de Ceccano penam talem apposuit inter predictos heredes suos masculos et feminas scilicet mille libras denariorum senensium, ut quicumque ipsorum contra predicta vel aliquid predictorum venire temptaverit cadat in penam predictam mille librarum, cuius medietas romane curie applicetur, et alia medietas partibus servantibus testamentum applicetur et accrescat, qua pena soluta vel non, predicta omnia et singula in sua semper maneant firmitate. Voluit autem et precepit testator predictus ut hoc suum testamentum valeat iure testamenti seu iure codicillorum vel iure cuiuslibet ultime voluntatis. Actum Ceccani in volta seu camera turris vetule de quo sunt testes

dominus Iordanus domini Philippi
dominus Iohannes Sarraco
dominus Theobaldus
dominus Lando domini Gregorii
dominus Robertus domini......
dominus Iohannes domini Guillelmi
dominus Bartholomeus Sorattus milites de Ceccano
dominus Iohannes archipresbyter de Patrica
dominus Matheus
dominus Guido milites patricani
dominus Bertraymus
dominus Andreas milites de Iullano
dominus Bartholomeus domini Leonis de Silva molli.

Et ego Paulus Antonini sancte Romane Ecclesie scriniarius quia predictis interfui hoc instrumentum scripsi et complevi rogatus et meo signo signavi.

Morto Landolfo conte di Ceccano, il che deve essere avvenuto tra il 1264 e il 1265, i castelli di Carpineto e di Montellanico rimasero indivisi, secondo la paterna disposizione, tra i suoi figli Giovanni, Annibaldo, Gulielmo, Riccardo e Rainerio. Intorno a questo tempo il nome di alcuni di questa casa si trova macchiato e coinvolto nei tumulti e nelle fazioni che turbavano gli stati della Chiesa. Di costoro uno de' peggiori fu Giovanni figlio di Annibaldo e nipote di esso Landolfo, come quegli che nel pontificato di Niccolò III tentò di mettere sossopra la provincia di Campagna e Marittima, e danni orribili commise contro i terracinesi [93]. Essendo perciò stato costretto di dare cauzione per l'emenda de' danni, offrì, oltre a venticinque fideiussori, la quarta parte del castello di Carpineto. Intorno alla quale offerta, Martino IV li 27 gennaio 1285 così scriveva al rettore di Campagna e Marittima [94]:

Martinus episcopus etc. Dilecto filio F. Campanie Maritimeque Rectori Salutem etc. Sicut nobis tuis litteris intimasti Iohannes filius Anibaldi de Ceccano, super excessibus commissis ab eo in Civitate Terracenensi cum alios fideiussores habere non possit de terra sua et patris sui usque ad vigintiquinque fideiussores et etiam plures quos volueris nominare, paratus est tibi dare, de parendo mandatis, et solvendo id in quo fuerit condempnatus; eo modo sive conditione adiecta, quod si ipsum contigeret non parere, vel non solvere penam quam duxeris infligendam, ex nunc absolvit ipsos ab omni dominio et iure quod habet in eis et illud in te recipientem nomine Romane ecclesie trasfert totaliter et concedit. Promictens se facturum et curaturum, quod pater suus.. Uxor et.. Nurus et quilibet alius cui interest, consentient omnibus supradictis. Preterea cum non habeat bona mobilia, quartam partem quam habet in Castro Carpineti, offert pro pignore tibi dare, licet dictam partem Castri pro cautione recipere, non reputes « cautionem » ydoneam. Quare super premissis petebas tibi nostrum beneplacitum declarari. Nos igitur attendentes, quod de hiis eorumque circumstantiis habere potes et debes notitiam pleniorem, quodque circa iniunctum tibi officium, honorem et exaltationem Romane ecclesie procuras sollicite ac prosequeris diligenter, presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus si dictus Iohannes alios fideiussores ydoneos tibi dare non potest predictos fideiussores sub prefato modo, et alias pro ut melius nostro et ipsius ecclesie honori et utilitati videris expedire recipias, et tam in hiis quam aliis que incumbunt cuncta peragas et prosequaris prudenter, que noveris oportuna, ita quod tua diligentia possit exinde de bono in melius merito commendari. Datum Perusii VI. kalendas februarii Pontificatus nostri Anno Quarto.

Ma fatti anche più gravi vengono registrati dalla storia a carico di questo stesso Giovanni figlio di Annibaldo, come altresì di Annibaldo e di altri della loro famiglia, avvenuti nel pontificato di Clemente IV, del predetto Niccolò IV e di Bonifacio VIII [95]. Questo Pontefice li 13 giugno del 1299 pubblicava in Anagni una bolla contro i suaccennati Giovanni e Annibaldo conti di Ceccano, ove, narrati i molti loro delitti, li privava dei beni [96]. Sotto lo stesso pontificato di Bonifacio VIII vediamo Giovanni figlio di Landolfo e Gotifredo figlio di Giovanni implicati nel sacrilegio di Anagni e nel rubamento del tesoro della Santa Sede perpetrato dai Colonnesi: onde furono da Benedetto IX processati [97].

Il cattivo procedere dei Conti di Ceccano verso la Santa Sede non poteva per verità andare a sangue al capitolo della basilica lateranense di cui erano feudatari per l'investitura del castello di Carpineto. Oltre a ciò, mentre questo fu in mano dei predetti signori, per molti anni non tornò di alcuna utilità alla medesima basilica: « inutiliter et infructuose ipsi ecclesie iaceat sicut iam iacuit « diuturnis temporibus. » Pertanto il capitolo lateranense avendolo ricuperato e levato ai detti conti di Ceccano, lo concedette con istromento del 15 agosto 1299 a Pietro Caetani conte di Caserta, nepote del pontefice Bonifacio VIII. In questo istromento venne conceduto al Caetani il suddetto castello col suo territorio e distretto « cum vassallis et hominibus mero et mixto imperio; » per l'annuo censo di

93 Raynaldi, *Ann. Eccl.*, an. 1299, n. 8.
94 Arch. Vat., *Reg. Martini pp. IV*, tomo II, (ser. gen., tomo 42) fol. 114, epist. 140.
95 Raynaldi, *Ann. Eccl.*, l. c.
96 Arch. Vat.. *Reg. Bonifacii VIII*, an. V, tomo 49, fol. 258, epist. 65.
97 Theiner, *Cod. Dipl. Dom. Temp. S. Sedis*, vol. I, p. 402, n. 585.

un fiorino d'oro, e fin d'allora venne pagato anticipatamente il censo di anni cento. La quale concessione fu dal pontefice confermata con la seguente bolla [98]:

Bonifatius episcopus servus servorum dei. Dilecto filio Nobili Viro Petro Gaytano de Anagnia Nepoti nostro salutem et apostolicam benedictionem. Dum sollicite considerationis indagine perscrutamur eximie devotionis affectum zelum reverentie uberem, ac solide fidei puritatem, quibus erga Romanam ecclesiam matrem tuam hactenus claruisse dinosceris, et laudabilibus clarere studiis non desistis. Dum etiam recogitamus attentius quod te ad ipsius ecclesie exequenda servitia promptum semper invenimus et paratum, dignum et rationi consonum arbitramur, ut personam tuam precipuis prosequendo favoribus petitiones tuas, subductis ostaculis, ad exauditionis benigne gratiam admittamus. Sane dilecti filii Capitulum Lateranensis ecclesie provide attendentes, quod per te ac tuos existere poteris eidem ecclesie multipliciter utilis et quamplurimum fructuosus, et cupientes propterea te ipsius ecclesie reddere specialiter obligatum, deliberatione inter se prehabita diligenti, Castrum Carpineti Anagnine diocesis, ad eandem Lateranensem ecclesiam pertinens pleno iure tibi et heredibus tuis in perpetuum sub certo censu annuo, concessa prius super hoc ipsis a nobis vive vocis oraculo plena et libera potestate contrariis quibuscunque constitutionibus et inhibitionibus sub quibusvis spiritualibus aut temporalibus penis a nonnullis predecessoribus nostris Romanis Pontificibus, vel eorum auctoritate editis sive factis, nequaquam obstantibus, locaverunt et etiam concesserunt, prout in Instrumento publico inde confecto plenius continetur. Nos itaque tuis devotis supplicationibus inclinati, locationem et concessionem huiusmodi tibi et heredibus tuis factas, gratas habentes et ratas, eas ex certa scientia auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Omnem defectum siquis ex quacunque causa, vel occasione, seu quovis modo in premissis, vel eorum aliquo intervenisse dinoscitur, supplentes de apostolice plenitudine potestatis, decernendo exnunc nichilominus irritum et inane, siquid contra locationem et concessionem predictas scienter vel ignoranter a quoquam contigerit attemptari. Tenorem autem dicti Instrumenti de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus. Qui talis est. In nomine domini. Anno domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo Nono Indictione Duodecima Pontificatus domini Bonifatii pape VIII. Anno Quinto, Mense Augusti die Quintadecima. Nos Capitulum et Canonici Lateranensis ecclesie, seu ut antiquo vocabulo utamur Basilice Salvatoris domini que Constantiniana appellatur, videlicet presbyter Iohannes Ferrarius presbyter Iohannes de Sancto Angelo, Guillelmus Archidiaconus Tiburtinus, Nicolaus Fraiapanis, Iacobus Nicolatri, Angelus de Tineosis, Stephanus Maniadore de Cavis, Iohannes Cynthii Guidonis, Nicolaus de Comite, Iohannes Cynthii Malabrance et Iacobus Mardonis in Sacristia ipsius ecclesie, ubi ad Capitulum convenire consuevimus more solito congregati, consideratis difficultatibus, amfractibus et intricationibus multiplicibus et diversis, qui circa recuperationem Castri Carpineti Anagnine diocesis, quod domini de Ceccano Viri nobiles et potentes longissimis detinere temporibus nobis incumbunt, ac inspectis utilitatibus protectionibus favoribus, et beneficiis plurimis que predicta Lateranensis Ecclesia a Magnifico Viro domino Petro Gaytano de Anagnia domini pape Nepote Comite Casertano et suis, consequi sperat et poterit, et actore domino consequetur, ac per hoc et quamplures alias rationes cognoscentes et videntes nobiscum diligenti tractatu et perpensa deliberatione prehabitis, utilius ac melius fore et esse posse ipsi Ecclesie quod Castrum predictum eidem domino Petro concedatur, quam quod sic inutiliter, sic infructuose ipsi ecclesie iaceat, sicut iam iacuit diuturnis temporibus et longevis, nostra spontanea et libera voluntate, presentibus infrascriptis Notario et testibus ad hec specialiter vocatis et rogatis concedimus tibi Magistro Iacobo Pagano Canonico Pipernensi Procuratori dicti domini Petri Gaytani ad hec ab eo specialiter constituto recipienti vice et nomine ipsius domini Petri Gaytani et heredum et successorum ipsius et per te ipsi domino Petro et eius heredibus, et successoribus in omnem eius generationem, heredem et successorem iuris et rei in perpetuum sine prefinitione temporis, predictum Castrum Carpineti cum eius territorio et districtu et omnibus pertinentiis eorumdem, ac cum Vassallis et hominibus mero et mixto Imperio, iurisdictione prerogativa et honore, Rocca demaniis, domibus Casarinis, terris

[98] ARCH. CAETANI, cass. n. X, CXVII, 15, originale. Questo documento fu citato dal GREGOROVIUS, *Storia di Roma nel medio evo*, Venezia, 1874, vol. V, p. 663. Per favore del signor duca Caetani mi è dato di poterlo stampare integralmente.

vineis, possessionibus, Montibus, Silvis, Pascuis, Nemoribus, fontibus, aquis, et aquarum decursibus, et omnibus et singulis que ipsi ecclesie ac nobis pro ea competunt seu competere possunt in predicto Castro et eius territorio, ac Vassallis et hominibus prefatis, et bonis et rebus eorum, et omnibus et singulis supradictis, et pro eis seu eorum occasione sub annuo censu unius floreni auri quem tu Magister Iacobe procuratorio nomine dicti domini Petri Gaytani ipsi ecclesie ac nobis et successoribus nostris pro ea singulis annis in festo beati Iohannis Baptiste solvere convenis et promittis, de quo adpresens procuratorio nomine memorati domini Petri centum florenos auri boni et recti ponderis, pro censu centum annorum proxime futurorum nobis re vera manualiter persolvisti quos a te recepimus nomine quo supra solvente. Et concedimus et damus potestatem tibi procuratorio prefato nomine quo supra recipienti, et per te ipsi domino Petro pro se et heredibus et successoribus suis intrandi tenendi et possidendi per se vel alium seu alios Castrum predictum cum eius territorio pertinentiis et districtu et omnibus supradictis, et eorum omnium corporalem possessionem adipiscendi ac iuramenta fidelitatis et Vassallagii petendi, exigendi et recipiendi a prefatis hominibus et Vassallis auctoritate propria, et sine alicuius Curie proclamatione. Et donec idem dominus Petrus prefati Castri Carpineti et omnium predictorum corporalem fuerit possessionem adeptus, constituimus nos et ecclesiam predictam ipsum Castrum cum eius territorio et omnibus et singulis supradictis pro eodem domino Petro et eius nomine possidere. Et concedimus et cedimus tibi Magistro Iacobo procuratori predicto recipienti nomine quo supra, et per te ipsi domino Petro Gaytano pro se et heredibus et successoribus suis omnia iura et nomina omnesque actiones, et quecumque alia nobis seu predicte ecclesie competentia, pro predictis Castro et territorio, et omnibus et singulis supradictis, seu occasione ipsorum, et eundem dominum Petrum Gaytanum in illis procuratorem facimus et constituimus in rem suam. Et absolvimus et liberamus te procuratorem predictum nomine quo supra recipientem, et per te ipsum dominum Petrum ac heredes et successores ipsius a prestatione dicti census pro centum annis proxime futuris, pro quibus nobis de ipso censu plene satisfecisti prout superius continetur. Et promittimus tibi procuratori prefato nomine quo supra recipienti, et per te ipsi domino Petro Gaytano pro se et heredibus et successoribus suis in perpetuum nomine prefate ecclesie, et pro nobis et successoribus nostris in ea in perpetuum sub pena dupli valoris dicti Castri Carpineti, quando maioris valoris seu pretii fuerit, concessionem predictam et omnia et singula que superius continetur, observare, rata et firma habere in perpetuum, et contra ea, vel aliquod ex eis, nullo tempore, nullo modo, nullaque ratione, occasione, vel causa facere vel venire, et pena soluta vel non soluta, commissa vel non commissa, prefata concessio et omnia et singula supradicta, nichilominus firma et stabilia perpetuo perseverent. Et pro dicta pena, et pro omnibus supradictis, et in omnem causam predictorum obligamus, et in ypothecam ponimus tibi procuratori predicto, nomine quo supra recipienti, et per te ipsi domino Petro pro se, et heredibus et successoribus eius in perpetuum, omnia bona ecclesie memorate. Et mandamus tibi presbytero Iohanni de Sancto Angelo Concanonico nostro predicto, quod in animabus nostris et cuiuslibet nostrum, et tua, tactis sacrosanctis evangeliis corporaliter iures servare perpetuo, et quod tu et nos, et quilibet nostrum perpetuo servabimus concessionem predictam, et omnia et singula supradicta perpetuo servare, et quod vos et ego ea omnia et singula perpetuo servabimus, et contra ea vel aliquod ex eis, nulla causa, nullo modo, nulloque tempore veniemus. Et ego Magister Iacobus procurator predictus, concessionem predictam a vobis factam de prefato Castro Carpineti et eius territorio et districtu, et omnibus supradictis; necnon predictas potestatis dationem, constitutionem, cessionem, pene promissionem, bonorum obligationem, iuramenti prestationem, et omnia et singula supradicta prout superius continetur, a vobis Capitulo et Canonicis procuratorio nomine dicti domini Petri Gaytani, et pro eo et eius heredibus et successoribus in perpetuum recipio, et procuratorio nomine dicti domini Petri Gaytani promitto vobis Capitulo et Canonicis recipientibus nomine dicte ecclesie perpetuo annis singulis in prefato festo beati Iohannis Baptiste prestare et solvere eidem ecclesie, seu vobis et successoribus vestris pro ea censum predictum, videlicet unum florenum auri annuatim in prefato festo sancti Iohannis, de quo censu vobis ad presens revera manualiter solvi et numeravi centum florenos auri, pro centum annis proxime futuris, et absolutionem et liberationem per vos factam; a prestationem eiusdem census, pro dictis centum annis michi recipienti procuratorio nomine dicti domini Petri Gaytani, et per me ipsi domino Petro pro se et heredibus et successoribus suis, procuratorio nomine ipsius domini Petri recipio et accepto. Acte et facte sunt predicte concessio dicti Castri Carpineti cum eius territorio et

districtu, et omnibus supradictis, potestatis datio, possessionis constitutio, actionum et iurium cessio, pene promissio, bonorum obligatio, iuramenti prestatio, census promissio et ipsius solutio pro centum annis proximis, et liberatio et absolutio a prestatione eiusdem census, pro dictis centum annis, necnon omnia et singula supradicta acta sunt inter predictos Capitulum et Canonicos et per eos ex parte una, et prefatum Magistrum Iacobum procuratorem, procuratorio nomine dicti domini Petri Gaytani ex altera, prout ea omnia superius continentur, Laterani in Sacristia ecclesie supradicte. Anno, mense, die, Indictione, et Pontificatu suprascriptis. presente me Iohanne dicto Parlatore de Setia Iudice et Notario, ac presentibus et rogatis testibus presbytero Iohanne de Frascato, presbytero Petro de Pede Pontis, presbytero Petro de Monte, Conrado de Laterano, et Magistro Petro de Serra Capellanis seu beneficiatis dicte ecclesie, et presbytero Petro Canonico sancti Clementis de Urbe, Iohanne dicto Yso filio quondam Petri Nicolai de Urbe, de regione Montium, et Petro Pauli de contrata Montis Mania-napoli de Urbe. Et ego Iohannes dictus Parlator de Setia apostolice sedis auctoritate Iudex et Notarius, predictis omnibus rogatus interfui, et ea fideliter scripsi et publicavi, et signo meo signavi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis et constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, se noverit incursurum. Datum Trebis II. Nonas Septembris Pontificatus nostri anno quinto.

Con altra bolla del 10 febbraio 1303, la quale incomincia *circumspecta Sedis,* il pontefice Bonifacio VIII confermava pure allo stesso Pietro Caetani conte di Caserta i possedimenti nello stato ecclesiastico, fra cui veniva ancora compreso Carpineto: « in eisdem Campanie et Maritime partibus « castra Trebarum, Fellectini et Vallispetre, Gabiniani, Sculcule, Turris, Tribiliani, Pofarum, Carpini, « Falvaterre, Collismedii, *Carpineti,* Sermineti, Bassani, Sancti Donati, Normarum, Nimphe, sancte « Felicis et Asture... et alia quamplurima bona, possessiones, dominia... [99] » Morto Pietro Caetani nel 1307, i suoi figli Loffredo conte di Fondi, Benedetto conte Palatino e Francesco divisero ai 27 settembre 1317 l'eredità paterna, nella quale era similmente compreso il castello di Carpineto [100].

Breve fu il possesso di casa Caetani su Carpineto: poichè nel 1323 di una metà era già proprietario Tommaso conte di Ceccano: e l'altra metà si possedeva da Francesco, da Loffredo e da Bonifacio Caetani, la quale fu da essi data in dote a Lella Caetani, figlia del fu Benedetto Caetani, maritata a Giacomo di Ceccano, fratello di Tommaso. Sicchè l'intero castello nell'anno 1323 tornò totalmente in casa dei signori Annibaldeschi di Ceccano. Sembra peraltro, che Tommaso, mentre ne possedeva la metà, vantasse dei diritti sull'intero castello; poichè Giacomo, fratello di lui, innanzi che i Caetani dessero a Lella la parte che essi possedevano, volle da lui dichiarazione che non gli avrebbe mosso lite, nè lo avrebbe altrimenti molestato circa la cessione che dai predetti signori Caetani sarebbe stata fatta a sua moglie Lella. Questa dichiarazione Tommaso la fece con atto del 1 maggio 1325, ed è del seguente tenore:

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo tertio. pontificatus domini Iohannis pape XXII. anno septimo. indictione VI. mense madii die prima. In presentia mei notarii, et testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum. magnificus vir Thomasius de Ceccano, sua bona, libera et spontanea voluntate, promisit et convenit per se suosque heredes, et successores, egregio viro Iacobo de Ceccano fratri suo presenti et recipienti, pro se suisque heredibus, et successoribus stipulanti, litem questionem vel controversiam non movere, seu facere, eidem Iacobo de Ceccano vel suis heredibus, nec moventi consentire de medietate castri Carpineti, que olim fuit magnifici viri domini Iohannis de Ceccano veteris, si dicta medietas eiusdem castri, per magnificos viros dominum Franciscum. dominum Loffridum Fundorum comitem. et Bonifatium Gaytanos comitem palatinum, fuerit eidem Iacobo de Ceccano data, donata, vendita, seu obligata, pro dote egregie mulieris domine Lelle Gaytane, filie condam (sic) viri magnifici domini Benedicti Gaytani, olim comitis palatini,

99 Arch. Caetani, cass. XXXVI, n. 43; Potthast, *Reg. Rom. Pontif.*, p. 2016, n. 25216.

100 Arch. Caetani, cass. XXXII, n. 24; Carinci, *Lettere di Onorato Caetani.* Roma, tip. Salviucci, 1870, pag. 116.

uxoris eiusdem Iacobi, nec donationem seu contractum aliquem, idem Thomasius faciet, seu recipiet, de dicta medietate, vel parte predicti castri Carpineti, a magnificis viris, Francisco. domino Riccardo. et Gulielmo de Ceccano fratribus, filiis condam domini Landulfi de Ceccano, vel ab aliquo eorumdem, quocumque modo, vel forma. Et quod idem Iacobus de Ceccano, eiusque heredes libere, absque contradictione aliqua eiusdem Thomasii, possit predictam medietatem hominum eiusdem castri Carpineti mictere ad molendum, ad molendina que ad eum pervenerunt ex divisione castrorum quam faciet cum eodem Thomasio de Ceccano, si casus evenerit ut superius est expressum, omne ius, omnemque actionem, quod, et que, in medietate predicta eiusdem castri, ad eum spectaret, seu spectare posset, post mortem domini Iohannis de Ceccano, Iohannis de Ceccano eius nepotis, eorumque heredum ex successione eorumdem, in quorum domini Iohannis de Ceccano, Iohannis eius nepotis, eorumque heredum vita, ipsi Iacobo, vel eius heredibus, de predicta medietate castri eiusdem, si data, donata, vendita, aut obligata fuerit Iacobo de Ceccano predicto pro dote dicte uxoris sue. per dominos antedictos, idem Thomasius, vel eius heredes nullam contradictionem faciet, seu facient. Quam quidem promissionem, conventionem, et omnia et singula, que in presenti contractu continentur, idem Thomasius de Ceccano promisit, et convenit per se suosque heredes et successores, eidem Iacobo de Ceccano presenti et recipienti pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum stipulanti, rata et firma perpetuo habere, et tenere, observare, actendere et adimplere et in nullo contrafacere, vel venire ratione aliqua sive causa sub pena et ad penam duomilium florenorum auri, et pena ipsa soluta, vel non, predicta omnia et singula rata perpetuo sint et firma. Et ad maiorem cautelam omnium et singulorum predictorum, Anibaldus Peruntus de Magentia, familiaris eiusdem Thomasii, de mandato ipsius, in anima eiusdem Thomasii iuravit ad sancta Dei evangelia, tactis sacrosanctis scripturis, predicta omnia et singula rata, et firma perpetuo habere, et tenere et in nullo contra facere, vel venire ad penam predictam. Eodem instanti prefatus Iacobus de Ceccano per se suosque heredes, et successores, similem promissionem, conventionem et obligationem fecit de dicta medietate castri Carpineti eidem Thomasio de Ceccano, fratri suo presenti, et recipienti pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum stipulanti, si contigerit predictos dominos Gaytanos, dare, donare, vendere, seu obligare in dotem medietatem castri predicti, Thomasio de Ceccano predicto. et illud idem Iacobus de Ceccano predictus, sibi et suis heredibus reservavit, et superius est expressum, post mortem domini Iohannis de Ceccano, Iohannis eius nepotis, eorumque heredum, et se pro predictis omnibus et singulis observandis, ad dictam penam obligavit, pro quibus omnibus et singulis perpetuo observandis et plenarie adimplendis Iohannes Sclarica de Magentia, de mandato eiusdem Iacobi de Ceccano, in anima dicti Iacobi, iuravit ad sancta Dei evangelia, tactis sacrosanctis scripturis, predicta omnia et singula, rata, et firma perpetuo habere et tenere, observare, actendere, et adimplere, et in nullo contra facere, vel venire ratione aliqua sive causa, ad penam predictam. Actum Ceccani in lodio minorum domorum quondam domini Gulielmi de Ceccano presentibus domino Nicolao domini Guiddonis de Velletro. domino Bartholomeo Casadei archipresbytero ecclesie sancte Marie de Rocca burga. domino Bartholomeo Bussa de Ferentino. Francisco domini Bartholomei de Patrica. Bartholomeo domini Theobaldi. Iacobo Malnepote de Ceccano. et notario Symeone de Carpineto ad hoc vocatis, et rogatis testibus.

Et ego Theobaldus Raymundi de Magentia imperiali auctoritate notarius, predictis omnibus interfui, et de mandato dictorum dominorum Thomasii et Iacobi de Ceccano, ea fideliter scrissi (sic), publicavi et signum meum posui.

Mentre i conti di Ceccano avevano perduto il dominio su Carpineto, essi erano ancora restati privi di Montellanico. Ma di questo, non i Caetani, bensì i signori di Collemezzo furono, in quello spazio di tempo, possessori. In un atto del 9 maggio 1308, nel quale Bertrando di Salviato rettore di Campagna e Marittima assolve Giovanni di Ceccano e quei di Terracina, di Sezze e di Trevi per danni commessi nel territorio di Piperno, ed in specie per le ostilità contro Rinaldo di Supino, Tommaso di Morolo, Landolfo di Ceccano e Guido di Collemezzo; quest'ultimo viene chiamato signore di Montellanico: « contra dominum Guidonem de Collemedio predictum et eius castra Collismedii et Montellanici [101]. » Nel 1313 Montellanico spettava a Guido di Collemezzo, ma per una metà soltanto. In questo tempo

[101] CORRADINI, *De civitate et ecclesia Sitina*. Romae, 1702, p. 70.

immensi danni ebbe a soffrire questo disgraziato paesello da Nicola di Mattia conte d'Anagni e da Giovanni suo figlio: i quali entrati ostilmente nel castello con le loro famiglie e seguaci, vi commisero omicidii in gran numero, senza riguardo nè ad età nè a sesso, presero molti uomini, femmine e fanciulli e li chiusero in carcere, e fecero molte altre enormità a desolazione e rovina di Montellanico. Bernardo di Castro rettore di quella provincia, ad istanza di Guido di Collemezzo e di Pietro di Loffredo, sindaco della città di Anagni, pronunziò li 21 gennaio 1313 severa sentenza contro i detti Nicola e Giovanni Conti. È questo un documento importantissimo per la storia municipale di Montellanico, e lo publichiamo integralmente [102]:

In nomine Domini amen. Hoc est transumptum cuiusdam publici instrumenti confecti manu Iohannis de Sancto Iohanne de Piperno publici imperiali auctoritate notarii sumptum ex originali instrumento scripto manu notarii supradicti per me notarium infrascriptum quod quidem transumptum insinuatum fuit venerabili viro domino Stephano Pinu preposito Sistaricensi vicegerenti generalis auditoris camere domini pape et in eius presentia per me notarium infrascriptum una cum notariis subscriptis diligenter et fideliter abscultatum et quia idem locumtenens predictum exemplum cum predicto originali instrumento concordare invenit ut adhibeatur eidem exemplo plena fides, suam auctoritatem interposuit et decretum. Cuius publici instrumenti tenor talis est. In nomine Domini amen. Cum nos Bernardus de Castro novo Campanie et Maritime in temporalibus per sanctam Romanam Ecclesiam vicarius generalis citari fecerimus et requiri per Andream dictum Ciminum de Fumone nuntium curie nostre iuratum, nobiles viros dominum Nicolaum domini Mathie, Iohannem eius filium de Anagnia ut in certo termino iam elapso in dicta citatione contento ipsi et quilibet ipsorum deberent coram nobis et officialibus nostris personaliter et peremptorie comparere facturi mandata nostra, et responsuri inquisitioni quam facimus et facere intendimus contra ipsos et ipsorum quemlibet, ad denuntiationem nobilis viri domini Guidonis de Colle medio, et Petri Loffridi scindici civitatis Anagnie, super eo et ex eo, quod ipsi et ipsorum quilibet de hoc anno ac mense decembris proxime preterito velud superbie filii et iniquitatis alumpni et eorum salutis immemores tamquam non zelatores pacis et provinciarum nobis decretarum castrum Metellanici, ad memoratum nobilem virum dominum Guidonem de Colle medio predictum pro medietate pleno iure spectans hostiliter et modo predonio invaserunt ipsumque castrum ceperunt, in quo quidem castro per se eorum familias et sequaces homicidia quamplurima in personas hominum, mulierum et puerorum perpetrando et commictendo nec non mares, feminas et pueros quamplures ceperunt, ipsos ipsasque privato carcere carcerarunt multaque etiam varia illicita, et enormia perpetrarunt in desolationem, depopulationem, destructionem, et exitium perpetuum dicti castri, et quod ipsum castrum in dampno et preiudicio dicti domini Guidonis et vassallorum suorum detinent occupatum contra privilegium domini nostri summi pontificis de pace servanda in dictis provinciis indultum temere venientes ipsamque pacem frangendo non obstantibus penis in privilegio predicto spiritualiter et temporaliter de pace servanda contentis non animadvertens etiam qualiter dicta provincia fuit longis retroactis temporibus, a multis et variis oppressoribus et stimulatoribus aggravata commictendo omnia et singula supradicta in turbationem status pacifici et reformationis pacis provincie supradicte. Infra quem terminum comparere minime procurarunt diutius expectati prout hec omnia in actis nostre curie plenius continetur. Et quia nichil prodesset obedientia obedientibus, si contumatia contumatibus non obesset et predicta in dicta provincia non sunt aliquatenus toleranda, cum sit res mali exempli. Et pena ipsorum aliis de provincia supradicta, talia et similia acceptare volentibus transeat in exemplum. Et quod patrata valeamus provincie nostro commissa regimini habere in decem milia marcas argenti ipsos et ipsorum quemlibet de provinciis predictis Campanie et Maritime diffidamus ac etiam exbandimus cum dampnis illatis per eos et eorum familias et sequaces domino Guidoni predicto mandantes nichilominus Zuzo banditori nostro iurato quod ipsos et ipsorum quemlibet publice et alta voce ad bancam Fumonis ubi cum curia residemus sit de ipsis provinciis Campanie et Maritime in predictis decem millibus marcarum argenti, nobis nomine Romane curie persolvendis et ad restitutionem dicti castri faciendam per eos dicto domino Guidoni, et ad emendationem bonorum per eos familias et sequaces suos et ipsorum cuiuslibet immobilium et mobilium et sese moventium ablatorum ipsi domino

[102] Miscellanea di documenti storici presso l'autore, vol. VIII.

Guidoni eius familie et vassallis debeat exbandire ac etiam diffidare exbannitos ipsos et ipsorum quemlibet incidisse in penis in privilegio predicto papali contentis de pace servanda in provincia supradicta. Qui Zuzus eodem instanti presente me Iohanne de Piperno notario domini vicarii supradicti predictos dominum Nicolaum et Iohannem eius filium et ipsorum quemlibet publice et alta voce prout premictitur de dictis provinciis exbandivit, ac etiam diffidavit reservato eis et ipsorum cuilibet terminum (sic) trium dierum peremptorie infra quem predicti vel ipsorum alter coram nobis possint personaliter comparere facturi mandata nostra, et excusaturi se si poterunt ab eadem. Alioquin termino predicto trium dierum predictorum elapso ipsos et ipsorum quemlibet pro confessis habebimus et convinctis de predictis et quolibet predictorum. Et quilibet possit ipsos ipsorum quemlibet familias vassallos, et sequaces ipsorum et cuiusque ipsorum offendere vel ipsorum aliquem in personis et bonis, absque pena et banno secundum formam constitutionum nostre curie generalis. Et nulla civitas, castrum, baro, vel villa seu alia specialis persona nostro subiecta regimini ipsos et ipsorum aliquem familiares vassallos et sequaces ipsorum debeant nec audeant receptare, nec eis vel ipsorum alteri prestare vel dare debeant auxilium consilium vel favorem publice vel occulte ad penam in constitutionibus nostris contentam. Quod quidem exbandimentum vim diffinitive sententie habeat et volumus eum habere. De quo vero exbandimento excire non possint donec dictam condemnationem nobis nomine Romane curie duxerint persolvendam, et ipsi domino Guidoni, eius familiaribus et vassallis de predictis satisfecerint integraliter cum effectu. Presentibus

Domino Iohanne Bocca cerqua.

Magistro Thomasso de Ripatransone notario.

Et Pertivallo de Verula notario.

Sub anno Domini millesimo CCC. tertio decimo pontificatus domini Clementis pape V. anno eius nono indictione duodecima mense ianuarii die vicesimaprima.

Et ego Iohannes de Sancto Iohanne de Piperno publicus imperiali auctoritate ac alme Urbis prefecture notarius et iudex et nunc dicti domini vicarii ac dictarum provinciarum notarius generalis predictis interfui et ea de mandato ipsius domini vicarii publicavi et signum meum apposui.

Come già era avvenuto di Carpineto, così anche Montellanico, dopo un non lungo spazio di tempo, ritornò sotto la signoria dei conti di Ceccano. Giacomo, fratello di Tommaso, ne divenne esso il proprietario, avendone avuto metà per cessione di Niccola e Pietruccio figli di Bonifacio di Collemezzo, e l'altra metà per vendita fattagli da Giovanna moglie di detto Bonifacio e figlia del fu Nicola di Mattia [103]. Ma i due fratelli Giacomo e Tommaso non andavano punto d'accordo nel governo delle castella, ed erano a quelle popolazioni di continuo disturbo. Ai dissidii si cercò di provvedere con una speciale convenzione, o laudo pronunziato li 18 luglio 1353 da certi arbitri nominati da ambedue le parti, che è del tenore seguente [104]:

In nomine Domini amen. Anno Domini M CCC. LXVIII. pontificatus domini Urbani pape V. anno XI. VI. indictione VI. (sic) mense sectembris (sic) die XXVIIII. Hoc est exemplum cuiusdam instrumenti sententie late inter magnificos viros Thomam et Iacobum de Ceccano publicate per Iacobum Todiscum notarium de Magentia cuius instrumenti tenor talis est. In nomine Domini amen. Nos Fernandus Iohannis dictus Frezza capitaneus Iacobi Raynerii, Andreas Bone Bonus, Mazozus, Ioncretinus, et Iohannes Nicolai comestabiles de castro Carpineti, nec non Petrus Roberti comestabilis de Magentia Berardus Thome comestabilis de Proxedo, Andreas Amatonis comestabilis de Iulliano, Rubeus de sancto Stephano de Valle et Petrus Iacobi comestabiles de Monteacuto arbitratores et amicabiles compositores assunti per magnificum et potentem dominum Thomam de Ceccano per se et vice et nomine magnificorum virorum Guccifridi (sic) de Ceccano et fratrum ac filiorum quondam magnifici viri Berardi de Ceccano filii dicti Thome vaxallorum et familiarium et sequacium ipsorum pro quibus idem Thoma de rato promisit ex una parte et magnificum et potentem dominum Iacobum de Ceccano pro se et vice et nomine vaxallorum familiarium et sequacium ipsius pro quibus idem Iacobus de rato promisit ex altera

103 ARCH. SFORZA-CESARINI, A, II, n. 37.
104 Miscellanea di documenti storici presso l'autore, vol. VIII.

super pace inter eosdem facienda et observanda nec non super litibus controversiis et questionibus que verterentur et vertere possent inter ipsos dampnis iniuriis molentiis (sic) et excessibus quibuscumque hinc inde illatis ut apparet in compromisso eodem confectu manu providorum virorum Iacobi Geoconiti de Magentia et Roberti Gualardi de Proxedo publicorum notariorum habentium plenariam potestatem congnoscendi ac pronuntiandi et declarandi alte et basse visis iuribus et non visis cum deliberatione vel sine iuxta nostri arbitrii voluntatem ut ex forma dicti compromissi apparet eligentium viam in presenti pronuntiatione et definitione qua melius et validius de iure procedere poterit receptione...... ab utraque parte porrecta Christi nomine invocato pronuntiamus fandamus (sic) terminamus dicimus et definimus et in primis quod predicti magnifici domini videlicet Thomasius de Ceccano pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum nec non vice et nomine predictorum magnificorum dominorum Guttifridi de Ceccano et fratrum et filiorum quondam magnifici domini Berardi de Ceccano filii domini Thomasii vaxallorum familiarium et sequacium ipsorum ex una parte et predictum magnificum virum Iacobum de Ceccano pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum nec non vice et nomine vaxallorum familiarium et sequacium eiusdem ex parte altera ad invicem faciant firmam pacem uterque ipsorum pacem recipient alterius ab altero pro se ipsis et nomine omnium predictorum ipsamque pacem inviolabiliter conservent in perpetuum contra quam pacem quod absit si quis venerit predictorum ipsamque pacem fregerit sit in pena ammissionis totius partis sue quam in Prossedo habet cum omnibus iuribus et iurisdictionibus vaxallorum aliarumque rerum et iurium quas in predicto castro Proxedi haberet quam quartam partem cum omnibus rebus et iuribus supradictis ipso facto amictat et applicetur ipso iure ad plenum dominium et proprietatem partis contra quam fuerit fracta pax et ipsam pacem servent quas partes cum omnibus iuribus et rebus supradictis volumus et mandamus ex nunc esse realiter obligatas in causam predictam. Pax autem fracta intelligatur inter predictos tribus tantum causis. scilicet de offentione persone alicuius ex dominis vel de captione terrarum et turrium plurium vel unius aut de correria campi publici et generalis. Item quod turris de valle Iacobi antedicti restituatur eidem per Thomasium supradictum sub ista forma et conditione videlicet quod pro X. mensibus promissum fuerit custodiatur ipsa turris per IIII. homines de Carpineto et duos de Proxedo vaxallos communes et expensis communibus dictorum dominorum finitis vero predictis X. mensibus dicta turris libere et absque conditione aliqua revertatur ad Iacobum antedictum. Item quod per Iacobum antedictum concedatur ipsi Thomasio medium molendinum in molendinis de valle pro usu suo et vaxallorum ipsius guerra durante inter predictum Thomasium de Ceccano ex una parte et Ciccum et Nophrium de Ceccano vel alterum ipsorum ex altera et si alterum molendinum fieret in dictis molendinis de valle unum integrum de dictis molendininis concedatur predicto Thomasio pro usu suo et suorum ut supra et expense concurrentes in ipso molendino solvantur communiter inter predictos Thomasium et Iacobum et molitura vaxallorum predicti Thomasii sic et quando Thomasius ipsum molendinum dimictet predicta guerra finita seu ante predictus Iacobus teneatur solvere et restituere ipsi Thomasio eas expensas quas fecisset in molendino predicto noviter facto. Item quod vaxalli et alia gens Thomasii possint recurrere et habere refugium in fortellitiis et circumstantiis dicte turris de valle in casu necessitatis et procustodes dicte turris teneantur ipsam gentem et vaxallos Thomasii pro posse defendere veruntamen vaxalli Thomasii existentes in turri non possint exire de dicta turri ad offendendum inimicos Thomasii antedicti. Item quod Iacobus prelibatus non ducat nec ducere possit in terris communibus ipsorum Ciccum vel Nophrium de Ceccano aut vaxallos familiares et sequaces ipsorum sive gentes guerra durante inter predictos Thomasium de Ceccano et Ciccum et Nophrium. Item quod Iacobus antedictus non possit nec debeat mictere vaxallos suos de terris communibus Thomasii et Iacobi predictorum in subsidium et adiutorium predictorum Cicci et Nophrii. Item quod vaxalli predicti Iacobi de terris communibus teneantur esse ad defensionem terrarum ipsarum communium et castrorum et quod non possint nec debeant ire in terris inimicorum ipsius Thomasii. Item quod Thomasius possit ire et intrare Carpinetum et Mecellanicum cum vaxallis et familiaribus suis et quod Iacobus possit ire et intrare Proxedum, Sanctum Stephanum, Arenariam et Carpinetum cum familiaribus et vaxallis suis tantum. Item quod Thomasius non possit mictere gentem suam in contrarium Iacobi, et Iacobus non possit mictere gentem suam in contrarium Thomasii. Item quod si aliquis vaxallus de illis quos habet Iacobus in Ceccano vel in Sancto Laurentio offenderetur vel caperetur per Thomasium et suam gentem guerra durante inter Thomasium de Ceccano

et Ciccum et Nophrium predictos pax perpetua non frangatur et ad penam aliquam ob hoc dictus Thomasius minime teneatur. Item quod a pace predicta excludantur et pro exclusis habeantur omnes et singuli qui manifeste poterint comprobari fuisse culpabiles in morte quondam magnifici domini Nicolai de Ceccano filii dicti Iacobi vel in captione Thomasii prelibati. Item quod Thomasius antedictus solvat et solvere teneatur prefato Iacobo tria milia florenorum auri pro sadisfatione (sic) robe seu rerum Iacobi antedicti quas habuerunt condam filii Thomasii prelibati et si de ipsa roba vel rebus Thomasius predictus vellet restituere aliquid rerum teneatur Iacobus recipere pro illo pretio quo ipse Iacobus iam particulariter appretiavit seu taxavit IXX. ipsas quomodocumque et qualitercumque sint rex (sic) ipse, et si dictus Thomasius non possit quomode restituere dictam pecunie quantitatem usque ad VIII. dies proxime venturos teneatur pignorare ipsi Iacobo pro dicta quantitate medietatis partis sue de castro Carpineti ita quod fiat divisio inter ipsos vaxallorum dicte partis et tota parte sua de Mecellano (sic) cum iuramento vaxallorum prestando ipsi Iacobo et quod dictus Iacobus teneatur excomputare sibi de dicta pecunie quantitate fructus et reditus (sic) dictorum vaxallorum et idem Iacobus tractet et tractare debeat ipsos vaxallos benigne et servare eis iustitie complementum cum vero ipsi Iacobo seu heredibus eius fuerit de dicta quantitate trium milium florenorum per excomputationem fructuum predictorum vaxallorum aut pro solutione dicte quantitatis seu alio modo per Thomasium aut suos heredes et successores integre satisfactum teneatur idem Iacobus ad penam duorum milium florenorum auri applicandorum Thomasio et heredibus eius restituere ipsos vaxallos de Carpineto et Mecellanico dicto Thomasio vel heredibus et successcribus eius quod si Iacobus vel eius heredes et successores restitutionem ipsam facere recusarent dictorum vaxallorum de dicta quantitate pecunie ut predicitur integre satisfactum licet vaxallis ipsis sic obligatis reverti et se reducere ad dominium et iurisdictionem Thomasii predicti vel suorum heredum et sub eorum dominio et iurisdictione libere permanere sine preiudicio sacramenti tam prefati Iacobi antedicto (sic) et similiter si contra presens capitulum faceret vel veniret Thomasius antedictus teneatur ad eamdem penam duorum milium florenorum applicandorum ipsi Iacobo seu heredibus eius. Item quod populi seu universitates castrorum Carpineti, Magentie, Montisacuti, Proxedi, Iuliani, Gurge, Sancti Stephani et Mecellanici quilibet videlicet populus et universitas per se prestent sacramentum per scindicum proprium sequendo dicto Frezze capatano (sic) Carpineti et omnibus comestabilibus ipsius castri Carpineti, ita quod aliquis dominorum scilicet Thomasius vel Guttifridus aut aliquis fratrum ipsius Guccifridi (sic) vel aliquis filiorum quondam Berardi ex una parte aut Iacobus de Ceccano vel eius heredes et successores ex altera contra facerent vel venirent quocumque tempore pacem per nos inter ipsos dominos ordinatam et declaratam frangendo ad predictos capitaneos et comestabiles Carpineti aut eorum in officio successores predicti populi et universitates concurrere debeant ad omnia ipsorum beneplacita et mandata destruendo partem ipsam pacem frangentem, non obstante sacramento fidelitatis quo essent astricti domino pacem frangendo vaxalli predicti. Item quod si aliquis populus seu universitas dictorum castrorum recusaret ea que in proximo precedenti capitulo continentur alii populi et universitates dictorum castrorum una cum domino pacem servantes concurrere debeant in offentionem populi seu universitatis non servantis contenta in predicto capitulo proxime precedenti et ex hoc nullatenus pax frangatur. Item volumus et mandamus ac declaramus quod si quis ex dominis supradictis veniret contra aliquid capitulorum supradictorum in quo non contineretur aliqua pena sit in pena quingentorum florenorum vice qualibet commictenda et applicanda illi in cuius lesione et preiudicium ipsum capitulum non servatur de omnibus litibus et questionibus dampnis iniuriis molentiis (sic) ac aliis excessibus quibuscumque ipsis partibus perpetuum imponeretur silentium. Hanc presentem nostram pronuntiationem definitionem et declarationem ac omnia et singula supradicta volumus et mandamus inviolabiliter a supradictis partibus observari sub penarum adiectionibus supradictis.

Lecta, lata, divulgata, pronuntiatione, definitione et declaratione predicta in castro Proxedi in via publica iuxta ecclesiam sancte Agathe presentibus audientibus et intelligentibus prefatis magnificis dominis Thomasio et Iacobo de Ceccano et expressim ratificantibus mologantibus et accettantibus omnia et singula supradicta pro se ipsis heredibus et successoribus in perpetuum ac nomine omnium supradictorum pro quibus promiserunt de rato nec non presentibus infrascriptis testibus ad hec specialiter vocatis et rogatis videlicet Iohanne Malatesta et Nicolao Scarani de Carpineto, Petro Bussa et Thomasio Simonecto de Iulliano, Nicolao Prunto et Rico Pagani de Magentia, Anibaldo Prunto,

Cicco Gualardi et notario Mathia Porcello de Proxedo, Vanno de Turri et notario Petro Rubeo de sancto Stephano de Valle sub anno Domini millesimo CCC. LIII. pontificatu domini Innocentii pape VI. anno eius primo indictione VI. mense iulii die XVIII.

Quibus omnibus sic pactis eodem loco et tempore prefati magnifici domini videlicet Thomasius pro se ipso suisque heredibus et successoribus in perpetuum nec non vice et nomine magnificorum virorum Goccifridi (sic) de Ceccano et fratrum ipsius ac filiorum condam Berardi de Ceccano vaxallorum familiarium et sequacium ipsorum pro quibus de rato promisit ex una parte, et Iacobus de Ceccano pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum nec non vice et nomine vaxallorum familiarium et sequatium (sic) ipsius pro quibus de rato promisit ex altera coram astanti populo et supradictis testibus eorum spontanea voluntate pacem sibi ad invicem ad osculum more solito rediderunt alter (sic) altero dante et alter ab altero recipiente pro se ipsis et vice et nomine predictorum promictentes vicissim legitima et sollepni stipulatione inter eos intervenientes pacem ipsam et omnia et singula supradicta in perpetuum inviolabiliter observare per se et se facturos et curaturos quod alii supradicti pro quibus promiserunt de rato similiter observabunt sub penarum actionibus supradictis comictendis et applicandis ut supra. Et ad maiorem cautelam et firmitatem omnium predictorum de predictis omnibus et singulis observandis Thomasius et Iacobus antedicti tactis sacrosanctis scripturis prestiterunt corporaliter sacramentum. Insuper provido viro Roberto Gualardi publico notario (sic) de Proxedo qui presens instrumento a partibus potestatem recipit in publicam formam posse redigere supradicta.

Et ego Iacobus Todiscus de Magentia alme Urbis prefecture auctoritate notarius predictis omnibus interfui et rogatus in publicam formam redegi et scripsi et meum signum posui consuetum.

Et ego Robertus Petrus domini Andree de castro Proxedi publicus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui et propria manu me scripsi et meum signum posui consuetum.

Et ego Antonius Butii de Carpineto publicus imperiali auctoritate notarius habens inter alia auctoritate eadem potestatem testes recipiendi acta protocolla licteras autenticas et instrumenta exemplandi copiandi et in publicam formam redigendi aliosque actus legitimos exercendi plenariam potestatem. Sic inveni in supradicto exemplari instrumento. Item hic de verbo ad verbum fideliter scripsi et exemplavi nil adens (sic) vel minuens quod sensum immutet vel variet intellectum vel substantiam rei nullatenus immutando. Et cum subscriptis testibus viris litteratis scilicet, notario Iohanne Odonis notario Grecorio (sic) Scriniarii et notario Nicolao Gilii de Carpineto videntibus lengentibus (sic) et una mecum ascultantibus legi et ascultavi et ipsi legerunt et ascultaverunt et quia utrumque concordare inveni, ideo ad preces et ad instantiam magnificis (sic) et potentis viri Nicolai de Ceccano in hanc publicam formam redegi et signum meum posui consuetum. Actum Carpineti in palatio curie ipsius magnifici Nicolai de Ceccano sub anno Domini millesimo CCCLXVIII. pontificatu domini Urbani pape V. anno eius VI. indictione VI. mense sectembris, die penultimo.

Nel 1363, essendo già morto Giacomo di Ceccano, eragli succeduta nella eredità la sua figlia Cecca. Ebbe questa per marito Giovanni Conti, che fu capitano generale del senato e del popolo romano (1356) [105], ed ebbe per il primo in casa Conti il dominio della città di Segni. Cecca era in allora vedova: ed aveva avuto da Giovanni Conti due figli Adinolfo e Ilbrandino, celebri l'uno e l'altro nella storia del loro tempo. Adunque Carpineto possedevasi da lei e da Tommaso di Ceccano. Ma questi, mal comportando che altri condividesse con lui il dominio di quel paese, era, come per lo passato, causa continua di discordie e di private e pubbliche calamità. Pertanto il 7 agosto di quell'anno 1363, gli antepositi e gli officiali di Carpineto insieme coi vassalli, radunatisi a suono di campana nel corso sotto la rôcca di detta terra, fecero procura a Nicola Capocci loro castellano di presentarsi a Tommaso di Ceccano per promettergli che avrebbero fatto essi custodire e ben guardare la rôcca e la torre nuova di quel castello. Volevano bensì in pari tempo, che in termine di un mese Tommaso e Cecca riconoscessero ciascuno le ragioni che avevano su quel castello, e s'obbligassero ad altre condizioni per la tranquillità e il bene del paese. Intanto Giovanni e Niccola di Ceccano si rendevano mallevadori, a nome del predetto Tommaso, loro avo paterno, che niuna novità sarebbe

105 RATTI, *Della famiglia Sforza*, vol. II, p. 238, n. 23; ARCH. SFORZA-CESARINI, A, II, n. 34.

stata fatta in questo tempo nè circa la rôcca e torre del castello, nè contro i vassalli del fu Giacomo. Di ciò siamo fatti consapevoli dal seguente documento [106]:

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo CCC LXIII pontificatus domini Urbani pape V. anno primo indictione prima mense Augusti die VII. In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum. congregatis nobilibus ac prudentibus viris Iohanne Rotii. Gorio Mancino. Raynerio Campanario et Andrea Gorelli antepositis et officialibus castri Carpineti. ex parte una ac populo hominibus et universitate dicti castri ex altera in cursu subtus roccha dicti castri ad sonum campane et vocem preconis ut moris est predicti Iohannes Gorius Raynerius et Andreas et quilibet ipsorum de expresso consensu voluntate et auctoritate dictorum populi hominum et universitatis eiusdem castri et predicti populus, homines, et universitas castri prefati de expresso consensu auctoritate et decreto dictorum Gorii. Iohannis. Raynerii et Andree antepositorum et officialium predictorum sponte ipsorum nemine discordante fecerunt constituerunt ordinaverunt et creaverunt ipsorum et dictorum populi hominum et universitatis dicti castri Carpineti verum et legitimum scyndicum procuratorem actorem factorem negotiorum gestorem et numptium specialem, seu quocumque alio nomine melius de iure censeri et dici potest et debet. Providum et discretum virum Nicolaum Capotium concastellanum eorumdem presentem et honus dictorum scyndicatus et procurationis in se sponte suscipientem ad accedendum et se personaliter presentandum pro bono pacis et concordie hominum et personarum dicti castri scyndicario seu procuratorio nomine et pro parte hominum predictorum in presentia et coram magnifico et potenti viro Thomasio de Ceccano et nichilhominus ad promictendum eidem Thomasio nomine quo supra sollempni stipulatione et cum penarum auctionibus cautionibus et omnibus aliis necessariis obligationibus ac iuramentis opportunis, quod predicti Iohannes. Gorius. Raynerius bene et legaliter ac fideliter custodient et custodiri facient arcem et turrem novam castri eiusdem quas nunc sub eorum fida et diligenti custodia tenent ac ordinari et operari quod dicta roccha et ipsa turris nova bene et legaliter custodientur per antepositos supradictos, et quod ipse roccha et turris non pervenient nec pervenire valebunt ad manus alicuius potentis nec non ad promictendum et obligandum dictos populum homines universitatem et dictos antepositos per stipulationes et obligationes prout superius enarratur quod si casus evenerit quod absit quod magnificus vir Petrutius de Comite vel Ciccus de Ceccano aut domina Tansa per se vel gentem eorum, vel alium seu alios facerent palam subdole vel occulte aut facere temptarent quoquo modo vel quocumque quesito colore in dicto castro Carpineti vel eius territorio et districtu aliquam noxiam novitatem vel aliquod dampnum inferre seu vexationem iniuriam vel molestiam aliquam quod dicti antepositi populus et universitas dicti castri illico et sine mora resignabunt dabunt et cum effectu tradent dicto Thomasio vel Iohanni et Nicolao eius nepotibus seu ipsorum alteri dictam arcem seu roccham et ipsam turrim novam ac dictum castrum et ipsarum arcis seu rocce et turris nove ac eiusdem castri possessionem liberam et absolutam et etiam quod vaxalli qui fuerunt quondam magnifici viri Iacobi de Ceccano fratris carnalis olim dicti Thomasii in predicto castro Carpineti iurabunt et iuramentum fidelitatis prestabunt in forma communi dicto Thomasio se sub eius iurisdictione et dominio totaliter submictendo ac eius nepotibus antedictis. Insuper quod ipsi de Carpineto videlicet antepositi populus universitas et homines supradicti infra terminum unius mensis proximi futuri recipiant et recipere teneantur et debeant ad summariam et brevem informationem eorumdem omnia et singula iura et actiones que et quas prelibatus Thomasius habet et habere pretendit pro parte sua, et magnifica mulier domina Cecca de Ceccano relicta quondam magnifici viri Iohannis de Comite pro parte et nomine ipsius domine Cecce et pro ipsa in et super omnibus et singulis bonis et rebus consistentibus in vaxallis et aliis possessionibus quibuscumque que et quas habuit tenuit et possedit quondam magnificus vir Iacobus de Ceccano frater carnalis olim Thomasii supradicti ac pater quondam supradicte domine Cecce in eodem castro Carpineti eiusque territorio et districtu tempore mortis ipsius Iacobi et ante a die receptionis predictorum iurium ut prefertur in antea videlicet computandi. quibus iuribus sic receptis mictantur ac etiam micti teneantur et debeant per antepositos populum, universitatem et homines antedictos communibus laboribus et expensis Thomasii ac domine Cecce predicte infra terminum secundum ad

[106] Miscellanea di documenti storici presso l'autore, vol. VIII.

consilium communis sapientis partibus videlicet non suspecti et sequendo formam predicti consilii ferre teneantur et debeant diffinitivam sententiam in causis litibus et questionibus nunc inter easdem partes vertentibus pretextu et occasione predicta ita quod super huiusmodi compromissum faciant predicti Thomasius et domina Cecca in eosdem antepositos et populum ac universitatem et homines supradictos, et si qua ipsarum partium deficeret in assignatione et productione communi iurium predictorum infra predictum terminum ut superius est expressum imputetur sibi et deficiat in preiudicium sui. Ceterum quod predicti vaxalli quondam predicti Iacobi de Ceccano interim teneantur et debeant facere scultas et custodias in ipso castro Carpineti eiusque territorio et districtu una cum vaxallis dicti Thomasii et currere similiter ad sturmum cum armis tam de die quam de nocte in casibus propterea occurrentibus quibuscumque. Et versa vice predicti Iohannes et Nicolaus de Ceccano nepotes predicti Thomasii ad cautelam et securitatem predictorum antepositorum ac populi, hominum, et huniversitatis predicte et totius ipsius castri Carpineti salute promiserunt sub thesauro legalitatis eorum per se ipsos ac vice et nomine predicti Thomasii avi paterni ipsorum eisdem antepositis ac populo universitati et hominibus supradictis presentibus et pro eis et toto ipso castro legitime stipulantibus in rocca et turre predictis castri prefati nullam infra ipsum terminum vel in vaxallos quondam sepedicti Iacobi facere vel fieri facere novitatem et si contrarium eorum culpa emerserit precedente cadant ab omnibus iuribus que dictus Thomasius cum eis se habere pretendunt et dicunt in predictis bonis iuribus. et rebus quondam Iacobi sepedicti. Et generaliter ad omnia alia et singula facienda procuranda et tractanda que quilibet verus et legitimus scyndicus et procurator facere posset et deberet etiam si predicti constituentes presentes essent et mandatum exigerent speciale, et volentes ipsi constituentes et quilibet ipsorum dictum eorum scyndicum et procuratorem relevare a quolibet honere et genere satisfactionis promiserunt mihi notario infrascripto presenti et legitime stipulanti vice et nomine dictorum Thomasii et ipsorum nepotum eius ac omnium aliorum quorum interest vel interesse poterit in futurum semper et proprio grata rata et firma habere et tenere omnia que erunt facta ordinata et procurata per predictum eorum scyndicum in predictis, et quolibet predictorum, ac de iudicio sistere et iudicatum solvere sub obligatione et ipotheca omnium bonorum ipsorum et dicti castri, et nichilominus sub pena et ad penam perdictionis. Actum Carpineti videlicet in cursu predicto presentibus dompno Petro Gregorii archipresbytero sancti Iohannis et dompno Iohanne Mancino abbate sancti Nicolai de Carpineto predicto. Clemente magistri Angeli de Velletro. Iohanne Rolli de Baxiano. Nicolao Abrutii familiare magnifici domini Corradi de Antiochia. Masio Petri de Proxedo et magistro Iacobo Spanno de Ceccano testibus ad predicta vocatis et rogatis.

Et ego Robertus Petri domini Andree de castro Prossedi publicus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus rogatus interfui eaque fideliter scripsi et publicavi et signum meum posui consuetum.

Negli avvenimenti che sconvolsero la Chiesa e l'Italia nel deplorevole scisma di Roberto di Ginevra antipapa Clemente VII, con il legittimo pontefice Urbano VI, Carpineto prende posto nella storia in un fatto che merita di essere ricordato. Stava per Urbano la parte più eletta degli italiani, desiderosi di vedere, dopo lunga privazione, ristabilita in Roma la sede del supremo pontificato; e, animati dalla calda ed efficace parola della vergine senese santa Caterina, avevano preso le armi nella compagnia di san Giorgio, sotto il prode capitano Alberico di Barbiano. Erano poi al soldo dell'antipapa parecchie masnade di brettoni e guasconi, capitanate dal conte di Montjoie suo nipote, da Bernardo della Sala e da Pietro di Sagra, favoriti della regina Giovanna di Napoli. In provincia di Campagna era capo del partito antipapale, propagatore e aiutatore, Onorato Caetani conte di Fondi: e con lui Niccola o Cola di Ceccano, che era pure uno dei principali capitani dell'antipapa. Militavano sotto costui una buona compagnia di guasconi e le milizie del conte di Fondi: a luogo di difesa e come punto strategico aveva scelto il castello di Carpineto. Quivi sul principio dell'anno 1379 aveva Cola introdotto trecento cavalli e un buon numero di fanteria. Ma il giorno 5 di febbrajo di quello stesso anno, le milizie di Urbano VI, attaccata con esso una fierissima zuffa e spintesi dentro Carpineto, uccisero delle sue genti oltre a cento, più di cento li ebbero prigionieri, gli presero più di centoventi cavalli, e riuscirono a mettere in fuga il resto, rimanendo padrone del luogo. Fu questo fatto il prodromo della gloriosa vittoria, riportata tre mesi dopo (29 aprile 1379) da Alberico di Barbiano a Marino, dove l'esercito

degli scellerati guasconi e brettoni fu con sanguinosa ecatombe distrutto [107]. Della vittoria di Carpineto abbiamo notizia officiale in una lettera di Rinaldo Orsini rettore della provincia del Patrimonio *Data Rome die VII februarii,* ossia due giorni dopo il fatto, scritta agli Orvietani, nella quale leggesi questo *postscriptum* autografo [108]:

Fratres et Amici carissimi

In nomine Dñi amen. Anno Dñi M . CC . LVI. Pontificatus Dñi Alexandri pp. IIII. Anno secundo. Ind. XIIII. mense Aprilis die XX. Nos Symon Dei gratia Prior venerabilis ecclesie Lateranensis et Capitulum eiusdem ecclesie videlicet Benedictus Camerarius, Smaraldus, Robertus, Anastasius, Nicolaus de Sessa, Angelus, Petrus, Gervasius, Fridericus, Rogerius et Berardus canonici dicte ecclesie locamus atque concedimus vobis dompno Iacobo religioso abbati monasterii sancte Marie de Palatiolo Dioc. Albanen. et dompno Nicolao eiusdem monasterii monacho nomine dicti monasterii vestrisque successoribus in dicto monasterio existentibus in perpetuum idest Castellarium unum ad dictam nostram Ecclesiam pertinens cum terra sua culta et inculta et cum introitu et exitu suo et cum omnibus suis pertinentiis usibus et utilitatibus positum in territorio Albanensi in loco qui vocatur Sulfurate cui a primo latere est Rivus de Sulferatis a duobus lateribus dicta tenet vestra ecclesia ab alio latere est via publica quod Castellarium nunc dictum monasterium possidet. Hanc autem locationem et concessionem vobis facimus pro eo quod nomine mercedis a vobis recipimus quinquaginta libras bonorum proveniensium senatus et pro eo quod vos possessionem et tenutam dictarum rerum ab illis qui eam in preiudicium Lateranensis Ecclesie violenter et illicite detinebant nostris precibus et mandato vestra pecunia redemistis. De quibus nos bene quietos vocamus et exceptioni non numerate seu non solute pecunie omnino renuntiamus et refutamus et amodo in antea omni anno promittitis dare nobis nostrisque successoribus in festo sancti Iohannis de Natali duos solidos proveniensium senatus nomine pensionis. De quibus rebus liceat vobis pro dicta Ecclesia facere quicquid volueritis sine nostra requisitione, salvo iure tantum pensionis predicte et salvo quod si aliquando predicta vendere voluerit predicta vestra Ecclesia, quod primo vendatis nobis minus quinque solidis proveniensium senatus de eo quod libere potueritis, et si sic emere noluerimus vendatis cuicumque vobis placuerit dato nobis dicto cominus et pro nobis nostrisque successoribus promittimus vobis pro dicto monasterio vestrisque successoribus in dicto monasterio existentibus in perpetuum cuncta que dicta sunt et singula observare et contra non venire sub pena dicte pecunie dupla qua soluta vel non hoc instrumentum et que continentur in eo in suo robore perseverent. De hoc contractu factum est aliud Instrumentum de verbo ad verbum scriptum per manum Leonardi Nicolai de Basilio scriniarii. Actum est hoc in claustro Lateranensi presentibus hiis testibus videlicet Leonardo Nicolai de Basilio scriniario. Nicolao Guidonis. Iacobo de Parione et Matheo scriniario de Laterano. Iacobo rodolfini speciario. Matheo Mathei de continentibus. et Angelo mansionario Lateranensis Ecclesie. Et ego Bartholomeus sacri Romani Imperii scriniarius quia predictis interfui hoc Instrumentum de voluntate partium scripsi et complevi rogatus. Nulli ergo etc. Si quis autem etc. incursurum. Datum Laterani VIII. Kal. Maii. Pontificatus nostri anno secundo.

Nel più volte citato Catalogo delle chiese soggette alla basilica lateranense [156] si legge: « Ecclesia « seu monasterium sancte Marie de Palazolo Albanensis diocesis ordinis Cisterciensis pro uno castellario « et certis terris positis in loco ubi dicitur Sulfarata sub annuo censu duorum solidorum. »

IN EPISCOPATU AMELIENSI ECCLESIAM SANCTE ROMANE IUXTA CIVITATEM IPSAM. ECCLESIAM SANCTI PAULI INTRA MUROS CIVITATIS EIUSDEM. Queste due chiese, cioè di s. Romana detta anche

[156] ARCH. BASIL. LATER., cod. 71, fol. 9.

di Monte Calvello, e quella di s. Paolo poste nella città d'Amelia sono così registrate nel citato catalogo di s. Giovanni in Laterano [157]. « Ecclesiam sancti Pauli in civitate Amelie prope muros sub « censu unius libre crocei in Resurrectione Domini solvende. — Ecclesia sancte Romane extra et prope « civitatem Amelie sub annuo censu quinque librarum cortonensium valent. bolendin. XL[a] in Resur- « rectione Domini. » Le dette chiese furono donate alla Basilica Lateranense da Iacopo vescovo di quella città li 31 Maggio 1194. E siccome alcune persone vi avevano sulle medesime il diritto di patronato, così anche i patroni prestarono unanimi il loro consenso a siffatta donazione con atto del 19 Giugno dello stesso anno. Questa donazione poi fu dallo stesso vescovo confermata l'anno 1206, e da lui medesimo nel 1220 a nome del capitolo lateranense venne consacrata la chiesa di s. Paolo. Le predette cose appariscono dai seguenti documenti.

Donazione fatta da Iacopo vescovo d'Amelia, (1194, 31 maggio) alla basilica lateranense delle chiese di s. Romana e di s. Paolo in Amelia [158].

In nomine Domini Amen Anno dominice incarnationis Millesimo C. nonagesimo quarto Anno quarto pontificatus Domini Celestini tertii pape. Indictione XII. mense madii die ultima. Ego iacobus episcopus ameliensis una cum presbitero Allibrandino priore ven. ecclesie S. Romane hac die propria nostra bona voluntate ex mandato omnium paterentorum (*sic, sed certe legas* patronum)dicte Ecclesie S. Romane damus et intuitu pietatis concedimus tibi domino Girardo priori venerabilis basilice Salvatoris Domini nostri ihesu Xpi que dicitur Constantiniana et Canonice regulari beati iohannis baptiste tuisque concanonicis in perpetuum omne ius et omnem actionem quod vel quam nos habemus et ipsi patroni habent in spiritualibus et temporalibus in dicta ecclesia S. Romane de amelia, que sita est in monte calvello extra ameliam civitatem loco ubi dicitur Mons calvellus. et in cappella eius que est infra civitatem nominate aimelie que vocatur ecclesia sancti Pauli et in omnibus earum possessionibus videlicet in terris vineis ortis canapinis et in omnibus earum tenimentis ubicumque sunt. Hanc autem cessionem vobis ut dictum est pro nobis et pro patronibus dicte ecclesie S. Romane cum sua capella que est ecclesia S. Pauli facimus ut deinceps licitum sit Lateranensi canonice dictam ecclesiam cum cappella sua intrare tenere ordinare et pro voluntate Lateranensis prioris nominatas ecclesias et bona earum disponere et propria voluntate ordinare quam concessionem promictimus vobis semper firmam habere et contra non venire set defendere contra omnes personas si necesse fuerit. Quod si non fecerimus vel si contra hanc concessionem aliquo modo venire temptaverimus pro pena decem auri libras dare promictimus soluta pena hic concessionis contractus firmus permaneat quem scribere rogavimus iohannem S. R. E. scriniarium in mense et indictione suprascripta.

Signum manus prescripti Iacobi Episcopi huius chartule rogatoris.

Hec sunt nomina patronum. Bernardus de Berta. Panfollia. Petrus. Rusticellus. Rolandus. Theobalducius Berardi. Girardus de Alberto. Raynallus de Gualfroduni. Egidius. Crescentius. Beraldutius Berardi. Girardus. Rizzus. Singiorectus. Yeremias. Drudulus.

Ego Iohannes scriniarius S. R. E. complevi et absolvi.

I patroni delle chiese di s. Romana e di s. Paolo nella città d'Amelia prestano il loro consenso per la donazione delle medesime alla basilica lateranense (19 giugno 1194) [159].

In nomine Domini nostri Ihesu Xpi amen. Anno eiusdem Incarnationis M.C.XCIIII. imperante Henrico Imperatore. Residente dopno Celestino III. papa in sacratissima sede beati Petri apostoli anno eius quarto mense Iunio die nonodecimo Indictione XII. Quoniam que geruntur multotiens nisi in scriptis reducantur lapsu temporum oblivioni traduntur ideo utile visum est et iure gentium comprobatum ut quodlibet negotium iure seu usu approbato sponte inter homines contractum de quo convenit ne inter posteros litigandi oriatur copia agnitione licterarum teneatur in memoria. Nos igitur patroni ecclesie S. Romane Amelienses concives videlicet Quintavallis et Rolanducius Donadei de Singioretto. Bernardus et Petrus filii de Verzera et Rusticus Paganelli. Gualfreducius Guittonis. Gilius

157 Arch Basil. Later., cod. 71, fol. 34.
158 Bibl. Vat., cod. lat. 8034. fol. 48.
159 Ibid., cod. lat. 8034, fol. 49.

Donadei; Girardus Avazite. Petrus Offredutii. Girardus Amicoli. Manfredus Tancredi. Gilius Tebaldi. Panfolia et Crescentius. Butius. Donadeus de Laria. Gilius de Blasia. Drudolus. Girardus de grolicha. Beraldus de Quonia. Bernardus de Yeremie omnes insimul congregati propria nostra voluntate interveniente de voluntate et assensu dopñi Iacobi Ameliensis episcopi et presbiteri Ildibrandi eiusdem Ecclesie prioris et aliorum patronorum Damus cedimus atque tradimus et inrevocabiliter conferimus tibi donno Paulo canonico Lateranensi recipienti pro ipsa venerabili Ecclesia Lateranensi de mandato donni Girardi ipsius Lateranensis Ecclesie prioris ecclesiam S. Romane que sita est in tenimento civitatis ameline extra portam ipsius civitatis in contrada que dicitur foris pontem. Que scilicet ecclesia S. Romane ut est edificata cum ecclesia S. Pauli que est edificata infra civitatem Amelianam que sua cappella est cum omnibus paramentis et libris et eorum ornamentis omnibus et cum casis casalinis terris et vineis silvis cultis et incultis fructiferis et infructiferis et ut generaliter loquamur cum omnibus sibi pertinentibus et cum omnibus suis adiacentibus et cum omni iure et actione ipsis ecclesiis pertinenti pro redemptione peccatorum nostrorum nostrorumque parentium sit tibi donno paulo canonico Lateranensi pro ipsa ecclesia Lateranensi data tradita et deliberata et concessa ab hodie in antea ad intrandum tenendum et possidendum et quicquid inde voluerint prelati Lateranensis Ecclesie in perpetuum iure proprietatis et dominii et possessionis in perpetuum faciendi nulla reservatione iuris et usuum nobis reservata in perpetuum set a modo in antea libere et sine ulla conditione faciatis et disponatis sicut vobis et successoribus vestris placuerit. Et nos supradicti patroni pro nobis aliisque patronis et heredibus nostris refutamus tibi dopno paulo omne ius et omnem actionem et exactionem et usus si quos in ipsis ecclesiis et in eorum tenimentis et possessionibus aliquo modo petere potuimus ut de cetero nullam litem nullamque petitionem et nullam molestiam vos et vestri successores Lateranensi ecclesie servientes et in iamdictis ecclesiis S. Romane et S. Pauli morantes a nobis nostrisque heredibus in perpetuum sustineant set legitime ab omni homine ubi et quando necesse fuerit defendere promictimus. Que omnia si ut superius leguntur et promittuntur non observaverimus nos et nostri heredes tibi dompno paulo et priori Lateran. et successoribus vestris in perpetuum promictimus tunc fore daturos et compósituros nomine pene quatuor libras puri auri et soluta pena hoc instrumentum dationis deliberationis concessionis cessionis iuris et actionis et refutationis in perpetuum maneat firmum quod fieri rogavimus et testes a nobis rogatos subscribi mandavimus.

Actum infra civitatem Amelie in supradicta ecclesia S. Pauli.

Exinde ego donnus Iacobus Ameliensis Episcopus in presentia supradictorum patronorum et subscriptorum testium propria et spontanea voluntate intuitu Dei et ob reverentiam ipsius Lateranensis Ecclesie inrevocabiliter confero et concedo pro me et pro successoribus meis in perpetuum omnia iura episcopalia que nunc a me neque a successoribus meis aliquomodo exigantur neque de veteri tempore neque de novo exactiones seu servitia aliqua magna vel parva imponantur sub pena centum librarum Lucensium a me et successoribus meis vobis solvendam nisi quod singulis annis in festivitate sancte Romane solvatis Episcopo duodecim denarios de Lucca nomine census et non aliud in perpetuum. Que omnia voluntarie convenimus. Petrus iudici. Beralducius Guillelmi. Donadeus Thebaldutii Rubei. Beraldus Petri Singioris. Filippus Berardi Diaconi. Petrus Raynaldi Proculi. Lodoerius Castaldus sunt testes rogati.

Ego Guido civitatis Ameline tabellio rogatus a predicto donno Iacobo Episcopo et predicto Donno Paulo hoc instrumentum scripsi et absolvi.

Iacopo vescovo d'Amelia conferma alla Basilica Lateranense (1206 16 febbraio) la donazione già fatta alla medesima delle due chiese di s. Romana e di s. Paolo colle loro pertinenze [160].

In nomine Domini amen. Anno eiusdem nativitatis M . CC . VI. temporibus Domini Innocentii tertii pape anno eius VIII. mense februarii die XVI. Indictione IX. Ego quidem Donnus Iacobus Ameliensis episcopus una cum canonicis S. Firmine videlicet Bonocomite presbytero Ugone et omnibus aliis ad hec exequendum directis et executoribus negotiorum eiusdem ecclesie presentibus etiam et concedentibus Benencasa, Crescentio et donno Girardo pro se et aliis de mandato aliorum omnium propria nostra bona voluntate bonis operibus et que Dei sunt obsecundare volentibus cognoscentes ecclesiam

[160] BIBL. VAT., cod. lat. 8034, fol. 60.

Sancte Romane que sita est in monte calvello ante civitatem amelie secus stratam cum ecclesia S. Pauli que est infra civitatem costitutam cum domibus et cum omnibus cellis et terris et vineis et silvis libris et paramentis ad predictam Ecclesiam S. Romane pertinentibus et omnibus pertinentiis suis olim a patronis eiusdem ecclesie mera et pura voluntate fuisse Lateranensi ecclesie omnimode sine ulla reservatione attributam et ad eius obedientiam et reverentiam et dispositionem in omnibus et per omnia tam temporaliter quam spiritaliter fuisse concessam quod vidimus toti eiusdem civitatis pp. admodum complacere. Ego igitur cum debeamus matri omnium ecclesiarum sollicitudinem adhibere et in eius iustitiis adesse. Nos inquam ob eius reverentiam in eo quod episcopatui et ameline ecclesie competit predictam donationem et submissionem atque concessionem de iam dicta ecclesia sancte Romane Lateranensi Ecclesie factam concedimus et omni firmitate corroboramus omni iuri et exceptioni et decretorum seu canonum et conciliorum tam in temporalibus quam in spiritualibus renuntiando vobis domino bartholomeo atque munaldo canonicis Lateranensis ecclesie pro ipsa ecclesia Lateranensi pro nobis et successoribus nostris in perpetuum salvo quod singulis annis debeat ipsa ecclesia S. Romane in festo ipsius ecclesie episcopo amelino XII. denarios de Luca ad ipsius Episcopi reverentiam solvere vacante vero episcopatu solvantur ecclesie S. Firmine nulla alia exceptione temporaliter seu spiritaliter aliquo modo reservata. Que omnia ut superius dicta sunt volumus in perpetuum omnifaria observari et in nullo disrumpi. Hoc actum est in palatio Episcopali presentibus subscriptis testibus Dominus Leonardus nobilis civis Romanus filius quondam petri muti iudicis. Rubeus civis Romanus de sancto nicholao prefecti. Nicolaus ferlandi interampnensis. Paulus Stronconis. Gualfredus episcopi sunt testes rogati. Ego Guido civitatis amelie tabellio rogatus hoc instrumentum de Domini iacobi episcopi et canonicorum S. Firmine scripsi et absolvi vobis donno bartholomeo et presbytero Munaldo canonicis Lateranensis Ecclesie et pro ipsa ecclesia.

Il predetto Iacopo vescovo di Amelia conferma (1220, 22 maggio) alla Basilica Lateranense la donazione delle due chiese di s. Romana in Monte Calvello e di s. Paolo, e consacra quest'ultima [161]:

In nomine Domini amen. Anno eiusdem nativitatis M . CC . XX. temporibus Domini honorii tertii pp. anno eius quarto mense martii die XXII. indictione VIII. Ego quidem Donnus iacobus ameliensis ecclesie humilis episcopus presenti die existens in civitate amelie in palatio Sancti Pauli coram donno Gregorio Sancte Marie de Colle et coram donno bartholomeo sancti Thome Iterannensis et donno Benencasa ipsius ecclesie Sancti Pauli archipresbytero et Lateranensis ecclesie canonico et coram subscriptis testibus propria et spontanea voluntate profitemur vos quondam de voluntate et consensu Capituli Ameliensis et omnium patronorum earumdem ecclesiarum scilicet Sancte Romane et S. Pauli dedisse et corporaliter tradidisse ecclesie Lateranensi ecclesiam Sancte Romane positam in Monte Calvello ante civitatem Ameliensem et ecclesiam S. Pauli sitam in civitate Ameliensi cum omnibus possessionibus suis libris et paramentis, et cum omni iure et actione ad ipsas ecclesias pertinente tam spiritualiter quam temporaliter sicut per publicum instrumentum a nobis factum apparet. Quam donationem et possessionis traditionem in omnibus et per omnia confirmamus et ratam et firmam per nos et per successores nostros in perpetuum teneri promictimus. Nunc autem a domino Clemente priore Lateranensi per supradictos eius canonicos accepimus in mandatis ut eidem ecclesie S. Pauli gratum munus consecrationis impenderemus, ideo ego supradictus Iacobus episcopus ob reverentiam et mandatum Domini prioris et capituli Lateranensis prenominatis canonicis Laterani astantibus vicem Domini prioris gerentibus eamdem ecclesiam Sancti Pauli affectione piissima nullo contradicente consecramus. Et ut presens consecratio ad reverentiam subiectionem atque mandatum lapsu temporis a memoria hominum (non) dilabatur set omnibus hanc scripti seriem intuentibus manifeste semper appareat et publice perpetuo innotescat presentem paginam inde fieri fecimus quam per manum guidonis ameliensis scribendam rogavimus. In presentia subscriptorum testium. Hoc actum est in predicto palatio S. Pauli tempore et die et indictione predicta. Lorentius de pagano. Petrus de iohanne. Lorentius Tebaldutii. iohannes de petro. Iacobus raserii sunt testes rogati. Ego Guido civitatis ameliensis tabellio omnibus hiis interfui et de mandato Domini Iacobi ameliensis Episcopi tam vetus quam novum huius negotii instrumentum condidi et publicavi et rogatu predictorum canonicorum hoc instrumentum in publicam formam redegi.

[161] BIBL. VAT., cod. lat. 8034, fol. 74.

Suburbium insuper quod est circa Constantinianam Basilicam in Stabello iuxta sacrum palatium. Il *suburbium*, del quale in questo luogo si parla, non era già al di là delle mura urbane, bensì dentro la città, nei dintorni del Laterano: « circa constantinianam basilicam in Stabello iuxta « sacrum palatium. » Era attiguo al *campo lateranense*, e la parola *Stabello* ci determina la località: poichè lo *stabellum*, che credo derivativo di *stabulum*, era situato, secondo l'accennata lettera di Leone IX, dinanzi all'oleario, *ante oleario dominico*. L'*oleario* poi stava tra l'ospedale di s. Niccola e l'arco del palazzo, come si ha nell'inventario dell'anno 1242 delle case possedute dalla basilica: « tituli domorum a porta hospitalis manu dextera versus maiorem ecclesiam usque ad arcum qui est « sub palatio, » e qui appunto rimaneva l'*oleario* « sub palatio in oleario [162]. » Del resto l'esistenza del *suburbium* prova che il Laterano occupava con le sue parti uno spazio assai ampio, comprendendo non solo la basilica e il palazzo con tutti i suoi annessi de' quali parla Anastasio bibliotecario [163] *vestiaria, sacraria, horrea, cellaria, fullonia;* ma ancora un grande caseggiato al dintorno.

In campo lateranensi domos quas habetis ibidem. Chiamavasi *campo lateranense* tutto quel tratto, che dalle mura urbane verso porta s. Giovanni, dove era la torre saracena, estendevasi fra le *decennie* e il *vestiario*, situato vicino all'oratorio di s. Niccola nelle case tenute oggidì dai PP. Penitenzieri [164]: e piegando a destra verso l'odierna piazza del Laterano, aveva a confini *s. Gregorio in Martio*, la *via maggiore* e la *basilica*. Esso viene così descritto dal Rasponi « Campus lateranensis iuxta suos « fines qui hoc pacto describuntur. A primo latere decuriae (diremo invece *decennie*) [165], a secundo latere « muri civitatis et turris que dicitur saracena, a tertio latere palatium quod vestiarium vocabatur, et « recte per parietem usque ad locum tendebat cui nomen est incaminata et ubi res necessariae erant « atque hospitalia episcopi, a tertio latere basilica Salvatoris [166]: » sicchè il *campo* era attorniato da tutti i luoghi accennati nella bolla d'Onorio « iuxta formam claudiam, in pristino, in cancello, in via maicri..... « in castello novo. » Al tempo in cui il Laterano era residenza de' Papi, e dentro e fuori del palazzo vi erano scuole, orfanotrofi, ospedali ed altri ricoveri « pro clero, scolis, captivis, orphanis, viduis, pau« peribus, » come si ha in Anastasio [167]; veniva di necessità che quella parte di Roma doveva essere molto frequentata. Gli abitanti del *campo lateranense* godevano il privilegio di avere una parte delle oblazioni che si facevano all'altar maggiore della basilica nella domenica che s'intitola « pastor bonus; » ma con cristiana pietà ne fecero perpetua rinunzia alla basilica medesima in tempo di Alessandro III l'anno 1177 [168]. Entro il campo lateranense e suoi dintorni la basilica possedeva circa duecento trenta case e oltre a cinquanta banchi di negozianti o botteghe chiamate *mense;* e le case erano abitate non solo dalle persone addette al servizio del palazzo e della medesima basilica, ma anche da private famiglie, fra le quali troviamo i Rossi, i Cenci, i Mattei, i Capocci, i signori di Poli e gli Annibaldeschi che vi avevano pure una torre [169]. Il caseggiato, coll'andare del tempo è totalmente scomparso: ma un'idea della topografia se ne può avere dal suddetto inventario delle case che appartenevano a s. Giovanni fatto l'anno 1242 [170]. Quest'inventario o descrizione è diviso in più partite secondo il luogo ove erano poste le case, indicandosi di ciascuna il nome della persona che la teneva e il fitto che pagava. Nella prima partita ne troviamo registrate un gruppo di dodici; ma la pergamena, essendo in questo punto affatto consunta, non si può bene intendere la località. Sembra però che si parli di case verso le mura urbane in vicinanza dell'ospedale. — La seconda partita è intestata: « Tituli « domorum a porta hospitalis manu dextera versus maiorem ecclesiam usque ad arcum qui est sub

[162] Arch. Basil. Later., Q, 8, B, 33. Questo inventario, documento importantissimo per la topografia di Roma nella regione lateranense, consiste in un grande rotolo membranaceo largo m. 0, 26: lungo m. 2, 75. Sarà da noi in altra occasione pubblicato.

[163] Anastasius, *In vita Stephani pp. VII.*

[164] Rasponi, *op. cit.*, p. 348.

[165] Adinolfi, *Laterano e via Maggiore*, p. 68, attenendosi al Rasponi, legge ancora lui *decurie* invece di *decennie*.

[166] Rasponi, *op. cit.*, p. 216.

[167] Anastasius, *l. c.*

[168] Arch. Basil. Later., cod. 70, detto della catena, fol. 2.

[169] Adinolfi, *Il Laterano*, p. 69, 76.

[170] Arch. Basil. Later., Q, 8, B, 33.

« palatio iuxta portam et domum que fuit carcer modo est Angeli Sinibaldi. » Comprendeva un gruppo di trent'una casa, fra le quali una tenuta da Giacomo di Giovanni Capocci « pensio. II. solid. » altra dal signor Giovanni di Poli « pensio. X. solid... » e vi troviamo questa indicazione: « sub pa« latio in oleario est domus magistri Iohannis de Caserta. » — La partita terza è intestata: « Tituli « domorum extra arcum Palatii manu sinistra per monteronem et Lardarium usque ad palatium « Martii. » Abbracciava quarantatre case e fra queste: « domus nostra manualis et cum petris, ante « scalas Pilati: iuxta hanc est palatium episcopi Albanensis.... Iuxta arcum portici tituli domorum etc. » e poi.... « incipit Lardarium etc. Iuxta sanctam Crucem est domus heredis Guillelmi Apulie.... Iuxta « cervinariam nostram est domus nostra manualis. » — La quarta partita incomincia: « Iterum a « Palatio Martii recta via usque foris portam sancti Nycolai de Forma. » Sono registrate trentaquattro case e tra queste « Palatium Martii, » e ne abbiamo una « filiorum Petri Anibaldi, pensio. II solid. » ed altre che ritenevano « Magister Iohannes de Caserta, pensio. XII denar.... Magister Nycolaus de « Caserta, pensio. IIII. solid.... Paulus Iohannis Mathei, pensio. II solid.... Iohannis Franconis, pensio. « VIII denar.... Magistri Roffredi, pensio. XII denar.... Gregorius de Alexio, pensio. VI. denar. » — La partita quinta incomincia: « tituli domorum ab arcu Basilis per viam maiorem ex utraque parte « revertendo ad eundem arcum. » Conteneva cento ed una casa e fra queste « domum quam tenet « Rogerius scriniarius, pensio. II. denar.; domum Berti Pecorari, pens. XIII denar.... Ab ecclesia san« ctorum IIII. Item ab arcu Basilis revertendo in Castello Novo.... domum quam tenet Pandulfus « pens. XII denar.... domus sub forma Pandulfi cui non concessimus. Balneum eiusdem.... Nycolai de « Colle abbatis quam tenet Nicolaus Capoccie, pens. II solid. » — La partita sesta incomincia « tituli do« morum in Pristino Dompnico usque ad scolas cantorum; » ed enumera case quarantuna. Vi era la casa « Corradi scriniarii, pens. XX den. Iohannis Matthei campiatoris IIII solid.... domus iuxta quam « est Macellum nostrum.... Heredes Matthei de Arsulo pens. II. solid.... Anastasii pecorari oblati nostri.... « Petri domini Romani XII denar.... heredes Transmundi X denar.... Stephani qui dicitur episcopus « XII denar.... heredes Matthei de camera et orto post accasamentum XXII den., Magister Stephanus « III Idenar. » — Dopo la descrizione delle case segue quella de'banchi e botteghe de'negozianti ossia *mense:* « In nomine Domini Amen Anno MCCXLVII indictione IIII mense Augusti. » Vengono prima registrate quelle avanti la chiesa « Mense sunt ante ecclesiam taliter ordinate (sei).... Revertente ad « ecclesiam iuxta columpnam [171] (quattro).... Exeunte portam minorem manu dextera (cinque)..... Re« vertente ad ecclesiam manu dextera iuxta aliam columpnam ubi est sepultura (due).... Per viam que « vadit ad burgum manu dextera (dodici).... Intrante Macello manu dextera hec sunt mense (sei).... « Manu sinistra (sette).... Revertente ad ecclesiam manu dextera iuxta portam clausam (quindici).... »

A VINEALI SANCTI NICOLAI PER DECENNIAM USQUE IN TERRAM SANCTI THOME. S. Niccola e s. Tommaso erano due chiese sul Celio, la prima delle quali ora è scomparsa. Si chiamavano *in formis* o *ad formam claudiam* per l'acquedotto Claudio-Neroniano, vicino al quale sorgevano. In quanto poi al vocabolo *decenniam,* ho già disopra accennato, essere stata una contrada sul Celio nella quale erano comprese le due chiese di s. Niccola e di s. Tommaso *in Formis*. Eravi ancora un'altra contrada *le Prata* o *Prata Decii:* ma non bisogna confondere l'una coll'altra. Difatti le decennie erano al di quà delle mura urbane, nella regione dove erano appunto situate quelle chiese, o, come si ha in un documento del Regesto Sublacense dell'anno 953: « in regione secunda iuxta decennias [172]. » Anastasio IV nella più volte citata bolla del 1154 parla delle decennie come di una contrada circostante alla basilica lateranense: « ea que habetis in circuitu vestrae ecclesiae trans videlicet ortos et « lacum decenniae [173]. » Le *prata,* o *prata Decii* erano estramuranee, come abbiamo in un istromento del 943 del Regesto Sublacense: « foris portam mitrobi in fundum qui appellatur prata decii [174]. » Il *Chronicon Sublacense* fa pure menzione di un fondo locato dall'abate Benedetto ad un tal Salomone: « terram semectariciam una cum suis pertinentiis positam foris portam Metrobi in fundum nuncupatum « pratum decii [175]. »

[171] ADINOLFI, *Il Laterano*, p. 142: « *Rimaneva questa colonna a s. Gregorio in Martio.* »
[172] ALLODI, *Reg. Sublacense,* p. 134.
[173] CRESCIMBENI, *op. cit.*
[174] ALLODI, *op. cit.*, p. 148; cf. *Chronicon Sublacense,* Roma, 1885, p. 113.
[175] *Chronicon Sublacense,* Roma, 1885, p. 151.

TURRIM VESTRAM CUM FUNDO ET VINEIS IN LOCO QUI DICITUR AD QUARTUM. Ciò credo voglia dire al *quarto* miglio sulla via Appia. — Molti erano i beni che la basilica possedeva in queste parti, prima e dopo il quarto miglio. Difatti oltre ai fondi *Tabernulo, campo vatale, Favarolo,* alle vigne *in monte Honorii,* di cui si fa parola nella presente bolla, apparisce da altri documenti che la medesima basilica vi aveva anche altre proprietà. Invero, da un inventario fatto al tempo di Urbano IV [176], risulta che era proprietaria di fondi « *ad pontem Yspanorum* (al. Spanorum), *in monte Cepollarii,* « extra portam latinam in loco qui dicitur *Mons Albinus,* extra portam appie *ad criptam rubeam,* « *in valle Appie.... in Formello* extra portam appie, *in pantano* extra portam latinam. iuxta portam « Metrioli *in pede montis Calvarelli, in Acia et in cretacio* extra portam appie, *in monte calcatorio* « extra portam lateranensem, *in Antiniano.* » Oltre a ciò dall'inventario Frangipane [177] apparisce che la suddetta basilica possedeva nelle stesse adiacenze « in loco qui dicitur *le prata* (cioè prata Decii), « in loco qui dicitur *mons Pape,* in loco qui dicitur *vallis Pape,* in loco qui dicitur *vallis lacus,* in « loco qui dicitur *vallis parmea,* in loco qui dicitur *vagi,* in loco qui dicitur *Basilgioli,* in loco qui « dicitur *mons Salvatorius,* in loco qui dicitur *ad fontem Pape* [178]. » Nelle Bolle surriferite di Onorio II e d'Innocenzo II troviamo fondi *in monte portatorio* e *in monte cuppoli.*

FUNDUM TABERNULE. Secondo il Nerini il *tabernule* o *tabernulo* era dove è oggi *Torre Pignattara,* posseduta ancora al presente dalla Basilica Lateranense [179]. Nell'inventario Frangipane si ha che possedeva « in loco qui dicitur *Tabernula,* unam clusam vinearum que sunt triginta quatuor petie [180]. »

FUNDUM ET ECCLESIAM SANCTE LUCIE IN RENATI. Ne fa menzione il libro pontificale in Leone III « oratorium sancte Lucie quod ponitur in monasterio de Renati. » Nel *Chronicon Sublacense* all'anno 981 leggesi: « eodem anno die vero nona februarii idem abbas (Benedictus) conduxit ab illustri « viro Gregorio filio dominae Marociae Senatricis et rectore monasterii sanctae Luciae Renati pratum « positum foris portam Urbis Maiorem [181]. » Era posta sull'Esquilino non lungi dalla chiesa di s. Eusebio. Difatti in un brano d'istromento dell'archivio di s. Maria Nuova dell'anno 1163, 22 settembre, al tempo di Alessandro III, si ha notizia di un terreno: « terre posite ad Cimbrum ad sanctam Luciam « renatam in monte Prisco. » Il *Cimbrum* era quello che comunemente si dicea *Trofei di Mario,* i ruderi cioè della mostra dell'acqua Alessandrina [182], non molto lungi dalle chiese di s. Eusebio e s. Vito. In una Bolla di Celestino III del 4 gennaro 1192 in favore della Basilica di s. Maria Maggiore vengano nominati fra i beni da quella posseduti: « post sedem venerabilis diaconie sancti Viti tres casalenos « cum balneo, ante Cembrum duos [183]. »

FUNDUM FAVAROLI. Era situato a sei miglia circa fuori della porta lateranense, dove è la tenuta detta lo *Quatraro* posseduta già dal monastero di s. Alessio sull'Aventino, come risulta da un istromento del 1358, nel quale si legge: « lo Quatraro positum extra portam Lateranensem in loco qui « dicitur favarolum in proprietate dicti monasterii ss. Bonifacii et Alexii. » Tra i confinanti viene pure indicato il fondo appartenuto alla basilica lateranense: « ab uno latere est tenimentum casalis ecclesie « lateranensis quod vocatur lo Quaioto [184]. »

FUNDUM MARANE CUM PRATO ET TURRI. Circa l'origine, il corso, gli usi e la giurisdizione che ebbe sull'acqua Mariana, detta volgarmente della Marrana, il capitolo lateranense già molto si è scritto [185];

176 ARCH. BASIL. LATER., Q, 8, B, 32. È un rotolo membr. importantissimo, largo m. 0, 40, lungo m. 3, 80.

177 ARCH. BASIL. LATER., mss. I, 21 e seg.

178 Il *fons Pape* dovea rimanere non lungi dalle mura urbane, mentre nell'inventario Frangipane p. 19-20 si legge: « *Item ecclesia nostra habet manuales ortos de lacu: ab uno latere est lacus et rivus laci, a secundo est via qua itur ad fontem Pape, ab alio sunt vie vallis lacus.* »

179 NERINI, *De Templo et Coenobio ss. Bonifacii et Alexii,* p. 234.

180 ARCH. BASIL. LATER., I, 25.

181 *Chronicon Sublacense,* p. 129.

182 ARMELLINI, *Chiese di Roma,* p. 320.

183 ARCH. BASIL. LIBERIANAE, orig.: è conosciuto solo un frammento. JAFFÈ, *op. cit.,* ed. 2ª, p. 585, n. 16797.

184 NERINI, *op. cit.* p. 234, 529.

185 CASSIO, *Il corso dell'acque,* I, 131: CRESCIMBENI, *Stato della Basilica di s. Maria in Cosmedin,* p. 94 e seg.; CORVISIERI, *Dell'acqua Tocia,* p. 192; DE ROSSI, *Bollettino,* 1872, p. 89, 90, 102; TOMASSETTI, *op. cit.,* p. 11, 72.

e da quell'acqua prendeva nome questo fondo. Esisteva poco distante dalla porta Appia; dove la basilica possedeva parimenti un molino, che l'anno 1498 a' 10 febbraio diede in enfiteusi a Gio. Battista de Lellis: « Molendinum vetustate collapsum et dirutum situm extra portam Appiam iuxta cursum « aquae Appie cum turri ac aliis suis iuribus pertinentiis et adiacentiis [186]. » Nella medesima località la basilica vi possedeva pure una *valga* ad uso di armeria, che l'anno 1446 5 agosto affittò a Laurentino di Sante, detto Turchio, armarolo [187].

VINEAS QUAS HABETIS IN MONTE HONORII. Era il *mons Honorii* ad un miglio fuori della porta Lateranense a sinistra della via Tusculana [188].

VINEAS IN CIRCO VETERI. Il *circo vetere* era senza dubbio l'anfiteatro castrense che esisteva vicino a s. Croce in Gerusalemme, al quale sono appoggiate le mura della città, o il circo d'Eleagabalo nella valle sottoposta poco al di là delle stesse mura [189]. Dei beni che possedeva la basilica al *circo vetere* se ne fa menzione altresì nell'inventario Frangipane [190]. Nel 1449 queste adiacenze conservavano l'antica denominazione di *circo vetere*, e la basilica vi possedeva ancora delle proprietà. Difatti li 17 febbraio di quell'anno la detta basilica dava in affitto a Nardo Bonelli, *alias* Ferro, del rione Monti: « Sex petias terrarum.... positas extra portam lateranensem in loco qui dicitur « *cerchio* « *vetere* » inter hos fines: ab uno latere tenet vinea quae olim fuit Matthiae sutoris, ab alio tenet lo « villano de regione Montis, ab alio tenent li fraticelli de Magnanapoli, ab alio tenent et sunt res « dictae Ecclesiae, ab alio est viculus vicinalis. Item 4.^{or} alias petias terrarum proprietatum deserti- « tiarum dictae Ecclesiae positae in dicto loco inter hos fines: ab uno latere dictus Matthias, ab alio « Loysius pasciolino de regione Pineae, ab alio sunt moenia urbis [191]. »

ECCLESIAM SANCTI ANDREE IN SILICE CUM OMNIBUS SUIS PERTINENTIIS. Questa chiesa esisteva nel territorio di Velletri, presso *Castel vecchio*, nel tenimento chiamato *le castella* appartenuto fino al presente alla basilica lateranense. Fu già in quella chiesa un monastero fondato, come apparisce dalla bolla d'Innocenzo III, che viene di sotto riportata, da un Narcisso patrizio, e che poi rimase distrutto nelle invasioni dei Vandali. Nel secolo decimo troviamo quel monastero nuovamente abitato dai monaci, e la chiesa di s. Andrea sotto il patronato della famiglia romana dei Crescenzi. A questa famiglia, e propriamente al celebre Crescenzo di Teodora console e duca, l'abate Giovanni locò l'anno 978 il *Castel vecchio* dove era il monastero stesso situato. Dieci anni dopo, nel 988, Giovanni e Crescenzo figli del predetto Crescenzo di Teodora e di Sergia, *illustrissime femine*, donarono all'abate Alberico e suoi successori la detta chiesa di s. Andrea in Silice, un terreno contiguo per fabbricarvi una nuova abitazione e molti beni. Ma coll'andare del tempo essendo quel monastero scaduto, venne con tutti i suoi possedimenti donato alla basilica lateranense dal pontefice Innocenzo III. In conferma delle cose sopraddette riportiamo tre carte che abbiamo ricavate dall'archivio della medesima basilica. La prima è del 9 aprile 978, in cui Giovanni abate di s. Andrea in Silice nel territorio Veliterno loca a Crescenzo di Teodora il *Castel vecchio*, senza alcun tenimento, a condizione che il detto Crescenzo faccia la guerra e la pace a richiesta del papa e dello stesso abate e suoi successori [192]:

† In Nomine Domini Dei Salvatoris Nostri Iesu Xpi. Anno Deo Propitio Pontificatus Domini Benedicti Summi Pontificis et Universalis Sanctissimi Pape in sacratissima sede beati petri apostoli III. indictione sexta. Mense aprelis die VIIII. Quisquis actionibus venerabilium locorum preesse dignoscitur incunctanter eorum utilitati ut proficiant cum summa diligentia procurare festinet. Placuit igitur cum Xpi auxilio atque convenit inter domnum Iohannem religiosum presbiterum et monachum atque coangelicum abbatem venerabilis monasterii sancti andree apostoli qui apellatur in Silice et

186 ARCH. BASIL. LATER., D, IV, f. 29.
187 IBID., D, I, f. 126.
188 NERINI, *op. cit.*, p. 235.
189 NOLLI, *Pianta di Roma;* NARDINI, *Roma antica*. Roma, 1818, vol. II, p. 14, 18.
190 ARCH. BASIL. LATER., I, 27.
191 IBID., D, II, f. 296.
192 IBID., Q, 6, E, 2.

arenati. consentiente sibi cuncta congregatione monachorum eiusdem venerabilis monasterii et e diverso crescentium illustrissimum virum qui apellatur de theodora. ut cum domini adiutorio suscipere debeat a suprascripto iohanne domini gratia religioso presbitero et monacho atque coangelico abbate. vel a cuncta congregatione suprascripti monasterii sicut et suscepit predictus crescentius locationis et conductionis iam dicti monasterii. idest unum castrum sine aliquo tenimento quod dicitur vetus positum subtus strata inter hos affines. A primo latere strata publica. Et a secundo terra vacante cum fossato et litteris. Et a tertio latere insula cum fossato squille. Et a quarto latere via. Tali quidem condicione ut guerram et pacem faciat ad mandatum summi pontificis et predicti abbatis et successoribus ipsius. et ut ipsum castrum ad maiorem cultum perducere debeat suoque studio suoque labore. Preterea ipse abbas vel successores ipsius recipiat pensiones omnium domorum predicti castri et pensiones locationum et reditum feudorum et opera eorum et redditum frumenti et ordei et quartam musti usque ad vegetem portent glannaticum et herbaticum ipse abbas vel successores ipsius recipiat annuatim pro predicta ecclesia. porta que est a parte monasterii semper erit in potestate ecclesie et ut predictum ius ecclesie non pereat ipse abbas vel successores eius habebunt per tempora consules vel vice comites qui mittent bandum supra predictis rebus ex precepto et voluntate ipsorum et quicumque ceciderit in predictum bandum ipsi consules vel vice comites tollent eum et ecclesie predicte dabunt. et quicumque de habitatoribus predicti castri vult querimoniam ponere contra aliquem de casis. terris. vineis. silvis. pratis. pascuis. in curia predicte ecclesie faciat iustitiam vel recipiat quia castrum extra se nihil habet et nihil ei extra castrum omnino concedunt. fons et aque que sunt in circuitu predicti castri semper erunt in potestate ecclesie tam in estate quam in ieme. omni alia secundum bandum sanguinis et foracture et offensionis strate et prohibitiones litium et exercitus conducere et omnia alia ipse predictus crescentius filii. et nepotes eius masculini sexus de legitimo matrimonio natis tantum possidere. uti. frui. debent. Ad pensionem reddendam omni anno in festivitate sancti Andree apostoli medium sextarium olei et unum pars facularum. Finitis vero dictis personis predictum castrum sicut melioratum fuerit ad predictum monasterium cuius est proprietas sine aliqua condicione dilatione in integrum modis omnibus libere revertatur. De quare et quibus omnibus suprascriptis adiurantes dicunt utreque partes per deum omnipotentem sancteque sedis apostolice domni benedicti sanctissimi septimi pape. hec omnia que huius chartule placiti conventionisque series testus eloquitur. inviolabiliter conservare atque adimplere promittunt. Quod si quisquam eorum contra huius chartule seriem in toto partemve eius quolibet modo venire temtaverit tunc non solum periurii reatum incurrat verum etiam daturos se heredes successoresque suos promittunt pars parti fidem servanti ante omne litis initium pene nomen auri purissimi libras XXX et post solutam penam hec chartula in sua maneat firmitate. Has autem duas uniformes. uno tenore conscriptas chartulas michi iohanni Scriniario sancte romane ecclesie scribendas pariter dictaverunt. atque propriis in manibus roborantes testibus rogatis subscribendas optulerunt et sibi invicem tradiderunt sub stipulatione et sponsione solemniter interposita. In mense et die et indictione suprascripta.

† Ego iohannes humilis abbas manu propria subscripsi.
† Stephanus presbiter et monachus subscripsit.
† Adtinolfus presbiter et monachus subscripsit.
† Benedictus monachus subscripsit.
† Albertus monachus subscripsit.
† Raimundus monachus subscripsit.
† Pandolfus corvinus nobilis vir testis.
† Adtinolfus nobilis vir testis.
† Girardus coranus nobilis vir testis.
† Bonushomo coranus nobilis vir testis.
† Amatus comes signie testis.

Ego iohannes scriniarius sancte romane aecclesie. et scriptor huius chartule post testium subscriptiones et traditiones (*locus signi*). Conplevi et absolvi.

La seconda carta appartiene al 15 ottobre 988, per la quale Giovanni e Crescenzo figli di Crescenzo di Teodora, console e duca, e di Sergia *illustrissime femine* donano ad Alberico abbate di s. Andrea

in Silice la chiesa stessa di s. Andrea con un terreno per fabbricarvi una nuova abitazione, ed altri beni. Essa è del tenore seguente [193]:

† In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Anno Deo propitio pontificatus Domini Iohannis summi Pontyficis. et universalis quinti decimi Pape; In sacratissima sede beati Petri Apostoli IIII Indictione II. mense Octubris die XV. Salubriter et sine dubitatione consilii. ita ut unusquisque suis utilitatibus illa potius debet lucrari quae anime pertinere videntur; ut cum ex hac luce fuerit subtractus; non imparatam sibi inveniat mansionem. Sed quia inde nobis videtur magnum exercere negotium qui de terrena substantia comparat celestia. et de rebus transitoriis mercatur premia aeterna. Proinde nos iohannes seu crescentius illustrissimi viri atque germani filii domni crescentii olim consulis et ducis. qui dicebatur de Theodora seu Sergie illustrissime femine olim iugalium bonae memoriae. A presenti die donamus cedimus tradimus et largimur atque offerimus; nullo nobis penitus cogente neque contradicente. aut vim faciente, sed propria et spontanea nostra voluntate Vobis domno Alberico religioso presbitero et monacho atque abbati venerabilis Monasterii sancti Andree Apostoli et sancti Iohannis, qui appellatur in Silice. tuisque successoribus abbatibus et monachis. vel qui in servitio dei eidem venerabili Monasterio permanere noscuntur in usu et utilitatibus ipsius Monasterii existunt imperpetuum. Quia nos donamus tibi tuisque succesoribus imperpetuum sub iurisdicione beati Andree apostoli summittimus potestatem pro omnipotentis dei amore et redemptione anime nostrae et supradicti genitoris et genitricis nostrae nostrorumque omnium venia delictorum quatinus pro nobis preces offeratis; eius clementiam postuletis ut per vestras sacras cotidianas orationes cum iustis et electis dei in regno coelorum per intercessionem beati Andree apostoli mereamur portionem accipere. pro cuius amore hoc agere non cessamus. Et ideo concedimus vobis idest ecclesiam sancti Andreae quae appellatur in Silice cum terra de post se et latus se ad domum a noviter faciendam cum parietinis et arboribus suis una cum fundis et casalibus. seu terris. campis. pratis. pascuis. silvis. arboribus pomiferis. fructiferis vel infructiferis diversi generis. puteis et fontibus. rivis aque perennis. hedificiis. parietinis. arenariis. attiguis adiunctis. adiacentibusque suis. cultum vel incultum. vacuum et plenum; cum introitu et exitu suo a via publica. et cum omnibus ad suprascriptam ecclesiam sancti Andree cum terra et parietinis cum arboribus eorum seu parietinis ubi antea fuit domus cum ortuis generaliter et in integrum pertinentibus posita territorio belitrense milliario ab Urbe Roma plus minus XXIII. Sicut affines eorum ab origine esse videntur; iuris cui existunt sicuti nobis evenit per chartulam tertii generis ab ipso suprascripto vestro monasterio et sicuti detinuimus manibus nostris ita tibi tuisque successoribus imperpetuum concedimus et largimus atque sub iure et potestate atque dicione beati Andree apostoli summittimus perpetualiter consistere eidem monasterio. Unde et chartula vetus de super scripta ecclesia cum suprascriptis immobilibus locis apud nos reiacet ad conservandam et salvam faciendam pro aliis immobilibus locis quae in ea continere videntur. et pro hoc eam tibi tradere minime potuimus, sed quandoque tibi tuisque successoribus necesse fuerit semper eam ostendere et demonstrare promittimus omni in tempore. hanc a die presenti donationis cartulam tibi contradidimus pro qua etiam suprascripta ecclesia sancti Andree in Silice cum terra deposse et latus se ad domum noviter faciendam cum parietinis et arboribus suis cum fundis et casalibus seu terris. campis. pratis. pascuis. silvis. salectis. arboribus pomiferis fructiferis et infructiferis diversi generis. puteis et fontibus. rivis aque perennis cum introitu et exitu suo a via publica. et cum omnibus ad eam pertinentibus ut superius legitur. Ea videlicet ratione concedimus et largimus ut semper fiat in iam dicto monasterio imperpetuum et non habeamus nos neque consaguinei nostri licentiam suprascriptam aecclesiam cum omnibus suis pertinentiis ut superius legitur neque vendere, neque donare, neque commutare. neque per quotvis modis alienare. set sicut superius iam dictum est in usum et salarium permaneat ın suprascripto monasterio in finem seculi. Si quis autem quod minime credimus a vestra potestate subtrahere temptaverimus per qualecumque ingenium tunc spondimus atque promittimus nos una cum heredibus et consanguineis nostris tibi tuisque successoribus in inferius ascripta pena omni tempore subiacere. et hanc donationis chartulam (ut) superius dictum est quam pro redemptione anime nostre et supradicti genitoris et genitricis nostre fecimus inconcussa sit omni tempore. A presenti die largimur vobis pro vestris sacris orationibus quas die noctuque agere non

193 Arch. Basil. Later., Q, 6, E.

cessatis. quia et si carnalia vobis concedimus spiritualia a vobis recipere spectamus. et a die presenti habeatis teneatis. atque fruatis. in usum et salarium predicto monasterio existat imperpetuum. Pro quibus etiam specialiter spondimus quod nullo quoque tempore numquam a nobis neque ab heredibus nostris aut a nobis submissa magna parvaque persona contra tibi tuisque successoribus aliquam promovimus questionem aut litis calumpnia. Sed in omni tempore ab omni homine et in omni loco ubi tibi tuisque successoribus necesse fuerit stare nos una cum heredibus nostris defendere promittimus. In qua adiuratus dicimus per deum optimum sancteque sedis apostolice domni Iohannis sanctissimi pp. hec omnia que huius donationis charta seriem textus eloquitur. inviolabiliter conservare atque adimplere promittimus. Nam quod absit et quoquo tempore nos vel heredes nostri tibi tuisque successoribus aut contra hanc donationis chartam quam sponte fieri rogavimus agere aut causare sive contendere aut litigare aut a vestro monasterio auferre. tunc non solum periurii reatum incurramus verum etiam daturi nos promittimus una cum heredibus nostris tibi tuisque successoribus ante omne litis initium pene nomine auri purissimi libras II et post penam absolutionis manentem hanc donationis chartam in sua maneat firmitate perpetualiter. Quam scribendam rogavimus Ingizonem scriniarium sancte romane ecclesie. In qua et nos subtus manu propria signum sancte crucis fecimus. et testes subscribere rogavimus; et tibi eam contradidimus in mense et indictione suprascripta II.

† Iohannes illustris consensit et manu propria scribsit.
† Crescentius illustris consensit et manu propria scribsit.
† Signum † manus Temmo qui in hanc chartam consensit et manu propria scribsit.
† constantia consensit et manu propria scripsit.
† Sergius de Tibori Testis.
† Stephanus Calbus de Tiburi testis.
† Benedictus de Rosa de Albano Testis.
† Iohannes de Calopetro testis.
† Roffredus nobilis Vir et prior Ostiarii testis.

† Ego ingizzo scriniarius sancte romane ecclesie et scriptor huius charte post testium subscribtiones et traditiones complevi et absolvi.

Il terzo documento che riferiremo è la Bolla d'Innocenzo III del 4 maggio 1201 colla quale dona alla basilica Lateranense il predetto monastero e la chiesa di s. Andrea [194].

Innocentius Eps. Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Girardo Priori Lateranensi eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Ut petri navicula. subducta litoribus scopulosis naufragii periculum non timeret. dum nec minas ventorum nec procellarum impetus. nec rupium formidaret occursus. factum est dispositione divina. ut eam duceret apostolorum princeps in altum. et ibi constitueret ecclesie principatum, ubi quondam imperii monarchia residebat. quatinus Romana civitas que per idolatrie ritum ad universas regiones derivaverat erroris exemplum; per theosebie cultum universis magisterium traderet veritatis. et que prius mortis occasionem prestiterat; prestaret postmodum causam vite. Cumque dominus ventis imperasset et mari. et navi tranquillitatem et pacem ecclesie concessisset. sancte recordationis Silvester pp. predecessor noster in lateranensi basilica quam ad honorem Salvatoris devotio fundaverat Constantini, pontificalem cathedram stabilivit. ut que post pacem concessam ecclesie in Urbe tempore prima fuit; nulli esset in orbe dignitate secunda. Licet enim is cui dictum intelligitur a domino per prophetam. ecce constitui te super gentes et regna videlicet eius vicarius cuius est terra et plenitudo eius; et successor illius qui plenius ceteris ligandi et solvendi sortitus est a domino potestatem non unam tantum receperit regionem. sed universum potius seculum gubernandum; noluit tamen ecclesiasticarum sedium distribuitor. et spiritualium dispensator bonorum incerta sede vagari. sed cathedre sue certum locum elegit. in quo ad ipsum recurrerent subditi. et unde ipse veritatis doctrinam et formam ecclesiastice discipline aliis salubrius et melius ministraret. tamquam pater in medio residens filiorum. Unde quamvis ex suscepte amministrationis officio nobis immineat omnium ecclesiarum sollicitudo continua; quia tamen Lateranensis ecclesie sedi nostre sumus specialius debitores; eam non ut voluntas appetit. sed ut possibilitas suppetit disponimus

194 ARCH. BASIL. LATER., Q, 6, E, 1, originale; e nel Reg. membr. Bullar. A, 31, fol. 19.

honorare. Sperantes quod is qui vidue dignatus est acceptare minuta intentionis nostre non despiciet puritatem. nec quid demus sed ex quo largiamur attendet. et affectum inspiciet potius quam effectum. Monasterium igitur sancti Andree Apostoli primo ab inclite recordationis Narcisso patricio pia liberalitate fundatum pariter et ditatum. ac postmodum Guandalorum hostilitate destructum. quod tandem felicis memorie Iohannis pp. predecessoris nostri temporibus quorumdam religiosorum virorum devotio reparavit sed ad ultimum personarum in eo existentium deformavit incuria. illud tam in dissolutionem ordinis quam rerum diminutionem inducens vobis et per vos basilice Salvatoris in qua eo faciente qui vere religionis verus est custos diebus nostris canonici ordinis observantiam vigere conspicimus et gaudemus. de communi fratrum nostrorum consilio concedimus. confirmamus. et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut in eo per vos regularium fratrum honestum statuatur collegium beati Augustini regulam ibidem perpetuo servaturum. cui etiam per vos similiter prepositus aliquis preferatur; qui eis et consulere in spiritualibus et in temporalibus valeat regulariter providere. Ad maiorem vero quietem tam vestrum quam fratrum qui ibidem domino deservierint. ecclesiam ipsam nulli nisi apostolice sedi ac vobis decernimus subiacere. presertim cum hactenus etiam libera fuerit et exempta. Ut autem vos et eos qui ibidem fuerint instituti vere vinculum uniat caritatis; privilegii huius auctoritate statuimus. ut communis vobis et ipsis sit prior. et quicumque illius ecclesie canonicus fuerit. Lateranensis etiam canonicus habeatur. ita quod in ipsa Lateranensi ecclesia professionem faciat regularem. Verum ne forsan ex hoc vobis et ipsis evagandi tribuatur occasio. et accrescat materia discurrendi; districtius inhibemns. ne preter dispositionem Prioris et Communis Capituli vel vos transeatis ad illos vel illi ad vos audeant se transferre. Preterea quascumque possessiones quecumque bona eadem ecclesia Sancti Andree impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum concessione pontificum largitione regum vel principum oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci. vobis et ecclesie vestre in ipsa concedimus et cum ea pariter confirmamus. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. fundum qui vocatur Tornarolus. fundum qui vocatur Crypta rubea. fundum sancti Iuvenalis. fundum qui vocatur Gallicani. fundum qui dicitur Squilla. fundum de Rocca. fundum Scazi. fundum Bacci. fundum Muscianum. fundum qui dicitur Burga vetulorum. fundum qui dicitur Plagarium largum. fundum de Marmorariis. fundum Iohannis Iudicis. fundum sancte Marie in Persico. fundum qui vocatur Agriparia. fundum Subareti. fundum Tusqui. fundum Littari. fundum Terranoli. fundum de hospitali. fundum sancti Thome. Castrum vetus cum ecclesiis et aliis suis tenimentis. Castrum novum cum ecclesiis et omnibus tenimentis suis. Apud Concas ecclesiam sancti Stephani. Ecclesiam sancti Angeli. ecclesiam sancti Petri in turri cum consortio ipsius Castri interius et exterius. Apud sanctum Petrum in formis Ecclesiam sancti Laurentii cum tenimentis suis et tria molendina in flumine ipsius castri. Apud Iullanum ecclesiam sancti Archangeli et ecclesiam sancti Petri cum tenimentis earum et cum consortio ipsius castri. Apud Nimphas ecclesiam sancti Quintiani cum tenimentis suis. et Piscariam fuliani et Piscariam sive. Apud Velletrum ecclesiam sancte Agnetis cum omnibus tenimentis iure et dignitate sua. et ecclesiam sancti Iacobi que appellatur de Teto cum omnibus tenimentis et pertinentiis suis. Sane novalium que fratres eiusdem ecclesie sancti Andree propriis manibus vel sumptibus excolent sive de nutrimentis animalium suorum nullus ab eis decimas exigere vel extorquere presumat. Sepulturam preterea ipsius loci liberam esse decernimus. ut eorum devotioni et extreme voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint nisi forte excommunicati vel interdicti sint nullus obsistat. Salva tamen iustitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero vel regulariter amoto Preposito qui nunc per vos ibi fuerit institutus vel suorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur. nisi quem Prior Lateranensis cum consilio et assensu canonicorum omnium ecclesie utriusque vel maioris et sanioris partis ipsorum secundum dei timorem et beati Augustini regulam providerint eligendum. Cum autem generale interdictum terre fuerit. liceat ipsius ecclesie fratribus clausis ianuis. exclusis excommunicatis et interdictis non pulsatis campanis suppressa voce divina officia celebrare. Presenti quoque privilegio prohibemus. ne Prepositus vel fratres qui in eadem ecclesia pro tempore fuerint preter Prioris Lateranensis et omnium fratrum utriusque domus vel maioris et sanioris partis assensum possessiones eius locare. infeudare. pignorare. vel quocumque modo alienare presumant. Quod si secus presumptum fuerit; illud irritum decernimus et inane. Consecrationes autem altarium ipsius ecclesie et ordinationes canonicorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi a quocumque malueritis catholico episcopo suscipietis. De-

cernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam sancti Andree temere perturbare. aut eius possessiones auferre. ablatas retinere. minuere. seu quibuslibet vexationibus fatigare. sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit. secundo tertiove commonita nisi reatum suum digna satisfactione correxerit; potestatis honorisque sui careat dignitate. reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri Ihu. Xpi. aliena fiat. atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Ihu. Xpi. quatinus et hic fructum bone actionis percipiant. et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(*Signum crucis*) Ego Innocentius catholice ecclesie eps. ss. (*Bene valete*)

† Ego Iohannes Albanensis eps. ss.
† Ego Pandulfus basilice XII. Apostolorum pbr. card. ss.
† Ego Petrus tt. sce. cecilie pbr. card. ss.
† Ego Iordanus sce. Pudentiane tt. Pastoris pbr. card. ss.
† Ego Hugo pbr. card. sci. Martini tt. Equitii ss.
† Ego Cinthius tt. sci. Laurentii in lucina pbr. card. ss.
† Ego (Goffre)dus tt. sce. Praxedis pbr. card. ss.
† Ego ...... pbr. sci. Petri ad vincula tt. Eudoxie ss.
† Ego (Cinthius) scorum. Iohannis et Pauli pbr. card. tt. Pamachii ss.
† Ego . . . . ss.
† Ego ...... sce. Susanne pbr. card. ss.
† Ego Gratianus scorum. Cosme et Damiani diac. card. ss.
† Ego Gerardus sci. Adriani diac. card. ss.
† Ego Gregorius sce. marie in porticu diaconus card. ss.
† Ego Gregorius sci. Georgii ad velum aureum diac. card. ss.
† Ego Gregorius sci. Angeli diac. card. ss.
† Ego Hugo sancti Eustachii diac. card. ss.
† Ego Leo sce. Lucie ad septa solis diac. card. ss.
† Ego Matheus sancti theodori diac. card. ss.
† Ego Iohannes sce. Marie in Cosmidin diac. card. ss.

Datum per manum Blasii sancte Romane ecclesie subdiaconi et Notarii IIII nonas maii Indictione Quarta Incarnationis dominice anno MCCI. Pontificatus vero domni INNOCENTII PP. III Anno Quarto.

ECCLESIAM SANCTE MARIE IN FRASCATA SITAM IN FUNDO OLIVANO CUM CASTRO. Frascati con la chiesa di s. Maria fu donato alla basilica lateranense da Innocenzo III, come apparisce dal suo breve « Dat. Laterani VII Kalendas Decembris Pontificatus nostri anno tertio, » ossia il 25 novembre 1200. Il Pontefice nell'atto di donazione così si esprime: « ecclesiam sancte Marie in Frascata in Tuscu-« lanensi territorio sitam in fundo olivano via frascatensi, salvo iure Tusculanensis episcopatus, et terram « sibi contiguam ad ius et proprietatem sedis apostolice pertinentem que hiis terminis limitatur. pro-« tenditur enim ex uno latere a fossato de Cucule usque ad fontanam de Parcekia et ultra etiam usque « ad viam Seclar. cum aquependitio montis usque ad ecclesiam que est ad honorem beatorum Herasmi « et Sebastiani constructa. a secundo latere ab eadem sanctorum Sebastiani et Herasmi ecclesia usque « ad Criptam rubeam. Ceterum a Cripta rubea ex tertio latere est terra sancte Marie nove et castel-« liones. et exinde dicta possessio de Frascata ultra maceratoriam dilatatur. Exinde vero a quarto « latere per circuitum terminis circumclusa lapideis ad fossatum dirigitur supradictum quod dicitur « de Cucule [195]. » La Basilica fu proprietaria di Frascati fino all'anno 1423: poichè il 30 decembre di quell'anno lo vendette a Giordano Colonna principe di Salerno con la quarta parte del distrutto

[195] ARCH. BASIL. LATER., Q. I. C. 5. originale; e nel Reg. membr. Bullar. A. 31. fol. 18; POTTHAST, *Reg. Pont. Rom.*, p. 107, n. 1168.

castello di *Pietra Porzia*. La ragione principale di detta vendita fu: « quod castrum Frascati cum « dicta quarta parte Petre Portii a quindecim annis citra propter pestiferarum guerrarum in partibus « Latii vigentium tumultus et propter variorum nonnullorum vassallorum dicti castri per aliquos cir- « cumvicinos potentes invasores occupatum et detentum fuit etiam tempore quo sanctissimus dominus « noster Papa assumptus extitit ad apicem summi apostolatus per aliquos magnates detinebatur invasum « et occupatum... quod dictum castrum cum dicta quarta parte Petre Portii modicum fructum conferunt « et vix anno quolibet pacifico dicti archipresbyter canonici et capitulum percipere et habere potuerunt « fructus ascendentes ad plus ad valorem LXX florenorum aureorum monete romane videlicet ad « rationem XXXXVII solidorum pro quolibet floreno. » La vendita fu eseguita « pro pretio et nomine « pretii decem millium florenorum ad rationem XLVII provesinorum pro quolibet floreno [196]. »

Apud Osam casale iuxta sanctam Dignam et Meritam. L'Osa è un fiumicello che incontrasi sulla via prenestina a dieci miglia circa da Roma. Quivi prima di arrivare alle ruine di Gabbio, vicino al ponte sul quale si attraversa l'Osa, esiste il tenimento che anche al presente porta il nome delle sante Degna e Merita [197]. Nella Bolla di Gregorio VII del 13 marzo 1074 in favore della Basilica di s. Paolo si legge: « Rivus ose, per eundem rivum usque ad Pontem sanctarum Digne et Merite [198]. » Il modo come si esprime Onorio « casale iuxta sanctam Dignam et Meritam » lascia credere che in quel tempo doveva esservi colà qualche chiesa eretta in onore di quelle due sante vergini.

E qui fo termine, passandomi di altre osservazioni che si potrebbero fare intorno alla Bolla onoriana. Non posso bensì nè debbo passare in silenzio l'esimia liberalità del Rm̃o Capitolo Lateranense che gentilmente mi permise di pubblicare il *fac-simile* di questo importante documento e di poterlo illustrare con altri documenti che si conservano nel suo archivio, e glie ne rendo di cuore i dovuti ringraziamenti. Adempiuto a quest'obbligo di sincera riconoscenza, non mi resta che di dare, come ho promesso, i *fac-simili* della suddetta Bolla, sia dell'originale, che della copia esistente nei Regesti Vaticani.

196 Arch. Basil, Later., FF. I, 47. Notizie più copiose intorno a Frascati si possono avere in Tomassetti, *op. cit.*, p. 240 e seg.

197 Petrini, *Memorie prenestine*, Roma, 1795, p. 51; Nibby, *Dei dintorni di Roma*, II, 82, III, 628.

198 *Atti della pontificia Accademia d'Archeologia*, vol. XV, p. 213; cf. Jaffé, ed. 2ª, p. 639, n. 5200.

Reg. Vat. Honorii III. lib. I. ep: 107

Vigilanti atque supereminenti specula summe et apostolice sedis qua omnium deo auctore licet
immeriti preminemus ecclesiis monemur pariter et exhortamur actus nostros recte componere. et
omnia pro rerum varietate cum ea cautela et moderatione distinguere. ut de vultu eius iudicium nostrum
prodeat et oculi nostri videant equitatem. Congruam enim officii nostri prosequimur actionem si utramque apostolica
prudentia suum honorem et dignitatem servemus. et ecclesias que digniores et sanctiores habentur in
sui status pinguedine vigilanti studio custodire curemus. ut a summo patrefamilias reddendo sin-
gulis debita commisse nobis dispensationis tempore recipiamus incrementum mercedis. Cum ergo universis
credimus nobis a domino dispensationis talentum omnibus ecclesiis apostolica sollicitudine invigilare et
intendere debeamus. multo amplius circa eius commodum et profectum curam et vigilantiam adhibere com-
pellimur. pro quam datur ut omnibus invigilemus. illud apostoli studiose adimplentes. quod dicitur operemur
bonum ad omnes. maxime autem ad domesticos fidei. Quapropter dilecti in domino filii ecclesiam ipsam
in qua divino mancipati estis obsequio ad exemplar predecessorum nostrorum bone memorie Alexan-
dri secundi. Anastasii quarti. et Alexandri. iii. et Innocentii Romanorum Pontificum apostolice sedis
privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo canonicus qui secundum deum et
beati Augustini regulam ibi noscitur institutus. perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur.
Preterea quascumque possessiones et cetera usque permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vo-
cabulis. Medietatem omnium oblationum principalis altaris integram sine dispendio aliquo. Et alia
vero medietate septem videlicet uncias que sunt episcoporum quotiens episcopatus vacant partes que
episcopos contingerent ex benivolentia sedis apostolice et paterna benignitate vobis vestrisque successoribus
in perpetuum concedimus et confirmamus. ita tamen quod pro quanto episcopi fuerint substituti illas debeant por-
tiones habere salvo tamen in omnibus servitio ecclesie quod de ipsis unicuique debetur. Dationem etiam seu
redditum qui Flandaticum dicitur vel erbaticum ex vestris porcis et pecoribus seu omnem functionem
ab eisdem predecessoribus nostris ecclesie vestre collatam. Ecclesiam sancti Johannis ad fontes et oblationes ipsius
altaris. vel ecclesie in integrum cum omnibus oratoriis que in circuitu eius sunt. Domos quas habe-
tis in Lateranio cum basilica Vlpia ex dono felicis memorie predecessoris nostri Lucii pape. Ecclesiam
sancti Johannis ante portam Latinam cum capellis suis videlicet sancti Stephani in capite Africe. sancti Laurentii
iuxta porticum beati Petri. sancti Anastasii cum castro Novalie. sancte Lucie in columpna et cum omnibus
ad predictam ecclesiam sancti Johannis ante portam Latinam pertinentibus; tam intra urbem quam extra urbem
necnon hospitale cum ecclesia sancti Nicolai iuxta portam sancti Johannis cum omnibus suis pertinentiis. Ecclesiam
sancte Marie de Sparellaria cum pertinentiis suis. ex dono etiam beate memorie predecessoris nostri
Anastasii pape. Ecclesiam sancti Gregorii in Martio cum palatio in quo ipsa sita est. et cum omnibus ad eandem
pertinentibus; necnon et molendinum in capite laci cum terra una quam nobis restituit. ecclesiam sancti Bartho-
lomei et sancti Danielis. cum earum pertinentiis. Castrum plate cum ecclesiis sancte Lucie. sancti Petri. sancti
Simeonis. et sancti Pancratii cum omnibus earum pertinentiis. Quicquid habetis in castro Montis Rasco-
nis intus et foris. Molendinum de Rege. Ecclesiam sancte Marie in colle Scipii cum omnibus suis per-
tinentiis. Ecclesiam sancti Johannis in paterno. cum omnibus suis pertinentiis. Ecclesiam sancti Thome in civitate
Interamnen cum omnibus pertinentiis suis. In ducatu Spoletano ecclesiam sancte Marie de Cellano cum omnibus ecclesiis
et possessionibus suis. Hospitale sancti Johannis de Tarano cum omnibus possessionibus suis. Quartam partem
de octo castellis scilicet Porrega. Grumuli. Labro. Morra. Melia. Cucurone. Monte Ballado et
octavam partem de aliis quattuor castellis. Fonte. Mylon. Planeco. Cruce et Turri cum ecclesiis
et pertinentiis eorundem. Castrum vallis Montonis cum omnibus eccesiis intus et foris. et cum omnibus ad
ipsum castrum pertinentibus. Castrum Mecellania cum ecclesiis et omnibus ad ipsum pertinentibus. Castrum
Carpinii cum ecclesiis et omnibus ad ipsum pertinentibus. Castrum Solferate cum omnibus suis pertinentiis.

In episcopatu Amelien. Ecclesiam sancte Romane iuxta ciuitatem ipsam. ecclesiam sancti Pauli infra mu-
ros ciuitatis eiusdem cum omnibus earum pertinentiis. Suburbium insuper quod est circa Constantinianam
basilicam in Scabello iuxta sacrum palatium cum domibus quas ibi habetis. domum et uineam.
quas emistis a Theodora filia Raynonis. In campo Lateranensi domos quas habetis ibidem.
iuxta formam Claudiam. In pristino. In cancello et uia maiori. domos quas habetis et turrim
in castello nouo. Ea que habetis in circuitu uestre ecclesie. terras uidelicet et ortos cum oliuis
et diuersi generis arboribus. A uineali sancti Nicolai per decenniam usque in turrim sancti Thome. Turrim
ustam cum fundo et cum uineis in loco qui dicitur ad quartum. fundum taberniole. Fundum
campi Vitalis. fundum et ecclesiam sancte Lucie in Renaris. cum uineis et omnibus pertinentiis suis.
fundum Fauaroli. fundum Marani cum prato et turri. Vineas quas habetis in monte Honorii.
Vineas in Curo ueteri. Vineas et molendinum in Valle sub Granario uestro. Ecclesiam sancti An-
dree in Silice. cum omnibus suis pertinentiis sicut in concessionibus eiusdem predecessoris nostri Innocentii
priuilegio continetur. Ecclesiam sancte Marie infrascata sitam in fundo Oliuani. cum castro et
terra. que ibi habetis. Apud Ostiam casale iuxta sanctam Dignam et Meritam. Quatuor filos
Salinarum in pedica uetula. Illud uero quod a memoratis predecessoribus nostris Alexandro secundo et
Anastasio statutum est maxime obseruari precipimus. uidelicet ut uasa seu uestes altaris. et
cuncta sacri ministerii ornamenta non tangant. uel proferant seu reponant. aut etiam quales-
cumque oblationes desuper altari a non sacris deo ministris tollantur. Porro celebrantibus ibide(m)
episcopis sacram missam sollempnia cum clericalibus tunicas presentes sitis. cantum imponatis. et ex uobis
presbiterum. diaconum. et subdiaconum atque acolitum semper prouidere curetis. et nisi quatuor fratribus assi-
stentibus missa in eadem ecclesia etiam diebus priuatis minime celebretur. Diebus uero dominicis et
in sollempnibus festiuitatibus quantuscumque fuerit plenarius uester adsit conuentus. adicientes ad hec decreto
eorum predecessorum iubemus ut eadem ecclesia tanquam principalis mater et domina omnino libera sit et
nulli penitus nisi soli Romano pontifici sit subiecta. Atque idem episcopi salubri prudentia ue-
lut cooperatores et uicarii nostri ipsius uenerabilis sacrosancte basilice utilitatem et honestatem
attente prouideant. Vt autem in eadem basilica regularis ordinis et discipline uigor inuiolabi-
liter auxiliante deo custodiatur et seruetur. unusquisque predictorum cardinalium episcoporum qui ad domi-
nica altaris sunt seruitium deputati semel in ebdomada de obseruantia regule cum fratribus capi-
tulum teneat. et siquid graue corrigendum fuerit. cum communi consilio prioris et fratrum per
ipsos uice nostra emendari statuimus. Sancimus preterea. et auctoritate apostolica indulgemus. ut
quotiens aliqui peregrinorum in parrochia uestra sine testamento decedunt. eorum bona sine alic(uius)
contradictione uel impedimento nisi heredem uel heredes habuerint. ad quos debeant de
iure deuolui. iam dicte ecclesie uestre proueniant. nec alicui abscondere uel alienare eorundem bona
aliqua assit facultas. Obeunte uero te nunc eiusdem sacrosancte basilice priore. uel tuorum quolibet
successorum. nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu uiolentia preponatur. sed fratres in aliqua persona
de uestro collegio si idonea reperta fuerit. uel de alio religioso conuentu prius conueniant et postmodum
cum consilio deliberatione et iudicio Romani pontificis eligant. Electus autem et confirmatus
nulli nisi tantum Romano pontifici de obedientia uel subiectione aliqua teneatur. Precipimus
quoque presenti decreto ut nullus omnino in priorem et canonicos eiusdem ecclesie ubicumque moran-
tes suspensionis uel excommunicationis sententiam promulgare. uel eos ad synodum uocare presumat. Sed
neque clericos uel laicos oblatos in suis ecclesiis permanentes. quod si quisquam in eos huiusmodi sen-
tentias promulgauerit. illas decernimus irritas et inanes. Liceat preterea uobis clericos e seculo uel laicos
fugientes liberos et absolutos undecumque fuerint nisi excommunicati uel interdicti sint absque alicuius contradic-

one ad conuersionē suscipere, 7 qui suscepti fuerīt. cum comuni consilio prioris 7 frm. nulli de-
obedientia teneatur. nisi Romano pontifici 7 priori eiusdem ecclie. Prohibem9 autē ut nulli frm
post factam in eadem basilica pfessionē sine prioris sui licentia fas sit de claustro discedere.
Discedentē uō absq; comuniū litterarum cautione nullus audeat retinere. Decernim9 ergo 7c
usq; pfutura. Siqua igitur in futurū ecclastica secularisue psona hanc nrē constitutionis
7 confirmationis 7c usq; ultioni subiaceat. Cunctis autē 7c usq; pacis inueniat amen. Dat
Laterani p manū Raneri prioris sci Fridiani lucani sce Romane ecclie uicecancellarii. IIII
Id Nouemb Indictioē. V. Incarnationis dnice Anno. M. CC. XVI. Pontificat9 uō dñi HONORII
pp. III. Anno primo.

REGESTA
HONORII PAPAE III

ANNVS I–V

REGESTA

DOMINI HONORII PAPAE III

ANNVS PRIMVS

[1216-1217]

[An. 1216]

18 Iulii. — *Eligitur* Perusii cunctis suffragiis tertio die post obitum Innocentii III vita functi XVII. Kal. Augusti. — *Vide Epistolam seq. n. 1; Chron. Riccardi de S. Germano apud Vghelli Ital. Sac. X. Anecdota 191; Annal. Placent. Guelf. ap. Pertz. Mon. Ger. Hist. Scrip. XVIII. 433; Chron. de Mailros ap. Fell. Rer. Angl. Script. I. 191* [1].

24 Iulii. — *Consecratur* Perusii in ecclesia sancti Petri nono Kal. Augusti. — *Epist. Honorii III Abbati et Conventui Monasterii Sancti Petri Perusii dat. Romae apud Sanctum Petrum XVI. Kal. Iunii an. II. (17 Maii 1218); Chron. Fossae Novae cit. a Raynaldi Ann. Eccl. an. 1216. n. 21, (III. id. August. Muratori Scr. Rer. Italic. VII. 893: idibus Augusti Vghelli Ital. Sac. X. Anecdota pag. 31); Annal. Ceccan. apud Pertz Mon. Germ. Hist. Scrip. XIX. 300.*

1. — *Perusii 25 Iulii.*

« (Ioanni) Regi Ierosolimitano illustri. » Nunciat Innocentium PP. III. XVII Kal. Augusti supremum diem obiisse, « et sequenti die, celebratis exequiis ac cum honore debito collocato ipsius corpore in sepulcro, una cum fratribus nostris ad eligendum convenimus successorem, et die tertio, Spiritus Sancti gratia invocata, super hoc tractavimus diligenter, et post tractatum diutinum placuit fratribus universis humeris nostris, quamvis insufficientibus, imponere onus istud; » promittit se ad liberationem Terrae Sanctae omnem operam esse impensurum. Perusii VIII. Kal. Augusti anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 1. fol. 1; Mss. Vallic. I. 51. fol. 4. et I. 53; Panvinio Gentis Sabellae Monumenta, mss. Archiv. Sforza-Cesarini AA. XX. n. 1; Ciacconio Vitae et res gestae Pont. Rom. Addit. Oldoini II. 51; Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 18; Potthast Reg. Pont. Rom. p. 468. n. 5317; Horoy Honorii opp. omn. II. 2. n. 1; Rodenberg Epist. Selectae 1. n. 1.* — « MAGNVS DOMINVS. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est patriarche Ierosolimitano et christiano populo Terre Sancte.

In e. m. Magistro et Fratribus Militie Templi.

[1] Tituli caractere minusculo conscripti non extant in Regesto Vaticano.

In eundem modum Magistro et Fratribus hospitalis Ierosolimitani.

In e. f. m. Patriarche Antiocheno.

2. — *(Perusii 25 Iulii?).*

« Archiepiscopis et episcopis per regnum Francie constitutis. » Suam electionem nunciat, eosque monet ut crucesignatos pro Innocentii (III) morte afflictos erigant, cum ipse rebus Hierosolymitanis impensissime incumbat; eorum orationibus se commendat, hortaturque eos ut in ecclesiastica unitate, obedientia et devotione Apostolicae Sedis, quibus hactenus ecclesia Gallicana inter caeteras potissimum floruit et fructificavit suavitatem odoris, firmiter persistant. (Sine nota chronologica). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 2. fol. 1; Fragm. apud Raynaldi Ann. Eccl. 1216 n. 20; Mss. Vallicel. I. 51. fol. 4.* — « MAGNVS DOMINVS. »

3. — *(Perusii 25 Iulii?).*

« Suffraganeis Ecclesie Pisan. » De sua assumptione ad Papatum; commendat se eorum orationibus, seque ad Terrae Sanctae liberationem intendere, et ait eos « tamquam principalia membra ecclesie honorare. » (Sine nota chronologica). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 3. fol. 1; Mss. Vallicel. I. 51. fol. 4; Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 21.* — « MAGNVS DOMINVS. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum Archiepiscopo Ianuensi et suffraganeis eius.

In e. m. Suffraganeis ecclesie Ravennatensis.

In e. m. Mediolanensi electo et suffraganeis eius.

In e. m. Patriarche Aquilegensi et suffraganeis eius.

In e. m. Patriarche Gradensi et suffraganeis eius.

In e. m. Suffraganeis ecclesie Iadertine.

In e. m. Archiepiscopo Spalatensi et suffraganeis eius.

In eundem modum Archiepiscopo Ragusino et suffraganeis eius.

In e. m. Archiepiscopo Antivarensi et suffraganeis eius.

In e. m. Archiepiscopis et episcopis per regnum Hungarie.

In e. m. Archiepiscopo et episcopis per regnum Norwagie (sic) constitutis. *(Potthast 468. n. 5319).*

In e. m. Patriarche Constantinopolitano et archiepiscopis et episcopis per Constantinopolitanum Imperium constitutis.

In e. m. Archiepiscopis et episcopis per regnum Sicilie constitutis.

In e. m. Archiepiscopis et episcopis per regnum Alamangie constitutis.

In e. m. Nesgnensi (leg. Gneznensi) archiepiscopo et suffraganeis eius.

In e. m. Lundensi archiepiscopo et suffraganeis eius.

In e. m. Ubsalensi (leg. Upsalensi) archiepiscopo et suffraganeis eius. *(Potthast 468. n. 5318; Horoy H-i opp. omn. II. 3. n. 2).*

In e. m. Universis episcopis per regnum Anglie constitutis.

In e. m. Episcopis per regnum Scotie constitutis.

In e. m. Archiepiscopis et episcopis per Yspaniam constitutis.

4. — *(Perusii 25 Iulii?).*

« Abbatibus, Prioribus et aliis religiosis in regno Francie constitutis. » Suam electionem nunciat, eorum orationibus se commendat, eosque speciales ecclesiae filios appellat. (Sine nota chronologica). — *Reg. Vat. lib. 1. fol. 1. epist. 4.* — « MAGNVS DOMINVS. »

In eundem modum scriptum est in singulis provinciis, abbatibus, prioribus et aliis religiosis.

5. — *(Perusii 25 Iulii?).*

« B. Imperatori Constantinopolitano Illustri. » Suam electionem nuntiat eumque hor-

tatur ut in fidelitate Romani Pontificis persistat. (Sine nota chronologica). — *Reg. Vat. lib. 1. fol. 1. epist. 5; Horoy H-i opp. omn. II. 5. n. 3. ex mss. du Theil.* — « MAGNVS DOMINVS. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum nobilibus viris Ducibus Polonie.

In e. m. Regi Sicilie in Romanorum Imperatorem electo, et aliis regibus et principibus singillatim.

6. — *(Perusii 25 Iulii?).*

« G(ualae) tituli Sancti Martini Presbytero Cardinali A. S. Legato in Anglia. » Nuntiat se in summum Pontificem electum esse, eumque pro passis laboribus consolatur, monetque ut legationis officium apud I. Regem Angliae, sicut coepit, laudabiliter prosequatur, ipsumque Regem ad liberationem Terrae Sanctae extimulet. Perusii (sine indicatione diei et mensis). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 6. fol. 1; Fragm. in mss. Vallicel. I. 51. p. 7; Musaeum Britann. Add. mss. 15351; Horoy H-i opp. omn. II. 6. n. 4. ex mss. du Theil.* — « MAGNVS DOMINVS. »

7. — *Perusii 25 Iulii.*

Abbates, priores et alios religiosos per Bremensem provinciam constitutos rogat, ut ipsum suis suffragiis et piis apud Deum precibus adiuvent. Perusii VIII. Kal. Augusti anno primo. — *Lappenberg. Hamburg. UB. 1. 351. n. 399; Potthast 468. n. 5320; Horoy H-i opp. omn. II. 7. n. 5.* — « MAGNVS DOMINVS. »

8. — *(Perusii 18-25 Iulii).*

N. N. promotionem suam intimat « cum.... Ostiensi et Prenestino episcopo eligendi fuisset potestas ab universitate (scil. cardinalium) concessa, nostris humeris pallium apostolicum imposuerunt, cogendo nos subire onus, quod evitare libentius optabamus. » (Sine nota chronologica). — *Forschungen z. Deutschen Geschichte XV. 376; Potthast append. 2056. n. 5321-a; Horoy H-i opp. omn. II. 8. n. 6.* — « POSTQVAM DEI ET. »

9. — *(Perusii 18-25 Iulii).*

Christiano Orbi suam ad summum Pontificatum assumptionem nunciat. (absque nota chronogica). — *Martene Thes. Anecd. I. 851; Schannat Vindem. I. 201; Potthast 468. n. 5321; Horoy H-i opp. omn. II. 8. n. 7.* — « SVPERNAE DISPOSITIO. »

10. — *Perusii 26 Iulii.*

« Cisterciensi, De Firmitate, Pontiniacensi, Clarevallensi, et Morimondensi Abbatibus. » Ne aliquid in generali capitulo vel etiam alibi proponant seu etiam statuant propter quod in eorum Ordine scandalum possit suboriri. Perusii VII. Kal. Augusti anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 7. fol. 2; Manrique Ann. Cisterciens. IV. 85; Potthast 468. n. 5322; Horoy H-i opp. omn. II. 10. n. 9.* — « SINCERITATIS AFFECTVS. »

11. — *Perusii 3 Augusti.*

Populo Firmano ac eiusdem comitatui et baronibus. Mandat, ut episcopo Firmano iuxta tenorem bullae Innocentii III praedecessoris ecclesiae Firmanae concessae respondeant. Perusii III. Non. Augusti anno primo. — *Cronache della città di Fermo 342. n. 60; Potthast append. 2056. n. 5322a-25617.*

12. — *Perusii 4 Augusti.*

Abbatem et conventum de Camberona Cisterciensis Ord. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, et specialiter eis decimas de Jurbise, de Masnui, de Ligne etc. et alia bona confirmat. Perusii II Non. Augusti anno primo. — *Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 20. n. 12; Potthast 469. n. 5323; Horoy H-i opp. omn. II. 11. n. 9.* — « CVM A NOBIS. »

13. — *Perusii 5 Augusti.*

Stephano abbati et conventui Casinensibus, scribit « Nos ad exemplar Innocentii PP. Praedecessoris Nostri declaramus, instrumenta maioris partis conventus subscriptione carentia quae super alienationibus illicite factis in praeiudicium vestri mo-

nasterii sunt confecta, non obtinere firmitatem. » Perusii Non. Augusti anno primo. — *Tosti, Monte Casino II. 301; Liverani Spicilegium Liberianum 726. n. 23; Potthast 469. n. 5324; Horoy H-i opp. omn. II. 11. n. 10.* — « OFFICII NOSTRI DEBITVM. »

14. — *Perusii 7 Augusti.*

« (Odoni) Duci Burgundie. » Scribit « ut sicut vir prudens constans et strenuus ad praefate Terre Sante succursum sic potenter et viriliter te accingas transfretaturus in passaggio in concilio definito... quod exemplo tui, alii excitati ad idipsum fortiter animentur. » Perusii VII. Id. Augusti anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 8. fol. 2; Bouquet Rec. XIX. 610; Potthast p. 469. n. 5325; Horoy H-i opp. omn. II. 12. n. 11.* — « ILLA CONDITORIS. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum (Hugoni) comiti Marchie et quibusdam aliis nobilibus cruce signatis per regnum Francie constitutis.

In e. m. (Miloni) comiti Barri super Secanam.

In e. m. (Henrico) duci Braibantie.

In e. m. (Hervisio) comiti Autisiodorensi (alias Antissiodorensi).

In e. m. Simoni de Iovisvilla senescalco Campanie.

In e. m. (Rodulpho) comiti Suessionensi.

In e. m. Drog. de Merlo (Francie constabulario).

In e. m. Gual(terio) de Arenis.

In e. m. (Amedeo) Bisuntino archiepiscopo.

In e. m. (Alberico) Remensi archiepiscopo.

In e. m. (Guillelmo) Burdegalensi archiepiscopo.

In e. m. (Ramnulpho) episcopo Petragoricensi.

In e. m. (Gaufrido) episcopo Trecorensi.

In e. m. (Roberto) episcopo Baiocensi.

In e. m. Quibusdam aliis episcopis singillatim.

15. — *Perusii 8 Augusti.*

« Abbati Sancti Petri, Succentori et R. Craton canonico Carnotensibus. » Committit definitionem litis inter Raimundum clericum et H. de Moslena militem Aurelianensis dioecesis super quadam terra et quibusdam domibus, pratis, nemoribus et rebus aliis, quae H. de Folieto et coniudicibus suis canonicis Carnotensibus olim fuit delegata. Perusii VI. Idus Augusti anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 20. fol. 5; Horoy H-i opp. omn. II. 14. n. 12. ex mss. du Theil.* — « DILECTVS FILIVS. »

16. — *Perusii 10 Augusti.*

« Archiepiscopo Tirensi. » Confirmat sententiam latam ab Innocentio PP. (III) qui propter Venetorum contumaciam manifestam Ecclesiae Sancti Marci Tirensis cum pertinentiis suis possessionem causa rei servandae quoad spiritualia ei adiudicavit, ipsumque in eamdem per patriarcham Ierosolimitanum, archiepiscopum Caesariensem et abbatem de Monte Tabor induci et tueri mandavit. Perusii IIII. Idus Augusti anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 12. fol. 3.* — « CVM PROPTER. »

17. — *Perusii 11 Augusti.*

« Armachano Archiepiscopo. » Litem inter ipsum et archiepiscopum Thuamensem vertentem super iuribus episcopalibus in Ardachadensi et Kenanensi episcopatibus ad Thuamensem metropolim pertinentibus dirimit. Perusii III. Idus Augusti anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 9. fol. 2; Theiner Monum. Hibern. tom. I. n. 2; Potthast 469. n. 5326; Horoy H-i opp. omn. II. 16. n. 13.* — « OLIM VENERABILI. »

18. — *Perusii 11 Augusti.*

« Eidem » (Archiep. Tirensi). Cum Sidoniensis civitas ab infidelibus detineatur, ecclesiam ipsius metropolitico iure subiectam sibi retineat commendatam, donec per Legatos

Apost. Sedis illuc a latere destinandos, de ipsa, omnibus inspectis circumstantiis, aliud ordinetur. Perusii III. Idus Augusti anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 13. fol. 3.* — « SEDIS APOSTOLICE. »

19. — *Perusii 12 Augusti.*

« Regi Thessalonicensi illustri. » Eum eiusque regnum, salvo iure imperii et Imperatoris Constantinopolitani qui pro tempore fuerit, sub Beati Petri et sua protectione suscipit. Perusii II. Id. Augusti anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 15. fol. 4; Mss. Vallic. I. 51. lib. I. p. 9; Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 25; Horoy H-i opp. omn. II. 24. n. 15. ex mss. du Theil.* — « ET SI SINGVLIS. »

20. — *Perusii 12 Augusti.*

« Patriarche Constantinopolitano. » Vt unitatem et pacem conservet cum Imperatore ubi iuri ecclesiastico non derogatur. Perusii II. Idus Augusti anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 10. fol. 2; Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 25; Horoy H-i opp. omn. II. 25. n. 16. ex mss. du Theil.* — « RELIGIOSA FIDES. »

21. — *Perusii 12 Augusti.*

Stephano Abbati monasterii S. Benedicti Casinensis eiusque fratribus intimat, se dictum monasterium omnibus per Occidentem monasteriis dignitatis privilegio antecellens, sub protectione b. Petri et sua suscipere, bonaque eius omnia, nominatim enumerata, iura et privilegia confirmare. Perusii II. Idus Augusti indictione IV. incarn. dom. an. 1216. Pont. anno primo. — *Margarini Bull. Cassin. II. 243; Gattula Hist. Cas. II. 438; Cod. Dipl. Sardin. I. 328. n. 33; Bull. Roman. edict. Thaur. III. 304; Potthast 469. n. 5327; Horoy H-i opp. omn. II. 17. n. 14.* — « OMNIPOTENTI DEO. »

22. — *Perusii (... Augusti).*

« Potestati et populo Mediolanensibus spiritum consilii sanioris. » Ait, se scribere non ut eos confundat, sed ut tamquam filios corrigat in spiritu bonitatis; eorum maiores Romanam Ecclesiam dilexisse eique adhaerendo in prosperis rebus et adversis; dolet quod contra Papienses bellum gerant, eosque monet ut desistant, cum exinde Terrae Sanctae subsidium impeditur, suamque erga Mediolanensem Ecclesiam benevolentiam ostendit. Dat. Perusii (sine die et mense). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 17. fol. 4; Mss. Vallic. I. 51; Rodenberg Epist. Select. pag. 1. n. 2.* — « EREXISSE VIDEMINI. »

23. — *Narniae 22 Augusti.*

« Patriarche Ierosolimitano, Cesariensi et Nazariensi Archiepiscopis. » Iniungit ut in causa inter archiepiscopum Tirensem et Venetos eorumque vicarios Tiri commorantes, super iure parochiali ecclesiae S. Marci Tirensis, observari faciant sententiam latam ab Innocentio (III) qui archiepiscopum Tirensem in possessionem ipsius ecclesiae cum pertinentiis suis quoad spiritualia, causa rei servandae, inducendum esse decrevit. Narniae XI. Kal. Sept. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 14. fol. 3.* — « CVM OLIM. »

24. — *Narniae 23 Augusti.*

« Nobilibus viris Napoleoni de Rainaldo, et Brancaleoni de Armaleone. » Visa eorum fide et devotione erga Apostolicam Sedem, castrum Cocojonis cum terris et aliis pertinentiis ad vitam conceditur a Pontifice, praestito prius fidelitatis iuramento. Narniae X. Kal. Sept. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 11. fol. 3.* — « DIGNVM EST. »

25. — *Narniae 24 Augusti.*

« Gonsalvo Ulisxbonensi clerico. » Confirmat dispensationem ei factam ab Innocentio III super legitimatione eius, cum de illegitimo matrimonio fuerit procreatus. Narniae VIIII. Kal. Sept. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 512. fol. 125.* — « LICET HODIE. »

26. — *Narniae 24 Augusti.*

Magistro et fratribus domus Hospitalis Ierosolimitani in Confluentia hospitale et alia bona confirmat. Narniae IX. Kal. Sept. anno primo. — *Hennes UB. Des deutschen Ordens I. 24; Potthast 469. n. 5328. (legit Narinae).* — « Cvm a nobis. »

27. — *Narniae (Augusti).*

« Vniversis Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint. » Confirmat excomunicationis sententiam latam contra Mediolanenses et Placentinos quia territorium Papiensem hostiliter invaserant, nec paruerant generali concilio, ubi pro Terrae Sanctae subsidio statutum fuerat ut principes et populi christiani saltem per quadriennium treguam observarent. Dat. Narniae (sine die et mense). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 18. fol. 4; Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 27; Potthast 469. n. 5329. (Sept. 1-3 Romae ap. S. Petrum) ubi incipit* « Cum in generali concilio »; *Fragm. Horoy H-i opp. omn. II. 26. n. 17. (1 Sept.); Rodenberg Ep. Select. 3. n. 3.* — « Mediolanensivm et Placentinorvm. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum fuit Potestatibus et Consulibus civitatum Lombardie singillatim.

In e. m. Episcopis Lombardie singillatim.

In e. m. paucis mutatis, no. vi. Marchioni Malespine.

In e. m. nob. viro Comiti Sabaudie.

28. — *Apud Civitatem Castellanam... Augusti.*

« G(ualae) tit. Sancti Martini Presbytero Cardinali Apostolice Sedis Legato. » Iniungit Pontifex, ut inquirat circa electionem et electum Herefordensem, cui I(ohannes) Rex Anglorum assensum regium praestare recusavit: ait, ipsum regem per nuntios exposuisse nullam esse electionem quia Herefordense capitulum, a quo dicta electio acta fuerat, communicando et favendo E. quondam Herefordensi episcopo excomunicationis vinculo innodato in eundem laqueum inciderat: mandat ut si electionem illam invenerit de persona idonea canonice celebratam, praefatum regem moneat et inducat, ut eidem electo, nisi aliquam iuxtam rationem obiecerit et probaverit, regium impartiatur assensum; quod si eadem electio, exigente iustitia, fuerit irritata, eidem ecclesiae faciat de persona idonea per electionem canonicam providere. Apud Civitatem Castellanam (sine die et mense). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 19. fol. 5; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « Dilecti Filii. »

31 Augusti. — « Pridie Kal. Sept. reversus est apud Romam ad Sanctum Petrum. » — *Chron. Fossae Novae apud Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 21; Muratori Scr. Rer. It. VII. 893; Annal. Ceccan. ap. Pertz Mon. Ger. Hist. scrip. XIX. 300; Chr. Riccardi de Sancto Germano apud Vghelli It. Sacra X. anecdot. 191.*

4 Septembris. — « Pridie non. Septembris receptus est in Ecclesia Lateranensi cum tanto gaudio et veneratione, gloria et iocunditate, quod omnes videntes dixerunt quod nullus de praedecessoribus suis in receptione similis ei fuisset. » — *Chron. Fossae Novae apud Murat. Script. Rer. It. VII. 893; Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 21; Annal. Ceccan. apud Pertz Mon. Germ. Hist. XIX. 300.*

29. — *Laterani 7 Septembris.*

« Archiepiscopo, decano et capitulo Bituricensibus. » Iubet ut in eorum ecclesia adsignetur praebenda magistro Andreae scriptori apostolico, qui ibidem inserviit diutius et fideliter. Laterani VII. Idus Sept. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 16. fol. 4; Horoy H-i opp. omn. II. 27. n. 18. ex mss. du Theil.* — « Si pro illis. »

30. — *Laterani 13 Septembris.*

« Sanguineo nato quondam Parisii de Aquis Putzis. » Ipsum eiusque possessiones nempe molendinum quod dicitur de stronulo

situm apud Aquas Putzias, et casale positum in territorio Sitie in loco qui dicitur Campus, quae a patruo eius ex ultima voluntate legata sunt, et alia prout iuste possidet sub Beati Petri protectione suscipit. Laterani Idib. Sept. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 23. fol. 6; Georgi Histor. Setiae. 231; Potthast 469. n. 5330; Horoy H-i opp. omn. II. 29. n. 20.* — « CVM A NOBIS. »

31. — *Laterani 13 Septembris.*

« Episcopo Biterrensi. » Possessiones quasdam, quae ad ipsius ecclesiam spectant, confirmat. Laterani Idib. Sept. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 119. fol. 29; Horoy H-i opp. omn. II. 28. n. 19. ex mss. du Theil.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

32. — *Laterani 13 Septembris.*

Abbate et conventu Casinensibus conquerentibus statuit, ut donationes a viris factae uxoribus ad creditorum actionem fraudulenter per inopiam excludendam, in creditorum praeiudicium minime valeant. Laterani Idib. Sept. anno primo. — *Gattula Ad historiam abbatiae Cassin. accessiones 291; Potthast append. 2057. n. 5329c-25631*

33. — *Laterani 15 Septembris.*

(Alberico) Archiepiscopo Remensi et suffraganeis eius et prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis in Remensi provincia constitutis. Vt compellant detentores bonorum conventus de Camberone Cister. Ordin. ad restitutionem, adhibendo contra laicos excomunicationis sententiam, contra vero clericos vel canonicos regulares officii et beneficii suspentionem. Laterani XVII. Kal. Oct. anno primo. — *Monum. p. servir. à l'Hist. des prov. de Namur II. 1. 21. n. 13; Potthast p. 469. n. 5331; Horoy H-i opp. omn. II. 29. n. 21.* — « NON ABSQVE DOLORE. »

34. — *Laterani 16 Septembris.*

« (Guillelmo) Archiepiscopo Burdegalensi ac suffraganeis eius. » Vt Regi Angliae adhaereant, eosque hortatur ut in eiusdem regis dominio pacem colant. Laterani XVI. Kal. Oct. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 24. fol. 6; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Bouquet Rec. XIX. 611; Potthast 470. n. 5333; Horoy H-i opp. omn. II. 32. n. 23.* — « GRATVM GERIMVS. »

Reg. Vat. addit: In eundem fere modum universis baronibus et fidelibus illustris regis Anglie per Pictaviam et Wasconiam constitutis.

35. — *Laterani 16 Septembris.*

« (Giraldo) Bituricensi, (Alberico) Remensi, (Iohanni) Turonensi et (Petro) Senonensi Archiepiscopis et eorumque suffraganeis. » Nuciat se recepisse eorum litteras ab eis Innocentio PP. destinatas; eos laudat quod diligentiores fuerunt servandi pacem in Galliis, ut eis ab Innocentio mandatum fuerat: hortatur ut fidelitatem Romanae Ecclesiae ipsi et rex servare procurent « cum id, sicut firmiter credimus, dictum regnum pre ceteris mundi regnis sublimaverit gloria et honore, quod eius reges semper fide ac devotione pollentes, ecclesie Romane que, disponente Domino, mater est cunctorum fidelium et magistra, obedire plus ceteris regibus studuerunt. » Laterani XVI. Kal. Oct. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 21. fol. 6; Fragm. in mss. Vall. I. 51; Fragm. sine nota chron. ap. Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 39; Bouquet Rec. XIX. 611; Potthast 470. n. 5332; Horoy H-i opp. omn. II. 31. n. 22.* — « LITTERAS QVAS FELICIS. »

36. — *Laterani 19 Septembris.*

Ecclesiam Sanctae Mariae de Flumine (de Ceccano) cum omnibus bonis tuendam suscipit. Laterani XIII. Kal. Oct. anno primo. — *Ann. Ceccan. apud Pertz Mon. Germ. Hist. scrip. XIX. 301: Potthast p. 470. n. 5334. App. p. 2058 ubi addit: Haec Bulla Gregorio IX male tribuitur in Chron. Fossae Novae ap. Muratori Scr. Rer. It. VII. 894. (ap. Vghelli Ital. Sac. X. app. 33); Horoy H-i opp. omn. II. 34. n. 24.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

37. — *Laterani 21 Septembris.*
« Nobili viro Savarico de Maloleone crucesignato. » Confirmat concessionem quam I(ohannes) Rex Angliae ei fecerat de terris quae fuerunt Guafridi de Mandevill. et Reginaldi de Cornehull. quam concessionem idem Rex fecit pro servitio quod Savaricus praedictus eidem Regi fideliter impenderat. Laterani XI. Kal. Oct. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 25. fol. 7; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Horoy H-i opp. omn. II. 35. n. 25. ex mss. du Theil.* — « Sacrosanta Romana Ecclesia. »

38. — *Laterani 22 Septembris.*
« R(oderico) Archiepiscopo Tolletano. » Scribit de causa quae circa suprematiam inter ipsum et archiepiscopum Bracarensem eiusque capitulum vertit, et de aliorum testium productione admittenda. Laterani X. Kal. Oct. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 22. fol. 6; inter Decretal. H-i ed. Cironius 110 (sine nota chron.); Mansi Conc. XXII. 1096; Aguirre Conc. Hisp. V. 181; Labbè Conc. XI. 244. n. 4; Potthast 476. n. 5405. (menss. Aug.-Dec.).* — « Te ac Ioanne. »

39. — *Laterani 26 Septembris.*
« Elimosinario Biterrensi. » Quasdam possessiones ad usum elimosinae specialiter destinatas confirmat. Laterani VI. Kal. Oct. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 120. fol. 29; Horoy H-i opp. omn. II. 36. n. 26. ex mss. du Theil.* — « Ivstis petentivm. »

40. — *Laterani 26 Septembris.*
« Operario ecclesie Biterrensis. » Ecclesiam de Villariis, decimas et proventus alios ad operam Biterrensis ecclesiae destinatos confirmat. Dat. Laterani ut supra. (VI. Kal. Oct. anno primo). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 121. fol. 29; Horoy H-i opp. omn. II. 36. n. 27. ex mss. du Theil.* — « Ivstis petentivm. »

41. — *Laterani 27 Septembris.*
« Episcopo Amelinensi » (scil. Amerino). Cum « Innocentius PP. predecessor noster procurationem episcopatus Iterampnensis Priori Iterampnensi commiserit, mandans eidem ut episcopalia iura reciperet vice sua, et universis clericis et laicis per Iterampnensem diocesim constitutis suis dederit litteris in mandatis, ut eidem Priori humiliter intendentes, ea quae ad ius episcopale pertinere noscuntur ei sine difficultate persolverent, Episcopo Spoletano in nullo paenitus respondentes; » praecipit ut si quis mandatum apostolicum neglexerit adimplere per censuram ecclesiasticam compellatur. Laterani V Kal. Oct. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 26. fol. 7.* — « Cvm bone. »

42. — *Laterani 28 Septembris.*
« Archiepiscopo Dublinensi. » Indulget, ut religiosos in diversis cellulis suae provinciae commorantes, ubi propter defectum temporalium, conversis vacantibus, non observatur ordinis disciplina, in unum possit locum idoneum congregare. Laterani IIII. Kal. Oct. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 33. fol. 8; Theiner Mon. Hiber. 2. n. 3; Potthast 470. n. 5335; Horoy H-i opp. omn. II. 37. n. 28.* — « Cvre pastoralis. »

43. — *Laterani 30 Septembris.*
« Patriarche Aquilegensi, Episcopo Paduano et Fratri Iordano. » Vt ad ecclesiam Tarvisinam personaliter accedentes subtiliter examinent et diligenter inquirant debiti quantitatem et causam qua debitum constitutum fuit, et debito computato, quasdam possessiones distrahere possint, ut debitum vel penitus extinguatur vel in maximam partem imminuatur, praeterea ut episcopo Tarvisino taxent familiam, qui et expensas limitet. Laterani II. Kal. Oct. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 30. fol. 8.* — « Ecclesie Tarvisine. »

44. — *Laterani 30 Septembris.*
« Preposito Malisii Firmane Diocesis. » Quod testes non sint iterum audiendi in causa quae vertitur inter canonicos Sancti Petri Veteris et G. Simonis Guidonis Firmanos super quibusdam terris. Laterani II. Kal. Octobris anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 26². fol. 7.* — « PER TVAS NOBIS. »

45. — *Laterani 30 Septembris.*
« G(ualae) tituli Sancti Martini Presbytero Cardinali A. S. Legato. » Litteras ab ipso destinatas Innocentio Papae se accepisse monet, de regis et regni Anglorum calamitatibus et de pressuris et angustiis suis eum consolatur: « petitionibus tuis nobis per presentium porcitorem exhibitis quasdam admisimus et quasdam propter sui nimiam gravitatem non duximus admittendas fratribus nostris preter admodum paucis concorditer sentientibus esse in tantis negotiis presertim hoc tempore moderatius procedendum. » Laterani II. Kal. Octobris anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 27. fol. 7; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Bouquet Rec. XIX. 612; Potthast p. 470. n. 5336; Horoy H-i opp. omn. II. 37. n. 29.* — « LITERAS QVAS FELICIS. »

46. — *Laterani 30 Septembris.*
« Capitulo Brixiensi. » Confirmat constitutionem ab ipso factam in ecclesia Brixiensi « ut fructus duarum prebendarum que ad presens in ecclesia ipsa vacant, quinque custodibus seu mansionariis omni tempore de cetero ministrentur, qui respectum ad aliam ecclesiam non habentes, ipsi ecclesie vestre iugem teneantur impendere famulatum, ceteris prebendis ipsius ecclesie que sunt numero sedecim, et canonicis habituris easdem deinceps sub sedenario numero permansuris. » Laterani II. Kal. Oct. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 28. fol. 7.* — « ID NEC PETITVR. »

47. — *Laterani 30 Septembris.*
« (Garsiae) Auxitano archiepiscopo. » Statuit ut ipse et eius suffraganei nec non abbates, archidiaconi, et alii clerici, principes, milites et populus universus eius provinciae pacem inter se iurent, et iustas ac rationabiles costitutiones factas observent firmiter et sine fraude, renovaturi de cetero de quinquennio ad quinquennium huiusmodi iuramentum. Laterani II. Kal. Oct. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 29. fol. 8; Decretal. Honorii III. lib. 1. tit. 17.* De tregua, *Cironius 68; Potthast 470. n. 5337; Horoy H-i opp. omn. II. 39. n. 30.* — « ILLIVS REGIS PACIFICI. »

48. — *Laterani 3 Octobris.*
Abbatissae et monialibus S. Salvatoris Massiliensis concedit ut de novalibus suis, quae propriis sumptibus colunt, vel de nutrimentis animalium suorum nemini decimas solvere teneantur. Laterani V. Non. Oct. anno primo. — *André Histoire de St. Sauveur de Marseille 212; Potthast 470. n. 5338; Horoy H-i opp. omn. II. 40. n. 31.* — « QVI TENEMVR IVSTAS. »

49. — *Laterani 5 Octobris.*
(Sigfrido) Archiepiscopo Maguntinensi et suffraganeis eius, abbatibus, prioribus, praepositis, archidiaconis, decanis et aliis ecclesiarum praelatis in Maguntinensi provincia constitutis praecipit ut illos, qui possessiones et res fratrum de Alba (Herrenalb) Cisterc. ord. irreverenter invaserint, excomunicationis sententia percellant. Laterani III. Non. Oct. anno primo. — *Wirtemberg. UB. III. 56. n. 597; cf. Mone Zeitschr. I. 116; Potthast 470. n. 5339; Horoy H-i opp. omn. II. 41. n. 32.* — « NON ABSQVE DOLORE. »

50. — *Laterani 7 Octobris.*
« Episcopo Wintoniensi, Abbati Sancti Augustini Cantuariensi et Priori Sancti Sutthwini Wintoniensi. » Vt S(avaricum) de Maloleone crucesignatum pro defensione regni Angliae, « quod specialis iuris Apo-

stolice Sedis existit » eiusque terram et familiam protegant, eorumque molestatores Cantuariensis, Londoniensis et Roffensis dioecesum per censuras ecclesiasticas, praemissa monitione, compescant. Laterani Non. Oct. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 31. fol. 8; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « CVM DILECTVS FILIVS. »

51. — *Laterani 9 Octobris.*

« Vniversis Capitulis per civitatem et diocesim Mediolanensem constitutis. » Vt praebendas primo in singulis eorum ecclesiis vacaturas donationi Henrici Mediolanensis electi liberaliter dimittant iuxta litteras Innocentii (III) qui ad regimen eorum ecclesiae provexit. Laterani VII. Id. Oct. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 32. fol. 8.* — « CVM FELICIS MEMORIE. »

52. — *Laterani 11 Octobris.*

« Archipresbytero Sancti Petri de Portu Veronensis diocesis. » Scribit Pontifex contra quoddam detestabile statutum quod fecerunt cives Paduani « ut videlicet si quis suo vult iuramento firmare alium sibi aliquid abstulisse stetur huiusmodi iuramento, copia defendendi parti alteri penitus denegata; » iubet ne molestari permittatur Abbas de Candiana vi praedicti statuti, qui non convictus nec confessus, imo etiam nec citatus a G. de Boscketto et a quibusdam aliis Paduanis nuper condemnatus fuit in quadam pecuniae quantitate. Laterani V. Idus Oct. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 35. fol. 8.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

53. — *Laterani 11 Octobris.*

Sigerum Abbatem monasterii S. Mariae de Alba (Herrenalb) Cister. ordin. eiusque fratres protegendos suscipit, omnesque dicti coenobii possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, nec non iura ac privilegia confirmat. Laterani V. Idus Oct. indict. V. Incarnat. dom. an. 1216. Pont. anno primo. — *Wirtemberg UB. III. 57. n. 598. cf. Mone Zeitschr. I. 117; Potthast 470. n. 5340; Horoy H-i opp. omn. II. 42. n. 33.* — « RELIGIOSAM VITAM ELIGENTIBVS. »

54. — *Laterani 12 Octobris.*

Monasterii S. Salvatoris Massiliensis tutelam suscipit, eius possessiones ac bona confirmat, eique abbatissae electionem concedit. Laterani IIII. Idus Oct. indict. V. Incarnat. dom. an. 1216. Pont. anno primo. — *André Hist. de St. Sauveur de Marseille 213; Potthast 470. n. 5341; Horoy H-i opp. omn. II. 47. n. 34.* — « PRVDENTIBVS VIRGINIBVS. »

55. — *Laterani 12 Octobris.*

(Wernero) de Lisbern et (Arnoldo) de Wedenchusen abbatibus, et (Radolfo) priori de Olinchusen Colonien. et Monaster. dioec. mandat, ut sententiam, quam pro eis H. praepositus Hildensis et coniudices eius auctoritate apostolica contra A(dolfum) quondam Coloniensem archiepiscopum super electione praepositi Susatiensis ecclesiae protulerint per censuram ecclesiasticam firmiter observari faciant. Laterani IIII. Idus Oct. anno primo. — *Seibertz UB. I. 188. n. 147; Potthast 470. n. 5342.* — « DILECTI FILII CAPITVLVM. »

56. — *Laterani 14 Octobris.*

« Episcopo et Capitulo Virdunensibus. » Mandat ut. R. Canonico Virdunensi fructus praebendae suae tribuant, ipsumque in sacris ordinibus permittant Domino famulari a quibus interdictus fuerat, quia cum quodam lapillulo casualiter laeserat in capite Henricum Virdunensem archidiaconum, qui propter negligentiam, laesione ingravescente, diem supremum obierat. Laterani II. Idus Oct. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 37. fol. 9; Horoy H-i opp. omn. II. 50. n. 35. ex mss. du Theil.* — « SIGNIFICAVIT NOBIS. »

57. — *Laterani 15 Octobris.*

« Nobili viro Theodino de Castello Campanin. » Concedit ut cum non possit ad

Terrae Sanctae subsidium personaliter proficisci, centum frumenti rubla illuc destinet. Laterani idibus Oct. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 34. fol. 8.* — « CVM NEQVEAS. »

58. — *Laterani 15 Octobris.*

« Giroldo Abbati et Conventui Cluniacensibus. » Confirmat sententiam super electione et institutione Prioris in monasterio de Caritate ab Innocentio III pro eis, iustitia exigente, latam Lat. III. Nonas Februarii Pontif. an. 18. cuius sententiae tenor hic de verbo ad verbum refertur. Laterani Idibus Oct. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 36. fol. 9; Horoy H-i opp. omn. II. 51. n. 36. ex mss. du Theil.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

59. — *Laterani 15 Octobris.*

« Abbati de Pulsano, et Montis Gargani et Sancti Nicolai de Casali Novo archipresbyteris Sipontine Diocesis. » Vt inquirant super electione prioris conventus de Satiano quem dicunt, alio priore vivente, prioratum per vitium simoniae adeptum esse, bona monasterii dispersisse, vocatum ad concilium generale venire contempsisse eumque per campum licentiae vagari, et cum idem monasterium sit Sedi Apostolicae nullo medio subiectum, administrationi se impudenter immisisse: mandat ut ad hunc locum personaliter accedant, et corrigant, et statuant tam in capite, quam in membris, quae secundum Dominum et regularem observantiam corrigenda iudicent. Laterani Idibus Oct. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 38. fol. 9.* — « SICVT DILECTI. »

60. — *Laterani 15 Octobris.*

Monasterium Vallumbrosanum S. Mariae, abbate eiusque fratribus petentibus, ad exemplar Paschalis, Adriani, Alexandri, Lucii, Vrbani, Caelestini et Innocentii PP. Rom. sub apostolica protectione suscipit, eiusque bona, quorum plurima recenset, confirmat. Laterani id. Oct. indict. V. Incarnat. domin. an. 1216 pont. anno primo. — *Lami Eccl. Florent. monum. I. 557; Cod. dipl. Sardin. I. 329. n. 34; Potthast 471. n. 5343; Horoy H-i opp. omn. II. 52. n. 37.* — « RELIGIOSAM VITAM. »

61. — *Laterani 18 Octobris.*

« Archiepiscopo, Decano et Archidiacono » *(Ciron. Turonensibus alii Bituricensibus).* Vt terminent causam eis ab Innocentio III commissam super possessione Castri de Segreio, quod a B(erengaria) quondam Anglorum Regina iure dotalitio praetenditur contra Willelmum de Wirchia (alibi de Guerchia) a quo eadem spoliata fuerat. Laterani XV. Kal. Nov. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 39. fol. 9; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Quinta Compilatio Decretal. lib. I. tit. 15.* De offic. iudicis delegat. *c. I. Cironius 58; Decret. Gregorii IX. lib. 2. tit. 22.* De fide instr. *c. 11; Boehmer Corp. II. 326. (an. 1220); Richter Corp. II. 340; Potthast append. 2059. n. 5343a-25644; Horoy H-i opp. omn. II. 56. n. 38. ex mss. du Theil; Friedberg. Corp. Iur. Can. II. lib II. tit. XXII.* — « EX PARTE KARISSIME. »

62. — *Laterani 19 Octobris.*

Episcopum Glasguensem cum omnibus bonis protegendum suscipit, specialiter autem villas de Glasgua, de Guuan, Sedinchistuñ, Conclud etc. et terram de Scrogis in villa de Dine etc. confirmat. Laterani XIIII. Kal. Nov. anno primo. — *Registrum episc. Glasguens. I. 94. n. 111; Potthast 471. n. 5344.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

63. — *Laterani 20 Oetobris.*

« Decano et Capitulo Burdegalensibus. » Ipsis rogantibus confirmat sententiam, quam Lucius Papa III in causa inter ipsos et Sancti Severini ecclesias (sic) « super reformatione Ordinis Canonicorum Regularium in dicta S. Severini ecclesia » promulgavit et etiam confirmavit, quas litteras Lucii Papae per integrum refert. Laterani XIII. Kal. Nov. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 40.*

fol. 10; Horoy H-i opp. omn. II. 59. n. 40. ex mss. du Theil. — « CVM A NOBIS PETITVR. »

64. — *Laterani 20 Octobris.*

« Sancti Iohannis Angliacensis, Fontis Dulcis et de Batiaco abbatibus Xantonensis Diocesis. » Mandat ut observari faciant sententiam a Lucio PP. (III) praedecessore suo latam in controversia inter archiepiscopum Burdegalensem et ecclesiam Sancti Severini super institutione Canonicorum Regularium, ut, secundum quod arbitri pronunciarunt, Ordo Canonicorum Regularium in praedicta S. Severini Ecclesia perpetuis temporibus sit conservandus, ita, ut deficientibus saecularibus qui tunc erant in eadem, nullus nisi regularis in ecclesia succederet memorata, salvis honoribus et beneficiis dictorum saecularium clericorum quamdiu vixerint. Laterani XIII. Kal. Nov. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 41. fol. 10; Horoy H-i opp. omn. II. 57. n. 39. ex mss. du Theil.* — « IN REGESTO FELICIS RECORDATIONIS. »

65. — *Laterani 20 Octobris.*

Praepositum monachosque S. Liberatoris de Magella tuendos suscipit, possessiones et ecclesias quas enumerat, confirmat. Later. XIII. Kal. Nov. anno primo. — *Archiv. Orsini II. A. I. n. 14; Gattula Hist. Cassin. II. 91; Tosti Monte Casino II. 302; Potthast p. 471. n. 5346. (sub die 24 Octobris); Horoy H-i opp. omn. II. 63. n. 42.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

66. — *Laterani 21 Octobris.*

Abbati et Conventui monasterii in Monte Mirteti de Nympha Florent. Ord. molendinum supra Nympham ab Hugolino Ostiensi et Velletrensi episcopo eis collatum, tenore concessionis inserto, confirmat. Laterani XII. Kal. Novembris anno primo. — *Liverani Spicileg. Liberianum 715. n. 4; Potthast 471. n. 5345; Horoy H-i opp. omn. II. 61. n. 41.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

67. — *Laterani 21 Octobris.*

Le pape Honorius enjoigne à l'archevêque de Reims, à ses suffragants etc. d'excommunier etc. ceux qui envahissent etc. les possessions du monastère de Dunes. Laterani XII. Kal. Nov. anno primo. — *Cronica et cartular. monasterii de Dunis. 288; cf. Wauters Table chronologique III. 459; Potthast appendix 2059. n. 5345 a-25646.*

68. — *Romae apud Sanctum Petrum 23 Octobris.*

« Hugoni (alias Hugolino) Hostiensi et Velletrensi episcopo. » Confirmat donationem ecclesiae Sancti Auxentii ad hospitale construendum cum pertinentiis et libertatibus suis, ab I. episcopo Anagnino de consensu canonicorum suorum ei factam cum quibusdam reservationibus, et refert ad verbum litteras ipsius episcopi Anagnini ad praedictum Hugonem dat. anno 1208. 26 Augusti, ab eodem et ab undecim canonicis Anagninis subscriptas. Romae apud S. Petrum X. Kal. Nov. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 67. fol. 16.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

69. — *Laterani 23 Octobris.*

« Abbati et Conventui Fontis Laureati. » Confirmat libertates et immunitates a (Ricardo) Tropeensi episcopo de capituli sui assensu ipsis et per ipsos eorum monasterio indultas, et donationem ecclesiarum Sanctae Dominicae, iuxta quam ipsum monasterium situm est, et Sancti Petri ab eisdem Ep. et Capitulo ei factam: refert eiusdem episcopi litteras ubi huius donationis rationes et conditiones explicantur, inter quas est ut fratres Conventus Fontis Laureati exhibere debeant Episcopo Tropeensi, « illam reverentiam quam Floren. monasterium a quo processistis Domino Cosentino et ecclesie Cosentine et exhibuit et exhibere tenetur. » Laterani X. Kal. Nov. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1 epist. 123. fol. 30; Potthast 471. n. 5352. qui male Hughel-*

lium secutus, hanc epistolam sub die 1 Novembris ponit. — « Cvm a nobis petitvr. »

70. — *Laterani 24 Octobris.*

« Abbati Sancte Marie de Monte Morteti supra Nimpham eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Confirmat privilegia eis ab Hostiensi episcopo concessa, sancti Angeli et sancti Clementis ecclesias, molendinum in Nimpha et omnes immunitates sicut positae sunt in privilegio praescripto S. Mariae Fontis Laureati. Laterani (sine die et mense). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 74. fol. 19; Liverani Spicil. Liberian. 716. n. 15. (IX. Kal. Nov. anno primo); Potthast 471. n. 5347. (cum initio Iustis petentium); Horoy H-i opp. omn. II. 64. n. 43.* — « Religiosam vitam. »

71. — *Laterani 24 Octobris.*

« Archiepiscopo Narbonensi. » Confirmantur litterae Alexandri PP. (III) ad Pontium Archiepiscopum Narbonensem incipientes « Ex litteris » quae referuntur in quibus statuebat ut « pro evitanda incomoditate quam diximus videlicet ne vicecomites Narbonenses ullam in prelibata ecclesia (S. Pauli) iurisdictionem habere valeant, tam tu quam successores tui liberam ipsius ecclesie administrationem et dispositionem habeatis, et eam libere possitis ad manus vestras tenere, ita quod ibi compositio et ordo honestatis valeat, sicut hactenus consuevit, servari pariter et augeri. » Laterani VIIII. Kal. Nov. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 69. fol. 17.* — « Litteris felicis recordationis. »

72. — *Laterani 25 Octobris.*

« N. Abbati Monasterii Santi Theodosii Cenobiarce de Laberria eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Plures possessiones, quae sigillatim recensentur, confirmat, privilegia concedit eosque recipit in protectionem. Laterani per manum Ranerii Prioris Sancti Fridiani Lucensis S. Rom. Ecc. Vicecancellarii VIII. Kal. Nov. indict. V. incarnat. domin. MCCXVI. pont. domni Honorii Pape Tertii anno primo. — *Reg. Vat. Lib. 1. epist. 42. fol. 10.* — « Religiosam vitam. »

73. — *Laterani 25 Octobris.*

« Magistro et Fratribus Altipassus. » Confirmat Ecclesiam Sancti Auxentii et hospitale extra portam Anagninam cum domibus, possessionibus et aliis pertinentiis, nec non libertatibus et immunitatibus suis, quae Hugo Hostiensis episcopus liberaliter eisdem donaverat: litterae eiusdem episcopi datae mense Octob. 1216 in integrum referuntur, ubi inter caetera legitur « ita quod proventus universarum possessionum in usus egenorum et pauperum et ibidem Domino serventium omni tempore fideliter expendantur. » Laterani VIII. Kal. Nov. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1 epist. 68. fol. 17.* — « Cvm a nobis petitvr. »

74. — *Laterani 26 Octobris.*

(Alberico) Remensi, (Petro) Senonensi, et (Roberto) Rotomagensi Archiepiscopis mandat ut Ingelrannum de Coucy Laudunensem iam excommunicationis vinculo innodatum propter iniquitatem, qua Ludovicum primogenitum Philippi regis Francorum adversus (Iohannem) regem Anglorum instiget, et omnes eius consiliarios ac coadiutores specialiter eam ob causam excommunicatos publice nuncient, « quia persequendo ecclesiam Laudunensem decanumque (Adamum) capiendo ac detinendo captivum alium laqueum excommunicationis noscuntur incurrisse. » Laterani VII. Kal. Nov. anno primo. — *Duchesne Hist. de la Maison de Guines, preuv. 362; Marlot. Metrop. Remens. II. 487; Bouquet Rec. XIX. 613; Marlot. Hist. de Reims. III. 784. n. 136; Potthast 471. n. 5348; Horoy H-i opp. omn. II. 67. n. 44.* — « Licet nobilis. »

75. — *Laterani 29 Octobris.*

« (Andreae) Pragensi episcopo. » Consulenti 1° an sibi quasdam decimas, quas quidam antecessores sui pro quibusdam villis religiosis concessere quibusdam, auctoritate liceat propria revocare, respondet: « si concessionem talem contra canones in ecclesie tue preiudicium videris acceptatam ipsam debes auctoritate superioris legitime revocare. » 2° An seculares canonici minus legitime nati suis sint renuntiare beneficiis compellendi, cum de iure ad sacros nequeant ordines promoveri, nec in beneficiis secum fuisse probent a Romano Pontifice dispensatum et ecclesia taliter indigeat ordinatis, respondet: « si multitudo est in causa, et huiusmodi non possunt sine scandalo removeri, eos in beneficiis sic susceptis poteris conniventibus oculis tollerare. » 3° Vtrum illis sit licitum qui nec voto nec regulari observantia sunt astricti carnes comedere quando in sexta feria dies Dominicae Nativitatis occurrit, respondet: « quod illi qui nec voto nec regulari observantia sunt astricti, in sexta feria si festum Nativitatis Dominice ipso die venire contigerit, carnibus propter festi excellentiam uti possunt secundum consuetudinem ecclesie generalem, nec tamen hii reprehendendi sunt qui ob devotionem voluerunt abstinere. » Laterani IIII. Kal. Nov. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 44. fol. 12; Fragm. Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 45; Erben. Reg. Bohem. I. 267. n. 569; inter Decretal. H-i III. lib. 3. tit. 25.* De observ. ieiun. *c. 1. ed. Cironius 247. (cum titulo: Parganensi Ep.); Decret. Gregorii IX. lib. 3. tit. 46.* De obs. ieiun. *c. 3; Boehmer Corp. II. 614. (ubi incipit: Explicari per Sedem); cf. Palacky Reise 20. n. 48; Boczek Cod. Dipl. Moraviae II. 89. n. 72; Potthast p. 471. n. 5349. (initium deest); Horoy H-i opp. omn. II. 68. n. 45; Rodenberg. Epist. Sel. 5. n. 4. Addenda et Corrigenda; Friedberg. Corp. Iur. Can. II. lib. III. tit. XLVI. c. III. p. 651. (fragm).* — « POSTVLASTI PER SEDEM APOSTOLICAM. »

76. — *Laterani 29 Octobris.*

(Sigfrido) episcopo Augustensi ecclesiam de Offingen cum omnibus pertinentiis in usus proprios confirmat. Laterani IV. Kal. Nov. anno primo. — *Mon. Boica XXXIII. I. 53; Potthast 471. n. 5350.* — « CVM A NOBIS. »

77. — *Laterani 31 Octobris.*

Berardo Archiepiscopo Messanensi gestandi pallii auctoritatem confirmat. Laterani II. Kal. Nov. indict. V. incarn. dom. an. 1216 pont. anno primo. — *Huius bullae meminit Pirri Sicil. sacr. I. 403; Potthast 471. n. 5351.*

78. — *Laterani 1 Novembris.*

« Luce Archimandrite Sancti Salvatoris Messanensis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Praecipit Pontifex ut ordo monasticus qui secundum Dominum et B. Basilii regulam in eodem monasterio antiquitus institutus fuit, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur, eisque quascumque possessiones, quaecumque bona, quascumque abbatias, que singillatim enumeratur, a rege Rogerio concessas, nec non omnes honores, libertates et dignitates confirmat. Dat. Laterani per manum Ranerii prioris Sancti Fridiani Lucani Sancte Romane Eccl. Vicecancellarii Kal. Nov. Indict. V. Incarnat. Dominice an. MCCXVI. Pontif. vero Domini Honorii Tertii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 43. fol. 11; Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 46; Pirri Sicilia Sacra 982; Potthast Append. p. 2059. n. 5352 a-25650.* — « APOSTOLICE SEDIS. »

79. — *Laterani 2 Novembris.*

In causa Abbatis Castellensis contra plebanum de Wallingen ius patronatus ecclesiae de Gerolze (praef. Parsberg) concernente excommunicationis sententiam irritam declarat. Laterani IV. Nonas

Nov. anno primo. — *Lang. Regesta II. 76; Potthast 471. n. 5353.*

80. — *Laterani 3 Novembris.*

« T. Regine filie quondam Regis Portugallensis illustris. » Eius personam cum omnibus eius terris in protectionem recipit. Laterani III. Nonas Nov. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 45. fol. 12.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

81. — *Laterani 3 Novembris 1216.*

Decano et Capitulo Ambianensibus mandat ut ultra quam duobus canonicis capituli ipsius, in servitio Ambianensis episcopi existentibus, praebendas et distributiones quotidianas non teneantur ministrare. Laterani III. Non. Nov. anno primo. — *Ex cartulario mss. capituli ecclesiae cathedralis Ambianensis; Horoy H-i opp. omn. II. 78. n. 55.* — « EX PARTE VESTRA. »

82. — *Laterani 4 Novembris.*

« B. Regine filie quondam Castelle regis illustris. » Eius personam cum omnibus terris suis recipit in protectionem. Laterani II. Nonas Nov. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 46. fol. 12.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

83. — *Laterani 4 Novembris.*

« Episcopo et preposito Ferrariensibus. » Mandat ne populum Massae Ferrariensis, Cinesellae ac Cadalti, qui ad Sedem Apostolicam nullo pertinent mediante a nobilibus viris Sallinguerra et Albertino ac quibusdam aliis molestari permittant. Laterani II. Nonas Nov. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 47. fol. 12; Theiner cod. dipl. tom. I. 46. n. 61; Potthast 471. n. 5354.* « DILECTI FILII. »

84. — *Laterani 4 Novembris.*

« Episcopo et capitulo Ambianensibus. » Iniungit ut A. clerico nato nobilis viri Andreae Miliari civis Romani, « cuius fidem et devotionem in multis sumus experti, disciplinis scholasticis insistenti » praebendam quam Iohannes Stephani in eorum ecclesia obtinebat, liberaliter conferant, eisque iubet ut si forte in ecclesia memorata illa vel alia praebenda non vacet ad praesens, primo vacatura Papae collationi reservetur personae idoneae concedenda. Laterani II. Nonas Nov. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 49. fol. 12; Horoy H-i opp. omn. II. 73. n. 50. ex mss. du Theil.* — « QVANTO VIM. »

85. — *Laterani 4 Novembris.*

« Electo Mediolanensi. » Indulget ut commutare possit in satisfactionem aliam competentem votum A. presbytero ecclesiae Medociensis (sic) ex quo ipse tenebatur « beati Iacobi limina visitare, ac propter quandam occultam infirmitatem corporis qua laborat sine vite periculo nequeat sicut credit tanti laborem itineris sustinere. » Dat. ut supra. (Laterani II. Nonas Nov. anno primo). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 50. fol. 13; Decret. H-i lib. 3. tit. 19.* De Voto. *c. I. ed. Cironius 221; Potthast App. 2059. n. 5355 a-2561.* — « A. PRESBYTER. »

86. — *Laterani 4 Novembris.*

« De Corona et de Tenaliis et de Bornet abbatibus Engolismensis et Xanctonensis Diocesum. » Mandat ut ad monasterium Sancti Savini Pictavensis dioecesis accedant, quod, referente H. presbytero et monacho eiusdem monasterii ab A. abbate deformatum est in spiritualibus per perniciosae conversationis exemplum, et per vitium dilapidationis iniquae in temporalibus dissipatum: addit dictum abbatem in monachum H. pro monasterio laborantem excomunicationis sententiam promulgasse et extra claustrum turpiter eiecisse, neque Innocentio (III) paruisse qui ei praeceperat ut se corrigeret et in pace permitteret eumdem monachum in monasterio Domino famulari: mandat ut idem monasterium

reforment. Laterani II. Nonas Nov. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 202. fol. 51; Horoy H-i opp. omn. II. 71. n. 49. ex mss. du Theil.* — « H. PRESBYTER. »

87. — *Laterani 4 Novembris.*

Ecclesiam S. Andreae apostoli Ord. S. Augustini protegendam suscipit, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. Laterani II. Non. Nov. indict. V. incarnat. dom. an. 1216 pont. anno primo. — *Liber cartarum prioratus S. Andreae 76; Potthast 471. n. 5355.* — « RELIGIOSIS DESIDERIIS. »

88. — *Laterani 5 Novembris.*

Priores prioratuum Ord. S. Augustini Yrevallis et Abiey cum omnibus bonis sub Ap. Sed. protectione suscipit, possessiones decimas etc. eis confirmat, eisdemque indulget ad temperandam austeritatem semper nudis pedibus ambulandi, ut a festo S. Martini ad Kalendas Aprilis clericis eorum liceat calceamenta portare. Laterani Non. Nov. anno primo. — *Calmet Hist. de Lorraine II. pr. 425; Hugo Sacrae Antiq. mon. I. 163; Potthast 472. n. 5356; Horoy H-i opp. omn. II. 74. n. 51.* — « AVOLANTIS IN SOLITVDINEM. »

89. — *Romae apud Sanctam Sabinam 5 Novembris.*

Abbati et conventui Monasterii de Homburgk. Romae apud S. Sabinam Non. Nov. anno primo. — *Förstemann Urk. des Bened-Klosters Homburg 33; Potthast 472. post. n. 5356; male tribuitur Honorio III, pertinet vero ad Honorium IV. vide Potthast 1803. n. 22320.*

90. — *Laterani 7 Novembris.*

« Priori Sancti Georgii et Preposito Ferrariensibus. » Conquerentibus populis Massae Ferrariensis, Cinisellae et Codalti mandat ut terras quasdam, vineas, domos et res alias quae iuris B. Petri existunt et nunc detinentur occupatae ab episcopo Ferrariensi et a P. C. et fratribus eius et a quibusdam aliis tam civitatis quam dioecesis Ferrariensis, ad ius et proprietatem Ecclesiae Romanae revocent. Laterani VII. Id. Nov. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 48. fol. 12.* — « QVERELAM. »

91. — *Laterani 7 Novembris.*

« Priori Lateranensis Basilice Salvatoris eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Praeminentiam ipsius Basilicae extollens, apud quam Romanus Pontifex « quasi continue residens ipsam continuis provehit incrementis, » terminos parochiae describit et confirmat, ad formam compositionis initae inter ipsos et Priorem SS. Quatuor Coronatorum auctoritate Innocentii III, « in qua questione nos fuimus auditores dum eramus in minori officio constituti: » litterae Innocentii referuntur. Dat. Laterani per manum Ranerii Prioris Sancti Fridiani Lucani Sancte Romane Ecclesie Vicecancellarii VII. Idus Nov. indict. V. incarnat. dom. anno MCCXVI Pontificatus vero Honorii PP. III anno primo. — *Archiv. Basilicae Lateranen. orig. Q. I. A. 5; Reg. Vat. lib. 1. epist. 58. fol. 15; Fragm. apud Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 46; Potthast p. 472. n. 5357; Horoy H-i opp. omn. II. 75. n. 52.* — « PRINCIPALIS EXCELLENTIA. »

92. — *Laterani 8 Novembris.*

« Abbati et Conventui Corbeiensibus Ambianensis Diocesis. » Mandat ut inviolabiliter sententia observetur Innocentii PP. (III) qua a monasterio Corbeiensi in perpetuum amoti sunt Iohannes quondam Prior, B. de Dors, Colinus de Belfort, G. de Sancto Laurentio, Egidius, Olricus Cem̃tarii, Falcus Pesel, Robertus de Dumoyn, Matheus de Monte Desiderii, Th. de Garmegni, I. de Ponte et I. de Vilers monaci eiusdem monasterii ob quorum « insolentiam et flagitia... idem in spiritualibus et temporalibus est

attritum. » Laterani VI. Idus Nov. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 57. fol. 14; Horoy H-i opp. omn. II. 76. n. 53. ex mss. du Theil.* — « Dispendia qvibvs. »

Ex Cod. Vat.: Scriptum est in eundem modum Priori Sancti Martini de Campis, Archidiacono et Magistro G. Cornuto canonicis Parisiensibus ut eandem sententiam observari faciant.

93. — *Laterani 8 Novembris.*

Decano et Capitulo Ambianensibus confirmatur compositio inter ipsum capitulum ex una parte et bonae memoriae Theobaldum Ambianensem episcopum ex altera, super decima de Roveroi a rivis aquarum ad molendina Ambiani. Laterani VI. Idus Novembris anno primo. — *Ex cartulario mss. capituli ecclesiae Ambianensis; Horoy H-i opp. omn. II. 77. n. 54.* — « Ea qvae ivdicio. »

94. — *Laterani 10 Novembris.*

« A. regi Legionensi illustri. » Concordiam inter ipsum et Henricum regem Castellae de consensu episcoporum et baronum utriusque regni initam, cuius tenor hic habetur descriptus, confirmat. Laterani IIII. Id. Nov. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 55. fol. 13.* — « Ivstis petentivm. »

In eundem modum scriptum est Henrico Castelle regi illustri.

95. — *Laterani 10 Novembris.*

« Priori sacrosancti Patriarchii Basilice Salvatoris Domini que Constantiniana vocatur eiusque canonicis fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Ad exemplar Romanorum Pontificum Alexandri secundi, Anastasii quarti, Alexandri tertii et Innocentii (III) ecclesiam ipsam eis confirmat, possessiones et iura describit, privilegia renovat aliaque concedit. Dat. Laterani per manum Ranerii prioris Sancti Fridiani Lucani S. R. E. Vicecancellarii. IIII. Idus Nov. indictione V. incarnationis dominicae an. MCCXVI. Pont. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 107. fol. 27; Arch. Basilicae Lateranen. original. Q. I. A. 2; mutila apud Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 47.* — « Vigilanti atqve svperiminenti. »

96. — *Laterani 10 Novembris.*

Decano et Capitulo Ambianensibus confirmat bona capituli ipsius, mandans ne quis instituatur (canonicus) nisi de legitimo fuerit matrimonio natus. Laterani IV. Id. Nov. anno primo. — *Ex cartulario mss. capituli ecclesiae cathedralis Ambianensis t. I. carta 281. p. 108. in-8; Horoy H-i opp. omn. II. 70. n. 47.* — « Cvm a nobis. »

97. — *Laterani 10 Novembris.*

Decano et capitulo Ambianensibus inhibet ne aliarum ecclesiarum praelati recipiant vel absolvant « malefactores ecclesiae vestrae in quos sententia excommunicationis vel interdicti canonice fuerit promulgata. » Laterani IV. Id. Nov. anno primo. — *Ex cartulario mss. capituli Ambianensis; Horoy H-i opp. omn. II. 71. n. 48.* — « Cvm in aliqvos. »

98. — *Laterani 11 Novembris.*

« Archiepiscopo Cusentino et Episcopo Bisinianensi et Abbati Sambucine Bisinianensis diocesis. » Vt inquirant super episcopo Anglonensi, quem dicunt ita simoniaca labe foedatum esse, ut non solum ecclesias et ecclesiasticas dignitates pecuniae occasione concedat, sed etiam sacerdotes munera offerentes libere permittat cum mulieribus habitare. Laterani III. Idus Novembris anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 56. fol. 14.* — « Pepigisse dicitvr. »

99. — *Laterani 11 Novembris.*

Abbatibus S. Petri et Andreae ac priori S. Martini Viennensis civitatis mandat, ut quosdam prioratus ac decanatus in provincia Viennensi nec non et pensiones ad vitam quae quibusdam epi-

scopis, abbatibus ac etiam prioribus ordin. Cluniac. concessae sunt revocent. Laterani III. Idus. Nov. anno primo. — *Bullar. Ord. Cluniac. 104; Potthast 472. n. 5358; Horoy H-i opp. omn. II. 79. n. 56.* — « Ad avdientiam nostram. »

100. — *Laterani 12 Novembris.*
« Illustri regi Legionensi. » Scribit ut I. Calvani subdiacono ipsius Papae et Albanensis episcopi nepoti magistro scolarum Legionensium cancellariam regni sui conferat. Laterani II. Id. Nov. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 51. fol. 13; Mss. Vallicell. I. 51. fol. 19.* — « Consvevervnt preces. »

Ex Cod. Vat.: In eundem fere modum scriptum est Compostellano Archiepiscopo.

101. — *Laterani 12 Novembris.*
« Abbati Cluniacensi. » Vt omnium ecclesiarum Cluniacensis Ordinis vicesimam partem proventuum colligat in subsidium Terrae Sanctae prout in concilio Lateranensi statutum fuit. Laterani II. Id. Nov. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 52. fol. 13; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 22; Horoy H-i opp. omn. II. 80. n. 57. ex mss. du Theil.* — « Cvm approbante. »

102. — *Laterani 12 Novembris.*
« Aimaro Thesaurario domus templi Parisiensis. » Vt ab abbate Cluniacensi recipiat pecuniae summam quam collegerat in subsidium Terrae Sanctae. Dat. ut supra. (Laterani II. Idus Nov. anno primo). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 53. fol. 13; Horoy H-i opp. omn. II. 80. n. 58. ex mss. du Theil.* — « Cvm dilectvs filivs. »

103. — *Laterani 12 Novembris.*
« B(lancae) comitisse et T(heobaldo) nato ipsius comiti Campanie. » Ad exemplar Innocentii III recipit eos cum omnibus eorum terris sub protectione apostolica. Laterani II. Id. Nov. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 54. fol. 13; Teulet Layettes I. 437. n. 1195; cf. Jubainville Comtes de Champagne V. 107. n. 1025; Potthast 472. n. 5359; Horoy H-i opp. omn. II. 81. n. 59.* — « Qvamvis apostolica sedes. »

In eundem fere modum scriptum est super hoc Longipontis Cisterciensis ordinis Suessionensis diocesis, et Sancti Iohannis in Vineis abbatibus, et decano Suessionen. verbis competenter mutatis, usque ad verbum Interesse. *Cod. Vat. l. c.; cf. Jubainville l. c. n. 1026; Potthast 472. n. 5360.*

104. — *Laterani 12 Novembris.*
« Archiepiscopo Toletano, Burgensi et Palentino episcopis. » Scribit de concordia inita inter A(lphonsum) regem Legionis et Henricum regem Castellae, eisque praecipit ut pacem ipsam firmam habeant et colant. Laterani II. Id. Nov. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 55. fol. 14.* — « Cvm pacem. »

In eundem modum scriptum est Compostellano archiepiscopo, Legionensi et Astoricensi episcopis pro rege Castelle.

105. — *Laterani 14 Novembris.*
« Patriarche Aquilegensi et episcopo et I. Priori Sancti Benedicti Paduanis. » Quoad petitionem Tarvisini episcopi permutandi quasdam possessiones ad mensam suam pertinentes scribit Pontifex ut, pensatis circumstantiis universis, statuant quod utilitati et necessitati eiusdem ecclesiae viderint expedire. Laterani XVIII. Kal. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 64. fol. 16.* — « Svpplicavit nobis. »

106. — *Romae apud Sanctum Petrum 15 Novembris.*
« Capitulo Metensi. » Mandat ut magistro Octoni scriptori Papae, canonico eorum ecclesiae, qui grata eis iugiter impendit obsequia, cum in Papae servitio commoretur et non minus sic absens quam praesens

eidem ecclesiae utiliter habeatur, annuatim praebendae suae fructus integraliter assignent, satisfacientes ei congrue de subtractis, consuetudine aliqua non obstante. Romae apud Sanctum Petrum XVII. Kal. Decemb. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 528. fol. 129; Analecta iuris canonici ad an. 1875; Horoy H-i opp. omn. II. 82. n. 60.* — « ETSI APOSTOLICA SEDES. »

107. — *Laterani 16 Novembris.*

Dominico episcopo Placentino ecclesias de Bejar et de terminis suis confirmat. Laterani XVI. Kal. Dec. anno primo. — *Fernandez Historia de Plasencia 24; Potthast App. p. 2060. n. 5360 b-25667; Horoy H-i opp. omn. II. 83. n. 61.* — « CVM A NOBIS. »

108. — *Laterani 17 Novembris.*

Anastasio abbati et conventui monasterii S. Paterniani Fanensis immunitatem a consulibus et communi Fanensibus eis concessam confirmat. Laterani XV. Kal. Dec. anno primo. — *Amiani Mem. di Fano II. somm. 26; Potthast App. p. 2060. n. 5360c-25668.* — « CVM A NOBIS. »

109. — *Laterani 17 Novembris.*

Bernardo Biterrensi episcopo eiusque successoribus ecclesiam Biterrensem eiusque possessiones sub sua protectione recipit. Dat. Laterani per manum Ranerii prioris Sancti Fridiani Lucani, sanctae Romanae ecclesiae vicecancellarii, XV. Kal. Dec. anno primo. — *Doat Diplomata Ecclesiae Biterrensis mss. Bibl. Parisiensis; Horoy H-i opp. omn. II. 86. n. 63.* — « IN EO SVMVS. »

110. — *Romae apud Sanctum Petrum 21 Novembris.*

« (Andreae) Pragensi episcopo. » Vt auctoritate apostolica dispenset cum L. presbytero Plebano ecclesiae de Prascoles super ordinibus et beneficio iam susceptis: « quod cum in Boemia usque ad generale concilium consuetudo fuerit ab antiquo, ut tam clerici in sacris ordinibus constituti, quam etiam sacerdotes de facto contraherent, et sic contracto contubernio uterentur, ipseque de tali sit copula procreatus. » Romae apud Sanctum Petrum XI. Kal. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 65. fol. 16; Erben Reg. Bohem. I. 268. n. 570; cf. Palacky Reise 20. n. 49; Potthast 472. n. 5361; Rodenberg Epist. Select. 5. n. 5.* — « DILECTVS FILIVS L. »

111. — *Romae apud Sanctum Petrum 21 Novembris.*

« Panormitano Archiepiscopo et suffraganeis eius. » Vt iuxta decretum Concilii Lateranensis omnes clerici tam subditi quam praelati vicesimam ecclesiasticorum proventuum usque ad triennium nuntiis ad id deputatis solvant in subsidium Terrae Sanctae. Romae apud Sanctum Petrum XI. Kal. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 104. fol. 25.* — « INTER CETERA. »

In eundem modum Archiepiscopo Montis Regalis et suffraganeis eius.

Magistris domorum Militie Templi et Hospitalis Ierosolimitani in Montis Regalis provincia constitutis et Priori et Suppriori Montis Regalis.

In e. m. Messanensi Archiepiscopo et suffraganeis eius et eisdem Magistris eiusdem provincie, et cantori, et Magistro T. de Iuvenatio canonico Messanensibus.

Reginensi Archiepiscopo et Suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Cantori et Archidiacono Reginensibus.

Militensi Episcopo et Magistris eiusdem Diocesis, et diacono, Archidiacono et Cantori Militensibus.

Cusentino Archiepiscopo et Suffraganeis eius et eisdem Magistris eiusdem provincie et Diacono et Archidiacono Cusentinis.

Rossanensi Archiepiscopo et Suffraganeis eius et eisdem Magistris eiusdem provincie et Decano et Archidiacono Rossanensibus.

Bisinianensi Episcopo et eisdem Magistris Diocesis Bisinianensis et Archidiacono et Cantori Bisinianensibus.

Archiepiscopo Sancte Severine et Suffraganeis eius et eisdem Magistris eiusdem provincie et Archidiacono et Decano Sancte Severine.

Episcopo Sancti Marci et Magistris eiusdem Diocesis et Archidiacono et Cantori Sancti Marci.

Consano Archiepiscopo et Suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Decano ut Archidiacono Consanis.

Tarentino Archiepiscopo et Suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Decano et Archidiacono Tarentinis.

Ageruntino Archiepiscopo et Suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Decano et Archidiacono Ageruntinis.

Brundusin.

Idrontino Archiepiscopo et Suffraganeis eius et eisdem Magistris eiusdem provincie et Decano et Archidiacono Idrontinis.

Barensi Archiepiscopo et Suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Archipresbytero et primicerio Barensibus.

Tranensi Archiepiscopo et suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Archipresbytero et Archidiacono Tranensibus.

Episcopis suffraganeis Ecclesie Brundusine et Magistris eiusdem provincie et Decano et Archidiacono Brundusinis.

Sipontino Electo et suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Archipresbytero et Archidiacono Sipontinis.

Troiano Episcopo et Magistris eiusdem Diocesis et Archidiacono et Primicerio Troianis.

Monopolitano Episcopo et Magistris eiusdem Diocesis et Archidiacono et Primicerio Monopolitanis.

Rapollano Episcopo et Magistris eiusdem Diocesis et Archidiacono et Primicerio Rapollanis.

Beneventano Archiepiscopo et Suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Archipresbytero et Archidiacono Beneventanis.

Melfiensi Episcopo et Magistro eiusdem Diocesis et R. Iohannis Andree et I. Carlecta canonicis Melfiensibus.

Salernitano Archiepiscopo et Suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Primicerio et Archidiacono Salernitanis.

Amalfitano Archiepiscopo et Suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Archidiacono et Primicerio Amalfitanis.

Episcopo Ravellensi et Magistris eiusdem Diocesis et Archidiacono et Primicerio Ravellensibus.

Surrentino Archiepiscopo et Suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Archidiacono et Primicerio Surrentinis.

Suffraganeis Ecclesie Neapolitane et Magistris eiusdem provincie et Cimiliarche et Primicerio Neapolitanis.

Vniversis suffraganeis Fcclesie Capuane et Magistris eiusdem provincie et Archidiacono et Primicerio Capuanis.

(Stephano) Casinensi abbati et Magistris Terre Sancti Benedicti et Magistro R. et O. presbytero canonicis S. Germani.

Aquilegensi Patriarche et suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Decano et Archidiacono Aquilegensibus.

Patriarche Gradensi et Suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Decano et Archidiacono Gradensibus.

Iadrensi Archiepiscopo et Suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Decano et Archidiacono Iadrensibus.

Spalatensi Archiepiscopo et suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Decano et Archidiacono Spalatensibus. — *Fejér Cod. dipl. III. I. 183; Potthast 472. n. 5365.*

Ragusino Archiepiscopo et Suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Archidiacono et M. Canonico Ragusinis.

Antivaradensi Archiepiscopo et suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Archipresbytero et L. Canonico Antivaradensibus.

(Iohanni) Strigoniensi Archiepiscopo et Suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Decano et Archidiacono Strigoniensibus. — *Theiner Mon. Hungariae I. 3. n. 2; Potthast 472. n. 5362.*

(Bertholdo) Colocensi Archiepiscopo et Suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Decano et Archidiacono Colocensibus. — *Theiner Mon. Hungariae I. 3. n. 2; Potthast 472. n. 5362.*

Gneznensi Archiepiscopo et Suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Decano et Archidiacono Gneznensibus.

(Sigfrido) Maguntino Archiepiscopo et Suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Decano et Archidiacono Maguntinis. — *Würdtwein Nova subs. III. 49; Potthast 472. n. 5363.*

Episcopis suffraganeis Coloniensis ecclesie et Magistris eiusdem provincie et Decano et Archidiacono Coloniensibus.

(Gerhardo) Bremensi Archiepiscopo et Suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Decano et Archidiacono Bremensibus. — *Lappenberg Hamburg. UB. I. 352. n. 400; cf. Meklenb. UB. I. 214. n. 227; Potthast 472. n. 5364.*

Magdeburgensi Archiepiscopo et Suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Decano et Archidiacono Magdeburgensibus.

Salzeburgensi Archiepiscopo et Suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Decano et Archidiacono Salzeburgensibus.

Lundensi Archiepiscopo et Suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Decano et Archidiacono Lundensibus.

Nidrosiensi Archiepiscopo et Suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Decano et Archidiacono Nidrosiensibus.

(Valerio) Vbsallensi (sic) Archiepiscopo et Suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Decano et Archidiacono Vbsallensibus. — *Vastovius Vitis Aquil. 167; Potthast 472. n. 5364; Horoy H-i opp. omn. II. 89. n. 65.*

Calaritano Archiepiscopo et Suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Decano et Archidiacono Calaritanis.

Turritano Archiepiscopo et Suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Decano et Archidiacono Turritanis.

Alborensi Archiepiscopo et Suffraganeis eius et Magistris eiusdem provincie et Decano et Archidiacono Alborensibus.

112. — *Romae apud Sanctum Petrum 21 Novembris.*

Abbati et fratribus Aquicinensibus confirmat altare de Oisiaco, quod est iuxta Cameracum, cum omnibus appendicibus suis. Romae apud Sanctum Petrum XI. Kalendas Decembris anno primo. — *Analecta iuris canonici ad ann. 1875; Horoy H-i opp. omn. II. 89. n. 64.* — « IN EO SVMVS. »

113. — *Romae apud Sanctum Petrum 22 Novembris.*

« (Brunwardo) Szirinensi et (Henrico) Racesburgensi Episcopis et Preposito Racesburgensi. » Iniungit Pontifex ut iudicent controversiam super institutione praepositurae ecclesiae Sagebergensis quam Lubicensis episcopus diocesanus, cassato Iohanne Albo multipliciter excommunicato ac intruso, a manu laicali investito, divina officia in excommunicatione celebrante, T. canonico Novimonasterii contulerat. Romae apud Sanctum Petrum X. Kal. Decemb. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 60. fol. 15; Rodenberg Ep. Sel. 5. n. 6.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

114. — *Romae apud Sanctum Petrum 22 Novembris.*

« Episcopo Ambianensi. » Concedit ut dispensare possit super executione officii cum clericis suae dioecesis, qui per extraneos episcopos se fecerunt, ut asserunt, in presbyteros ordinare, dummodo de eorum promotione constiterit, et nihil canonicum quid

obstiterit. Romae apud Sanctum Petrum X. Kal. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 61. fol. 16; Horoy H-i opp. omn. II. 93. n. 66. ex mss. du Theil.* — « Ex parte tva. »

115. — *Romae apud Sanctum Petrum 22 Novembris.*

« Officialibus Remensis Archiepiscopi. » Eos reprehendit quod suspensionis et excommunicationis sententias in subditos Ambianensis episcopi contra iustitiam promulgent, et alias in multis vexent eosdem: quod nisi cessent, ait « se litteras daturum Vrsicampi et Longipontis Abbatibus Noviomensis et Suessionensis diocesum nec non Decano Suessionensi, ut eos per censuras ecclesiasticas previa ratione compellant. » Romae apud Sanctum Petrum X. Kal. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 62. fol. 16; Horoy H-i opp. omn. II. 93. n. 67. ex mss. du Theil.* — « Avdivimvs qvod transgredientes. »

116. — *Romae apud Sanctum Petrum 22 Novembris*

« Henrico illustri Regi Castelle. » Vt Toletanae ecclesiae ablata ab ipso et ab aliis principibus restituant, alioquin scribet episcopis Conchensi, Seguntino et Placentino ut molestatores censuris compescant. Romae apud Sanctum Petrum X. Kal. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 89. fol. 22; Mss. Vallicell. I. 53; de ea mentionem facit Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 44.* — « Accepimvs venerabili fratre. »

Cod. Vat. et mss. Vallicell. addunt: Illis scriptum est super hoc.

117. — *Romae apud Sanctum Petrum 23 Novembris.*

« Pataviensi Episcopo. » Auditis quae E. canonicus suus contra ipsum proposuit coram Papa, consideratis meritis ipsius negotii diligenter, ecclesiae suae quoque necessitate et utilitate pensata, ei ab ipsius canonici impetitione absolutionem concedit. Romae apud Sanctum Petrum VIIII. Kal. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 77. fol. 19.* — « Visis et avditis. »

118. — *Romae apud Sanctum Petrum 24 Novembris.*

« De Salem et de Petri Domo et in Cruceliengen Abbatibus Constantiensis diocesis. » Mandat ut, quemadmodum iudices statuerunt, Ortolfum presbyterum inducant in possessionem ecclesiae in Phullindorf, et inductum defendant contra Rudigerium Tridentinae dioecesis. Romae apud Sanctum Petrum VIII. Kal. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 71. fol. 18.* — « Cvm venerabilis frater. »

119. — *Romae apud Sanctum Petrum 24 Novembris.*

« Abbati de Sichem Alverstadensis diocesis et de Northusen Maguntine diocesis et sancti Iohannis Alverstadensis Prepositis. » Mandat ut in controversia super archidiaconatu sancti Andreae Ildesemensis inter praepositum de Brunesvic et T. canonicum Ildesemensem, cui a (Conrado) quondam episcopo Ildesemensi tunc vinculo excommunicationis adstricto concessus fuerat, sententiam episcopi Albanensis et L. tit. S. Crucis presbyteri Cardinalis ratam habeant, quibus « cum constaret tam per instrumenta, quam per testes inductos, Ildesemensem episcopum eo tempore quo archidiaconatum contulit canonico sepefato excommunicationis vinculo fuisse innodatum, nec eum constiterit appellasse, nec appellationem suam intra tempus legitimum prosecutum, archidiaconatum ipsum sententialiter adiudicarunt preposito antedicto. » Mandat ut eundem praepositum in ipsius archidiaconatus corporalem possessionem inducant et tueantur. Romae apud S. Petrum VIII. Kal. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 72.*

fol. 18; Würdtwein Nova Subs. III. 51; Potthast 473. n. 5366; Horoy H-i opp. omn. II. 94. n. 68. — « Coram dilecto filio. »

120. — *Romae apud Sanctum Petrum 24 Novembris.*

Bertoldo Lubycensi episcopo postulante, ecclesiam S. Iohannis Baptistae sub b. Petri et sua protectione suscipit, omnesque eius possessiones, quas enumerat, iura ac privilegia confirmat. Romae apud Sanctum Petrum VIII. Kal. Dec. indict. V. incarnat. dom. an. 1216 pont. anno primo. — *Leverkus UB. d. Bisth Lübeck I. 36. n. 31; Potthast 473. n. 5367.* — « In eminenti. »

121. — *Romae apud Sanctum Petrum 25 Novembris.*

« Abbati Sancti Benigni et Priori de Priano Ianuensis diocesis. » Exposita controversia inter canonicos sanctae Mariae de Vineis et capitulum Ianuense super praesentatione canonici in praedicta ecclesia sanctae Mariae de Vineis, mandat ut observari faciant sententiam latam super hoc ab A. subdiacono et cappellano Papae, qui de mandato Apostolico, « habito consilio venerabilis fratris nostri episcopi Albanensis et aliorum prudentum, sepefatum sindicum ecclesie sancte Marie de Vineis ipsius ecclesie nomine sententialiter absolvit ab impetitione capituli. » Romae apud Sanctum Petrum VII. Kal. Decembris anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 75. fol. 19.* — « Cvm olim prepositvs. »

122. — *Romae apud Sanctum Petrum 25 Novembris.*

Priori et canonicis S. Iuvenalis Narniensibus, qui statuerant ut ecclesia sua tantum viginti quatuor canonicos habeat, hoc statutum confirmat. Romae apud Sanctum Petrum VII. Kal. Dec. anno primo. — *Bucciarellus Cathedr. Narnien. eccles. 17; Potthast 473. n. 5368.* — « Cvm de reformatione. »

123. — *Romae apud Sanctum Petrum 26 Novembris.*

« Magistro P. canonico Pragensi et Hermanno fratri eius. » Indulget ut possint ad legitimos actus admitti et ad sacros ordines promoveri ad quos impediebantur, cum « ante adventum cuiusquam Legati Sedis Apostolice in Polonia, pater vester adhuc in minoribus ordinibus constitutus matrem vestram virginem duxerit in uxorem, et iuxta regionis consuetudinem que nondum illic erat prohibita, se ad sacros fecerat ordines promoveri, vosque iam diaconus seu presbyter suscepit ex eadem. » Romae apud Sanctum Petrum VI. Kal. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 63. fol. 16; mutila apud Erben Reg. Bohem. I. 268. n. 571; cf. Palacky Reise 20. n. 50; Potthast 473. n. 5369.* — « Apostolice sedis. »

124. — *Romae apud Sanctum Petrum 26 Novembris.*

« (Bertholdo) Archiepiscopo Colocensi. » Indulget ut « quedam beneficia, que magistratus ecclesiarum vulgariter nuncupantur non habentia curam animarum adnexam » prout hactenus consuevit, personis idoneis adsignare possit. Romae apud Sanctum Petrum VI. Kal. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 66. fol. 16; Theiner Mon. Hung. Sacr. tom. I. 4. n. 3; Fejér Cod. Dipl. III. I. 185; Potthast 473. n. 5370; Horoy H-i opp. omn. II. 96. n. 69.* — « Svper familiam domini. »

125. — *Romae apud Sanctum Petrum 27 Novembris.*

« (Aegidio) de Signiaco et (Roberto) de Valle Regis Abbatibus Cisterciensis Ordinis Remensis diocesis. » Scribit ut (Iohannem) comitem de Roceio ab excommunicatione absolvant, qui ignorans latam in L(udovicum) natum regis Francorum excommunicationis sententiam, cum eo in Angliam transfretaverat. Romae apud Sanctum Pe-

trum V. Kal. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 59. fol. 15; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Bouquet Rec. XIX. 614; Potthast 473. n. 5371; Horoy H-i opp. omn. II. 97. n. 70.* — « SICVT CIRCA. »

126. — *Romae apud Sanctum Petrum 28 Novembris.*

« (Norandino) Episcopo Veronensi. » Iniungit ut licentiam concedat M. presbytero suae dioecesis qui bis, ut credit, in subdiaconatu fuit ordinatus, sacerdotale officium exercendi, iniuncta ei poenitentia competenti. Romae apud Sanctum Petrum IIII. Kal. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 76. fol. 19; Biancolini Serie de' Vescovi di Verona 84. n. 8; Potthast 473. n. 5372; Horoy H-i opp. omn. II. 98. n. 71.* — « PER TVAS NOBIS. »

127. — *Romae apud Sanctum Petrum 28 Novembris.*

« Abbati Caroliloci Silvanectensis diocesis et Decano Silvanectensi. » Committit eis visitationem monasterii Corbeiensis, quoniam abbas sancti Maglorii ab hoc officio ei ab Innocentio (III) iniuncto dispensari petierit, eosque monet ut huius visitationis officium secundum tenorem litterarum Innocentii diligenter atque sollicite adimpleant. Romae apud Sanctum Petrum IIII. Kal. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 97. fol. 24; cf. Manrique Ann. Cist. IV. 87; Potthast 473. n. 5373; Horoy H-i opp. omn. II. 99. n. 72. ex mss. du Theil.* — « CVM FELICIS MEMORIE. »

128. — *Romae apud Sanctum Petrum 28 Novembris.*

« Andree et Andreotto fundatoribus ecclesie hospitalis Beati Mathei in Vrbe apud Merulanam. » Ecclesiam et Hospitale praefatum cum omnibus bonis quae in praesentiarum rationabiliter possident et in futurum iuxtis modis poterunt adipisci sub Beati Petri protectione suscipit. Romae apud Sanctum Petrum IIII. Kal. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 214. fol. 55; Mss. Vallicell. I. 53.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

129. — *Romae apud Sanctum Petrum 29 Novembris.*

« Episcopo Suessionensi et Cluniacensi et Longipontis Abbatibus Matisconensis et Suessionensis diocesum. » Vt apostolico conspectui praesentare faciant Erardum de Brena, Philippam filiam quondam Henrici comitis Campaniae, Blancam comitissam Campaniae et Theobaldum natum eius pro causa super defectu natalium ipsius Philippae iuxta litteras Papae Innocentii (III). Romae apud S. Petrum III. Kal. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 78. fol. 19; Mss. Vallicell. I. 53; cf. Jubainville Comtes de Champagne V. 108. n. 1027; Potthast 473. n. 5374; Horoy H-i opp. omn. II. 99. n. 73. ex mss. du Theil.* — « CVM BONE MEMORIE. »

130. — *Romae apud Sanctum Petrum 1 Decembris.*

« Abbati Sancte Marie Fontis Laureati eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Privilegia confirmat, eosque eorumque terras recipit sub Beati Petri protectione. Dat. Romae apud Sanctum Petrum per manum Ranerii prioris Sancti Fridiani Lucani Vicecancellarii Kal. Dec. Indict. V. incarn. dominicae anno MCCXV. (sic) Pontificatus vero Honorii PP. III. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 73. fol. 18; nominatur tantum apud Vghelli Ital. Sacr. X. 458; Potthast 471. n. 5352. (sub die 1 Nov.).* — « RELIGIOSAM VITAM. »

131. — *Romae apud Sanctum Petrum 1 Decembris.*

« Nobilibus viris Baronibus in Anglorum regno constitutis qui nondum ad mandatum Apostolice Sedis redierunt spiritum consilii

sanionis. » Vt, omni rancore deposito, ad fidelitatem regis Angliae celeriter redeant, quia contra I(ohannem) eius patrem se rebellaverant, « cum cessante causa cessare debet et effectus... cum iuxta verbum Domini nec pater filii, nec filius patris debeat iniquitatem portare. » Datum Romae apud Sanctum Petrum Kal. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 82. fol. 21; Musaeum Britann. add. mss. 15351; mutila apud Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 36; Potthast 473. n. 5375; Horoy H-i opp. omn. II. 100. n. 74.* — « Etsi hactenvs. »

132. — *Romae apud Sanctum Petrum 1 Decembris.*

« Decano et capitulo Compostellanis. » Respondet Pontifex de quibusdam frivolis dubitationibus circa vicesimam fructuum solvendam in subsidium Terrae Sanctae. Romae apud Sanctum Petrum Kal. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 88. fol. 22.* — « Si diligenti. »

133. — *Romae apud Sanctum Petrum 1 Decembris.*

« Civibus Beneventanis. » Cum « civitas Beneventana huiusmodi gavisa sit libertate quod quicumque dummodo liber eligit habitationem ipsius, et Nobis et Ecclesie Romane fidelitatis exhibeat iuramentum censeri debeat ab omnibus tamquam civis; » inhibet « ne quis eos qui ad ipsius civitatis transeant incolatum presumant (sic) compellere ut ad habitationes redeant derelictas. » Romae apud Sanctum Petrum Kal. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 91. fol. 23; Horoy H-i opp. omn. II. 102. n. 75; Rodenberg Epist. Sel. 6. n. 7.* — « Cvm a longis retro. »

134. — *Romae apud Sanctum Petrum 1 Decembris.*

« Magistro Sancte Crucis et Tecelino et Alardo Sancti Anniani canonici Aurelianensibus. » Mandat ut in conventu sancti Samsonis Aurelianensi, si eidem ecclesiae expedierit, I. sacerdotem iam expulsum quasi de novo recipiant, iniuncta ipsi poenitentia quam viderint expedire. Romae apud Sanctum Petrum Kal. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 98. fol. 24; Horoy H-i opp. omn. II. 102. n. 76. ex mss. du Theil.* — « Dilectvs filivs. »

135. — *Romae apud Sanctum Petrum 1 Decembris.*

(Alberico) Archiepiscopo Remensi et suffraganeis eius praecipit, ut illos qui possessiones et res fratrum Fusniacen., Cisterciensis ordinis, irreverenter invaserint, etc., excommunicationis sententia percellant etc. Romae apud Sanctum Petrum Kal. Dec. anno primo. — *Horoy H-i opp, omn. II. 103. n. 77.* — « Non absqve dolore. »

136. — *Romae apud Sanctum Petrum 2 Decembris.*

« Abbati de Campo Regiano. » Mandat « quatinus cessionem G. Abbatis S. Petri de Perusio, quam fieri volumus cum resignatione instrumentorum ipsius monasterii, recipias vice nostra, et iniungens monachis dicti loci ut personam idoneam sibi canonice et concorditer eligant in abbatem, prefato G. cum ipsorum monachorum consilio provideas in aliqua de obedientiis monasterii memorati. » Romae apud Sanctum Petrum IIII. Non. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 70. fol. 17.* — « Presentivm tibi. »

137. — *Romae apud Sanctum Petrum 2 Decembris.*

« A. Salzburgensi (Salisberiensi *Ciron.*, Haresbensi *Decr. Gregorii IX*) et F. Bertesgademsi (Bregadensi *Ciron.*, Bengadensi *Decr. Greg.*) Prepositis. » Hiis postulantibus an professis Ordinem Regularem quorum unus crucesignatus et alter crucis caractere desiderat insigniri liceat vicesimam proven-

tuum ecclesiarum suarum deputatam succursui Terrae Sanctae deferre secum, ut per ipsos proficiat Terrae illius succursui, respondet: « si ecclesie vestre alias per absentiam vestram enormiter non ledantur, et vos utiles fueritis Terre Domini verbo pariter et exemplo, quod conscientie vestre duximus relinquendum, dimissis procuratoribus idoneis in ecclesiis vestris, potestis et tenemini votum peregrinationis implere, ac sic potest in usus vestros transire vicesima ecclesiarum vestrarum deputata subsidio Terre Sancte. » Romae apud Sanctum Petrum IIII. Non. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 86. fol. 21; Decretal. H-i III. lib. 3. tit. 20.* De Statu Mon. *c. 1. ed. Cironius 222; Decret. Gregorii IX. lib. 3. tit. 34.* De Voto. *c. 11; ap. Boehmer Corp. II. 557. (an. 1220); Richter Corp. II. 573; Rodenberg Epist. Sel. 7. n. 8; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. III. tit. XXIV. cap. XI. p. 595. (absque signo chronologico); Potthast 673. n. 7814. et in App. p. 2062. n. 5377a-25683.* — « POSTVLASTIS PER VESTRAS LITTERAS. »

Ex Cod. Vat.: Scriptum est super hoc in eundem fere modum (Eberhardo) Archiepiscopo Salzburgensi, ut crucesignati eius provincie se parent ad transfretandum in proximo futuro passaggio. Dat. ut supra.

138. — *Romae apud Sanctum Petrum 2 Decembris.*

« Episcopo Lucano. » Ne ipse infamet, aut infamari permittat monachos ordinis Floris de crimine haeresis occasione libri, quem Abbas Ioachim eiusdem ordinis institutor edidit contra magistrum Petrum Lombardum de unitate seu essentia Trinitatis, in concilio Lateranensi damnati, cum concilium expresse dicat nolle se propterea ordini Florescensi praeiudicare. Dat. Romae apud Sanctum Petrum IIII. Non. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 87. fol. 22; Mss. Vallicell. I. 53; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 29; Horoy H-i opp. omn. II. 104. n. 78. ex mss. du Theil.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

139. — *Romae apud Sanctum Petrum 2 Decembris.*

« Iacobo de Olibola civi Beneventano. » Scribit Pontifex laudans eius fidem et devotionem erga Sedem Apostolicam, personam et bona eius recipit sub protectione Beati Petri, indulget ut nulli concivi suo in quaestione aliqua, quae duarum unciarum summam excedit, teneatur in iudicio respondere nisi in Papae vel Legati Sedis Apostolicae praesentia, vel coram iudicibus quos ipse Iacobus cum adversario suo communi elegerint voluntate, non obstante statuto vel consuetudine aliqua civitatis. Romae apud Sanctum Petrum IIII. Non. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 98[a]. fol. 24.* — « DIGNVM EST. »

140. — *Romae apud Sanctum Petrum 2 Decembris.*

Abbati et conventui Montis Virginis (ord. S. Ben. Avellan. dioc.) possessiones et redditus per ordinationem Donati abbatis et conventus refectioni pauperum et fratrum monasterii in Coena Domini deputatos confirmat. Romae ap. S. Petrum IV. Non. Dec. anno primo. — *Mastrullo Monte Vergine sagro 133; Potthast 473. n. 5377.* — « CVM A NOBIS. »

141. — *Romae apud Sanctum Petrum 3 Decembris.*

« Archiepiscopis et episcopis per regnum Francie constitutis. » Postquam in memoriam revocavit quae de dissidio circa comitatum Trecensem Innocentius PP. III et Philippus rex Francorum statuerunt, mandat, ut Erardum de Brena et Philippam eius uxorem ad implendum apostolicum mandatum per censuram ecclesiasticam compellant. Romae apud Sanctum Petrum III. Non. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1.*

epist. 79. fol. 20; Bouquet Rec. XIX. 615. (sine signo chronol. et mutila); Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 41-43; cf. Jubainville Comtes de Champagne V. 108. n. 129; Potthast p. 474. n. 5379; Horoy H-i opp. omn. II. 108. n. 83. — « OLIM CVM AGERETVR. »

142. — *Romae apud Sanctum Petrum 3 Decembris.*

« G(ualae) tituli S. Martini Presbytero Cardinali Ap. Sedis Legato (in Anglia). » Condolet de morte Iohannis regis Angliae, eique committit curam filiorum eius; mandat ut iuramenta quae barones Angliae contra regem praedictum Ludovico primogenito (Philippi) regis Francorum vel aliis praestiterunt, denunciet tanquam illicita non servanda. Romae apud Sanctum Petrum III. Non. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 80. fol. 20; Fragm. apud Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 34-35; Potthast 473. n. 5378; Horoy H-i opp. omn. II. 105. n. 79. ex mss. du Theil.* — « DVRIS NOBIS RVMORIBVS. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum Wintoniensi episcopo usque « mandantes: » quatinus sicut vir constans et fortis dilatato corde ac prompto animo in fidelitate pupillorum ipsorum prout decet virum strenuum firmiter perseverans circa regni defensionem et curam ipsorum invigilans sollicitudine circumspecta, opponens te murum firmissimum ascendentibus ex adverso et dilecto filio G. tit. sancti Martini.. vice nostra assistens etc.

In e. m. Wigorniensi episcopo.

In e. m. Episcopo Exoniensi.

In e. m. Archiepiscopo Dublinensi.

In e. m. scriptum est verbis competenter mutatis nobilibus viris Baronibus citra mare in fidelitate regia persistentibus.

In e. m. Burdegalensi Archiepiscopo et No. vi. Baronibus citra mare in fidelitate Regis Anglie permanentibus.

143. — *Romae apud Sanctum Petrum 3 Decembris.*

« Nobili viro W. comiti Pambrohc Marescalco Anglie. » Gratulatur quod in fidelitate regia se contineat, hortaturque eum ut in eadem fidelitate perseveret. Romae apud Sanctum Petrum III. Nonas Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 84. fol. 21; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Horoy H-i opp. omn. II. 107. n. 81. ex mss. du Theil.* — « GRATVM GERIMVS. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum Nobili viro Savarico de Maloleone.

In e. m. Nobili viro I. comiti de Arundellis.

In e. m. Nobili viro comiti Guarenensi.

In e. m. Nobili viro Huberto de Burgo Iustitiario Anglie.

144. — *Romae apud Sanctum Petrum 3 Decembris.*

« Capitulo Beneventano. » Confirmat castrum Cepparon. cum omnibus pertinentiis suis sicut illud iuste et pacifice possident. Romae apud Sanctum Petrum III. Nonas Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 92. fol. 23; Horoy H-i opp. omn. II. 108. n. 82.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

145. — *Romae apud Sanctum Petrum 3 Decembris.*

« Episcopo et Magistro I. Canonico Agathensibus. » Vt super ordinibus iam susceptis et aliis suscipiendis dispensent cum G. monaco Sancti Pontii, qui, cum olim infra annum quintodecimum aetatis suae manus iniiciens in clericum violentas in canonem latae sententiae incidisset, postmodum iuris ignarum et factum non recolens, antequam absolutionis beneficium obtinuisset, se ad dictos ordines fecerat promoveri poenitentia competenti ei iniuncta. Romae apud Sanctum Petrum III. Nonas Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 103. fol. 25; Horoy H-i opp. omn. II. 107. n. 80.* — « PORRECTA NOBIS. »

146. — *Romae apud Sanctum Petrum 3 Decembris.*

« Capitulo Eboracensi. » Mandat Pontifex ut Priori et Canonicis Sancti Oswaldi de Nostle ecclesiam de Bramehã cum pertinentiis suis, ad eosdem, ratione praebendae quam in ecclesia Eboracensi obtinent, pertinentem restituant una cum fructibus exinde perceptis, ipsosque de damnis et iniuriis illatis satisfaciant, alioquin iniunget abbatibus de Burtoñ et de Derleia et archidiacono de Derbi Conventrensis dioecesis ut ad id eos compellant. Romae apud Sanctum Petrum III. Non. Decembris anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 344. fol. 90.* — « OBLATA NOBIS. »

Cod. Vat. addit: Illis scriptum est super hoc.

147. — *Laterani 3 Decembris.*

Ambianensi episcopo mandat Honorius ut procedat per ecclesiasticas censuras contra iniuriatores et bonorum detractores capituli Ambianensis. Laterani III. Non. Dec. anno primo. — *Ex cartulario mss. capituli Ecclesiae cathedralis Ambianensis; Horoy H-i opp. omn. II. 126. n. 95. (11 Dec.).* — « CVM DILECTI FILII. »

148. — *3 Decembris.*

Zeigt der Bürgerschaft Cremonas die Weihe ihres Bischofs an. — *Göttinger gel. Anzeigen 1873. p. 1685. not; Potthast append. 2063. n. 5379f-25692.*

149. — *Romae apud Sanctum Petrum 4 Decembris.*

« Abbati de Alchingen et de Vrspert (sic) et de Herbrehtigen Prepositis Augustensis diocesis. » Mandat ut in controversia inter praepositum et episcopum Eistetensem, qui eumdem praepositum non confessum vel convinctum de periurio sententialiter condemnavit, beneficiis suis destituens, iuris ordine non servato, sententiam G. tituli S. Theodori Diaconi Cardinalis ratam et firmam habeant, reducentes in statum pristinum quidquid occasione sententiae ipsius episcopi invenerint contra supradictum praepositum temere attemptatum, eumdemque non patiantur praetextu eiusdem sententiae indebite molestari. Romae apud Sanctum Petrum II. Non. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 96. fol. 23.* — « CORAM DILECTO FILIO. »

150. — *Romae apud Sanctum Petrum 4 Decembris.*

« Episcopo et Capitulo Venetensibus. » Scribit Pontifex ut exequi permittant sacerdotale officium Iohanni sacerdoti, qui, eo referente, cum die quadam pulsaret campanas ut signo dato conveniret populus ad divina, cadens tintinnabulum percussit puerum quemdam, qui post mensem propter vulnus acceptum decessit, « ipsi enim sacerdoti qui dabat operam rei licite nihil potuit imputari si casus omnes fortuitos non previdit. » Romae apud Sanctum Petrum II. Non. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 99. fol. 24; Decret. H-i III. lib. 5. tit. 6.* De homic. *c. 3. ed. Cironius 278; Decr. Gregorii IX. lib. 5. tit. 12.* De homic. *c. 23; Boehmer Corp. II. 767. (an. 1212); Richter Corp. II. 774; Potthast 675. n. 7839. Append. p. 2063. n. 5379g; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. V. tit. XII. c. XXIII. p. 803.* — « IOHANNES SACERDOS. »

151. — *Romae apud Sanctum Petrum 5 Decembris.*

« Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum prelatis, principibus, baronibus et universo populo per Franciam constitutis. » Vt se parent ad proxime futuram transfretationem in Terram Sanctam, archiepiscopo Tyrensi verbum Domini praedicanti humiliter intendentes. Romae apud Sanctum Petrum Non. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 81. fol. 20; Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 22-23; Potthast 474. n. 5381; Horoy H-i opp. omn. II. 110. n. 84;*

Rodenberg Epist. Select. p. 7. n. 9. — « CVM DICATVR NOBIS. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus et aliis ecclesiarum prelatis, principibus, baronibus et universo populo per Teutoniam constitutis.

152. — *Romae apud Sanctum Petrum 5 Decembris.*

« Rectori, clero, consulibus et populo Beneventanis. » Suum erga Beneventanam civitatem benevolentiae studium profitetur: asserit se C. et I(acobum) de Olibola eorum nuntios recepisse eosque exaudire studuisse; taxatum bullae praetium, quod solet ab his exigi qui litteras apostolicas impetrant, relaxat, hortaturque eos ut in devotione Apostolicae Sedis et Papae ita se exhibeant ut merito maiora sperare possint. Romae apud Sanctum Petrum Non. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 93. fol. 23; Fragm. apud Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 28; Rodenberg Epist. Select. p. 8. n. 10.* — « CVM NON POSSIT. »

153. — *Romae apud Sanctam Sabinam 5 Decembris.*

(Hermanno) Episcopo, praeposito ac decano ecclesiae Osiliensis. Romae apud S. Sabinam non. Dec. anno primo. — *Haec bulla quam Dogiel. Cod. Dipl. Polon. V. 5. perperam Honorio III tribuit, ex Honorii IV cancellaria prodiit; vid. 1285. Dec. 5. Potthast 474. et 1804. n. 22335.*

154. — *Romae apud Sanctum Petrum 6 Decembris.*

« (Arnaldo) Cisterciensi et (Conrado) Clarevallensi Abbatibus. » Vt (Philippum) regem Franciae adeuntes eum moneant ad pacem ineundam cum filiis quondam I(ohannis) regis Angliae. Romae apud S. Petrum VIII. Id. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 83. fol. 21; Musaeum Britann. Add. mss. 15351; Manrique Ann. Cister. IV. 86; mutila apud Raynaldi Ann. Eccl. 1216 n. 37-38; Potthast 474. n. 5382; Horoy H-i opp. omn. II. 112. n. 85.* — « ET SI HACTENVS. »

155. — *Romae apud Sanctum Petrum 7 Decembris.*

« Suppriori et Conventui de Caritate. » Praecipit ut Cluniacensi ecclesiae sicut membra capiti humiliter obsequentes iuxta Cluniacensis ordinis instituta reverentiam et obedientiam profiteantur. Romae apud Sanctum Petrum VII. Idus Decem. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 90. fol. 22; Horoy H-i opp. omn. II. 113. n. 86. ex mss. du Theil.* — « LICET PRO CERTO. »

156. — *Romae apud Sanctum Petrum 7 Decembris.*

« Episcopo, Archidiacono et Cantori Matisconensibus. » Cum maxime dispendiosum sit et grave abbati et conventui de Maceriis Cisterciensis Ordinis in singulis querelis Apostolicam Sedem adire, hinc praecipit « cum a predictis abbate et conventu fueritis requisiti, malefactores eorum in Lugdunensi provincia constitutos ut eis ablata restituant, et de damnis et iniuriis irrogatis satisfaciant competenter, vel in aliquos compromittant qui appellatione remota iustitia mediante procedant, per censuram ecclesiasticam, sublato appellationis diffugio, compellatis. » Romae apud Sanctum Petrum VII. Id. Dec. anno primo — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 102. fol. 25; Horoy H-i opp. omn. II. 114. n. 87. ex mss. du Theil.* — « QVONIAM NIMIS DISPENDIOSVM. »

157. — *Romae apud Sanctum Petrum 7 Decembris.*

« Thedisio Agathensi Episcopo eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. » Eius supplicationi annuens Pontifex, ecclesiam Agathensem ad exemplar Adriani PP. IV. sub protectione Sancti Petri

recipit cum omnibus suis possessionibus, bonis et iuribus quae sigillatim recenset. Romae apud Sanctum Petrum per manum Ranerii Prioris Sancti Fridiani Lucani Sancte Rom. Eccl. Vicecancellarii VII. Id. Dec. Incarnationis dominice anno MCCXVI. Indict. V. Pontificatus vero Domni Honorii PP. III. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 106. fol. 26; vide apud Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 46; Horoy H-i opp. omn. II. 115. n. 88. ex mss. du Theil.* — « In eminenti apostolice sedis. »

158. — *Romae apud Sanctum Petrum 7 Decembris.*

« Abbati Sancti Iohannis Senonensis. » Vt cum quibusdam canonicis suis qui « excomunicationis aliquando sententia innodati non ex contemptu sed negligentia et ignorantia divina officia celebrarunt, ne ipsi propter hoc ad Sedem Apostolicam personaliter laborantes materiam habeant evagandi, » dispensent, iniuncta eis competenti poenitentia. Romae apud Sanctum Petrum VII. Id. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 112. fol. 28; Horoy H-i opp. omn. II. 117. n. 89. ex mss. du Theil.* — « Tva nobis devotio. »

159. — *Romae apud Sanctum Petrum 7 Decembris.*

« Magistro R. Scriptori et familiari nostro canonico Massiliensi. » Ad exemplar Innocentii (III) beneficium quod per G. episcopum et B. successorem eius tunc praepositum Magalonensem in ecclesia Sancti Andreae Novegentis, non parochiata, (sic) cum quibusdam decimis in castro de Balazuco et in ecclesia Sanctae Caeciliae de Tribus Lupis Magalonensis dioecesis percipiendis assecutus est, confirmat. Romae apud Sanctum Petrum VII. Idus Decembris anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 117. fol. 29.* — « Sacrosancta Romana Ecclesia. »

160. — *Romae apud Sanctum Petrum 8 Decembris.*

« Priori et Canonicis Sancti Oswaldi de Nostlet. » His postulantibus indulget « ut decendentibus personis parrochialium ecclesiarum nostrarum liceat vobis in eisdem ecclesiis auctoritate presentium quatuor vel tres ad minus de vestris fratribus ponere, quorum unus diocesano episcopo presentetur ut ab eo curam recipiat animarum. » Romae apud Sanctum Petrum VI. Id. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 85. fol. 21; Musaeum Britann. Add. mss. 15351.* — « Eorvm nos convenit. »

161. — *Romae apud Sanctum Petrum 8 Decembris.*

« Hermanno Magistro Hospitalis Sancte Marie Alemannorum Ierosolimitani eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regulariter substituendis in perpetuum. » Eorum postulationibus clementer annuens, Hospitale in quo Domino mancipati sunt, ad exemplar Caelestini et Innocentii Romanorum Pontificum, sub Beati Petri et Apostolica protectione suscipit, terras et possessiones singillatim confirmat, libertates et immunitates ratas habet, aliasque de novo concedit. Romae apud S. Petrum per manum Ranerii Prioris Sancti Fridiani Lucani Sancte Rom. Eccl. Vicecancellarii VI. Id. Dec. Incarnat. Dom. MCCXVI. ind. V. Pontif. Domni Honorii PP. III. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 95. fol. 23; Hennes UB. I. 26. n. 25; Strehlke Tab. 272. n. 303; cf. Napiersky Index I. 2. n. 6; Potthast 474. n. 5386.* — « Affectvm ivsta postvlantibvs. »

162. — *Romae apud Sanctum Petrum 8 Decembris.*

« Nobili viro R(aimundo) comiti Fuxiensi. » Nunciat se Magalonensi episcopo et Priori Fontis Frigidi Narbonensis dioecesis litteras dedisse ut ab eo, a filio, et

nepote eius recipiant sufficientem iuratoriam et fideiussoriam cautionem, quod negotium pacis et fidei non turbabunt, immo pacis formam servabunt in illis partibus constitutam, recipientes etiam super hoc literas eius patentes in quibus contineatur expresse, quod si contra facere temptaverint castrum Fuxi incidet in Ecclesiae Romanae potestatem, commissum abbati sancti Tiberii qui castrum praedictum hactenus custodivit, et quindecim millia solidorum Malguriensium pro expensarum parte, quas in custodia ipsius castri fecisse dignoscitur, faciant ab eo solvi, quibus rite pactis idem castrum faciant ipsi reddi. Romae apud Sanctum Petrum VI. Id. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 100. fol. 24; Bouquet Rec. XIX. 617; Potthast 474. n. 5384; Horoy H-i opp. omn. II. 118. n. 90.* — « Cvm olim a dilecto. »

In eundem fere modum scriptum est super hoc (Bernardo) episcopo Magalonensi et Priori Fontis Frigidi Narbonen. dioecesis. — *Cod. Vat. l. c.; Petr. de Marca Hist. de Béarn 748; Potthast l. c.*

163. — *Romae apud Sanctum Petrum 8 Decembris.*

« (Berengario) Abbati Sancti Tiberii. » Significat se scripsisse episcopo Magalonensi et priori Fontis Frigidi Narbonensis dioecesis super cautione recipienda a comite Fuxensi e Rogerio Bernardi filio, et a Rogerio de Cammengia nepote suo, quod negotium pacis et fidei non perturbent, immo pacis formam observent in illis partibus, et quindecim millia solidorum Malguriensium ei qui castrum (Fuxi) custodivit, et quae in ipsius custodia expenderat, persolvi faciant. Romae apud Sanctum Petrum VI. Id. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 101. fol. 25; Manrique Ann. Cist. IV. 103. (VI. Kal. Dec.); Potthast 474. n. 5383; Horoy H-i opp. omn. II. 124. n. 92.* — « Noverit tva devotio. »

164. — *Romae apud Sanctum Petrum 8 Decembris.*

Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis mandat atque praecipit, compellant per censuram ecclesiasticam presbyteros et clericos suos, ut ab indebita molestatione fratrum militiae Templi super tertia parte omnium bonorum hominum suorum qui post se relinquunt haeredem, penitus desistant. Romae apud Sanctum Petrum VI. Id. Dec. anno primo. — *Registrum episc. Aberdon. II. 260; Potthast 474. n. 5385.* — « Ex parte dilectorvm. »

165. — *Romae apud Sanctum Petrum 9 Decembris.*

« Episcopo et Abbati Sancte Trinitatis Militensibus. » Vt super electione Grimaldi monachi Montis Regalis in abbatem conventus sancti Iuliani de Calabria, videlicet de ipsius electionis modo, de eligentium studiis et electi meritis inquirant, eosque monet ut electionem, si de persona idonea et canonice facta fuerit, confirment, alioquin ea cassata, eidem monasterio de persona idonea per electionem canonicam provideri faciant. Romae apud Sanctum Petrum V. Id. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 94. fol. 23.* — « Presentate nobis. »

166. — *Romae apud Sanctum Petrum 9 Decembris.*

« Aznario Lupi Scolari. » Huic supplicanti indulget, ut, non obstante quod pater eius coniugatus eum genuerit ex muliere soluta, ad sacros ordines promoveri et ecclesiastica beneficia adipisci possit. Romae apud Sanctum Petrum V. Id. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 111. fol. 28.* — « Apostolice pietatis. »

167. — *Romae apud Sanctum Petrum 9 Decembris.*

« Magistro R. scriptori et familiari nostro canonico Massiliensi. » Scribit Pontifex, recipiens eum eiusque bona, ad exemplar

Innocentii PP. (III) sub apostolica protectione. Romae apud Sanctum Petrum V. Id. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 116. fol. 29; Horoy H-i opp. omn. II. 125. n. 94. ex mss. du Theil.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

168. — *Romae apud Sanctum Petrum 9 Decembris.*

B(lanchae) comitissae et T(heobaldo) nato eius comiti Campaniae nunciat, se eorum nuntios et litteras recepisse, eisque pro missis exeniis gratias agit. Romae apud Sanctum Petrum V. Id. Dec. anno primo. — *Martene Thes. Anecd. I. 856; cf. Jubainville Comtes de Champagne V. 108. n. 1030; Potthast 474. n. 5387; Horoy H-i opp. omn. II. 124. n. 93.* — « AD DEVOTIONEM QVAM. »

169. — *Romae apud Sanctum Petrum 10 Decembris.*

« Magistro Roffrido de Anagnia scriptori nostro. » Indulget, ut non obstante defectu quem ipse patitur ex natalibus, quum videlicet non fuerit de legitimo matrimonio natus, possit ad legitimos actus admitti et ad sacros ordines promoveri. Romae apud Sanctum Petrum IIII. Id. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 105. fol. 26.* — « HII POTISSIMVM. »

170. — *Romae apud Sanctum Petrum 12 Decembris.*

« (Aimardo) Episcopo, (Radulpho) Abbati Sancti Iohannis in Vineis, et (Iohanni) decano Suessionensibus. » Vt vassallos Blanchae comitissae et Theobaldi filii eius comitis Trecensis in eorum fidelitate contineant, quod si forsan, quod absit, domini qui ab eis pro feodis quae tenent ab ipsis fidelitatem et homagium receperunt, resilierit, eos monitione praemissa per censuras ecclesiasticas appellatione postposita compescant. Romae apud Sanctum Petrum II. Id. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 125. fol. 31; Mss. Vallicell. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 618; Potthast 475. n. 5388; Horoy H-i opp. omn. II. 127. n. 97.* — « CVM APOSTOLICE SERVITVTIS. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est eisdem usque « quod absit » qui eisdem fidelitatem vel homagium prestiterunt, (si) vellent ab hoc temeritate aliqua resilire, vos eos ad observandam eisdem fidelitatem et homagium que fecerunt.... compescatis.

171. — *Romae apud Sanctum Petrum 12 Decembris.*

« Capitulo Claromontensi. » Confirmat id quod fuerat statutum, ne absentes canonici fructibus suarum praebendarum gaudeant, non obstante quod hactenus in Claromontensi ecclesia contrarium fuerit observatum. Romae apud S. Petrum II. Id. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 131. fol. 33; Mss. Vall. I. 53; Horoy H-i opp. omn. II. 126. n. 96.* — « PER VESTRAS NOBIS. »

172. — *Romae apud Sanctum Petrum 13 Decembris.*

« Archiepiscopo Bracharensi. » Vt cadaver cuiusdam militis qui in clericum quemdam manus violentas iniecerat et ante obitum beneficium absolutionis petierat et paratus erat habitum religionis assumere, nisi terrae consuetudo repugnet, exhumari et ad ecclesiasticam sepulturam tradi faciat. Romae apud Sanctum Petrum Idib. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 115. fol. 28.* — « DILECTI FILII. »

173. — *Romae apud Sanctum Petrum 13 Decembris.*

« (Iohanni) Abbati Sancte Genovefe, (Iohanni) Priori Sancti Martini de Campis et Cantori Parisiensibus. » Cum Erardus de Brena incestuose coniunctus cum Philippa filia Henrici quondam comitis Trecensis, « cursu concito ad Ianuensem navigans civitatem ut oportunitate adepta quantotiens transal-

pinans contra dilectum filium nobilem virum Th. Trecensem comitem suscitaret scisma si posset, » eisdem praecipit « si quos in Senonensi provincia inveneritis qui predictis Erardo et Philippe super hoc inique presumpserint impendere auxilium vel favorem ab huiusmodi presumptione cessare apell. remot. per cens. eccl. compellatis. » Romae apud Sanctum Petrum Idib. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. ep. 124. fol. 30; Bouquet Rec. XIX. 618; Potthast 475. n. 5389; Horoy H-i opp. omn. II. 132. n. 100. (16 Dec.).* — « CVM FELICIS MEMORIE. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est Episcopo et Abbati S. Iohannis in Vineis et Decano Suessionensibus.

In e. m. scriptum est Cluniacensi et Cisterciensi Abbatibus et Priori de Vergeio. — *Cf. Argumentum ap. Jubainville Comtes de Champagne V. 108. n. 1034; ap. Teulet Layettes I. 439. n. 1202; Potthast l. c.*

174. — *Romae apud Sanctum Petrum 15 Decembris.*

« Archidiacono A. et S. canonicis Laudunensibus. » Absolvi mandat quemdam canonicum Suessionensem qui contra inhibitionem sub poena excomunicationis factam a G(uala) Tituli S. Martini Apostolicae Sedis Legato manicis consutitiis et rostratis sotularibus usus fuerat et nihilominus in subdiaconatus ordine ministravit. Romae apud S. Petrum XVIII. Kal. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 127. fol. 31; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. II. 128. n. 98.* — « G. SVESSIONENSIS CANONICVS. »

175. — *Romae apud Sanctum Petrum 16 Decembris.*

« Autisiodorensi Episcopo et Abbati Virziliacensi et Priori Silviniacensi Eduensis et Claromontensis diocesum. » Significat abbatem Dolensem doluisse coram Innocentio PP. III. de Bituricensi archiepiscopo, eo quod homines in Burgo Dolensi commorantes in praeiudicium monasterii Dolensis sub custodia et protectione recepisset, et multa ex inde damna in idem monasterium redundare; statuit « ut si constiterit quod defensio et custodia omnium hominum qui sunt in Burgo Dolensi nec non et de omni re temporali existente in Burgo ad seculare forum spectante, quicumque conveniat vel conveniatur ibidem, cognitio pertineat ad abbatem. » Romae apud Sanctum Petrum XVII. Kal. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 128. fol. 31.* — « VENERABILI FRATRE. »

176. — *Romae apud Sanctum Petrum 16 Decembris.*

« Burgensibus de Rupella. » Quod quicumque propter varia impedimenta in persona propria proficisci non possit in subsidium Terrae Sanctae, sed suis dumtaxat expensis iuxta facultatem et qualitatem suam viros idoneos destinaverit, de sacri concessione concilii plenam suorum peccatorum veniam obtineat. Romae apud Sanctum Petrum XVII. Kal. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 142. fol. 34; Bibl. de l'éc. des chartes XIX. ann. IV. sér. (1858) IV. 168; Potthast 475. n. 5390; Horoy H-i opp. omn. II. 134. n. 103.* — « AD NOSTRAM NOVERITIS. »

177. — *Laterani 16 Decembris.*

« Episcopo Atrebatensi, abbati de Valcell. Cameracęnsis diocesis et Thesaurario Cameracensi. » Mandat ut in causa inter Noviomensem episcopum et decanum Peronensem Noviomensis dioecesis, super iurisdictione Peronensis castri, procedant iuxta litteras ab Innocentio PP. III. de hoc negotio eisdem datas Perusii XIII. Kal. Iunii Pontificatus an. XIX quae incipiunt « CVM OLIM » in quibus praeceperat ut sententialiter dictam causam terminarent, alioquin ad Papam eam remitterent, tam super consuetudinibus quam super aliis sufficienter

instructam, praeficientes partibus terminum competentem quo se apostolico conspectui repraesentent, iustam, dante Domino, sententiam recepturae. Laterani XVII. Kal. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 156. fol. 37; Horoy H-i opp. omn. II. 129. n. 99.* — « LITTERAS FELICIS RECORDATIONIS. »

178. — *Romae apud Sanctum Petrum 16 Decembris.*

Iuttae abbatissae monasterii in Nutlo (Notteln) advocatiam monasterii sui, quam Adolfus de Holt et Rotgerus de Nutlo ei vice sui coenobii resignaverant, confirmat. Romae apud Sanctum Petrum XVII. (Kal. suppleo) Ian. anno primo. — *Niesert Münster. US. II. 330; cf. Wilmans Westfäl. UB. III. 51. n. 98; Potthast 475. n. 5391; Horoy H-i opp. omn. II. 133. n. 101.* — « CVM A NOBIS. »

179. — *Romae apud Sanctum Petrum 16 Decembris.*

Eidem abbatissae decimas, quas Simon comes de Tekeneburch et quidam alii longis retroactis temporibus tenuerunt, de assensu diocesani episcopi et capituli sui monasterio eius collatas confirmat. Romae apud Sanctum Petrum XVII. Kal. Ian. anno primo. — *Wilmans l. c. 50. n. 97; Potthast 475. n. 5392; Horoy H-i opp. omn. II. 133. n. 102.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

180. — *Romae apud Sanctum Petrum 17 Decembris.*

« (Guillelmo) Meldensi episcopo. » Indulget ut duo ex canonicis ecclesiae Meldensis in eius servitio existentes suarum fructum integre percipiant praebendarum, cum absentes dici non debeant sed praesentes qui secum et in ipsius ecclesiae servitio commorantur. Romae apud Sanctum Petrum XVI. Kal. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 186. fol. 45; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 22. retro; Du Plessis Hist. de Meaux II. 107. n. 242; Potthast 475. n. 5394; Horoy H-i opp. omn. II. 135 n. 104.* — « EX PARTE TVA. »

181. — *Romae apud Sanctum Petrum 18 Decembris.*

« Capitulo Placentino. » Scribit se de eorum ecclesia specialem curam habere quia ad Romanam Ecclesiam nullo pertinet mediante, eosque monet ut cum ab (Othone) archiepiscopo Ianuensi fuerint requisiti de praesulis electione, ipsius archiepiscopi mediante consilio, id faciant. Romae apud Sanctum Petrum XV. Kal. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 109. fol. 28; Campi Hist. di Piacenza II. 388. n. 66; cf. Robolini Notizie III. 1. 93; Potthast 475. n. 5396; Horoy H-i opp. omn. II. 136. n. 105.* — « ETSI EX ASSVMPTE. »

182. — *Romae apud Sanctum Petrum 18 Decembris.*

« Capitulo Astensi. » Nunciat Pontifex canonicatum, quem in ecclesia Astensi obtinebat Magister Peregrinus consecratus in Archiepiscopum Brundusinum, fuisse a se collatum B. Scolari nepoti Magistri Obizonis notarii et subdiaconi ipsius Papae, eisque mandat ut eidem B. stallum in choro et locum in capitulo adsignent. Romae apud Sanctum Petrum XV. Kal. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 114. fol. 28.* — « MAGISTRO PEREGRINO. »

183. — *Romae apud Sanctum Petrum 18 Decembris.*

Capitulo Parmensi iura et rationabiles et approbatas consuetudines ecclesiae suae eis per b. m. G. Albanensem electum tunc legatum Apostolicae Sedis confirmatas confirmat. Romae apud Sanctum Petrum XV. Kal. Ian. anno primo. — *Affò Stor. di Parma III. 330. n. 34; Potthast 475. n. 5395.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

184. — *Romae apud Sanctum Petrum 19 Decembris.*

« Abbati S. Pauli et Scolastico Padeburnensibus et Preposito S. Pauli de Nienkerken (sic) Padeburnensis diocesis. » Lau-

dat fidem et devotionem quam praepositus Brunswicensis erga Sedem Apostolicam habet: mandat ut praeposituram Sancti Severini Coloniensis, quam obtinebat Engelbertus in Archiepiscopum Coloniensem electus, vel aliud beneficium competens eidem liberaliter conferant. Romae apud Sanctum Petrum XIIII. Kal. Ianuar. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 110. fol. 28; Annal. des hist. Vereins f. d. Niederhein IX. (1861) 250; Potthast 475. n. 5397.* — « PROBATA FIDES. »

185. — *Romae apud Sanctum Petrum 19 Decembris.*

« Episcopo Tarvisino et archidiacono Concordiensi. » Mandat ut A(lberto) electo Concordiensi tantum de possessionibus minus utilibus vendendi tribuant licentiam, quantum ad alleviationem debiti Concordiensis ecclesiae expediat. Romae apud Sanctum Petrum XIIII. Kal. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 113. fol. 28; Vghelli Ital. Sac. tom. V. 336; Potthast p. 475. n. 5398.* — « EX LITTERIS. »

186. — *Romae apud Sanctum Petrum 19 Decembris.*

Archiepiscopis et episcopis et aliis ecclesiarum praelatis, ad quos litterae istae pervenerint mandat, ut fratres hospitalis s. Mariae Theutonicorum Hierosolymitani, quos ab ipsorum domo discedere contigerit licentia non obtenta, compellant ut revertantur ad ipsam. Romae apud Sanctum Petrum XIV. Kal. Ian. anno primo. — *Strehlke Tab. 274; De Geer Archieven I. 10. n. 5: Potthast p. 475. n. 5399. append. p. 2064; Horoy H-i opp. omn. II. 137. n. 107.* — « CVM DILECTIS FILIIS. »

187. — *Romae apud Sanctum Petrum 20 Decembris.*

« R. Legionensi et M. Oxomensi Episcopis et F. Archidiacono Oxomensi. » Committit causam quae inter Archiepiscopum Toletanum et Episcopum Abulensem vertitur super quibusdam ecclesiis citra Alpes inter Toletanam et alias dioeceses finitimas, quas praedictus Archiepiscopus dicit fuisse in eius praeiudicium occupatas, in qua quidem causa I(nnocentius) Papa episcopum Albanensem uditorem constituerat. Romae apud Sanctum Petrum XIII. Kal. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 122. fol. 29.* — « VENERABILI FRATRI. »

188. — *Romae apud Sanctum Petrum 20 Decembris.*

« Episcopo Noviomensi. » Iniungit ut arguat et puniat quosdam canonicos conventus S. Bartholomei Noviomensis ordinis S. Augustini, qui, referente abbate eiusdem conventus, incorrigibiliter et rebelles quietem ipsius monasterii saepe turbant, eumque hortatur ut ipsos, si non corrigantur, a dicto monasterio et ab aliis monasteriis eiusdem observantiae removeat. Romae apud Sanctum Petrum XIII. Kal. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 185. fol. 45; Horoy H-i opp. omn. II. 138. n. 108. ex mss. du Theil.* — « DILECTVS FILIVS. »

189. — *Romae apud Sanctum Petrum 21 Decembris.*

« A. Priorisse et Sororibus Monasterii Sancti Iacobi de Monte Mauro Cisterciensis Ordinis. » His supplicantibus concedit, ut a monasterio Sancti Iacobi, quod propter corruptionem aeris et infirmitatem loci habitare commode non possunt, ad ecclesiam Sancti Petri de Mesema ad Sedem Apostolicam immediate spectantem se transferant, et ait se id facere « litteris felicis memorie Alexandri Pape predecessoris nostri diligenter inspectis in quibus idem asserit innotuisse sibi per publicum instrumentum quod bone memorie Sirus Archiepiscopus et capitulum Ianuenses a potestate sua emanciparunt prefatam ecclesiam Sancti Petri eam ab omni iure Ianuensis ecclesie absolutam et liberam

facientes, quare volens in posterum quieti eiusdem ecclesie providere prescriptam libertatem ipsi ecclesie confirmavit. » Romae apud Sanctum Petrum XII. Kal. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 126. fol. 31; Horoy H-i opp. omn. II. 140. n. 110. ex mss. du Theil.* — « MATREM ECCLESIARVM. »

190. — *Romae apud Sanctum Petrum 21 Decembris.*

« P. Abbati et conventui S. Egidii. » His postulantibus confirmat sententiam quam Hugo Regensis Episcopus Apost. Sed. Legatus et Magister Thedisius canonicus Ianuensis nunc Agathensis Episcopus, ab I(nnocentio) Papa delegati pronunciaverunt super possessione Villae S. Egidii pro eorum monasterio contra Raimundum quondam comitem Tolosanum. Romae apud Sanctum Petrum XII. Kal. Dec. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 130. fol. 32.* — « EA QVE IVDICIO. »

191. — *Romae apud Sanctum Petrum 21 Decembris.*

Episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis per Campaniam et Maritimam et Terram Laboris constitutis repetit epistolam Innocentii III dat. VII. Kal. Februarii, ut abbatem et fratres de Casaemario Cisterciensis ordinis contra molestatores et invasores bonorum ipsorum defendant. Romae apud Sanctum Petrum XII. Kal. Ianuarii anno primo. — *Rondinini Monast. de Casaemario 127; Potthast 475. n. 5400; Horoy H-i opp. omn. II. 138. n. 109.* — « NON ABSQVE DOLORE. »

192. — *Romae apud Sanctum Petrum 21 Decembris.*

Le pape défend à tous prêtres et clercs de s'attribuer une part du droit appartenant aux chevaliers du Temple sur la succession de leurs sujets, droit qui était du tiers quand ceux-ci laissaient des héritiers, et de la moitié quand ils ne laissaient ni héritiers, ni femme. Romae apud Sanctum Petrum XII. Kal. Ian. anno primo. — *Archives historiq. du Poitou. I. (Poitiers 1872. gr. 8.°) 93. not.; Potthast 476. n. 5401.*

193. — *Romae apud Sanctum Petrum 22 Decembris.*

« (Dominico) Priori S. Romani Tolosani eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Eos in protectionem recipit, eorumque ordinem cum bonis et privilegiis, quorum plurima nominatim recenset, confirmat. Romae apud Sanctum Petrum per manum Ranerii Prioris Sancti Fridiani Lucani Sanct. Rom. Eccl. Vicecancellarii XI. Kal. Ianuarii Indict. V. Incarn. Domin. anno MCCXVI. Pontif. Honorii PP. III. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 149. fol. 35; Orig. olim in Arch. Praed. Tolosan. nunc in Arch. publico Tolosae; Mss. Vallicel. I. 53; Bzovio. Ann. Eccl. 1216. n. 9; Ripolli Bullar. Praed. I. 2; Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 49; Bull. Rom. Ed. Taur. t. III. p. 309; Quetif et Echard Scrip. Ord. Praed. I. 13; In vita Honorii III. Bern. Guidonis apud Muratori Scr. Rer. Ital. III. 568. B; Brev. Hist. Ordinis Praed. apud Martene Amplis. Collec. VI. 333; Fragm. apud Manrique Ann. Cisterc. IV. 87; Potthast 476. n. 5403; Horoy H-i opp. omn. II. 141. n. 111: Horum aliqui male legunt:* Dat. Romae ap. Sanctam Sabinam. — « RELIGIOSAM VITAM ELIGENTIBVS. »

194. — *Romae apud Sanctum Petrum 22 Decembris.*

« W. Raimundi de Monte Catan. et filio eius spiritum consilii sanioris. » Ne bonum pacis in partibus Wasconiae impediant et ecclesiae ablata restituant. Romae apud Sanctum Petrum XI. Kal. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 231. fol. 59; Mss. Vallicell. I. 53.* — « QVOD VOBIS SALVTATIONIS. »

195. — *Romae apud Sanctum Petrum 22 Decembris.*

« Archiepiscopo Ianuensi et Terdonensi et Parmensi Episcopis et capitulo Placentino. » Vt Bobiensi Episcopo, qui pro ecclesiastica libertate a suis infestatus exulare cogebatur in eorum dioecesibus, subveniant pro eo ac suis provisionem congruam adsignantes. Romae apud Sanctum Petrum XI. Kal. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 526. fol. 129; Mss. Vallicel. I. 53.* — « CERTANTIBVS PRO IVSTITIA. »

196. — *Romae apud Sanctam Sabinam (?) 22 Decembris.*

Fratri Dominico Priori S. Romani Tolosani, aliis litteris confirmat suum Ordinem cum omnibus castris et possessionibus suis habitis et habendis, et sub apostolica protectione suscipit. Romae apud Sanctam Sabinam XI. Kal. Ian. anno primo. — *Bzovio Ann. Eccl. 1216. n. 9; Potthast 476. n. 5402; Horoy H-i opp. omn. II. 144. n. 112.* — « NOS ATTENDENTES. »

197. — *22 Decembris.*

An Cremona wegen Kloster Columba. — *Göttinger gel. Anzeigen 1873. p. 1685. not.; Potthast append. 2065. n. 5403c-25717.*

198. — *Romae apud Sanctum Petrum 23 Decembris.*

« B(erengariae) quondam Anglorum Regine Illustri. » Confirmat concordiam initam inter ipsam et I(ohannem) regem Angliae super dote sua et super arretagiis mille marcarum annui redditus, iuxta regis autenticum quod hic ad verbum refertur eiusque concordiae confirmationem idem rex petierat ab Innocentio Papa III. Romae apud Sanctum Petrum X. Kal. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 161. fol. 39; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 4; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 40; Horoy H-i opp. omn. II. 146. n. 114.* — « CVM IVDICIS SIT. »

199. — *Romae apud Sanctum Petrum 23 Decembris.*

« Archiepiscopo Turonensi et Suffraganeis eius. » Vt B(erengariam) quondam Angliae Reginam a molestantibus defendant, ne cogatur nuntios ad Sedem Apostolicam destinare. Romae apud Sanctum Petrum X. Kal. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 164. fol. 40; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 9. retro; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. Add. mss. 15351; apud Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 40; Horoy H-i opp. omn. II. 149. n. 116. ex mss. du Theil.* — « LICET APOSTOLICE. »

200. — *Romae apud Sanctum Petrum 23 Decembris.*

« Potestati et populo Mutinensibus. » Committit eis custodienda castra Carpi et Montis Baranzonis quae Comitissae Matildis fuerunt, imponitque eis annuum censum sexaginta librarum proveniensium senatus. Romae apud Sanctum Petrum X. Kal. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 171. fol. 42; Huius epistolae tenor similis est epistolae Reg. Vat. 520. fol. 127. hoc signo chronologico notatae.* Romae apud Sanctum Petrum XVI. Kal. Ian. anno primo; *Mss. Vallicel. I. 53; Tiraboschi Stor. di Nonantula I. 470; Potthast 476. n. 5404; Horoy H-i opp. omn. II. 145. n. 113.* — « SEDIS APOSTOLICE PROVIDENTIA. »

201. — *Romae apud Sanctum Petrum 23 Decembris.*

« Archiepiscopo et Archidiacono Redensibus (leg. Redonensibus) et Sacriste Sancti Pauli Narbonensis. » Vt moneant, et, si opus fuerit ecclesiastica censura compescant malefactores et usurarios in Elnensi dioecesi constitutos. Romae apud Sanctum Petrum X. Kal. Ianuarii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 263. fol. 68; Horoy H-i opp. omn. II. 148. n. 115.* — « DILECTI FILII CAPITVLVM. »

202. — *Laterani 29 Decembris.*

« Archipresbytero et capitulo Fesulanis. » Confirmat concessionem eis eorumque successoribus factam ab episcopo Fesulano tractandi et deliberandi una cum dicto episcopo et successoribus suis super collatione archidiaconatus ecclesiae Fesulanae, quam potestatem olim de antiqua consuetudine solus episcopus exercebat. Laterani IIII. Kal. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 140. fol. 34.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

203. — *Laterani 30 Decembris.*

« Episcopo et Decano et Capitulo Lemovicensibus. » Vt Gaucelmum Bojol de eorum partibus oriundum in fratrem et canonicum liberaliter admittant, quod sibi pergratum erit. Laterani III. Kal. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 133. fol. 33; Haroy H-i opp. omn. II. 150. n. 117. ex mss. du Theil.* — « QVANTA DE PROVISIONE. »

Cod. Vat. addit: Scriptum est super hoc Abbati Vosien. Priori Castellien. et Hel. de Favar canonico Sancte Aredii Lemovicensis diocesis ut dictos episcopum, decanum et capitulum Lemovicenses ad hoc moneant attentius et efficaciter inducere non postponant.

204. — ... *Augusti-Decembris.*

(Henricum) regem Anglorum hortatur, ut virtutibus imbuat, ecclesiam et ministros ipsius humiliter veneretur et populum sibi subiectum in pulchritudine pacis et requie opulenta gubernet. « Et quia mores solent a convictu formari, familiares habere studeas providos et honestos. » (Sine signo chronologico). — *Matth. Paris hist. maior 301. ad a. 1218; Mansi Concil. XXII. 1094; Labbe Conc. XI. 242: Potthast 476. n. 5406.* — « CVM TE TAMQVAM. »

205. — ... *Augusti-Decembris.*

Honorio III incarica Volferio Patriarca di Aquileja d'accomodare le differenze tra i Veneziani dall'una e Padovani e Trevigiani dall'altra sul fatto della Spineda. — *Manzano Annali del Friuli n. 243; Potthast 476. n. 5407.*

206. — ... *Augusti-Decembris.*

Episcopo Lingonensi et abbati Morimundi. (Sine signo chronol.). — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 81; Potthast p. 476.*

[An. 1217]

207. — *Laterani 2 Ianuarii.*

« Episcopo Cathalaunensi, et sancti Salvatoris et sancte Marie de Virtuto (sic) Abbatibus Cathalaunensis diocesis. » Mandat ut processum, quem Prior S. Iohannis in Vineis et coniudices eius occasione quorundam litterarum R. Sancti Stephani in Celio Monte presbyteri Cardinalis habuerunt contra Abbatem de Spernaco, confirmare vel infirmare curent prout erit de iure. Laterani IIII. non. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 129. fol. 32; Horoy H-i opp. omn. II. 151. n. 119. ex mss. du Theil.* — « DILECTVS FILIVS. »

208. — *Laterani 2 Ianuarii.*

« Ph. Archidiacono Noviomensi. » Indulget ut non obstante quod eius promotioni defectus natalium se opponat, eo quod a b. m. Philippo Parisiensi archidiacono genitus sit, impedimentum hoc nihil ei officiat, sed libere possit promoveri ad sacros ordines, et ad ecclesiasticas dignitates assumi. Laterani IIII. Non. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 132. fol. 33; Horoy H-i opp. omn. II. 152. n. 120.* — « HVMANE FRAGILITATIS. »

209. — *Romae apud Sanctum Petrum 2 Ianuarii.*

« Abbati Cirecestrie, et Sancti Augustini et de Bristollis et de Stodleia prioribus Wigorniensis diocesis. » Scribit in ecclesia de Lanton. quasdam detestabiles consuetudines inter quosdam Fratres propter cibo-

rum luxum inolevisse, statutum a bon. m. H. Cantuariensi archiepiscopo super hac re editum haud amplius observari: mandat ut eo personaliter accedentes, inquisita et plenius cognita veritate, quod religioni consonum et quod hônestati conveniens fuerit, statuant. Romae apud Sanctum Petrum IIII. Non. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 151. fol. 36; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « SICVT DILECTI FILII. »

210. — *Laterani 2 Ianuarii.*

Consules et populum Guarcinatium monet, ut monasterium S. Bartholomaei de Trisulto et fratres ibidem morantes commendatos habentes nullam eis super possessionibus, pascuis vel aliis bonis inferant molestiam et gravamen. Dat. Laterani IV. Non. Ian. anno primo. — *Liverani Spicil. Liberianum 718. n. 8; Potthast 476. n. 5408: Horoy H-i opp. omn. II. 150. n. 118.* — « CVM APOSTOLICA SEDES. »

211. — *Laterani 3 Ianuarii.*

« (Iohanni) Archiepiscopo et G. Archidiacono Turonensibus. » Absolutionem confirmat ab excommunicationis sententia quam R(adulfus) vicecomes Bellismontis incurrerat eo quod cum Ludovico primogenito regis Franciae regnum Angliae invaserat, et, quia crucis caractere se munivisset pro culpae satisfactione, mandat ut ad passagium se praeparet. Laterani III. Non. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 138. fol. 34; Mss. Vallicel. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Bouquet Rec. XIX. 622; Potthast 476. n. 5409; Horoy H-i opp. omn. II. 153. n. 121.* — « NOBILIS VIR R. »

212. — *Laterani 4 Ianuarii.*

(Bonfilio) episcopo et dilectis (sic!) Senensibus significat, se nuper in basilica principis apostolorum praesente F(riderico) Romanorum imperatore in celebratione missarum « postquam capiti suo imposuimus imperii diadema, » accensis candelis excommunicasse omnes haereticos utriusque sexus etc. Mandat eis ut praescriptam sententiam per dioecesim et civitatem suam solemniter publicari faciant. Laterani II. Non. Ian. anno primo. — *Pecci Storia di Siena 197; Potthast append. 2065. n. 5409a-25724; Horoy H-i opp. omn. II. 155. n. 122.* — « NOVERIT VNIVERSITAS VESTRA. »

213. — *Laterani 5 Ianuarii.*

« Priori et Conventui S. Iusti. » Vt eorum ecclesia quae hactenus fuit filia monasterii Fontis Vivi, a Priore et conventu Casaemarii in posterum dependat, eosque hortatur ut eidem monasterio tamquam filii, iuxta Cisterciensis Ordinis statuta, humiliter intendant. Laterani Non. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 134. fol. 33; Rondinini Monast. de Casaemario 35. pluribus cum mendis; Horoy H-i opp. omn. II. 156. n. 123; Potthast 476. n. 5410. male opinatur hoc monasterium esse S. Iusti dioecesis Compostellanae, cum in epist. seq. declaretur esse* « monasterium S. Iusti Tuscanensis. » *Ad hoc monasterium pertinet Decretalis quam refert Potthast 668. n. 7765. De eodem monasterio tractat Campanari* Storia di Toscanella *I. p. 11.* — « DILECTVS FILIVS. »

214. — *Laterani 5 Ianuarii.*

« Priori et Conventui Casemarii. » Mandat ut ecclesiam Sancti Iusti Tuscanensis in adoptionis filiam recipiant, et erga ipsam iuxta eorum Ordinis instituta maternum affectum et effectum gerere studeant. Dat. ut supra (Laterani Non. Ian. anno primo). — *Reg. Vat. lib. 1 epist. 135. fol. 33; Rondinini l. c. 36; Potthast 477. n. 5411; Horoy H-i opp. omn. II. 156. n. 124.* — « DILECTVS FILIVS. »

215. — *Laterani 5 Ianuarii.*

« Episcopo Agathensi. » Significat Pontifex se eius personam et ecclesiam Agathensem cum omnibus bonis et pertinentiis, quas rationabiliter nunc possidet et iustis modis in posterum poterit adipisci, sub

B. Petri protectione suscipere « specialiter autem concessionem iuris quod in civitate Agathensi et de Marzilian. et de Lupiano et quibusdam aliis castris vicecomitatus Agathensis bone memorie B. vicecomes habuisse dinoscitur G. quondam predecessori tuo et ecclesie Agathensi liberaliter factam et per R. tunc comitem Tolosanum de cuius feudo erant que a dicto vicecomite fuerant episcopo memorato collata, postmodom confirmatam. » Laterani Non. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 144. fol. 35.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

216. — *Laterani 7 Ianuarii.*

« Episcopo et Capitulo Lodovensibus. » Mandat ut archidiaconatum Sancti Petri Lodovensis, cuius collatio ob eius nimiam vacationem secundum Lateranensis Concilii statuta ad Sedem Apostolicam devoluta erat, Raimundo scriptori et familiari Papae « cuius fidelitatem laudabilem et devotam diutius sumus experti, » concedant, alioquin magistro Bertrando tit. Sanctorum Iohannis et Pauli Presb. Cardinali Apost. Sed. Legato dabit litteris in mandatis ut id exequatur. Laterani VII. Id. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 118. fol. 29; Horoy H-i opp. omn. II. 158. n. 126.* — « CVM IVRIS EXECVTIO. »

Reg. Vat. addit: Illi scriptum est super hoc.

217. — *Laterani 7 Ianuarii.*

« Capitulo Neapolitano. » Vt eligant alium sibi pastorem, cum P. subdiaconus et notarius Papae, quem ipsi elegerunt, ab onere pontificatus toties petierit absolvi. Laterani VII. Id. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 137. fol. 33; Mss. Vallic. I. 53.* — « DILECTVS. »

218. — *Laterani 7 Ianuarii.*

Episcopis, abbatibus, prioribus, et aliis ecclesiarum praelatis per Lombardiam constitutis. Mandat ut invasores et molestatores conventus de Morimundo Cisterc. ord. Mediolan. dioec. censuris ecclesiasticis compescant. Laterani VII. Idus Ian. anno primo. — *Vghelli Ital. sac. IV. 197. ubi Honorio IV perperam tribuitur; Potthast appendix 2066. n. 5411b-25726; Horoy H-i opp. omn. II. 157. n. 125.* — « NON ABSQVE DOLORE. »

219. — *Laterani 9 Ianuarii.*

« Episcopo et universis ecclesiarum prelatis et clericis tam civitatum quam diocesum Viterbiensis, Tuscanensis, Centumcellensis atque Bledane. » Mandat, ut cum « per quemcumque locorum vestrorum Legatum vel Nuntium nostrum transitum habere contigerit, communis a vobis omnibus contributio fiat deinceps in procurationibus exhibendis, hoc eodem servato si quando vestras sedes vacare contingat: unde ad recipiendum contributiones huiusmodi apud Viterbium archipresbyterum Sancti Laurentii, apud Tuscaniam priorem Sancte Marie, apud Cornetum priorem Sancte Marie de Castello, apud Vetrallam archipresbyterum Vetrallensem duximus prefigendum. » Laterani V. Id. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 143. fol. 34.* — « QVONIAM LEVIVS. »

220. — *Laterani 9 Ianuarii.*

« Episcopo Agathensi. » Eidem supplicanti concedit ut unum vel duos de clericis beneficiatis in sua dioecesi, si necesse habeat, secum retinere possit, dum tamen ipsi clerici per sufficientes vicarios et honestos ecclesiis suis deservire faciant quando in eius servitio commorentur. Laterani V. Id. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 145. fol. 35; Horoy H-i opp. omn. II. 159. n. 127. ex mss. du Theil.* — « EX PARTE TVA. »

221. — *Laterani 9 Ianuarii.*

« Episcopo et Capitulo Agathensibus. » Nuntiat se Bonomo clerico vacantem ecclesiam contulisse quam bon. mem. R. de Rocca Fixa obtinebat, eisque mandat ut eum in

canonicum et fratrem recipiant, et stallum in choro et locum in capitulo adsignent. Laterani V. Id. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 232. fol. 59; Horoy H-i opp. omn. II. 160. n. 128.* — « DILECTO FILIO. »

222. — *Laterani 10 Ianuarii.*

« Abbati Tilieti Aquensis diocesis. » Vt electionem Adae abbatissae monialium Sanctae Mariae de Letronolio Cisterciensis Ordinis de voluntate abbatis de Columba visitatoris earum peractam, si de persona idonea canonice celebrata fuerit, confirmet. Laterani IIII. Id. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 136. fol. 33; Horoy H-i opp. omn. II. 160. n. 129. ex mss. du Theil.* — « EX PARTE PRIORISSE. »

223. — *Laterani 10 Ianuarii.*

« G(undisalvo) familiari nostro. » Confirmat administrationem ecclesiae Sancti Vincentii de Monte a R(oderico) archiepiscopo Toletano de speciali gratia eidem concessam, litteras ipsius archiepiscopi super huiusmodi concessione per integrum referens. Laterani IIII. Id. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 139. fol. 34.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

224. — *Laterani 10 Ianuarii.*

« Abbati Sancti Iohannis in Vineis Suessionensi et Magistris An. Canonico Cremonensi et Oberto de Sala Parisius commorantibus. » Vt praebendam, si qua vacat in ecclesia Laudunensi, Baiamundo nepoti Obiz(onis) notarii Papae conferant, alioquin primam vacaturam faciant Papae donationi servari personae idoneae conferendam. Laterani IIII. Id. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 141. fol. 34; Horoy H-i opp. omn. II. 161. n. 130.* — « CVM BONE MEMORIE. »

225. — *Laterani 10 Ianuarii.*

« Magistro et fratribus Militie Templi. » Confirmat sententiam Innocentii PP. (III) videlicet quod, cum ipsi vinum ad vendendum de eorum vineis undequaque portare faciunt ad Compendium (in e. loc. Conpendium) Suessionensis dioecesis, abbas et conventus Compendiensis rapagium, rotagium et foragium ab eis nequeant exigere et extorquere, sed ab hoc liberi et immunes omnino sint. Laterani IIII. Id. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 155. fol. 37.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

226. — *Laterani 10 Ianuarii.*

Abbati Cistercii et universis coabbatibus eius indulget, ne de cetero ultra duas dietas a monasteriis propriis per litteras apostolicas trahi possint in causam. Laterani IV. Idus Ian. anno primo. — *Hocker Suppl. z. d. Haylsbronnischen Antiquit.-Schatz 91. n. 17; Potthast 477. n. 5412.* — « SI ADHVC AMALECH. »

227. — *Laterani 11 Ianuarii.*

« Abbati et Conventui Sancti Arnulfi Metensis. » Adprobat ius confirmandi personam in ecclesia de Cimineto a C. Metensi Episcopo imperialis aulae cancellario et ab Elfon. archidiacono Metensi, eis, prout ad se spectabat, et in litteris archiepiscopi Treverensis continetur, concessum est. Laterani III. Id. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 238. fol. 60; Horoy H-i opp. omn. II. 162. n. 131.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

228. — *Laterani 11 Ianuarii.*

Remensi archiepiscopo et suffraganeis eius, et abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, et aliis ecclesiarum praelatis per Remen. provinciam constitutis. Praecipit, ut illos qui possessiones et res abbatis et fratrum Viconiae, Praemonstraten. ordinis, Atrebatensis dioecesis, irreverenter invaserint, etc. excommunicationis sententia percellant etc. Laterani III. Idus Ian. anno primo. — *Analecta Iuris Pontificii ann. 1875. p. 679; Horoy H-i opp. omn. II. 166. n. 135. (12 Ianuarii).* — « NON ABSQVE DOLORE. »

229. — *Laterani 12 Ianuarii.*
« Petro Episcopo Esculano. » Ipsi eiusque successoribus concedit annuum censum quatuor denariorum papiensium in ecclesia S. Antonii de Fonte Vlmi in Esculana dioecesi constituta, ita tamen quod nihil amplius quoad legem iurisdictionis vel dioecesanam exigere possit in ecclesia memorata. Laterani II. Id. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 50. fol. 36; Vghelli Italia Sac. I. 463; Potthast 477. n. 5413; Horoy H-i opp. omn. II. 162. n. 132.* — « Et tva svpplex. »

230. — *Laterani 12 Ianuarii.*
« Abbati et Priori Sancti Iohannis et Th. parvo canonico Laudunensibus. » Mandat ut accedant ad ecclesiam Sancti Laurentii Rosetensem Laudunensis dioecesis, ubi, referentibus decano et capitulo eiusdem ecclesiae, « tres constitutiones diverse pariter et adverse sunt diversis temporibus constitute: » mandat ut super his quae sunt revocanda revocent. Laterani II. Id. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 157. fol. 38; Horoy H-i opp. omn. II. 163. n. 133.* — « Dilectorvm filiorvm. »

231. — *Laterani 12 Ianuarii.*
« Noviomensi Episcopo. » Super litem contestatam tempore Innocentii III. inter ipsum episcopum et ecclesiam Sancti Quintini de subiectione eiusdem ecclesiae, statuit ut dicta ecclesia eidem iure dioecesano subiecta sit, in civilibus autem iurisdictionem non habeat nisi mediante decano. Laterani II. Idus Ianuarii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 187. fol. 45; Horoy H-i opp. omn. II. 164. n. 134.* — « Cvm olim. »

Cod. Vat. addit: In eundem fere modum scriptum est Suessionensi episcopo et Longipontis Suessionensis diocesis et Sancti Crispini Suessionensis Abbatibus, ut sententiam observari faciant.

232. — *Laterani 13 Ianuarii.*
« I. Priori Sancti Oswaldi de Nostle. » Prohibet ne ipse eiusque successores aliquem in canonicum recipiant, aut de beneficiis ecclesiasticis disponere praesumant absque assensu capituli. Laterani Idib. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 148. f. 35; Musaeum Britann. Add. mss. 15351.* — « Ex parte dilectorvm. »

233. — *Laterani 13 Ianuarii.*
« Plebano et clericis plebis Caprilie. » Confirmat sententiam ab A. subdiacono et capellano Papae latam, qui irritavit quod factum fuit ab episcopo dioecesano super exceptione prioratus Sancti Laurentii de Monte Guarcli ab eorum plebatu et a cappellis S. Mariae de Montione et Sancti Marci de Poge, Sancti Georgii de Villole ad dictam plebem spiritualiter pertinentibus. Laterani Idib. Ian. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 177. fol. 43; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 18. retro; Horoy H-i opp. omn. II. 194. n. 158.* — « B. Yconomo. »

234. — *Laterani 14 Ianuarii.*
(Sine titulo). Declarat se praebendam in ecclesia Carnotensi vacantem concessisse Magistro Bar. clerico cardinalis S. Sancti Adriani de cuius collatione erat quaestio. Laterani XVIIII. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 152. fol. 36; Horoy H-i opp. omn. II. 167. n. 136.* — « Sicvt dilectvs. »

235. — *Laterani 15 Ianuarii.*
« Decano, Magistro Simeoni Archidiacono, et Guido de Campania canonico Aurelianensibus. » Vt moneant archipresbyterum et capitulum ecclesiae Bituricensis ut infra quindecim dies ad praebendam quam Aniciensis episcopus in ipsa ecclesia habuit. magistrum Andream scriptorem Papae admittant. Laterani XVIII. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 154. fol. 36;*

Horoy H-i opp. omn. II. 169. n. 137. — « Non solvm a nota. »

236. — *Laterani 16 Ianuarii.*
« Patriarche Aquilegensi. » Vt absolvat W. subdiaconum ecclesiae sancti Felicis in Aquilegia qui rusticum quemdam modico baculo casualiter percusserat in capite, et ipse rusticus dicitur ex huiusmodi ictu paulo post expirasse. Laterani XVII. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 153. fol. 36; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Ex tenore tvarvm. »

237. — *Laterani 16 Ianuarii.*
« Londoniensi et Cicestrensi episcopis. » Mandat ut observari faciant concordiam initam inter Berengariam quondam Anglorum reginam et I(ohannem) b. m. Angliae regem super dote et arretagiis apostolico iam munimine confirmatam. Laterani XVII. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 162. fol. 39; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Horoy H-i opp. omn. II. 171. n. 139.* — « Cvm ivdicis officivm. »

238. — *Laterani 16 Ianuarii.*
« Episcopo et Capitulo Engolismensibus. » Ad exemplar Innocentii PP. III. institutionem decanatus eorum ecclesiae, sicut canonice et provide factam, confirmat. Laterani XVII. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 183. fol. 45; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 21; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. II. 170. n. 138. ex mss. du Theil.* — « Decvs et decorem. »

239. — *Laterani 16 Ianuarii.*
« Priori et Fratribus Hospitalis Ierosolimitani per regnum Anglie constitutis. » Attendens Pontifex quod ipsi et alii fratres Hospitalis Ierosolimitani nullum habeant praeter Romanum Pontificem protectorem, indulget, ut si quando in ecclesiis vacantibus, in quibus non ambigitur ipsos iuspatronatus habere, praesentatos ab ipsis, quos constiterit esse idoneos, Praelati admittere temere praetermittunt, ipsi auctoritate apostolica ecclesiarum illarum proventus interim in usus proprios convertere valeant « ita dumtaxat quod ecclesie ille debitis servitiis non fraudentur et canonica iustitia que debetur episcopis non ledantur. » Laterani XVII. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 188. fol. 46; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 23; Horoy H-i opp. omn. II. 196. n. 159.* — « Inter molestias. »

240. — *Laterani 17 Ianuarii.*
« Episcopo Autisiodorensi, Boni Radii et Colloviensi (Calozeio *Potthast*) ordinis Cisterciensis Abbatibus Autisiodorensis et Bituricensis diocesum. » Committit ut inquirant super virtutibus et miraculis Guillelmi Bituricensis archiepiscopi. Laterani XVI. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 158. fol. 38; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol 1; Mss. Vallicell. I. 53; Manrique Ann. Cisterc. IV. 98; Bullar. Roman. Edit. Taurin. III. 311; Potthast 477. n. 5416; Horoy H-i opp. omn. II. 177. n. 144.* — « Venerabilis frater noster. »

241. — *Laterani 17 Ianuarii.*
« Ranerio priori Sancte Romane Ecclesie Vicecancellario et Capitulo Sancti Fridiani Lucanis. » Vt super quaestione processionis quae fieri solet in festivitatibus sanctorum Martini et Reguli et secunda feria Resurrectionis Dominicae, tres de ipsis canonicis tantum, iuxta Prioris arbitrium, more solito ad ecclesiam S. Martini Lucani accedant. Laterani XVI. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 159. fol. 38; Pennottus Cleric. canon. Hist. 735; Potthast 477. n. 5415; Horoy H-i opp. omn. II. 197. n. 160.* — « Ea qve per improvidentiam. »

242. — *Laterani 17 Ianuarii.*

« Archiepiscopo, Decano et Archidiacono Turonensibus. » In causa inter Berengariam quondam Anglorum reginam et Willelmum de Guerchia (*al.* de Wirchia) super possessione castri Segrei a dicto Willelmo detenti, et quod eadem Berengaria dicebat ratione dotalitii sibi pertinere, mandat ut « si vobis constiterit dictum nobilem virum (Willelmum) terram et mansionem habere in Andegavensi diocesi, in qua interdum consuevit commorari, et ipsam diocesim a Turonis ultra duas non distaret dietas, et eandem litigiosam rem esse, non obstantibus exceptionibus aliis, que in petitorio potius quam in possessorio locum habere videntur, in ipso negotio iuxta priorum continentiam litterarum, sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo, ratione previa procedatis, preceptum apostolicum taliter impleturi, quod eadem Regina pro defectu vestro ad nos laborare ulterius non cogatur, nec vos possitis de negligentia reprehendi. » Laterani XVI. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 163. fol. 39; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 8; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Decretal. Honorii III. lib. 2. tit. 2.* De foro competenti *c. 1. ed. Ciron. 100; Decretal. Gregorii IX. lib. 2. tit. 2.* De foro competenti *c. 15; Boehmer Corp. II. 232. (an. 1220); Richter Corp. II. 244; Potthast 666. n. 7744; Horoy H-i opp. omn. II. 179. n. 145 ex mss. du Theil; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. II. tit. II. cap. XV. p. 252.* — « Ex parte karissime. »

243. — *Laterani 17 Ianuarii.*

« Archiepiscopo Turonensi et Episcopo et capitulo Cenomanensibus. » Ne temere contra B(erengariam) quondam Anglorum reginam excommunicationis sententiam pronuncient, sed in eam, in homines et terram ipsius benignitatem et mansuetudinem, quam decet Christi ministros, habeant. Laterani XVI. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 165. fol. 40; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 10; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 40; Horoy H-i opp. omn. II. 182. n. 148. ex mss. du Theil.* — « Etsi oportvne. »

244. — *Laterani 17 Ianuarii.*

« G(ualae) tituli Sancti Martini presb. Card. Apost. Sed. Legato. » Litteras ab eo se accepisse nuntiat, condolet de eius anxietatibus in regno Angliae propter Lodovicum primogenitum regis Francorum regnum ipsum invadentem, eique auctoritatem concedit interdicendi, excommunicandi, et degradandi praelatos, et ordinandi ecclesias cathedrales et abbatias exemptas atque regales de personis regi fidelibus per totum regnum Angliae, Scotiae atque Walliae. Laterani XVI. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 167. fol. 40; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 11. (sine nota chronologica); Musaeum Britann. add. mss. 15351; Bouquet Rec. XIX. 623; fragm. ap. Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 76; Shirley Royal letters I. 527. n. 1; Potthast 477. n. 5417; Horoy H-i opp. omn. II. 172. n. 140.* — « Ancxiatvr in nobis. »

245. — *Laterani 17 Ianuarii.*

« (Willelmo) Illustri Regi Scotie et complicibus suis spiritum consilii sanioris. » Vt cessent a conspiratione in regem Angliae, sed in eius fidelitate permaneant non obstantibus iuramentis illicitis exhibitis Lodovico filio regis Francorum. Laterani XVI. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 169. fol. 41; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 15; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 73; Theiner Mon. Hiber. I. 2. n. 4; Bouquet Rec. XIX. 621; Potthast 477. n. 5418; Horoy H-i opp. omn. II. 174. n. 141.* — « Mvltvm fame vestre. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum Nobili viro Roberto de Ros et complicibus suis.

In e. m. Nobili viro Lewelino et complicibus suis.

In e. m. Nobilibus viris Baronibus Quinque portuum et eorum complicibus.

In e. m. Nobili viro.. Comiti Guarannie.

In e. m. Nobili viro.. Comiti de Clare.

In e. m. Nobili viro.. Comiti de Arundellis.

In e. m. Nobili viro.. Comiti Rugerio Bigot.

246. — *Laterani 17 Ianuarii.*

« Dublinensi Archiepiscopo. » Vt eos qui de regno Hyberniae fideles sunt H(enrico) regi Angliae in sua fidelitate confirmet, et eos qui recesserunt, quibuscumque modis conetur revocare. Laterani XVI. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 172. fol. 43; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 16; Mss. Vallic. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Theiner Mon. Hibern. 2. n. 5; Potthast 477. n. 5414; Horoy H-i opp. omn. II. 176. n. 143.* — « Non iam magis. »

247. — *Laterani 17 Ianuarii.*

« G(uillelmo) Archiepiscopo Burdegalensi. » Scribit iura H(enrici) regis Angliae tanto studiosius ab ipso defendenda esse quanto specialius illius regnum ad Romanam Ecclesiam noscitur pertinere, eique mandat ut terras et fideles eiusdem regis et reginae matris ipsius positos citra mare, quamdiu iu partibus illis fuerit, manuteneat et foveat. Laterani XVI. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 173. fol. 43; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 17; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Mss. Vallic. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 625; Shirley Royal letters I. 529. n. 2; Potthast 477. n. 5419; Horoy H-i opp. omn. II. 175. n. 142.* — « Cvm ivra karissimi. »

248. — *Laterani 17 Ianuarii.*

« Wintoniensi et Cicestrensi episcopis et G(ualae) tituli Sancti Martini presbytero Cardinali Apost. Sed. Legato. » Mandat ut eos, qui impediebant executionem testamenti Iohannis regis Anglorum, cuius ipsi erant executores, compescant. Laterani XVI. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 174. fol. 43; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 18; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Mss. Vallic. I. 53; Horoy H-i opp. omn. II. 183. n. 149. ex mss. du Theil.* — « Cvm clare memorie. »

249. — *Laterani 17 Ianuarii.*

« Episcopo et abbati Sancti Eugenii Senensibus. » Mandat Pontifex ut observari faciant sententiam latam ab A. subdiacono et capellano Pontificis ipsius super subtractione prioratus sancti Laurentii de Monte Guarcli (*al.* Guardi) a plebatu plebis Capriliae facta ab episcopo dioecesano, haec addens: « quia vero de causis pro quibus antedictus episcopus prioratum ipsum dicitur exemisse nobis non potuit fieri plena fides, per apostolica vobis scripta mandamus, quatinus inquisita super hiis plenius et cognita veritate, ea que inveneritis nobis sub sigillis vestris fideliter transmittatis, ut quod super eis disponendum fuerit per nos, auctore Domino provide disponatur. » Laterani XVI. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 177. fol. 44.* — « B. Yconomo ecclesie. »

250. — *Laterani 17 Ianuarii.*

« Episcopo et Archidiacono in Hostrenam et Preposito Atrebatensibus. » Mandat Pontifex ut cogant quosdam abbates et presbyteros Ambianensis dioecesis ad obedientiam et reverentiam debitam episcopo Ambianensi, quosdam vero canonicos eiusdem Ambianensis dioecesis ad ordines recipiendos. Laterani XVI. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 178. fol. 44; Horoy H-i opp. omn. II. 181. n. 147. ex mss. du Theil.* — « Ex parte venerabilis. »

251. — *Laterani 17 Ianuarii.*
« Episcopo Ambianensi. » Mandat ut moneat quosdam clericos suae dioecesis ad recipiendum sacerdotii ordinem, qui ecclesias obtinuerunt quibus cura animarum adnexa est, et in eisdem ecclesiis faciunt per quosdam conductos ministrari, eumque hortatur ut ad hoc, si necesse fuerit, per subctactionem beneficiorum ipsos compellat. Laterani XVI. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 179. fol. 44; Horoy H-i opp. omn. II. 181. n. 146.* — « AD NOSTRAM NOVERIS. »

252. — *Laterani 17 Ianuarii.*
Simeone Terracinensi episcopo postulante, Terracinensem ecclesiam cum omnibus bonis, quorum plurima nominatim recenset, sub b. Petri et sua protectione suscipit, praeterea Pipernensem (Privern. *Bullar. Rom.*) et Setinam ecclesias eidem Terracinensi ecclesiae in perpetuum unitas manere decernit cum omnibus iuribus etc. XV. (XVI. *Bullar. Rom.*) Kal. Febr. indict. V. incarn. dom. an. 1217, pont. anno primo. — *Vghelli Ital. sacra I. 204. (ed. alt. I. 1293); Theod. a Valle Hist. Privernat. 71; Contatore Histor. Terracin. 433; Georgii Histor. Setiae 232; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 312; Potthast 477. n. 5420; Horoy H-i opp. omn. II. 184. n. 150. (XVI. Kal. Februarii).* — « HORTATVR NOS. »

253. — *Laterani 18 Ianuarii.*
« (Andreae) Pragensi et (Roberto) Olomucensi episcopis et preposito Ratisponensi. » Vt cogant T. nepotem (Otakari) regis Bohemiae ad restituendum ipsi regi castrum quod proditorie occupaverat. Laterani XV. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 180. fol. 44; Mss. Vallic. I. 53; Boczek Cod. dipl. Moraviae II. 89; Erben Reg. Bohem. I. 268. n. 572; cf. Palacky Reise 20. n. 51; Potthast 477. n. 5421; Horoy H-i opp. omn. II. 187. n. 151; Rodenberg Epist. Select. 8. n. 11.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

254. — *Laterani 18 Ianuarii.*
« (Otakaro) Illustri Regi Boemie. » Se eius litteras recepisse monet, quibus praesertim gaudet ob eius in Apostolicam Sedem fidelitatem, hortaturque eum ut in ea de die in die magis accendatur. Dat. Laterani ut supra. (XV. Kal. Febr. anno primo). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 181. fol. 44; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 20. (Idibus Ianuarii); Mss. Vallicel. I. 53; Erben Reg. Bohem. 269. n. 572; cf. Boczek Cod. dipl. Moraviae II. 90. n. 74; Potthast 477. n. 5422; Horoy H-i opp. omn. II. 194. n. 158. (Idibus Ianuarii).* — « SERENITATIS TVE LITTERAS. »

255. — *Laterani 18 Ianuarii.*
« Nobilibus viris S. Camerario, Benesoni Castellano de Budisin., Henrico Marescalco, et Hocdeborio dapifero Regis Boemie et universis Suppariis per Regnum Boemie constitutis. » Nuntiat se recepisse eorum litteras per B. Lutomiricensem praepositum, virum utique providum et discretum, ex quibus intelligit, eos in devotione Apostolicae Sedis constanter perseverare, quocirca eos dignis laudibus commendat, ut in alia praecedenti usque in finem. (Laterani XV. Kal. Febr. anno primo). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 182. fol. 44; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 20 retro; Mss. Vallicel. I. 53; Erben Reg. Bohem. I. 269. n. 574; cf. Palacky Reise 20. n. 53; Boczek Cod. dipl. Moraviae II. 90. n. 75; Potthast 477. n. 5423.* — « NOBILITATIS VESTRE LITTERAS. »

256. — *Laterani 18 Ianuarii.*
« Preposito plebis de Bripio Mediolanensis diocesis. » Monet se relaxasse sententiam suspensionis clerico Salino qui praeceptatus fuerat propter receptionem litterarum falsarum, cum non probetur eumdem clericum habuisse malitiam quia nesciebat eas fuisse falsas ut in litteris Innocentii Papae praedecessoris sui perspexit contineri. Laterani XV. Kal. Febr. anno primo. —

Reg. Vat. lib. 1. epist. 184. fol. 45; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 21; Mss. Vallicel. I. 53; Mss. Bibl. Nation. de Paris Cod. lat. 3934. p. 36; Horoy H-i opp. omn. II. 198. n. 161. — « ILLO QVI MENTIRI. »

257. — *Laterani 18 Ianuarii.*

« Hugoni Hostiensi et Velletrensi episcopo. » Vt votum emissum a rege Hungariae de ieiunando singulis diebus veneris in pane et aqua commutare possit in elemosinas et alia pietatis opera. Laterani XV. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 196. fol. 48; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 28; Mss. Vallic. I. 53; Mss. Bibl. Nation. de Paris Cod. lat. 3934. p. 51; Horoy H-i opp. omn. II. 191. n. 154.* — « CARISSIMVS IN CHRISTO. »

258. — *Laterani 18 Ianuarii.*

« Magistro et Fratribus Militie Templi. » Indulget, ut in terris quas populus christianus a Saracenorum manibus eripuerunt, si ad ipsos iusto titulo fuerunt devolutae, atque in illis, quas ipsi auferre poterunt Saracenis, ecclesias, oratoria et coemeteria fabricare possint. Laterani XV Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 203. fol. 51.* — « VESTRIS PIIS POSTVLATIONIBVS. »

259. — *Laterani 18 Ianuarii.*

« Abbati et conventui monasterii Novillarensis Argentinensis diocesis. » Adprobat ius confirmandi personam in ecclesia de Aboncort Metensis dioecesis a Metensi episcopo imperialis aulae cancellario et ab Elfonso archidiacono Metensi, prout ad eos spectabat, ipsis concessum. Laterani XV. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 239. fol. 60.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

260. — *18 Ianuarii.*

Im Streite zwischen Cremona und dem Abte von S. Sisto von Piacenza. — *Göttinger gel. Anzeigen 1873. p. 1685. not.; Potthast append. 2068. n. 5423e-25757.*

261. — *Laterani 19 Ianuarii.*

« Abbati et conventui Sancte Marie Novi Monasterii iuxta Neaplium (sic). » Scribit se eorum personas et monasterium ipsum cum omnibus bonis sub apostolica protectione recepere. Laterani XIIII. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 160. fol. 38.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

262. — *Laterani 19 Ianuarii.*

« Nobili viro W(illelmo) comiti Pambroch Iustitiario Anglie. » Condolet de morte I(ohannis) regis Anglorum hortaturque eum ut in fidelitate Henrici eius primogeniti, quem G(uala) presbyter Card. Apost. Sedis Legatus coronavit, permaneat. Later. XIIII. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 170. fol. 42; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 15; Musaeum Britann. add. Mss. 15351; Bouquet Rec. XIX. 625; Fragm. apud Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 74; Potthast 478. n. 5426; Horoy H-i opp. omn. II. 188. n. 152.* — « DVRIS NOBIS RVMORIBVS. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est nobili viro Castellano Corum (idest Cornugalliae).

In e. m. Roberto de Veteri Ponte.

In e. m. Nobili viro Comiti Cestrie.

In e. m. Nobili viro Comiti Fetrarie.

In e. m. Nobili viro Gaufrido de Navill.

In e. m. Nobili viro Castellano Donarie. (Potth. Dovoriae).

In e. fere m. Nobilibus viris Baronibus Quinque portuum et eorum complicibus.

In e. fere m. Castellano de Nogttmaghañ. (Potth. Nogtingaham), et aliis Castellanis in fidelitate Kmi in Xpo filii H(enrici) regis Anglie persistentibus.

In e. m. Archiepiscopo Eboracensi.

In e. m. Rothomagensi Archiepiscopo.

In e. m. Nobili viro Falco de Breaunt. (Potth. Breant).

In e. m. Nobili viro Riccardo de Marisco Cancellario Regis Anglie.

263. — *Laterani 19 Ianuarii.*

« Cicestrensi, Bathoniensi et Oxomensi (leg. Exoniensi) episcopis. » Scribit, quanto magis regina Angliae per obitum Iohannis regis viri sui solatio destituta est, tanto magis se desiderare ut illius iustitiae conserventur, eisque mandat ut in regno Angliae compescantur illi qui eam molestare praesumpserint super possessionibus et aliis suis bonis. Laterani XIIII. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 176. fol. 43; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 81; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 18. retro; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Horoy H-i opp. omn. II. 191. n. 155.* — « QVANTO KARISSIMAM. »

264. — *Laterani 19 Ianuarii.*

« Magistris et scholaribus Parisius commorantibus. » Vt fidem in partibus Tolosanis conservare et verbum Dei praedicare studeant. Laterani XIIII. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 190. fol. 47; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 26 retro; mutila apud Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 49; Potthast 478. n. 5424; Horoy H-i opp. omn. II. 192. n. 156.* — « OLIM. »

265. — *Laterani 19 Ianuarii.*

« Ebredunensi, Aquensi, Arelatensi, Viennensi, Narbonensi et Auxitano Archiepiscopis, Mimatensi, Claromontensi, Aniciensi, Lemovicensi, Rittonensi (leg. Ruthenensi) Albigensi, Caturcensi, Petragoricensi et Agennensi Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis Prepositis, Archidiaconis, archipresbyteris et universis aliis tam clericis quam laicis in predictorum archiepiscoporum et episcoporum provinciis et diocesibus constitutis. » Nunciat se mittere ad eos B(ertrannum) tit. Sanctorum Iohannis et Pauli Presbyterum Cardinalem Apost. Sedis Legatum ut studeat eorum provincias ab heretica pravitate purgare. Laterani XIIII. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 283. fol. 74; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 87; Mss. Vallic. I. 53. Bouquet Rec. XIX. 626; Potthast 478. n. 5425; Horoy H-i opp. omn. II. 189. n. 153.* — « MVLTO SVDORE LABORATVM. »

266. — *Laterani 20 Ianuarii.*

« Abbati et conventui Clarevallensibus Cisterciensis ordinis. » Concedit ut in locis illis, in quibus ius pascendi sint vel fuerint legitime assecuti, nemo ius illud de caetero emere vel quomodolibet acquirere seu usurpare praesumat in eorum praeiudicium et gravamen. Laterani XIII. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 166. fol. 40.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

267. — *Laterani 20 Ianuarii.*

« H(enrico) illustri Regi Anglie. » Condolet de morte I(ohannis) regis Angliae patris sui, gaudet de eius coronatione, hortaturque eum ad subsidium Terrae Sanctae et fidelitatem romanae ecclesiae. Laterani XIII. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 168. fol. 41; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 13 retro (XIIII Kal. Februarii); Musaeum Britann. add. mss. 15351; Mss. Vallic. I. 53; Würdtwein Nova Subsid. I. 43. n. 11; Bouquet Rec. XIX. 626; Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 67; Potthast 478. n. 5427; Horoy H-i opp. omn. II. 200. n. 162.* — « AVDITO INCLITE RECORDATIONIS. »

268. — *Laterani 20 Ianuarii.*

« Illustri Regine Anglie. » Condolet de obitu Iohannis regis viri sui, eamque recipit in protectionem. Laterani XIII. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 175. fol. 43; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 18; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Horoy*

H-i opp. omn. II. 201. n. 163. — « QVANTO PER DEPLORANDVM. »

269. — *Laterani 21 Ianuarii.*
« (Dominico) Priori et Fratribus Sancti Romani Predicatoribus in partibus Tolosanis. » Eorum Ordinem iterum adprobat, hortaturque eos ut perseverent in praedicatione verbi Dei. Laterani XII. Kal. Febr. anno primo. —*Reg. Vat. lib. 1. epist. 191. fol. 47; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 27. retro; Mss. Vallicel. I. 53; Percin Mon. Convent. Tolos. Fratr. Praedic. I. 18; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 50; Quétif et Echard Scr. Ord. Praed. I. 14; Ripolli Bullar. Praed. I. 4; Potthast 478. n. 5428. et 479. n. 5434 ubi haec epistola adsignatur sub die 26. Ianuarii; Horoy H-i opp. omn. II. 203. n. 165.* — « GRATIARVM OMNIVM. »

270. — *Laterani 21 Ianuarii.*
(Angelo) patriarchae et archidiacono Gradensibus et Philippo Russo canonico S. Marci de Venetiis mandat, ut controversiam inter monasterium S. Laurentii ex una et parochianos ecclesiae S. Severi de Venetiis ex altera parte vigentem decidant. Laterani XII. Kal. Febr. anno primo. — *Cornelius Eccles. Venet. XI. 147; Potthast 478. n. 5429; Horoy H-i opp. omn. II. 202. n. 164.* — « CVM CAVSAM QVE. »

271. — *Laterani 22 Ianuarii.*
« (Iohanni) Cameracensi Episcopo. » Vt irritet promissiones factas ab ecclesiarum patronis de beneficiis non vacantibus contra decreta lateranensis concilii. Laterani XI. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 226. fol. 58; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 48. retro; et iterum legitur ad fol. 49; Horoy H-i opp. omn. II. 204. n. 166. ex mss. du Theil.* — « SICVT EA QVE. »

272. — *Laterani 23 Ianuarii.*
« Archiepiscopis, et Episcopis, et Abbatibus, Prioribus et aliis ecclesiarum Prelatis, Potestatibus, Consulibus et universis fidelibus per Lombardiam et Tusciam constitutis. » Vt accingant se ad transfretandum pro Terra Sancta, pro qua re mittit eis Legatum (Hugolinum) Hostiensem episcopum « virum utique secundum cor nostrum Deo et hominibus acceptum, potentem in opere et sermone, precipuum ecclesie Dei membrum, quem inter alios fratres nostros speciali prerogativa diligimus caritatis. » Laterani X. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 189. fol. 46; Mss. Vallicel. I. 53; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 24; Bullar. Rom. t. III. p. 314. n. 5; Potthast 478. n. 5430; Horoy H-i opp. omn. II. 205. n. 167; Rodenberg Epist. Select. p. 9. n. 12.* — « TEMPVS ACCEPTABILE. »

273. — *Laterani 23 Ianuarii.*
« Abbati et Conventui Fusniacensibus Cisterciensis Ordinis. » Vt festum dedicationis eorum ecclesiae, quae occurrit in festo beati Martini confessoris, possint in crastinum Beati Britii celebrare. Laterani X. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 192. fol. 48; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 28. retro; Horoy H-i opp. omn. II. 207. n. 168.* — « CVM ECCLESIE VESTRE. »

274. — *Laterani 23 Ianuarii.*
« (Iohanni) Episcopo Cameracensi. » Mandat ut det operam reformationi Lobiensis, Mallodiensis, Fidemensis, Sancti Andreae de Castello, et aliorum monasteriorum Nigri Ordinis tam civitatis quam dioecesis Cameracensis, ei lege dioecesana subiectorum. Laterani X. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 233. fol. 59; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 50. retro.* — « ET SI CVRAM PASTORALIS. »

275. — *Laterani 23 Ianuarii.*
« Canonicis Sancte Marie et Sancti Gaugerici Cameracensibus. » Nuntiat se episcopo Cameracensi facultatem concessisse

ut « non obstante appellationis diffugio frustatorie adinvento in elusionem ecclesiastice discipline » monasteria et ecclesias ei lege dioecesana subiectas tam in capitibus quam in membris reformet: mandat « quatenus ad exhortationes et monita decanorum vestrorum, que in vobis reseranda fuerint infra quadraginta dies post monitionem eiusdem episcopi reseretis, vel per vos emendetis in melius que fuerint emendanda, alioquin ad id per eundem episcopum vos compelli volumus. » Laterani X. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 242. fol. 61.* — « Cvm de providentia. »

276. — *Laterani 25 Ianuarii.*

« Nobili viro Comiti Alberto de Alsatia. » Scribit se ad eius preces (Nicolao) Slesvicensi episcopo et Abbati de Aurea Insula Slesvicensis dioecesis mandasse ut decem suorum hominum cum eo transeant ad bellandum contra paganos in Livoniam insurgentes, voto mutato peregrinationis Terrae Sanctae. Laterani VIII. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 197.*[2] *fol. 49; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 31. retro; Turgenevii Russ. Monim. I. 8; Bunge Livl. UB. I. 44. n. 39; Potthast 478. n. 5433; Horoy H-i opp. omn. II. 210. n. 172; Rodenberg Ep. Selec. p. 10. n. 13.* — « Ab aqvilone. »

Ex Cod. Vat.: Scriptum est super hoc Slesvicensi Episcopo et Abbati de Aurea Insula.

277. — *Laterani 25 Ianuarii.*

« (Andreae) Lundensi Archiepiscopo. » Prorogat gratiam eidem ab Innocentio (III) concessam ut super facto Rosckildensis ecclesiae ad quam magister P(etrus Saxonis?) nepos ipsius vocatus est, liceat disponere prout provide viderit disponendum. Laterani VIII. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 198. fol. 50; Suhm Hist. af Danmark IX. 748; cf. Porthan Bull. access. 5. n. 1; Potthast 478. n. 5432; Horoy H-i opp. omn. II. 209. n. 171.* — « Ille caritative dilectionis. »

278. — *Laterani 25 Ianuarii.*

« Lundensi Archiepiscopo. » Indulget ut possit ex quocumque monasterio unum religiosum assumere, qui litteratura et morum honestate eniteat, pro suae familiae christiana institutione. Laterani VIII. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 199. fol. 50; Mss. Vallicel. I. 53; Suhm Hist. af Danmark IX. 748; Liljegren Svenskt Dipl. I. 189. n. 167; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 45; Porthan Bullar. access. 5. n. 2; Potthast 478. n. 5431; Horoy H-i opp. omn. II. 208. n. 170.* — « Vt ex convictv. »

279. — *Laterani 26 Ianuarii.*

« Capitulo Capuano. » Mandat ut recipiant in canonicum Magistrum Thomam clericum quem Innocentius (III) ad praebendam, quae fuerat b. m. Aczonis canonici Capuani admisit. Laterani VII. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 193. fol. 48.* — « Cvm felicis. »

280. — *Laterani 26 Ianuarii.*

« Sancti Crispini Maioris et sancti Iohannis in Vineis Abbatibus et Decano Sancti Gervasi Suessionensibus. » Iniungit ut inquirant super causam inter A. abbatem monasterii Dervensis et episcopum Cathalanensem circa libertatem et exemptionem eiusdem monasterii; ut revocent in statum debitum quidquid post appellationem abbatis ad Sedem Apostolicam ab episcopo Cathalanensi attemptatum fuerit: audiant quae ab utraque parte super hoc proponuntur, et causam sufficienter instructam ad Papam remittant. Laterani VII. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 194. fol. 48; Horoy H-i opp. omn. II. 213. n. 175.* — « Dilecti filii. »

281. — *Laterani 26 Ianuarii.*
« G. de Avennis. » Nuntiat ei, se sub apostolica protectione personam, iura et bona eius, dum ad Terram Sanctam se transfert, esse recepturum. Laterani VII. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 200. fol. 50; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 33; Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 24; Horoy H-i opp. omn. II. 212. n. 173. ex. mss. du Theil.* — « QVOD NON IMMEMOR. »

282. — *Laterani 26 Ianuarii.*
« Cantori, Succentori et A. Canonico Noviomensibus. » Ne permittant W. de Avennis crucesignatum cum uxore, familia, et bonis suis sub apost. protectione susceptum molestari. Dat. ut supra (Laterani VII. Kal. Febr. anno primo). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 201. fol. 50; Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 27; Horoy H-i opp. omn. II. 212. n. 174.* — « CVM DILECTVS FILIVS. »

283. — *Laterani 27 Ianuarii.*
« Priori et canonicis Sancte Marie Nove Viterbiensis. » Confirmat concessionem hospitalis in eorum parochia siti et ecclesiae Sanctae Mariae de Castellione ab episcopo Viterbiensi, capituli sui accedente consensu, eis factam. Laterani VI. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 195. fol. 48.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

284. — *Laterani 27 Ianuarii.*
« Vniversis crucesignatis per Coloniensem provinciam constitutis. » Vt termino in concilio generali prefixo praeparent se ad transfretandum in subsidium Terrae Sanctae, ad quod inter multos proceres etiam Vngariae rex se accingit. Laterani VI. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 197. fol. 49; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 29; Mss. Vallicel. I. 53; Gelenius Farragines II. fol. 39; Ennen Quellen II. 65. n. 55; Potthast 479. n. 5435; Horoy H-i opp. omn. II. 215. n. 176.* — « GRATIAS AGIMVS. »

285. — *Laterani 27 Ianuarii.*
« (Tello) Palentino Episcopo et Abbati Fusillensi Palentine diocesis et Decano Toletano. » Vt compellant Iudeos ad exequenda quae in concilio generali circa eos statuta sunt praesertim de distinctione habitus. Laterani VI. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 210. fol. 54; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 40; Mss. Vallicel. I. 53; Horoy H-i opp. omn. II. 218. n. 177. ex mss. Bibl. Nat. Paris. Cod. lat. 3934. p. 73.* — « CVM IN GENERALI CONCILIO. »

286. — *Laterani 28 Ianuarii.*
« Capitulo et populo Tolosanis. » Vt priorissae et sororibus domus hospitalis Tolosani qui dicitur de Arnahu subveniant, ne redire ad delicias Ægypti cogantur. Laterani V. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 204. fol. 51; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 33. retro; Mss. Vallicel. I. 53; Ripolli Bullar. Praedicat. I. 5. n. 4; Potthast 479. n. 5436; Horoy H-i opp. omn. II. 218. n. 178.* — « DIVITIS ET PAVPERIS. »

287. — *Laterani 28 Ianuarii.*
« (Fulconi) Episcopo Tolosano. » Ei requirenti licentiam cedendi episcopatum vel saltem dividendi dioecesim, neutrum concedit. Dat. ut supra. (Laterani V. Kal. Febr. anno primo). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 205. fol. 51; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 34; Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 62; Horoy H-ı opp. omn. II. 219. n. 179.* — « EX PARTE TVA. »

288. — *Laterani 28 Ianuarii.*
« (Iohanni) Abbati et Priori sancte Genovefe Parisiensis et Magistro G. canonico Bituricensi Parisius commoranti. » Scribit, Blancam comitissam Campaniae dolere quibusdam abusibus quos archiepiscopus Senonensis et quidam suffraganei sui ac officiales eorum in terram et homines suos exercent: mandat ergo ut audiant hinc

inde praeposita, causamque definiant, alioquin eamdem sufficienter instructam ad Papam remittant, assignato partibus termino competenti, quo se apostolico conspectui repraesentent. Laterani V. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 209. fol. 53; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 37. retro; Mss. Bibl. Nat. Paris. Cod. lat. 3934. p. 68; Jubainville Comtes de Champagne V. 109. n. 1037; Potthast 479. n. 5437; Horoy H-i opp. omn. II. 220. n. 180.* — « CVM OLIM. »

289. — *Laterani 28 Ianuarii.*

« Cameracensi Episcopo. » Indulget ut canonici, quos de Sanctae Mariae vel Sancti Gaugerici ecclesiis pro suo vel ecclesiae suae negotiis procurandis in officiales secum duxerit advocandos, quotidianas distributiones percipiant veluti si personaliter in eisdem ecclesiis deservirent, dummodo ex eorum absentia ecclesiae supradictae debito servitio enormiter non fraudentur. Laterani V. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 228. fol. 58.* — « SOLET ANNVERE. »

290. — *Laterani 30 Ianuarii.*

« (Petro) Senonensi Archiepiscopo. » Eum redarguit, quod Praepositum et iuratos nundinarum castri Pruvini multipliciter vexaverit, et castrum ipsum ad Blancam comitissam Campaniae et ad filium eius pertinens, ecclesiastico interdicto supposuerit quod si perstiterit precipit Abbati et Priori S. Genovefe Parisien. et Magistro G. Canonico Bituricen. Parisius commoranti ut rem ad iustitiae tramitem moderentur. Laterani III. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 208. fol. 52; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 35; Horoy H-i opp. omn. II. 230. n. 189; (31 Ian.)* — « QVANTO PRESENTIAM. »

Cod. Vat.: Illis scriptum est super hoc.

291. — *Laterani 30 Ianuarii.*

« (Andreae) Illustri regi Vngarie. » Congaudet quod ipse vel comes Autisiodorensis eius socer sit in Imperatorem Constantinopolitanum eligendus, eumque monet ut crucesignati secum circa Pascha ad Terram Sanctam proficiscantur, et in aliis quae ipse postulavit, H(ugolinus) Hostiensis episcopus Apost. Sedis Legatus, cum illuc venerit, consideratis circumstantiis universis, providebit. Laterani III. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 211. fol. 54; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 40. retro; Raynaldi Ann. Eccl. 1217. nn. 2. 3; Katona Hist. crit. V. 231; Fejér Cod. dipl. III. 1. 187; cf. Palacky Reise 20. n. 54; Erben Reg. Bohem. I. 269. n. 575; Theiner Mon. Hung. Sacr. tom. I. n. 4. ep. V; Potthast 479. n. 5440; Horoy H-i opp. omn. II. 223. n. 181.* — « ILLA DILECTIONIS. »

292. — *Laterani 30 Ianuarii.*

« Priori et Canonicis Sancti Petri Veteris Firmanis de regula Beati Augustini. » Eos sub apostolica protectione recipit, libertates et immunitates confirmat a P. et Pre. episcopis Firmanis eis concessas. Laterani III. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 214ª. fol. 55.* — « SOLET ANNVERE. »

293. — *Laterani 30 Ianuarii.*

« Clero et populo de Gutlandia. » Confirmat compositionem super distributione decimarum totius terrae eorum inter eos et (Carolum) Lincopensem episcopum de assensu et auctoritate (Andreae) Lundensis archiepiscopi initam. Laterani III. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 217. fol. 56; Porthan Bull. Access. 6. n. 3; Vastovii Vitis Aquilon. 168; Liljegren Svenskt. dipl. I. 190. n. 168; Potthast 479. n. 5439; Horoy H-i opp. omn. II. 225. n. 183.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

294. — *30 Ianuarii.*

« Abbati et conventui de Om. Cisterciensis Ordinis. » Confirmat ecclesiam de

Weng, unde eorum monasterium est translatum, quam idem monasterium longo tempore, ut ipsi asserunt, tenuit, antequam instituta Cistercensis Ordinis recepisset. Laterani III. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 219. fol. 56; Suhm Hist. af Danmark IX. 749; Potthast 479. n. 5438; Horoy H-i opp. omn. II. 224. n. 182.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

295. — *Laterani 30 Ianuarii.*

« Magistro et Fratribus Militie Templi. » Mandat, ut circa causam inter ipsos et episcopum Vlixbonensem super ecclesiis de Tomar executionem habeat sententia ab Innocentio (III) promulgata qua eosdem ab omni iurisdictione ipsius episcopi omnino liberos et exemptos iudicavit: refert de verbo ad verbum eiusdem Innocentii litteras datas Perusii II. Kal. Iunii Pontificatus eius an. XII. incipientes « TE FILI MAGISTER » in quibus legitur: « Adrianus, Alexander et Vrbanus Romani Pontifices fundos ecclesiarum ipsarum (de Tomar) Beato Petro intuitu devotionis oblatos in ius et proprietatem ipsius Beati Petri receperunt, concedentes vobis liberam facultatem construendi ecclesias in eisdem ac statuentes ut ecclesie ipse nulli nisi Romano Pontifici subiacerent. » Laterani III. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 243. fol. 61; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 59; Mss. Bibl. Nat. Paris Cod. lat. 3934. p. 107; Horoy H-i opp. omn. II. 225. n. 184.* — « QVONIAM LABENTIVM. »

296. — *Laterani 31 Ianuarii.*

« (Iohanni) Abbati et Priori sancte Genovefe Parisiensis et Magistro G. canonico Bituricensi Parisius commoranti. » Praecipit ut circa sententiam excomunicationis latam ab archiepiscopo Senonensi in Blancam comitissam Campaniae propter captionem H. de Champleto crucesignati, si constiterit praefatam comitissam iuramentum obtulisse, quod ipsa nec capi fecerat vel praeceperat crucesignatum praedictum, nec sciverat, nec sciebat quis cepisset vel detineret eundem, vel alias ex parte ipsius comitissae fuisse legitime appellatum, dictam excomunicationis sententiam nullam habeant, et audiant postmodum, si quid remanserit quaestionis, eamque decidant. Laterani II. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 207. fol. 52; Jubainville Comtes de Champagne V. 110. n. 1041; Potthast 478. n. 5446. (sub die 1. Februarii); Horoy H-i opp. omn. II. 233. n. 190. ex mss. du Theil.* — « DILECTVS FILIVS. »

297. — *Laterani 31 Ianuarii.*

« Abbati et conventui de Om. Cisterciensis ordinis. » Adprobat translationem eorum monasterii de loco Wegen (Veng) « ubi minus commode prius erat ad Om. ubi nunc est, » et commutationem quarumdam possessionum prioris loci cum terris ubi nunc est situm monasterium quod de consilio dioecesani episcopi et archiepiscopi Lundensis fecerant. Laterani II. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 218. fol. 56; Suhm Hist. af Danmark IX. 749; cf. Porthan Bullar. access. 6. n. 4; Potthast 479. n. 5444; Horoy H-i opp. omn. II. 227. n. 185.* — « CVM A NOBIS. »

298. — *Laterani 31 Ianuarii.*

« Waldemaro regi Danorum illustri. » Confirmat initam concordiam inter Fridericum imperatorem electum, et ipsum regem super terminos regni sui imperium contingentes. Laterani II. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 220. fol. 56; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 45. retro; Mss. Vallicel. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 41; Suhm Hist. af Danmark IX. 747; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. II. 497; Hasselbach Cod. Pomeran. dipl. I. 262. n. 111; Meklenb. UB. I. 218. n. 232; cf. Klempin*

Pommersch. UB. I. 132. n. 176; Potthast 479. n. 5441; Horoy H-i opp. omn. II. 229. n. 187; Rodenberg Epist. Select. p. 11. n. 14. — « Ivstis petentivm. »

299. — *Laterani 31 Ianuarii.*

« (Martino) Episcopo Portugalensi. » Confirmat concessionem a Tharasia Portugalensi regina filia imperatoris Ildefonsi ex testamento factam Hugoni episcopo et ecclesiae Portugalensi de civitate Portugaliae cum omnibus pertinentiis et redditibus, et cum ecclesia Sancti Petri et Rotundela et Busto et castro quod vulgo dicitur Luneta, cum omnibus pertinentiis suis, et Germiadi, quod primitus soror eius regina Vrtaca donaverat; et habentur hic insertae litterae Tharasiae dat. XIIII. Kal. maii, luna XV. anno Incarn. MCXX Indictione II. Laterani II. Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 265. fol. 69; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 73; Mss. Bibl. Nat. Paris. Cod. lat. 3934. p. 131; Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 84; Horoy H-i opp. omn. II. 235. n. 191.* — « Ivstis petentivm. »

300. — *Laterani 31 Ianuarii.*

Capitulo Arusiensi possessiones, quas P(etrus) et S(kaelmo) eorum episcopi de bonis paternis ad instituendas praebendas in eis illorum ecclesiae contulerant, confirmat. Laterani II. Kal. Febr. anno primo. — *Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 97; Langebek Scr. rer. Dan. VI. 392; Potthast 479. n. 5442; Horoy H-i opp. omn. II. 228. n. 186.* — « Ivstis petentivm desideriis. »

301. — *Laterani 31 Ianuarii.*

Eidem tertiam partem oblationum, quae intuitu b. Nicolai cathedrali ecclesiae offeruntur, praeter victualia delata ibidem, quae omnia canonicorum sunt usibus deputata, confirmat. Laterani II. Kal. Februarii anno primo. — *Thorkelin l. c. 98; Langebek l. c. 391; Potthast 479. n. 5443; Horoy H-i opp. omn. II. 230. n. 188.* — « Cvm a nobis. »

302. — *Laterani 1 Februarii.*

« (Guilielmo) Episcopo, Decano et Capitulo Engolismensibus. » Scribit ut P. Guilloudrum clericum qui, sicut dicitur, litterarum studio diutius insudavit et laudabiliter noscitur profecisse, ecclesiasticum beneficium non habentem, in fratrem et canonicum recipiant. Laterani Kal. Febr. anno primo — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 212. fol. 55; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 41. retro; Horoy H-i opp. omn. II. 239. n. 193.* — « Etsi qvilibet. »

303. — *Laterani 1 Februarii.*

« C(inthio) tituli Sancti Laurentii in Lucina Presbytero Cardinali. » Indulget ut quotiescumque aliquos clericos in eius capellis a Papa contigerit ordinari nullo in iure ei ex ordinatione huiusmodi derogetur. Laterani Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 213. fol. 55.* — « Cvm plervmqve. »

304. — *Laterani 1 Februarii.*

« (Rainaldo) Lugdunensi et (Brunoni) Viennensi Archiepiscopis. » Mandat ut archidiacono Lugdunensi, qui praeter depredationes, rapinas et excessus alios, haereticorum fuerat defensor, si super excessibus notoriis, pro quibus est excomunicationis vinculo innodatus, emendam praestiterit competentem et cautionem, et mandatis apostolicis parebit cum iuramento, beneficium absolutionis impendant, alias in eorum provinciis, singulis dominicis et diebus festivis excomunicatum publice denuntient. Laterani Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 215. fol. 55; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 42; Horoy H-i opp. omn. II. 239. n. 194. ex mss. du Theil.* — « Iam debverat. »

305. — *Laterani 1 Februarii.*

« (Valerio) Vpsallensi Archiepiscopo et Suffraganeis eius, et Episcopis per Lundensem provinciam constitutis. » Nunciat se Legatum ac Visitatorem constituisse (An-

dream) Lundensem archiepiscopum tam in Lundensi quam in Vpsallensi provinciis. Laterani Kal. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. epist. 216. fol. 56; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol 43. retro; Vastovni Vitis aquilon. 168; Liljegren Svenskt dipl. I. 190. n. 169; epit. apud Neumann Hist. primat. Lundensis 167; Celse Appar. 55. n. 4. Potthast 479. n. 5445; Horoy H-i opp. omn. II. 237. n. 192.* — « Is QVI FACIT. »

306. — *Laterani 3 Februarii.*

« (Stephano) Noviomensi Episcopo. » Confirmat indulgentias in concilio generali lateranensi crucesignatis concessas, eique mandat ut eas per omnes ecclesias suae dioecesis frequenter annuntiari faciat. Laterani III. Nonas Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 225. fol. 57; Horoy H-i opp. omn. II. 241. n. 195. ex mss. du Theil.* — « CVM IN GENERALI CONCILIO. »

307. — *Laterani 3 Februarii.*

« Episcopo Cameracensi. » Confirmat possessiones, libertates, immunitates et iura a romanis imperatoribus et regibus et principibus ipsi ipsiusque ecclesiae concessa. Laterani III. Non. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 227. fol. 58.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

308. — *Laterani 3 Februarii.*

Beraldo priori et fratribus iuxta specum s. Benedicti constitutis concessionem sex librarum usualis monetae quas de annuo censu castri Portiani secundum tenorem privilegii Innocentii III (d. d. 26 Febr. a. 1203) debent percipere, ratam habet. Laterani III. Non. Febr. anno primo. — *Liverani Spicil. Liberianum 711. n. 1; Potthast 480. n. 5447; Horoy H-i opp. omn. II. 242. n. 196.* — « EA QVAE PIIS. »

309. — *Laterani 4 Februarii.*

« (Eberhardo) Archiepiscopo Salseburgensi. » Eum graviter obiurgat quod Walt. monachum monasterii Sancti Lamberti, causa electionum factarum de ipso et de Wolch monacho in monasterio memorato, pendente coram iudicibus a Sede Apostolica delegatis, in ecclesia capi tyrannica feritate et retrudi in carcerem graviter vulneratum fecerit, et praefatum Wolch in abbatem post appellationem benedixerit; nec non sententiam excomunicationis in quosdam monachos eiusdem monasterii promulgans iurisdictionem sibi indebitam usurpaverit, cum idem monasterium ad Sedem Apostolicam nemine mediante pertineat: mandat ergo ut dictum Walt. sinè dilatione libertati restituat, nec impediat aut per suos impedire permittat, quominus causam suam coram praefatis iudicibus libere prosequatur: sententias quoque quas in subdiaconum et monachos inordinate promulgavit sine difficultate relaxet aut etiam nullas esse denuntiet cum monasterium dicatur exemptum et legitime dicatur appellatio processisse, alioquin decano Pataviensi et praeposito Maticensi dat litteris in mandatis ut ipsum ad haec exequenda compellant. Laterani II. Non. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 223. fol. 57; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 47; Horoy H-i opp. omn. II. 244. n. 197.* — « CVM EA DE FRATRIBVS. »

Cod. Vat. addit: Illis scriptum est super hoc.

310. — *Laterani 6 Februarii.*

« Abbati de Retorta Palentine diocesis et Priori sancti Iohannis et G. Rectori de Sales canonico Burgensibus. » Mandat ut ad ecclesiam Palentinam personaliter accedant et inquirant circa quandam constitutionem conditam tempore bon. mem. A. episcopi Palentini super distributione reddituum inter canonicos facienda, eisque praecipit ut huiusmodi constitutionem si in praeiudicium eiusdem ecclesiae invenerint, revocent. Laterani VIII. Id. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 258. fol. 68; Cod. Casanat. X.*

VI. 2. fol. 72; Horoy H-i opp. omn. II. 245. n. 198. — « INTELLEXIMVS QVOD. »

311. — *Laterani 6 Februarii.*

Abbati et conventui Sancti Amandi Tornacen. dioec. indulget pontifex ut in pignus detineant fructus feudorum, dummodo sint immunes a servitio quo tenentur feudatarii ratione feudi. Laterani VIII. Id. Febr. anno primo. — *Analecta Iuris Pont. an. 1875; Horoy H-i opp. omn. II. 246. n. 199.* — « CVM A NOBIS. »

312. — *Laterani 7 Februarii.*

« B. Regine Danorum Illustri. » Confirmat donationem propter nuptias ei a rege, de consilio et assensu principum, factam. Laterani VII. Id. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 221. fol. 56; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 45. retro; Mss. bibl. Nation. Paris Cod. lat. 3934; Horoy H-i opp. omn. II. 247. n. 201.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

313. — *Laterani 7 Februarii.*

« (Dominico) Priori et fratribus ecclesie sancti Romani Tolosani. » Iis desiderantibus inhibet ut nulli fratrum post factam in eorum monasterio professionem sine prioris aut successorum eius licentia de eodem liceat discedere, discedentem vero nullus audeat retinere. Laterani VII. Idus Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 247. fol. 63; Quétif et Echard Script. ord. Praed. I. 15; Ripolli Bullar. Praedic. I. 5. n. 5; Potthast 480. n. 5448; Horoy H-i opp. omn. II. 247. n. 200.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

314. — *Laterani 8 Februarii.*

« Nobili mulieri Comitisse Sancti Pauli. » Ipsi supplicanti annuit, ut cum terra viri sui, absque culpa praedictae comitissae, supposita fuerit interdicto, liceat ipsi divinis officiis interesse, clausis ianuis et excomunicatis et nominatim interdictis exclusis. Laterani VI. Id. Februarii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 234. fol. 59.* — « ILLIS PRECIBVS. »

315. — *Laterani 8 Februarii.*

« R(oderico) Archiepiscopo Toletano. » Plures ecclesias cum pertinentiis suis et cum decimis omnium reddituum regalium, quaeque ecclesiae tempore suo a Saracenorum manibus ereptae fuerant concedit. Laterani VI. Id. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 235. fol. 59; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 51. retro; Mss. Bibl. Nat. Paris Cod. lat. 3934. p. 96; Horoy H-i opp. omn. II. 250. n. 205.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

316. — *Laterani 8 Februarii.*

« Tullensi Episcopo, B. Remensi et T. Ambianensi Archidiaconis. » Mandat ut provisionem annuam quadragintarum librarum pro G. quondam Cathalaunensi episcopo, qui episcopatum resignaverat de assensu Innocentii PP. (III), ad summam ducentarum librarum curent moderari. Laterani VI. Idus Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 272. fol. 71; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 79; Horoy H-i opp. omn. II. 249. n. 204. ex mss. du Theil.* — « EX INSINVATIONE. »

317. — *Laterani 8 Februarii.*

Compositionem inter (Arnoldum) episcopum Curiensem ex una, et (Cunonem) abbatem conventumque de Monte s. Mariae ex altera parte super ecclesia de Burgusio (Burgeis), possessionibus et rebus aliis amicabiliter initam confirmat. Laterani VI. Id. Febr. anno primo. — *Mohr. Cod. dipl. I. 256. n. 185; Potthast 480. n. 5449; repetitur 488. n. 5453; Horoy H-i opp. omn. II. 248. n. 202; repetitur 258. n. 207.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

318. — *Laterani 9 Februarii.*

« Archiepiscopis, et Episcopis, et Abbatibus, et Prioribus, Archidiaconis, Prepositis et aliis ecclesiarum Prelatis per Tusciam, Lombardiam, Romaniolam et Sardiniam constitutis. » Vt defensioni ecclesiasticorum ac specialiter monachorum Vallymbrosanae

Congregationis invigilent. Laterani V. Id. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 222. fol. 57; Mss. Vallic. I. 53; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 46. (fragm.).* — « Non absqve dolore. »

319. — *Laterani 9 Februarii.*

« Priori Sancti Victoris et Succentori et magistro R. de Remis canonico Parisiensibus. » Vt collationem archidiaconatus Senonensis si per archiepiscopum Senonensem indigne facta erit, irritam declarent, et similiter de parochialibus beneficiis adolescentibus ab eodem collatis. Laterani V. Id. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 230. fol. 58; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 49. retro; Mss. Vallic. I. 53; Horoy H-i opp. omn. II. 261. n. 212.* — « Si qvantitati. »

320. — *Laterani 9 Februarii.*

« (Roderico) Archiepiscopo Toletano. » Ipsi supplicanti confirmat ecclesiae Toletanae quaedam castra, domos, vineas, molendina, et alia quae sigillatim recensentur. Laterani V. Id. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 236. fol. 59; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 52; Mss. Bibl. Nat. Paris. Cod. lat. 3934. p. 97; Horoy H-i opp. omn. II. 258. n. 208.* — « Cvm a nobis petitvr. »

321. — *Laterani 9 Februarii.*

« Nobili Viro Wlodislano (sic) Duci de Kalis. » Eius annuens postulationibus confirmat initam pacis concordiam inter ipsum et Wlodislavum ducem Poloniae patruum suum. Laterani V. Id. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 249. fol. 63; Mss. Vallic. I. 53; Theiner Mon. Polon. I. 1. n. 1; cf. Palacky Reise 20. n. 55; Potthast 480. n. 5450; Horoy H-i opp. omn. II. 261. n. 211.* — Cvm illivs licet. »

322. — *Laterani 9 Februarii.*

« (Henrico) Gneznensi Archiepiscopo et suffraganeis eius. » Iniungit ut compositionem quae inter Wlodislavum Ducem de Kalis et Wlodislavum ducem Poloniae, sicut pro bono pacis factam, conservare studeant. Laterani V. Id. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 250. fol. 63; Theiner Mon. Polon. I. p. 1. n. 2; Potthast 480. n. 5451; Horoy H-i opp. omn. II. 260. n. 210.* — « Preces dilecti filii. »

323. — *Laterani 9 Februarii.*

« I(ohanni) Ministro et fratribus Ordinis SS. Trinitatis. » Confirmat eorum ordinem iam institutum tempore Innocentii (III) et ab eodem approbatum, cuius regula ad verbum ibidem habetur inserta. Laterani V. Id. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 256. fol. 66; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 64; Mss. Vallic. I. 53; Bullarium Rom. ed. Taur. III. 305. n. 6; Potthast 480. n. 5454; Horoy H-i opp. omn. II. 251. n. 206.* — « Operante divine dispositionis. »

324. — *Laterani 9 Februarii.*

« Nobili Viro Wlodislavo Duci de Kalis. » Recipit eum eiusque res in protectionem, et prohibet ne archiepiscopus Gneznensis in eum vel in terram suam sine ratione manifesta et iusta causa sententiam excommunicationis ferre possit. Laterani V. Id. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 314. fol. 82; Mss. Vallic. I. 53; Muratori Antiq. Ital. V. 835; Theiner Mon. Pol. I. n. 3; Potthast p. 480. n. 5452; Horoy H-i opp. omn. II. 260. n. 209.* — « Sacrosancta Romana Ecclesia. »

325. — *Laterani 10 Februarii.*

« Priori et Fratribus Sancti Fridiani Lucanis. » Prohibet ad exemplar Vrbani et Clementis Romanorum Pontificum quominus possessiones et thesauros eorum ecclesiae, nisi pro manifesta necessitate et consideratione maioris commodi, absque consilio maioris et senioris partis capituli

distrahere possint, eisque indulget ut in procuratoribus et aliis obsequiis Romanae Ecclesiae et Legatorum et Nuntiorum eiusdem cleri, generalis conclusio eos non coartet, sed ab ipsis nullo medio singulariter a Romana Ecclesia requiratur quod ab ipsis fuerit in praedictis obsequiis pro necessitate temporis impendendum. Laterani IIII. Idus Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 224. fol. 57.* — « LICET DE STATV. »

326. — *Laterani 10 Februarii.*

« B(ertranno) tituli sanctorum Iohannis et Pauli Presbytero Cardinali Apostolice Sedis Legato. » Significat praepositum et capitulum ecclesiae Arelatensis nec non suffraganeos eiusdem ecclesiae in locum M. quondam Arelatensis archiepiscopi, cuius Papa cessionem receperat, postulasse sibi in pontificem Hugonem Vapincensem episcopum, eique mandat ut postulationem et postulatum diligenter examinet, et si eandem inveniet de persona idonea canonice celebratam, confirmet. Laterani IIII. Id. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 241. fol. 60; Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 52; Horoy H-i opp. omn. II. 248. n. 203. ex mss. du Theil (8 Febr.).* — « TAM EX LITTERIS. »

327. — *Laterani 10 Februarii.*

« Magistro et Fratribus Militie Templi in Hispania. » Confirmat castra Rodañ. et Castelbañc. quae in frontaria Saracenorum in regno Portugaliae statuerunt cum ecclesiis, possessionibus et rebus aliis ad ipsam de iure spectantibus, eaque sub Beati Petri protectione suscipit pro annuo censu unius unciae auri sibi suisque successoribus persolvendo. Laterani IIII. Idus Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 244. fol. 61; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 53. retro; Mss. Bibl. Nation. Paris. Cod. lat. 3934. p. 100; Horoy H-i opp. omn. II. 263. n. 213.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

328. — *Laterani 10 Februarii.*

« Eisdem. » Confirmat ecclesiam Sancti Iacobi Sanctarensis, eamque sub Beati Petri protectione recipit cum annuo censu unius unciae auri sibi suisque successoribus persolvendo. Laterani IIII. Idus Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. ep. 245. fol. 62.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

329. — *Laterani 10 Februarii.*

« (Stephano) episcopo Torcellano et priori sancte Crucis, et Petro Pin. subdiacono nostro canonico Sancti Marci de Venetiis. » Mandat ut dent licentiam Abbati et Fratribus Sancti Stephani de Carraria transferendi eorum monasterium ad alium locum quo viderint expedire, nam, ut Paduanus, Castellanus et Clugensis episcopi olim Innocentio (III) demonstrarunt ac etiam in praesens sibi ipsi denuntiatur, in loco ubi nunc commorantur multis molestiis et multiplicibus exactionibus ab I. de Carraria indebite molestantur. Laterani IIII. Id. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 248. fol. 63.* — « INSINVANTIBVS OLIM. »

330. — *Laterani 11 Februarii.*

« A(ndreae) Illustri regi Vngarie. » Cum crucem assumpserit, recipit eum eiusque regnum in protectionem, annuens ut bona sua, durante eius absentia, sub defensione archiepiscoporum et episcoporum consistant, eiusque dispositionem confirmat qua regnum Hungariae primogenito suo Belae, regnum vero Galitiae Colomanno reliquit, eisque sine liberis decedentibus, Andream instituit successorem. Laterani III. Id. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 240. fol. 60; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 53; Mss. Vallic. I. 53; Feiér Cod. Dipl. III. 1. 189; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 23; Theiner Mon. Hung. tom. I. p. 5. epist. 6; Potthast 480. n. 5456; Horoy H-i opp. omn. II. 265. n. 215.* — « QVANTO NOS ANGIT. »

331. — *Laterani 11 Februarii.*
« (Andreae) Archiepiscopo Lundensi. » Concedit, ut necessitate urgente, possit illegitimos ad sacros ordines dispensare ac promovere, dummodo non sint geniti de nefando seu etiam detestando contubernio. Laterani III. Id. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. I. epist. 246. fol. 62; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 54, repetita fol. 60. retro; Mss. Vallic. I. 53; Liljegren Svenskt dipl. I. 192. n. 170; Porthan Bullar. access. 6. n. 5; Potthast 480. n. 5455; Horoy H-i opp. omn. II. 263; n. 214.* — « Plervmqve oleaster. »

332. — *Laterani 11 Februarii.*
« (Gervasio) Patriarche Constantinopolitano. » Mandat ut sententiam excomunicationis contra G. de Villarduini et O. de Rocca sine rationabili causa et contra generalis concilii statuta promulgatam relaxet, alioquin ab abbate de Dasin. Cisterciensis Ordinis Atheniensis dioecesis, a Priore Dominici Templi Atheniensis et a Decano Davaliensi eam relaxare faciet. Laterani III. Id. Februarii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 271. fol. 71.* — « Ex parte nobilis viri. »

333. — *Laterani 12 Februarii.*
« (Rogerio) Archiepiscopo Beneventano. » Praecipit ut compellat « Aldemarum Pantasie canonicum Beneventanum ad dimittendum ecclesiam Sancti Angeli ad Caballum ad Cancellariam Curie Beneventane spectantem, quia contra consuetudinem aliarum parochialium ecclesiarum Cancellarie predicte, ac contra statuta concilii generalis detineat occupatam, cum aliam habeat parochialem ecclesiam et in ista nolit personaliter deservire: » quod si hac vice mandatum apostolicum adimplere neglexerit, non praeteribit impune. Laterani II. Idus Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 252. fol. 64.* — « Et si omnia. »

334. — *Laterani 12 Februarii.*
(Alberico) archiepiscopo Remensi eiusque suffraganeis, abbatibus, prioribus et decanis in Remensi provincia constitutis mandat, ut invasores possessionum abbatiae Laudensis Cisterc. ord. Tornacens. dioec. laicos excommunicent et clericos ab officio et beneficio suspendant. Laterani II. Id. Febr. anno primo. — *Miraei Opp. dipl. II. 844; Buzelinus Gallo-Flandria 384; Potthast 480. n. 5457; Horoy H-i opp. omn. II. 265. n. 216.* — « Non absqve dolore. »

335. — *Laterani 13 Februarii.*
« (Guilielmo) Lingonensi Episcopo. » Vt cessionem Virdunensis episcopi ob incommoda senectutis et defectus alios emissam recipiat eodem absoluto ab excomunicationis sententia qua eum P. tituli Sanctae Pudentianae Presbyter Cardinalis Apostolicae Sedis Legatus adstrinxerat. Laterani Id. Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 229. fol. 58; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 62; Horoy H-i opp. omn. II. 269. n. 218.* — « Sentiens venerabilis frater. »

336. — *Laterani 13 Februarii.*
« Io. Abbati Monasterii sancti Petri Corbeiensis quod in pago Ambianensi situm est, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Ad exemplar Romanorum Pontificum Nicolai, Benedicti, Leonis, Vrbani, Paschalis, Innocentii secundi, Eugenii, Adriani, Clementis, Celestini et Innocentii tertii idem monasterium ad ius et proprietatem Beati Petri specialiter pertinens sub protectione suscipit, et vetera privilegia confirmat, et alia de novo concedit. Dat. Laterani per manum Ranerii Prioris Sancti Fridiani Lucani Sancte Rom. Eccl. Vicecancellarii Idib. Febr. indict. V. incarn. dom. anno MCCXVI (sic) Pontificatus vero Honorii PP. III. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 247. fol. 62; Horoy H-i opp. omn. II. 270. n. 219.* — « Apostolice Sedis. »

337. — *Laterani 13 Februarii.*

« (Roderico) Archiepiscopo Toletano et Suffraganeis eius. » Vt solvant vicesimam ecclesiasticorum proventuum pro Terra Sancta iuxta litteras eis datas ab Innocentio (III) in termino quod a Magistro Domus Militiae Templi, a Priore Hospit. Ierosolim. et a Cantore et Archidiacono Zamorensibus statuetur. Laterani Idibus Febr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 255. fol. 65; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 55 retro, repetita fol. 62; Mss. Vallic. I. 53; Horoy H-i opp. omn. II. 267. n. 217.* — « CVM FELICIS RECORDATIONIS. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est Archiepiscopo Compostellano et suffraganeis eius.

In e. m. Archiepiscopo Bracharensi et suffraganeis eius.

In e. m. Burgensi, Legionensi et Ovetensi episcopis et abbatibus et Prioribus exemptis in Legionensi, Portugalensi et Castelle regnis constitutis.

338. — *Laterani 13 Februarii.*

Archiepiscopis, episcopis abbatibus etc. mandata dat de helemosina, sepultura, honorifica receptione et benigna tractatione fratribus hospitalis S. Iohannis Hierosolymitani praebendis. Laterani Idibus Febr. anno primo. — *K. v. R. Regesten der Iohann.-Comthurei Tobel 35. n. 13. ubi Honorio IV perperam adscribitur; Potthast 480. n. 5458.*

339. — *Laterani 14 Februarii.*

« (Henrico) Archiepiscopo Gneznensi. » Condolet de incursibus, quos a paganis patiebatur, eum absolvit a voto in Terram Sanctam transfretandi, ut et ipse et alii crucesignati eius provinciae possint, si ipsi videbitur, in paganos insurgere. Laterani XVI. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 266. fol. 69; Mss. Vallicel. I. 53; Voigt. Cod. dipl. Pruss. I. 1; Theiner Mon. Pol. I. 2. n. 4; Potthast 480. n. 5459; Horoy H-i opp. omn. II. 272. n. 220.* — « LITTERAS TAM EPISCOPORVM. »

340. — *Laterani 14 Februarii.*

« Abbati de Dalphano Atheniensis diocesis et Priori dominici templi Atheniensis et Decano Davaliensi. » Dolet quod Constantinopolit. Patriarcha in praeiudicium Archiepiscopi Thebani « audientiam omnium questionum sibi contra iustitiam vindicat in sua provincia que ad ipsum per appellationem minime deferuntur; clericos et parrochianos eorum, inconsultis prelatis ipsis, excomunicans et excomunicatos absolvens satisfactione non exhibita competenti neque prestito iuxta formam ecclesie iuramento; personatus etiam et prebendas quas in eorum ecclesiis vacare contigit pro sue voluntatis arbitrio clericis conferendo quamquam conferendi potestas ad ipsum per canonicum processum temporis minime devolvatur, et sic videtur fungi vice Legati, cum hoc sibi nec per aliquod privilegium sit concessum, nec per mandatum Sedis Apostolice speciale, ad hec in Thebana provincia suum procuratorem constituit ut iurisdictionem possit ibidem indebitam exercere. » Mandat ut veritatem inquirant, ac si de partium voluntate processerit sententiabiliter procedant, alioquin causam ad Papam remittant. Laterani XVI. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 267. fol. 70.* — « EX INSINVATIONE. »

341. — *Laterani 14 Februarii.*

« Eisdem. » Mandat ut inquirant et de partium voluntate dirimant causam inter archiepiscopum Thebanum et patriarcham Constantinopolitanum, qui « dudum ad Thebanam civitatem accedens quedam ipsius civitatis monasteria ex eo diceret Patriarchalia esse et ad se nullo medio pertinere, quod in eorum singulis crucem invenit quam bone memorie patriarcha grecus in signum orationis que ibidem pro eo singulis diebus debebat fieri posuerat in eisdem, ac dictus archiepiscopus hoc negaret. » Laterani XVI. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 268. fol. 70.* — « EX INSINVATIONE. »

342. — *Laterani 14 Februarii.*

« Eisdem. » Mandat ut inquirant et sententiam proferant, si de partium voluntate processerit, super querelam capituli et archiepiscopi Thebanorum qui exposuerant quod patriarcha Constantinopolitanus ipsos ecclesia Beatae Mariae in foro Thebarum et quibusdam aliis contra iustitiam spoliavit. » Dat. ut supra (Laterani XVI. Kal. Martii anno primo). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 269. fol. 70.* — « SVA NOBIS VENERABILIS FRATER. »

343. — *Laterani 14 Februarii.*

« Abbati et Capitulo Sancti Frontonis Petragoricensibus. » Iniungit ut recipiant in canonicum Raimundum clericum, qui « pro comparanda incomparabili scientie margarita que domum Domini decorat labores multos subiit et expensas. » Laterani XVI. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 275. fol. 72; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 80. retro; Horoy H-i opp. omn. II. 274. n. 221. ex mss. du Theil.* — « ASCRIPTI MILITIE CLERICALI. »

344. — *Laterani 15 Februarii.*

« Abbati de Columba. » Nuntiat se praebendam, quam in ecclesia Placentina habebat magister Albertus de Pado, contulisse R. de Gummula, eique mandat, ut si praefatam praebendam sacerdotalem a retro actis temporibus esse constiterit, iniungat canonico supradicto, ut se temporibus debitis in praesbyterum ordinari faciat, quod si noluerit, personae idoneae quae sacerdotali fungatur officio, eam studeat adsignare. Laterani XV. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 237. fol. 60.* — « EX PARTE DILECTORVM. »

345. — *Laterani 15 Februarii.*

« Priori de Cordanicis et Archipresbytero Argenterie Vticensis et Vivariensis diocesum. » Exponit statum quaestionis de Coliaco et Sancti Martini Priorum canonicorum Vticensium contra praepositum Vticensem qui, contra statutum in concilio apud Montem Pesulanum habito a P. tituli Sancti Laurentii in Damaso, tunc Sanctae Mariae in Aquiro diac. Card. dum in partibus Provinciae legationis officio fungeretur « ecclesias prioratibus unitas separare molitur, contra dictam constitutionem et approbationem episcopi temere veniendo, et quamquam ne hoc fieret propter hec et alia fuerit a dictis prioribus ad Sedem Apostolicam appellatum, nominatus tamen prepositus appellatione contempta quasdam ecclesias ipsis prioratibus counitas aliis conferre presumpsit in dissolutionem obedientie regularis et Apostolice Sedis gravem iniuriam et contemptum; » mandat ut huiusmodi causam examinent et decidant, reducentes interim in statum debitum quidquid post appellationem ad Sedem Apostolicam temere invenerint attemptatum. Laterani XV. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 251. fol. 64.* — « DILECTI FILII. »

346. — *Laterani 15 Februarii.*

« Nobili viro H(enrico) duci Zlesie. » Notificat se confirmasse arbitrium quod C(onradus) episcopus quondam Alverstatensis promulgavit in causa inter ipsum et (Laurentium) Wratislaviensem episcopum super decimas praestandas a quibusdam Teutonicis qui de novo ad illius terrae inducti fuerant incolatum. Laterani XV. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 253. fol. 64; Theiner. Mon. Polon. tom. I. p. 2. n. 5; Potthast 481. n. 5460; Horoy H-i opp. omn. II. 275. n. 222; Rodenberg. Epist. Selec. p. 12. n. 15.* — « OLIM INTER TE. »

347. — *Laterani 15 Februarii.*

« (Alberico) Remensi, (Petro) Senonensi, et (Rainaldo) Lugdunensi Archiepiscopis et eorum suffraganeis et abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis per Remensem, Senonensem et Lug-

dunensem provincias constitutis. » Mandat ut cum ab abbate et conventu Clarevallensibus Cisterciensis Ordinis de suis parrochianis querelas acceperint, ipsos parrochianos ad exhibendam iustitiam compellant, attente provisuri ne sententiam excomunicationis quam tulerint absque satisfactione congrua relaxent. Laterani XV. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 254. fol. 64; Manrique Ann. Cister. IV. 101; Potthast 481. n. 5461; Horoy H-i opp. omn. II. 276. n. 224.* — « CVM A RELIGIOSORVM. »

348. — *Laterani 15 Februarii.*

« (Petro) Episcopo Parisiensi. » Indulget ut Philippum Noviomensem archidiaconum vocare possit ad ecclesiam Parisiensem, non obstante quod a b. m. Philippo Parisiensi archidiacono genitus fuerit, dummodo eius vocatio ipsi ecclesiae erit profutura. Laterani XV. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 257. fol. 68; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 71. retro; Horoy H-i opp. omn. II. 276. n. 223. ex mss. du Theil.* — « PER TVAS NOBIS. »

349. — *Laterani 18 Februarii.*

« Abbati Sancti Auberti et Magistris R. et Simoni canonicis Cameracensibus. » Mandat ut I. subdiacono, si idoneus sit et ecclesiastico beneficio non indignus, in aliqua ecclesiarum Laudunensium de competenti beneficio praebendali provideant. Laterani XII. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 270. fol. 70; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 77; Mss. Bibl. Nation. de Paris. Cod. lat. 3934. p. 138; Horoy H-i opp. omn. II. 278. n. 226.* — « LECTA CORAM NOBIS. »

350. — *Laterani 18 Februarii.*

« Abbati et Conventui Sancti Martini de Monte Viterbiensi Cisterciensis Ordinis. » Confirmat annuum beneficium triginta marcarum a Iohanne Rege Angliae eisdem concessum in ecclesia de Holcham dioecesis Norwicensis, in qua idem Rex pro medietate ius patronatus habebat, consentiente magistro Roberto Clocestria Cancellario Cicestrensi tunc medietatem beneficii eiusdem ecclesiae possidente; addit de eo beneficio Tusculanum Episcopum A. S. L. in Anglia, Norwicensi sede vacante, eumdem abbatem manu propria investivisse, quam institutionem deinde Cantuariensem archiepiscopum S. Rom. Ecclesiae Cardinalem metropolitanum ecclesiae memoratae et praescriptam concessionem regiam confirmavisse; deinde ait se ad exemplar Innocentii PP. (III.) praefatam concessionem firmam et ratam habere, eisdemque abbati et monasterio beneficii possessionem confirmat. Refert de verbo ad verbum litteras ipsius Regis, quae incipiunt, « *Sciatis nos* » dat. per manum Radulphi de Nivellis apud Partenay XXVI die Maii anno regni ipsius XVI. Laterani XII. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 278. fol. 73; Musaeum Britann. add: mss. 15351; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 82. retro; Bull. Vatican. I. 99; Potthast 481. n. 5463; Horoy H-i opp. omn. II. 280. n. 227.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

351. — *Laterani 18 Februarii.*

« (Simoni) Preposito, Archidiacono et H. de Parisius Canonico Suessionensibus. » Vt iterum excommunicent (Hugonem) comitem Registetensem, qui duobus ante annis fuerat excommunicatus pro iniuriis illatis capitulo Laudunensi. Laterani XII. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 294. fol. 76. Mss. Vallicel. I. 53; Bouquet. Rec. XIX. 627; Decretal. H-i III. lib. 5. tit. 16.* De poenis *c. 2. ed. Cironius 302; Decret. Gregorii IX. lib. 5. tit. 37.* De poenis *c. 13; Boehmer Corp. II. 835. (an. 1222); Richter Corp. II. 848; Potthast 481. n. 5462 et 676. n. 7852; Horoy H-i opp. omn. II. 277. n. 225; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. V. tit. XXXVII. c. XIII. n. 884.* — « GRAVEM DILECTORVM. »

352. — *Laterani 18 Februarii.*
Populo Cremonensi: eos rogat et hortatur, ut redeant ad cor suum, et relictis simultatibus et fraterniis odiis de se consultius cogitent, ne sint amplius in derisum, fabulam et canticum aliis tota die. Monet eos, ut sibi sine mora praeficiant ad suae regimen civitatis potestatem, consules vel rectorem, qui quaestiones et causas inter ipsos exortas poterit postmodum terminare. Laterani XII. Kal. Martii anno primo. — *Böhmer Acta imper. II. 640. n. 932; Potthast 481. n. 5464; Horoy H-i opp. omn. II. 283. n. 228.* — « CVM VOS TAMQVAM. »

353. — *Laterani 19 Februarii.*
« Archiepiscopis et Episcopis, et Abbatibus, Prioribus et aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint. » Commendat fratres et Ordinem SS. Trinitatis ut eos eorumque domum defendant a malignorum incursu, ac parrochianos inducant ut elymosinas elargiantur, et beneficiis charitatis eorum auxilium conferant opportunum. Laterani XI. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 259. fol. 68; Mss. Vallicel. I. 53; Mss. Bibl. Nat. Paris. Cod. lat. 3934. p. 130; Horoy H-i opp. omn. II. 285. n. 230.* — « CVM IVXTA VERBVM. »

354. — *Laterani 19 Februarii.*
Conventui monasterii S. Bartholomaei de Carpineto mandat, ut cum Gualterius ipsorum abbas in Pennensem episcopum sit assumptus, sibi talem praeficiant in pastorem, qui tanto congruat oneri et honori. Laterani XI. Kal. Martii anno primo. — *Vghelli Ital. sacra I. 1133; Potthast 481. n. 5465; Horoy H-i opp. omn. II. 287. n. 232.* — « CVM GVALTERIVS QVONDAM. »

355. — *Laterani 20 Februarii.*
« Sikelgarde Abbatisse et monialibus Monasterii Sancte Marie de Capua. » Eorum personas, bona et monasterium sub apostolica protectione recipit et privilegia concedit. Laterani X. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 273. fol. 71.* — « PRO FRAGILITATE SEXTVS. »

356. — *Laterani 20 Februarii.*
« Archiepiscopo et Capitulo Thebanis. » Postulantibus iisdem confirmat institutionem ab ipsis super duodecimo canonicorum numero in posterum observando factam « nisi faciente Domino in tantum excreverint ipsius ecclesie facultates quod plures possint et debeant ibidem canonici congrue sustentari. » Laterani X. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 274. fol. 72.* — « NOBIS HVMILITER SVPPLICASTIS. »

357. — *Laterani 20 Februarii.*
« Priori et Capitulo Sanctorum Iohannis et Pauli Tudertinis. » Personas et ecclesiam eorum cum omnibus bonis sub Beati Petri protectione recipit. Laterani X. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 277. fol. 73; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 82. retro; Mss. Bibl. Nat. Paris. Cod. lat. 3934; p. 147; Horoy H-i opp. omn. II. 285. n. 229. (19 Februarii).* — « IVSTIS PETENTIVM. »

358. — *Laterani 20 Februarii.*
« I. presbytero ecclesie Sancte Marie in Gariunti eiusque fratribus. » Ad exemplar Celestini PP. III. constitutionem confirmat qua in eorum conventu quinarium fratrum numerum habeatur « ne super aliquorum receptione preter id quod statutum est possitis qualibet improbitate vexari » nisi forte ipsius ecclesiae facultates magis excreverint. Laterani X. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 282. fol. 73; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 86. retro; Mss. Bibl. Nat. Paris. Cod. lat. 3934. p. 154; Horoy H-i opp. omn. II. 286. n. 231. (19 Februarii).* — « IVSTIS FILIORVM. »

359. — *Laterani 20 Februarii.*
« (Capitan[er]io) Vrbevetano Episcopo. » Indulget « ut crucesignatis tue diocesis qui

vel senectute aut infirmitate sive paupertate multa gravati non possunt personaliter exequi votum crucis, prout eorum saluti et Terre Sancte succursui videris expedire, despenses. » Laterani X. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 285. fol. 74.* — « Cvm dominvs. »

In eundem modum scriptum est (Borgondio) Balneoregensi episcopo.

360. — *Laterani 20 Februarii.*

« Capitulo Portugalensi. » Confirmat initam concordiam inter ipsos et archiepiscopum et capitulum Compostellanos super causa quorumdam votorum et interdicti quae ab Innocentio III. ad O. decanum et P. archidiaconum Aurienses commissa fuit, cuius concordiae conditiones et litterae Innocentii Papae hic ad verbum recensentur. Laterani X. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 287. fol. 74.* — « Cvm a nobis petitvr. »

361. — *Laterani 20 Februarii.*

« (Stephano) Archiepiscopo et Capitulo Bracharensibus. » Concedit dilationem litis inter ipsos et (Rodericum) archiepiscopum Toletanum super primatia usque ad octavam Pentecostes proxime futuram. Laterani X. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 292. fol. 76; Mss. Vallic. I. 53; Decretal. H-i III. lib. I. tit. 23.* De restitutione in integrum *c. 1. ed. Cironius 86; Mansi Conc. XXII. 1097; Labbe Conc. XI. 244. n. 5; Aguirre Concil. Hispan. V. 182; Boehmer Corp. Decret. Gregorii IX. lib. I. tit. 41. c. 7.* De in integrum restit. *II. 207. (ad an. 1220); Richter Corp. II. 219; Potthast 481. n. 5466; Horoy H-i opp. omn. II. 287. n. 233; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. I. tit. XLI. cap. VII. p. 288.* — « Coram felicis memorie. »

362. — *Laterani 22 Februarii.*

« Priori et clericis Sanctorum Iohannis et Pauli Tudertinis. » Cum in quaestione inter ipsos et Abbatem S. Petri de Monte Spoletanae dioecesis super tertia parte oblationum et possessionum capellae sancti Hilarii et cellarum ipsius et quibusdam aliis, in qua Innocentius Papa Angelum bon. mem. Sancti Adriani diaconi Cardinalis tunc subdiaconum et capellanum eiusdem Papae dederat auditorem, idem Innocentius Papa ipsam tertiam partem ecclesiae Sanctorum Iohannis et Pauli adiudicasset, Priori vero licere per eosdem clericos, « sicut fuerat consuetum, partem colligere memoratam: » verum cum sacerdos praedictae Capellae oblationum nomine in preiudicium eiusdem ecclesiae Sanctorum Iohannis et Pauli plures decimas, primitias et alia quae in quibusdam festivitatibus et aliis circumstantiis offeruntur excluderet: hinc mandat « ut per clericum vestrum a vobis in eadem ecclesia institutum, tam de omnibus suprascriptis, quam de aliis oblationibus, quocumque titulo ad ecclesiam ipsam pervenerint, sine diminutione aliqua integre tertia vobis portio persolvatur. » Laterani VIII. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 276. fol. 72; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 81; Decretal. Honorii III. lib. 5. tit. 19.* De Verborum significatione *c. 19. ed. Cironius 313; Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 40.* De Verb. signif. *c. 29; Boehmer Corp. II. 876. (ad ann. 1221); Richter Corp. II. 887; Potthast 677. n. 7858; Friedberg Corp. Iur. Can. II. tit. XL. c. XXIX. p. 925.* — « Cvm inter vos. »

363. — *Laterani 22 Februarii.*

« Nobili viro W(lodislavo) Duci de Kalis. » Scribit ut H(enrico) duci Zlesiae castrum de Kalis cum omnibus pertinentiis suis restituat, « alioquin... Scolastico Wratislaviensi, archidiacono et Slavo canonico Cracoviensibus damus nostris litteris in mandatis, ut te ad id per censuram ecclesiasticam apellatione remota compellant. » Laterani VIII. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 297. fol. 78; Theiner Mon. Polon. I. p. 3. n. 6;*

Potthast 481. n. 5467; Horoy H-i opp. omn. II. 288. n. 234. — « Exposita nobis. »

Cod. Vat. addit: Illis scriptum est super hoc.

364. — *Laterani 22 Februarii.*

« Scolastico Wratizlaviensi et Archidiacono et Slavo canonico Cracoviensibus. » Vt W(lodislavum) ducem de Kalis ad restituendum castrum de Kalis H(enrico) duci Zelesiae compellant. Laterani VIII. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 529. fol. 130; Mss. Vallic. I. 53; Theiner Mon. Polon. I. p. 3. n. 7; Potthast 481. n. 5468; Horoy H-i opp. omn. II. 289. n. 235.* — « Exposita nobis. »

365. — *Laterani 23 Februarii.*

« B(ertranno) tit. Sanctorum Iohannis et Pauli Presbytero Card. Apost. Sedis Legato. » Concedit ut cum in aliqua provincia vel dioecesi moram ei contigerit trahere longiorem, liceat ipsi, si necessitas evidens postulaverit, ab ecclesiis alterius provinciae vel dioecesis procurationes exigere, ita tamen quod numerus procurationum numerum dierum quibus huiusmodi moram faciet non excedat. Laterani VII. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 284. fol. 74.* — « Licet in constitutione. »

366. — *Laterani 24 Februarii.*

« (Henrico) Mediolanensi electo. » Mandat ut R. de Gumula canonico Mutinensi praebendam in ecclesia Placentina, quae curam exigit proprii sacerdotis, assignari faciat, si voluerit in presbyterum ordinari; alioquin eidem perpetuum super eadem silentium imponat. Laterani VI. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 279. fol. 73; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 84. retro; Mss. Bibl. Nat. Paris Cod. lat. 3934. p. 151; Horoy H-i opp. omn. II. 291. n. 237.* — « Cvm tibi dederimvs. »

367. — *Laterani 24 Februarii.*

« Abbatisse et conventui Monasterii Fontis Ebraudi Pictavensis diocesis. » Confirmat redditus, possessiones ac libertates a Riccardo rege Angliae eorum monasterio pia liberalitate collatas, ut in ipsius regis litteris ait contineri. Laterani VI. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 338. fol. 88; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Niquet Histor. de l'ordre de Fontevrault 426; Potthast 481. n. 5469; Horoy H-i opp. omn. II. 290. n. 236.* — « Ivstis petentivm. »

368. — *Laterani 25 Februarii.*

« Vniversis Christi fidelibus ad quos littere (sic) pervenerint. » Commendat Ordinem SS. Trinitatis ut ei elemosinis subveniant. Laterani V. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 260. fol. 68; Mss. Vallic. I. 53.* — « Qvoniam vt ait. »

369. — *Laterani 25 Februarii.*

« Regibus, comitibus, vicecomitibus et aliis terrarum principibus ad quos littere iste pervenerint. » Commendat eundem Ordinem Sanctae Trinitatis ut ipsum defendentes a malignorum incursu eorum favore et gratia prosequantur. Dat. Laterani ut supra (V. Kal. Martii anno primo). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 261. fol. 68; Mss. Vallic. I. 53.* — « Cvm ivxta. »

370. — *Laterani 25 Februarii.*

« (Octoni) Archiepiscopo Ianuensi et Abbati de Columba Placentine diocesis. » Iterum mandat ut ad ecclesiam Placentinam accedant, et capitulum eiusdem ecclesiae diligentius moneant « ut infra quindecim dies post monitionem vestram » sibi de persona idonea, eorum mediante consilio, provideant in pastorem. Laterani V. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 280. fol. 73; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 85; Campi Histor. di Piacenza II. 388.*

n. 67; cf. Manrique Ann. Cisterc. IV. 115; Potthast 482. n. 5473. — « CVM TIBI FRATER. »

371. — *Laterani 25 Februarii.*

« (Bertholdo) Archiepiscopo Colocensi et (Roberto) Episcopo Vesprimiensi. » Scribit quatenus quinque vel sex de crucesignatis a voto peregrinationis absolvant, quibus A(ndrea) Rex Vngariae tutelam filiorum suorum et custodiam regni commiserit, cum idem Rex ad votum peregrinationis explendum se accinxerit: quae voti absolutio hac conditione concedenda est, quod expensas, quas iidem iuxta facultates suas essent in peregrinatione facturi, transmutent in subsidium Terrae Sanctae, et si quoquomodo rex votum non exequatur, emissum votum exequi teneantur. Laterani V. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 281. fol. 73; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 85. retro; Theiner Mon. Hung. tom. I. p. 5. epist. VII; Pray Hier. II. 52; Katona Hist. crit. V. 439; Fejér Cod. dipl. III. I. 190; Potthast 481. n. 5471; Horoy H-i opp. omn. II. 293. n. 239.* — « CARISSIMVS IN CHRISTO. »

372. — *Laterani 25 Februarii.*

« P. Andree Priori ecclesie Sancti Salvatoris de Castro Tolloñ. » Personam eius cum omnibus bonis sub Beati Petri protectione recipit, specialiter autem ecclesiam Sancti Salvatoris una cum ecclesia S. Marci ad dictam ecclesiam pertinentem eidem confirmat. Laterani V. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 288. fol. 75.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

373. — *Laterani 25 Februarii.*

« (Petro de Corbolio) Episcopo Senonensi et Suffraganeis eius. » Mandat ut capitula cathedralia « ad concilia provincialia invitari debeant, et eorum nuntii ad tractatus admitti, maxime super illis que capitula contingere dignoscuntur. Laterani V. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 290. fol. 76; Decretal. H-i III. lib. 3. tit. 8.* De his que fiunt vel conceduntur a Praelatis *c. 1. ed. Cironius 197; Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 10.* De his que fiunt etc. *c. 10. apud Boehmer Corp. II. 468. (ad annum 1212); Richter Corp. II. 487; Potthast 671. n. 7796. Decr. Gr. vulgaris editio hanc bullam male tribuit* Innocentio III, *sed* Honorii III *est, ut Cod. Vat. hic fidem facit; Horoy H-i opp. omn. II. 291. n. 238. ex mss. du Theil; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. III. tit. X. cap. X. p. 505.* — « ETSI MEMBRA CORPORIS. »

374. — *Laterani 25 Februarii.*

« I(ohanni) ministro et fratribus Sancti Thome Apostoli et Sancti Michaelis Archangeli de Formis in Vrbe tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Vt Ordinis SS. Trininatis regula ibidem observetur, bona et possessiones enumerat et confirmat. Laterani V. Kal. Martii indict. V. anno primo per manum Raineri Sancte Romane Ecclesie Vicecancellarii. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 319. fol. 83; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 90. retro; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 102; Bull. Basil. Vatican. I. 100; Potthast 481. n. 5470.* — « INTER CETERA BENEFICIA. »

375. — *Laterani 25 Februarii.*

Abbati Columbae Cisterc. ord. Placentin. dioec. mandat ut praebendas ecclesiae Placentinae, nisi administrentur per presbyteros, personis idoneis quae sacerdotali fungantur officio assignet. Laterani V. Kal. Martii anno primo. — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 115; Campi Hist. di Piacenza t. II. p. 388. n. 67; Potthast 482. n. 5472; Horoy H-i opp. omn. II. 293. n. 240.*

376. — *Laterani 27 Februarii.*

« Rectoribus et Populo Massiliensibus spiritum consilii sanioris. » Invehit in eos

quod extent de haeresi suspecti ob graves excessus, quos in episcopum, presbyteros, ecclesias, cruces committebant, et nisi resipiscant dat litteris in mandatis B(ertranno) tit. SS. Iohannis et Pauli Ap. Sedis Legato, ut eos excomunicatione compescat. Laterani III. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 286. fol. 74; Mss. Vallic. I. 53; Horoy H-i opp. omn. II. 296. n. 242. ex mss. du Theil.* — « A MASSILIA. »

Cod. Vat. addit: Illi scriptum est super hoc.

377. — *Laterani 27 Februarii.*

« (Alberto) Episcopo Brixiensi. » Confirmat statutum quod ab eo de assensu sui capituli conditum est, « ut de cetero Vicedominus Brixiensis annuo redditu decem librarum imperialium et quatuor plaustrorum feni contentus existat, nec ultra hoc quidquam in eodem episcopatu sibi liceat vindicare: » refert ad verbum tenorem eiusdem statuti incipientis « NOS ALBERTVS. » Dat. in Ecclesia Maiori S. Marie Brixiensis die lune nono exeunte Ianuario, an. dom. MCCXVII. Indict. V. cui praedictus episcopus cum pluribus aliis se subscripsit. Laterani III. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 289. fol. 75; Gradonici Pontif. Brix. 241; Potthast 482. n. 5474; Horoy H-i opp. omn. II. 294. n. 241.* — « TVA NOBIS FRATERNITAS. »

378. — *Laterani 27 Februarii.*

« Magistro et Fratribus Domus Dei de Prissiniaco. » Personas eorum et domum ipsam, in qua divino obsequio mancipati sunt, cum omnibus bonis praesentibus et futuris sub Beati Petri protectione recipit, et specialiter possessiones quas nobilis mulier E. de Prissigniaco (sic) eidem domui contulit, et alia bona, sicut iuste et quiete possident, confirmat. Laterani III. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 291. fol. 76.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

379. — *Laterani 27 Februarii.*

« Seguntino et Sancte Marie de Barrazin Episcopis et Archidiacono Seguntino. » Iniungit ut moneant S. comitem regni Aragonum et eiusdem regis filii procuratorem, ut nob. viro Egidio de Zagra expensas omnes restituat ab eo factas pro castrorum custodia, quae in frontaria Sarracenorum a P. rege Aragonum ei commendata fideliter propriis sumptibus hactenus conservavit, alioquin dicto nobili facultatem concedant tamdiu castra eadem retinendi donec ipsi Egidio iuxta eorum taxationis arbitrium de factis et faciendis pro ipsis castris expensis competenter satisfactum fuerit. Laterani III. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 299. fol. 78.* — « AD AVRES NOSTRAS. »

380. — *Laterani 28 Februarii.*

« Decano et Capitulo ecclesie Nigellensis Noviomensis diocesis. » Mandat ut in canonicum recipiant magistrum P. de Capi clericum « eidem prebendam qua cito se facultas obtulerit adsignando » alioquin dat litteris in mandatis Th. R. de Cosdum Maioris Ecclesiae et Magistro L. Sanctae Mariae in Vineis canonicis Suessionensibus ut eos ad id per censuras ecclesiasticas compellant. Laterani II. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 293. fol. 76; Horoy H-i opp. omn. II. 298. n. 243. ex mss. du Theil.* — « DILECTVS FILIVS. »

Cod. Vat. addit: Illis scriptum est super hoc.

381. — *Laterani 28 Februarii.*

« Episcopis per Campaniam constitutis. » Regulas praescribit super colligenda et distribuenda vicesima proventuum in subsidium Terrae Sanctae. Laterani II. Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 312. fol. 81.* — « APPROBANTE GENERALI CONCILIO. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum Episcopis per Tusciam constitutis.

In e. m. Episcopis per Spoletanam Marchiam constitutis.

Archiepiscopis et Episcopis per Siciliam constitutis.

Episcopis et Abbatibus exemptis per Siciliam constitutis.

Archiepiscopis et Episcopis per Calabriam constitutis.

Archiepiscopis et Episcopis per Apuliam et Terram Laboris constitutis.

Episcopis et Abbatibus exemptis per Apuliam et Terram Laboris constitutis.

(Stephano) Abbati et Conventui Casinensibus.

Capitulo et Episcopis Suffraganeis ecclesie Ravennatensis.

(Henrico) Electo Mediolanensi et Suffraganeis eius.

Episcopis et Abbatibus exemptis per Lombardiam constitutis.

(Wolfero) Patriarche Aquilegensi et Suffraganeis eius.

(Angelo) Patriarche Gradensi et Suffraganeis eius.

(Leonardo) Archiepiscopo Iadrensi et Suffraganeis eius.

(Bernardo) Archiepiscopo Spalatensi et Suffraganeis eius.

(Leonardo) Archiepiscopo Ragusiensi et Suffraganeis eius.

(Iohanni) Archiepiscopo Strigoniensi et Suffraganeis eius. *Potthast 482. n. 5479.*

Abbatibus exemptis per Vngariam constitutis. *Potthast l. c.*

(Bertholdo) Archiepiscopo *(Coloniensi, sed rectius legendum)* Colocensi et Suffraganeis eius. *Potthast l. c.*

(Henrico) Archiepiscopo Gneznensi et Suffraganeis eius. *Theiner Mon. Polon. I. 4. n. 8; Potthast 482. n. 5475.*

(Sigfrido) Archiepiscopo Maguntino et Suffraganeis eius. *Würdtwein Nova Subsid. III. 43; Potthast l. c. n. 5477.*

Episcopis et Abbatibus exemptis per Teutoniam constitutis.

(Engelberto) Archiepiscopo Coloniensi et Suffraganeis eius.

(Gerhardo) Archiepiscopo Bremensi et Suffraganeis eius.

(Alberto) Archiepiscopo Magdeburgensi et Suffraganeis eius.

(Eberhardo) Archiepiscopo Salzeburgensi et Suffraneis eius.

(Theodorico) Archiepiscopo Treverensi et Suffraganeis eius.

(Bernardo) Archiepiscopo Tarantasiensi et Suffraganeis eius.

(Amadeo) Archiepiscopo Bisuntino et Suffraganeis eius.

(Bernardo) Archiepiscopo Ebredunensi et Suffraganeis eius.

(Bernardo) Archiepiscopo Aquensi et Suffraganeis eius.

(Michaeli) Archiepiscopo Arelatensi et Suffraganeis eius.

Episcopis et Abbatibus exemptis per Provinciam constitutis.

(Brunoni) Archiepiscopo Viennensi et Suffraganeis eius. *(Intellige Archiep. Viennen. Allobrogum in Delphinatu Galliae).*

(Rainaldo) Archiepiscopo Lugdunensi et Suffraganeis eius.

(Petro de Corbolio) Archiepiscopo Senonensi et Suffraganeis eius.

Episcopis et Abbatibus exemptis per Regnum Francie constitutis.

(Alberico) Archiepiscopo Remensi et Sufganeis eius.

(Roberto) Archiepiscopo Rothomagensi et Suffraganeis eius.

(Iohanni) Archiepiscopo Turonensi et Suffraganeis eius.

(Giraldo) Archiepiscopo Bituricensi et Suffraganeis eius.

(Guillelmo) Archiepiscopo Burdegalensi et Suffraganeis eius.

(Garsiae) Archiepiscopo Auxitano et Suffraganeis eius.

(Arnaldo) Archiepiscopo Narbonensi et Suffraganeis eius.

(Stephano) Archiepiscopo Cantuariensi et Suffraganeis eius.

(Waltero) Archiepiscopo Eboracensi et Suffraganeis eius.

(Andreae) Archiepiscopo Lundensi et Suffraganeis eius. *Liljegren Svenskt dipl. I. 193; n. 171; Potthast 482. n. 5478.*

(Guttormo) Archiepiscopo Nidrosiensi et Suffraganeis eius.

(Valerio) Archiepiscopo Vbsalensi (sic) et Suffraganeis eius. *Vastovii Vitis Aquil. 169; Celse Appar. 56. n. 5; Potthast 482. n. 5478.*

(Henrico) Archiepiepiscopo Dublinensi et Suffraganeis eius.

Abbatibus exemptis per Yberniam constitutis.

(Lucae) Archiepiscopo Armachano et Suffraganeis eius.

Abbatibus exemptis per Scotiam constitutis.

(Donato) Archiepiscopo Cassellensi et Suffraganeis eius.

(Felici) Archiepiscopo Tuamensi et Suffraganeis eius.

(Ricco) Archiepiscopo Calaritano et Suffraganeis eius.

(Ianuario) Archiepiscopo Turritano et Suffraganeis eius.

(Bernardo Omodeo) Archiepiscopo Arborensi et Suffraganeis eius.

382. — *Laterani 28 Februarii.*

Monasterium S. Crucis de Saxovivo, petentibus Nicolao abbate et fratribus, patrocinandum suscipit, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. Laterani II. Kal. Martii ind. V. incarn. dom. anno 1217 pont. anno primo. — *Iacobilli Mon. di S. Croce di Sassovivo 306; Potthast 482. n. 5476; Horoy H-i opp. II. 302. n. 245.* — « Religiosam vitam eligentibus. »

383. — *Laterani 28 Februarii.*

Magistro et fratribus hospitalis S. Mariae Theutonicorum in Confluentia, possessiones et alia bona confirmat. Laterani II. Kal. Martii anno primo. — *Hennes UB. des deutschen Ordens I. 30; Mittelrheinisches UB. III. 64. n. 62; Potthast 482. n. 5480. append. p. 2073.* — « Iustis petentium desideriis. »

384. — *Laterani 1 Martii.*

« (Roberto) Archiepiscopo Rothomagensi. » Mandat ut dispensare possit G. Martel clericum filium W. Martel super constitutione illa concilii lateranensis, « ne quis diversas dignitates ecclesiasticas vel plures patriarchales ecclesias recipiat, » circumstantiis et meritis personae inspectis. Laterani Kal. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 313. fol. 82; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 88. retro; Horoy H-i opp. omn. II. 305. n. 246. ex mss. du Theil.* — « Qui proprie probitatis. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum eidem Archiepiscopo scriptum est pro W. clerico nato nobilis viri Camerarii de Tamquaruilla.

385. — *Laterani 2 Martii.*

« Nicolao Mancino de Sancto Germano. » Confirmat terram et vineas dominicas quas S(tephanus) Casinensis abbas ipsi de assensu conventus sui, libellario nomine, sub certo censu ad vitam concessit. Laterani VI. Non. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 262. fol. 68.* — « Cum a nobis petitur. »

386. — *Laterani 2 Martii.*

« (Guarino) Episcopo Silvanectensi et (Iohanni) Abbati Sancte Genovefe et Priori Sancti Martini de Campis Pariensibus. » Vt compescant Erardum de Brena, qui bellum movet contra Theobaldum comitem Campaniae, cum ex inde impediatur succursus Terrae Sanctae contra statuta concilii lateranensis. Laterani VI. Non. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 295. fol. 77; Mss. Vallicel. I. 53; Innocentii III. Ep. ed. Balutius II. 842: Opp. ed. Migne III. 984.*

et Bouquet Rec. XIX. 633. citati apud Potthast 487. n. 5539. legunt VI. Non. Maii; *cf. Jubainville Comtes de Champagne V. 114. n. 1065; Horoy H-i opp. omn. II. 306. n. 247. ex mss. du Theil.* — « Anima nostra. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est Archiepiscopis, Episcopis per regnum Francie constitutis, verbis competenter mutatis. Dat. ut supra. *V. Balutium, Migne, Bouquet et Jubainville loc. cit.; Potthast 487. n. 5540.*

387. — *Laterani 2 Martii.*

« Magistro et Fratribus Domus Leprosorum de Corputen. Cenomanensis diocesis. » Eorum personas et domum cum omnibus bonis et possessionibus sub beati Petri protectione recipit specialiter possessiones de Corputren. (sic). Laterani VI. Nonas Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 302. fol. 79; Horoy H-i opp. omn. II. 310. n. 248.* — « Sacrosancta romana. »

388. — *Laterani 3 Martii.*

« Magistro et Fratribus domus Hospitalis de Vigneto Laudunensis diocesis. » Eorum personas et domum cum omnibus bonis sub beati Petri protectione recipit, eaque bona ipsis ipsorumque domui confirmat. Laterani V. Non. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 296. fol. 78; Horoy H-i opp. omn. II. 311. n. 249. ex mss. du Theil.* — « Ivstis petentivm. »

389. — *Laterani 3 Martii.*

« (Christiano) Episcopo de Pruzia. » Compatitur quod nova christianitas a paganis infestetur et indulget ut possit crucesignare christianos qui in eos insurgunt, iis exceptis qui crucem assumpserunt in subventionem Terrae Sanctae. Laterani V. Non. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 298. fol. 78; Mss. Vallicel. 1. 53; Acta Boruss. I. 262; Ziegenhorn Staatsrecht. Beyl. 5. n. 5; Fragm. ap. David Preuss. Chronik II. 24; Watterich Deutsch. Ordensstaat 227; Potthast 482. n. 5481.* — « Compatientis (sic) angvstiis. »

390. — *Laterani 3 Martii.*

Praeposito et Capitulo Magalonensibus indulget, ut, si quando eorum parochiani decimas retinere praesumpserint, illos ad persolvendum compellant. Laterani V. Non. Martii anno primo. — *Mem. de la Soc. Archéol. de Montpellier V. 552. n. 28; Potthast append. 2073. n. 5481 a-25832; Horoy H-i opp. omn. II 311. n. 250.* — « In avdientia nostra. »

391. — *Laterani 4 Martii.*

« C. Preposito Ecclesie Lausanensis. » Cum a pueritia fuerit unius oculi lumine destitutus, apostolicae consolationis subsidium impertitur et eius personam eiusque bona sub Beati Petri protectione recipit, specialiter autem praeposituram ecclesiae Lausanensis, quam a quindecim iam annis et amplius pacifice possidet, et alia bona illius confirmat. Laterani IIII. Non. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 317. fol. 82.* — « Ivstis petentivm. »

392. — *Laterani 4 Martii.*

« Abbati et Conventui Sancti Conventii Perusinis. » Nuntiat se confirmare G. quondam eorum monasterii abbati ecclesias Sancti Apolinaris et Sancti Nicolai de Spina in quibus Albanensis episcopus eius subsentatione de mandato ipsius Papae eidem providit. Laterani IIII. Non. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 327. fol. 86.* — « Cvm venerabilis frater. »

393. — *Laterani 4 Martii.*

Marzino Lunensi episcopo, cuius praedecessori b. m. Gualterio fel. m. Innocentius PP. III monasterium Arelense, quod ad iurisdictionem Sedis Apostolicae pertinebat, concesserat, hanc concessionem confirmat. Laterani IV. Non. Martii indict. V. incarn. dom. an. 1217 pont. anno primo. — *Vghelli Ital. sacra I. 852; Potthast 482. n. 5482; Horoy*

H-i opp. omn. II. 312. n. 251. — « AMPLA DIVINO MVNERE. »

394. — *Laterani 5 Martii.*

« Vniversis fidelibus nostris per Campaniam constitutis. » Scribit se illos tamquam speciales apostolicae ecclesiae filios et fideles habere, eisque mandat ut I(ohannem) tit. S. Praxedis in Rectorem recipiant. Laterani III. Non. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 301. fol. 78; Mss. Vallicel. I. 53; Theiner Cod. Dipl. Domin. Temporalis S. Sedis I. p. 47. n. 63; Potthast 482. n. 5483; Horoy H-i opp. omn. II. 314. n. 252.* — « VT SPECIALIS DILECTIONIS. »

395. — *Laterani 5 Martii.*

« Iohanni Abbati Sancti Salvatoris de Ficeclo (in e. l. legitur de Ficeckio et de Ficechio). » Ad exemplar Innocentii Papae (III) ratam habet et confirmat sententiam, quam Bennus plebanus ecclesiae et plebis Sancti Ypoliti de Castello Florentino Florentinae dioecesis, ex mandato Innocentii (III) promulgavit super institutione plebanae ecclesiae Sancti Iohannis in Ficeclo pro eorum monasterio contra Guidonem vice-comitem de Ficeclo et Guidonem quondam Guiliccionis et Rubertinum Ducis, consules de Ficeclo, pro se et toto communi de Ficeclo: tenorem eiusdem sententiae hic ad verbum refert. Laterani III. Non. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 347. fol. 91; Cod. Casanat. X. VI. II. fol. 112. retro.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

396. — *Laterani 5 Martii.*

Simeoni episcopo (Cerviensi) in archiepiscopum Ravennatem electo mandat, ut eiusdem ecclesiae Ravennatis curam quum suscipiat, eidem immineat sollicitudine pastorali et iniungat capitulo Cerviensi, ut sibi personam idoneam canonice eligant in pastorem. Laterani III. Non. Martii anno primo. — *Amadesius Antist. Ravenn. III. 174. n. 37; Potthast 482. n. 5484.* — « EXAMINATA POSTVLATIONE. »

397. — *Laterani 6 Martii.*

« I(ohanni) tituli S. Praxedis presbytero Cardinali Rectori Campanie. » Vt totius Campaniae suscipiat rectoriam, corripiat inquietos, pusillanimes consoletur, mansuetos exaltet, et reprimat pertinaces, diversis diversa rependendo stipendia meritorum. Laterani II. Non. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 300. fol. 78; Mss. Vallicel. I. 53; Theiner Codex Dipl. dom. tempor. S. Sedis I. p. 47. n. 64; Potthast 483. n. 5486; Horoy H-i opp. omn. II. 317. n. 255.* — « SPECIALIS GRATIE. »

398. — *Laterani 6 Martii.*

« Potestati et populo Pisanis. » Mittit eis legatum Hugolinum episcopum Hostiensem, eosque monet ut ipsum laeto animo recipiant eiusque praecepta devote servent. Laterani II. Non. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 303. fol. 79; Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 88; Potthast 483. n. 5488; Horoy H-i opp. omn. II. 315. n. 253.* — « ILLIVS VICEM. »

399. — *Laterani 6 Martii.*

« I(ngoni) Illustri regi Norwegie. » Adprobata pace inter ipsum ac Philippum nepotem episcopi Osloensis, intervenientibus bo. me. T(horero) Nidrosiensi archiepiscopo et aliis praelatis et nobilibus Norwegiae, gratias agit quod ad preces Innocentii PP. (III) paraverit multos milites in praeparatis a se navibus transmissurus in subsidium Terrae Sanctae, et recipit eum et crucesignatos in protectionem suam. Laterani II. Non. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 306. fol. 80; Mss. Vallicel. I. 53; Lange Diplom. Norveg. I. 4; Fragm. apud Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 24; Suhm Hist. af. Danmarck. IX. 750; Potthast 483. n. 5489.* — « DEVS QVI TE. »

400. — *Laterani 6 Martii.*

Capitulo ecclesiae Ravennatis significat, se postulationem Simeonis episcopi Cerviensis in ar-

chiepiscopum eiusdem ecclesiae Ravennatis admisisse, eisque mandat, ut dicto Simeoni obedientiam et reverentiam exhibeant debitam et devotam. Laterani II. Non. Martii anno primo. — *Amadesius l. c. 175; Potthast 483. n. 5485.* — « EXAMINATA POSTVLATIONE. »

401. — *Laterani 7 Martii.*

« B(ertranno) tit. sanctorum Iohannis et Pauli presb. Card. Apost. Sed. Legato. » Committit ei causam inter (Arnaldum Amalrici) Narbonensem archiepiscopum, et S(imonem) comitem Montisfortis, a quo de multis praesertim de ipsa Narbona praedictus archiepiscopus conquerebatur se esse spoliatum. Laterani Non. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 304. fol. 179; Mss. Vallic. I. 53; Besse Hist. des ducs, marquis, et comtes de Narbonne (Paris 1660. 4.°) 460; Bouquet Rec. XIX. 628; cf. Mahul Cartul. III. 372. 486; Potthast 483 n. 5490; Horoy H-i opp. omn. II. 318. n. 256.* — « VENERABILI FRATRI NOSTRO. »

402. — *Laterani 7 Martii.*

« Eidem. » Ne permittat ab aliquo molestari (Arnaldum) Narbonensem archiepiscopum et Himb. militem vassallum eius quominus muros castri de Capraria faciant reparari. Dat. Laterani ut supra (Non. Martii anno primo). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 305. fol. 80; Bouquet l. c. 629; Potthast 483. n. 5491; Horoy H-i opp. omn. II. 321. n. 257.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

403. — *Laterani 7 Martii.*

« Capitulo Metensi. » Iterato scribit ut Magistro Octoni scriptori Papae, eorum concanonico, licet absenti omnes praebendae fructus adsignent, eique etiam de subtractis satisfaciant, alioquin abbati Sancti Michaelis Virdunensis dioecesis dat litteris in mandatis ut eos ad id eompellat. Laterani Non. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 528 bis. fol. 129; Horoy H-i opp. omn. II. 321. n. 258.* — « ETSI REM GRANDEM. »

Cod. Vat. addit: Scriptum est super hoc eidem abbati Sancti Michaelis.

404. — *Laterani 7 Martii.*

Capitulo Pataviensi praedia, quae T. concanonicus eis pro remedio animae suae contulit, confirmat. Laterani Non. Martii anno primo. — *Mon. Boica XXVIII. II. 142; Potthast 483. n. 5492.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

405. — *Laterani 8 Martii.*

« Iacobo Balbo procuratori ecclesie Sancti Marci de Venetiis. » Indulget rogatu ducis Venetorum, ut « lapsus tibi temporis non obsistat quominus possessionem recuperare valeas » ecclesiae Sancti Marci de Tyro et aliarum rerum quae per Innocentium Papam (III) custodiae causa archiepiscopo Tyrensi assignata fuerunt, nam dicto archiepiscopo pro causa necessaria nunc absente, in praesentiarum ei assignari non possit eadem possessio. Laterani VIII. Id. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 527. fol. 129.* — « NOBIS HVMILITER SVPPLICASTI. »

406. — *(Laterani) 8 Martii.*

El papa confirma los privilegios del monasterio de S. Pedro de Galligans (*lat.* de Galli Cantu). (Laterani) VIII. Id. Martii anno primo. — *Villanueva Viage liter. XIV. 146; Potthast 483. n. 5493.*

407. — *Laterani 9 Martii.*

« (Hugolino) Hostiensi Episcopo Apost. Sed. Legato. » Vt praecipiat potestati et populo Pisanis, qui super facto Sardiniae iuraverunt stare mandatis apostolicis, ab ea quae spectat ad ius. B. Petri, revocent exercitum et electionem de... in ecclesia Pisana celebratam examinet. Laterani VII. Id. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 305[2]. fol. 80; Mss. Vallicel. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 86; Cod. Diplom. Sar-*

diniae I. 331. n. 36; Potthast 483. n. 5487. (6 Martii?); Horoy H-i opp. omn. II. 316. n. 254. (6 Martii). et rep. pag. 571. n. 92. — « CVM POTESTAS ET POPVLVS. »

408. — *Laterani 9 Martii.*

« Capitulo Agriensi. » Indulget ut decimae parochiae Sceremchi, quas C(atapanus) episcopus Agriensis ad supplendum eorum mensae defectum pia liberalitate et provida deliberatione concesserat, ab ipsis et ab eorum ecclesia iuste et pacifice possideantur. Laterani VII. Id. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 309. fol. 80; Theiner Mon. Hungar. tom. I. p. 6. n. 9; Fejér Cod. Dipl. III. I. 191; Schmitth Agrien. episc. I. 113; Potthast 483. n. 5494; Horoy H-i opp. omn. II. 322. n. 259.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

409. — *Laterani 9 Martii.*

« B(ertranno) tit. Sanctorum Iohannis et Pauli Presbytero Cardinali Apost. Sedis Legato. » Exponit Innocentium PP. (III) cui supplicatum fuerat a consulibus et aliis laicis de villa Montispesulani Magalonensis dioecesis ut in quinque vel quatuor ecclesiis eiusdem villae dare faceret poenitentias et ecclesiastica sacramenta, permisisse Magalonensi episcopo « ut super hiis taliter providere curaret, quod exinde non emergeret periculum animarum. » Addit Episcopum ipsum in iuris praeiudicium Sancti Firmini, Sedis Apostolicae appellatione contempta, capellam Sanctae Mariae infra Sancti Firmini parochiam constitutam de facto baptismalem et parochialem instituisse, ipsius ecclesiae iuri non modicum praeiudicium et priori eiusdem ecclesiae gravissimam laesionem inferendo. Mandat ut irritet quidquid post appellationem idem episcopus contra Priorem attemptavit. Laterani VII. Id. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 449. fol. 109.* — « EX INSINVATIONE. »

410. — *Laterani 10 Martii.*

« Episcopo et Archidiacono in Hostrevan et Preposito Atrebatensibus. » Cum ad eligendum decanum in Ambianensi ecclesia electores in duas partes abiissent, quarum una N. cancellario Ambianensi, altera Archidiacono favebat, mandat ut partes convocent, causam definiant, alioquin partes ad prioris iudicis remittant examen, appellantem in expensis legitimis condemnantes. Laterani VI. Idus Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 315. fol. 82.* — « DILECTVS FILIVS. »

411. — *Laterani 11 Martii.*

« (Arnaldo) Archiepiscopo Narbonensi. » Elnensi electo insinuante, mandat, ut quae de bonis Elnensis ecclesiae alienata invenerit illicite vel distracta, studeat per se vel per alium ad ius et proprietatem ipsius ecclesiae legitime revocare, ipsamque ecclesiam, personas, et possessiones protegat et defendat, et tam in spiritualibus, quam in temporalibus eandem reformet. Laterani V. Idus Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 307. fol. 80; Horoy H-i opp. omn. II. 323. n. 261.* — « DILECTVS FILIVS. »

412. — *Laterani 11 Martii.*

« (Petro) Archiepiscopo et Archidiacono Redonensibus et Sacriste Sancti Pauli Narbonensis. » Significat se, referente electo Elnensi, intellexisse « quod abbas et conventus Sancti Michelis de Coxano et quidam alii religiosi Elnensis diocesis usurariorum et excomunicatorum corpora tradentes ecclesiastice sepulture in preiudicium Elnensis ecclesie et scandalum plurimorum: sacerdotes instituunt in quibusdam ecclesiis que ad eos pleno iure non pertinent, eorum inrequisito assensu, qui debet de iure requiri, contra statuta lateranensis concilii pro sue libito voluntatis, alias Eliensis (sic) ecclesie super mortuariis, procurationibus et rebus aliis graves et iniuriosi plurimum existen-

tes: » mandat ut partibus convocatis, quaestionem super hoc dirimant. Laterani V. Id. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 308. fol. 80; Horoy H-i opp. omn. II. 323. n. 260.* — « QVERELAM DILECTI FILII. »

413. — *Laterani 11 Martii.*

« Abbati et Conventui de Luceio (de Lozeio sive de Locedio *Potthast*). » Concedit ut, cum sua armenta seu etiam quaelibet animalia pascendi causa ad diversas regiones transmittant, vel missa etiam revocent, nulla persona ecclesiastica pedagii nomine quidquam ab eis vel ab eorum pastoribus extorquere vel eos in aliquo indebite molestare praesumat. Laterani V. Id. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 310. fol. 80; cf. Manrique Ann. Cisterc. IV. 116; Potthast 483. n. 5495.* — « DIGNVM EST. »

414. — *Laterani 11 Martii.*

« Capitulo Segobiensi et universis clericis et laicis tam civitatis quam diocesis Segobiensis. » Mandat ut intendant (Roderico archiepiscopo Toletano cui, aegrotante (Gerardo) episcopo Segobiensi, provisionem et curam ecclesiae Segobiensis in spiritualibus et temporalibus commisit et concessit plenariam potestatem « dispondendi de illa per se ac per alios sicut faceret idem episcopus prout secundum Dominum et ipsius ecclesie utilitati viderit expedire, ita videlicet ut ipsi episcopo et necessarie sibi familie de proventibus ecclesie sepedicte necessaria faciat liberaliter ministrari. » Laterani V. Idus Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 323. fol. 85.* — « CVM EX INFIRMITATE. »

In eundem fere modum scriptum est eidem archiepiscopo.

415. — *Laterani 11 Martii.*

« Abbatisse et conventui Monasterii Fontis Ebraudi Pictavensis diocesis. » Redditus, libertates et possessiones a comitibus Andegavensibus eorum monasterio concessas, sicut eas iuste et pacifice possident « et in eorumdem comitum litteris plenius continetur » confirmat. Laterani V. Id. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 335. fol. 88; Horoy H-i opp. omn. II. 324. n. 262.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

416. — *Laterani 11 Martii.*

« Eisdem. » Terram quae vocatur Sauckeria et possessiones alias ac redditus a Margarita Domina Berriae eorum monasterio concessas, prout eas iuste ac pacifice possident, et in litteris eiusdem nobilis mulieris continetur, confirmat. Dat. Laterani ut supra. (V. Id. Martii anno primo). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 336. fol. 88.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

417. — *Laterani 13 Martii.*

Potestati et populo Senensibus (Hugonem) Hostiensem episcopum commendat. Laterani III. Id. Martii (anno primo). — *Pecci Storia di Siena 199; Potthast append. 2075. n. 5495f-25845; Horoy H-i opp. omn. II. 325. n. 263.* — « INTER CETEROS NOSTRE. »

418. — *Laterani 14 Martii.*

« Panpilonensi Episcopo. » Mandat ut procuratori Magistri Willelmi scriptoris et familiaris Papae praestimonium de Miranda, quod I. praedecessor eiusdem episcopi eidem Willelmo contulerat, cum universis fructibus hactenus perceptis ex eo integraliter assignet, alioquin (Oxoniensi sed leg.) Oxomensi episcopo dat litteris in mandatis ut ad id eum compellat. Laterani II. Id. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 316. fol. 82.* — « ETSI NOS SVSCEPTE. »

Illi scriptum est super hoc. In eundem modum scriptum est episcopo Oxomensi ut ipsius praestimonii et eius fructuum detentores compellat ad ea omnia dicto scriptori resignanda.

419. — *Laterani 14 Martii.*

« Cisterciensi, Pontiniacensi, Clarevallensi et Morimundensi Abbatibus. » Confirmat concordiam initam mediante Nicolai Tusculani Episcopi Ap. Sed. Legati, et ab Innoc. III in concilio generali adprobatam, circa ordinationem quatuor principalium abbatum Cisterciensium videlicet de Infirmitate, Pontiniaco, Claravalle et Morimundo. Laterani II. Id. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 318. fol. 82; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 89; Mss. Vallic. I. 53; Manrique Ann. Cistere. IV. 100; Potthast 483. n. 5497; Horoy H-i opp. omn. II. 328. n. 266.* — « CVM NVPER IN GENERALI. »

420. — *Laterani 14 Martii.*

« Archiepiscopis et Episcopis et aliis ecclesiarum Prelatis ad quos littere iste pervenerint. » Iura et privilegia monasterii beate Mariae Magdalenae Virziliacensis confirmat, ipsumque ad exemplar Celestini et Innocentii Rom. Pontificum sub protectione beati Petri suscipit. Laterani II. Id. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 326. fol. 86; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 99. retro; Mss. Vallic. I. 53; Mss. Bibl. Nat. Parisien. Cod. lat. 3934. p. 182; Horoy H-i opp. omn. II. 327. n. 265.* — « LICET VNIVERSA LOCA. »

421. — *Laterani 14 Martii.*

« Abbatisse et conventui Monasterii Fontis Ebraudi Pictavensis diocesis. » Confirmat redditus, possessiones, libertates, quas Philippus rex Francorum eorum monasterio regia liberalitate contulit, vel collatas a praedecessoribus ac fidelibus suis. Laterani II. Id. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 337. fol. 88.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

422. — *Laterani 14 Martii.*

Praeposito de Selbold ecclesiam de Grinda, a Friderico rege Siciliae in Romanorum imperatorem electo praeposituræ eius libere in augmentum praebendarum collatam, confirmat. Laterani II. Id. Martii anno primo. — *Vürdtwein Dioec. Magunt. III. 165; Potthast 483. n. 5496; Horoy H-i opp. omn. II. 326. n. 264.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

423. — *Laterani 15 Martii.*

« I. Bruxato Novariensi et M. Caroso Vercellensi canonicis. » Laudat probitatem et mores R. canonici Vercellensis capellani Papae: praecipit ut ipsum vel procuratorem eiusdem in possessionem thesaurariae Vercellensis ecclesiae et praeposituræ de Badaloco Vercellensis dioecesis inducant, quas Taurinensis episcopus propter malum statum in quo erat episcopatus eiusdem fuit tolleratus ut usque huc retineret. Laterani Id. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 264. fol. 68.* — « APOSTOLICE SEDIS. »

424. — *Laterani 15 Martii.*

« Elnensi electo. » Mandat ut in quaestionibus saecularibus quae in foro fuerint ecclesiastico infra Elnensem dioecesim ventilatae, iuramenta calumniae faciat exhiberi, non obstante consuetudine terrae quod in causis saecularibus iuramenta calumniae non praestentur, nam referente capitulo Elnensi plures pauperes et personae miserabiliter malitiosorum calumniatorum litibus molestantur et expensas graves substinent et sua plerumque iustitia defraudantur, eo quod frivolis exceptionibus et frustatoriis dilationibus saepius ordo iudiciarius impeditur. Laterani Id. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 320. fol. 84; Horoy H-i opp. omn. II. 330. n. 268. ex mss. du Theil.* — « EX INSINVATIONE. »

425. — *Laterani 15 Martii.*

« (Arnaldo) Archiepiscopo Narbonensi. » Vt in sua dioecesi nuper ab haeresi expurgata possit excommunicatos absolvere, non

obstante constitutione Avinionensis concilii a bonae memoriae magistro Milone Papae Notario tunc Apost. Sedis Legato edita. Dat. Laterani ut supra. (Idib. Martii anno primo). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 321. fol. 84; Mss. Vallicel. I. 53; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 95. retro; Horoy H-i opp. omn. II. 330. n. 267.* — « Cvm interdvm. »

426. — *Laterani 15 Martii.*

« (Petro) Archiepiscopo et Archidiacono Redonensibus et Sacriste Sancti Pauli Narbonensis. » Exponit: « cum quondam P. dictus Paucus de Pirpiañ (referente Elnensi electo) mutuata ecclesie sue quadam summa pecunie, plura extorsisset ab ea per usurariam pravitatem confecto instrumento publico de solvendis sibi et heredibus suis et non repetendis usuris, et extorto super observatione ipsius a canonicis eiusdem ecclesie iuramento, licet omni beneficio iuris et constitutionis in eo renuntietur expresse, ipsius demum corpus sine satisfactione super hiis aliqua decedentis Ierosolimitani hospitalis fratres Elnensis diocesis ecclesiastice tradiderunt in eiusdem ecclesie dispendium sepulture, cuius etiam heredes et executores testamenti eiusdem diocesis ac (sic) occasione usuras ab eadem ecclesia exigunt ipsam super hoc multipliciter molestantes: » mandat ut, si ita sit, revocent in irritum quidquid in fraudem usurarum invenerint attemptatum, nec non « heredes et executores predictos ut usuras a dicto P. extortas restituant, et ab ipsarum exactione per penam in lateranensi concilio contra usurarios editam » cogant. Dat. Laterani ut supra (Id. Martii anno primo). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 322. fol. 84; Horoy H-i opp. omn. II. 331. n. 269.* — « Dilectvs filivs Elnensis. »

427. — *Laterani 15 Martii.*

« B(ertranno) tit. Sanctor. Io(hannis) et Pauli Presbytero Card. Apost. Sed. Legato. » Significat « cum ex eo, quod muris et turribus civitatis et burgi Narbone dirutis et distructis, civitas ipsa undique patet hostibus et exponitur incursibus malignorum, Narbonensis ecclesia adeo gravem substineat lesionem quod de ipsius casu irreparabili non immerito formidatur: » mandat ut (Arnaldum) archiepiscopum et A. vicecomitem vassallum eius ac terras eorum benevole protegat, nec permittat eos a quocumque in sua iustitia indebite molestari, molestatores vero, si qui fuerint, per censuras ecclesiasticas compescat. Laterani Id. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 324. fol. 85.* — « Venerabilis frater noster. »

428. — *Laterani 15 Martii.*

« Abbati Monasterii beate Marie Magdalene Virziliacensis, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Eorum monasterio a Gerardo comite ipsius loci et uxore eius Berta fundato confirmat privilegia Summorum Pontificum Leonis, Gregorii, Vrbani, Eugenii, Alexandri, Lucii, Vrbani, Gregorii, Clementis, Celestini, Innocentii, eosque immediate sub Romano Pontifice existentes recipit sub protectione beati Petri. Laterani Id. Martii per manum Ranerii Prioris S. Fridiani Lucani S. R. E. Vicecancellarii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 325. fol. 85; Mss. Vallicel. I. 53; Cod. Casanat. X. VI. II. fol. 95. retro.* — « Religiosis votis. »

429. — *Laterani 15 Martii.*

« Preposito et Capitulo Caminensibus. » Libertatem, quam principes saeculares ipsis et eorum hominibus contulerunt, sicut eam pacifice possident, confirmat. Laterani Id. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 330. fol. 87; Rodenberg. Epist. Select. p. 13. n. 16.* — « Cvm a nobis petitvr. »

430. — *Laterani 15 Martii.*

« Preposito Caminensi. » Villas, clausuras et redditus de Lubin cum omnibus pertinentiis suis ad eius praeposituram spectantibus ipsi eiusque ecclesiae confirmat. Dat. Laterani ut supra (Id. Martii anno primo). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 331. fol. 87.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

431. — *Laterani 15 Martii.*

« Magistro R. Teanensi. » Decanatum ecclesiae Teanensis, qui tamdiu vacavit, quod ad Papam eius donatio fuerit devoluta, ipsi a (Theodino) episcopo Teanensi cum capituli sui assensu collatum, adprobat. Laterani Id. Martii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 388. fol. 96.* — « SI APOSTOLICE SEDIS. »

432. — *15 Martii.*

Honorius charge (Jean) prieur de Saint-Martin des-Champs, G(autier) Cornut et W. de Broyes, chanoines de Paris, de juger par appel une contestation entre Blanche de Navarre et l'abbaye de Cluny sur les droits d'entrée des vins et sur d'autres matières. — *Jubainville Comtes de Champagne V. 110. n. 1043; Potthast 483. n. 5498.*

433. — *Laterani 16 Martii.*

« (Petro) Archiepiscopo et Archidiacono Redonensibus et Sacriste Sancti Pauli Narbonensis. » Exponit se ab electo et capitulo Elnensibus intellexisse quod R. Elnensis quondam episcopus et quidam alii praedecessores sui « quam pluribus de bonis ecclesie Elnensis per eos alienatis illicite ac distractis, quandam pecunie quantitatem, que non est in ecclesie illius utilitatem conversa, ipso capitulo inconsulto, mutuo a diversis creditoribus acceperunt, propter quam dicta ecclesia ab ipsis plurimum infestatur, que etiam per dictum R. alias damna non modica, est perpessa; quedam etiam feuda ecclesie a vassallis eius illicite alienata sunt. » Praecipit ut quae illicite alienata vel distracta fuerint ad ius et proprietatem praedictae ecclesiae legitime revocare studeant. Laterani XVII. Kal. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 328. fol. 86; Horoy H-i opp. omn. II. 332. n. 270.* — « DILECTI FILII. »

434. — *Laterani 17 Martii.*

« Abbati et conventui de Belbog. » Decimas de Trebetowe a (Seguino) episcopo Caminensi de consensu capituli sui eisdem concessas, et de Belbog et de Cholm villas cum omnibus pertinentiis earundem, redditus et alia bona a Bozlao et Kazimaro [ducibus Pomeraniae collata confirmat. Laterani XVI. Kal. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 332. fol. 87; Rodenberg Epist. Select. p. 13. n. 18.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

435. — *Laterani 17 Martii.*

« Abbati Sancti Augustini Cantuariensis. » In quaestione quadam cum (Stephano) archiepiscopo Cantuariensi, a tempore Innocentii (III) incoepta, utrum ab eodem archiepiscopo sine professionis exactione benedici deberet, terminum prorogat pro litis definitione. Laterani XVI. Kal. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 334. fol. 87; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 102. retro; Decretal. H-i III. lib. 2. tit. 4.* De dilat. *c. 2. ed. Cironius 109. sine nota chronologica 107; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Potthast 667. n. 7748.* — « CVM OLIM INTER TE. »

436. — *Laterani 17 Martii.*

« Decano, magistro G. ac F. canonicis Remensibus. » Mandat ut moneant episcopos et archidiaconos Remensis provinciae ac officiales eorum ne abbates et fratres Praemonstratensis Ordinis eiusdem provinciae contra indulta eis a Sede Apostolica concessa aggravent imponendo aliquas indebitas exactiones eisdem: insuper praecipit ut

coerceant (Stephanum) episcopum Noviomensem ad restituendum novem vaccas et duos equos, quos quidam decanus ruralis eiusdem episcopi cum quibusdam complicibus in grangiam praedictorum fratrum ingressus, obduxerat, et quae numquam restituit, quia fuerant, ut dicebat, pro procuratione petita. Laterani XVI. Kal. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. l.b. 1. epist. 348. fol. 91; Horoy, H-i opp. omn. II. 333. n. 272.* — « GRAVEM QVORVNDAM. »

437. — *Laterani 17 Martii.*

« Sacerdotibus et clericis Sancte Crucis de Wid. » Quartam decimarum partem parochiae ecclesiae suae ac decimas horrei eiusdem ecclesiae, quas C(atapanus) Agriensis episcopus dioecesanus eis contulerat, confirmat. Laterani XVI. Kal. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 353. fol. 92; Theiner Mon. Hungar. tom. I. 7. n. 10; Katona Hist. critic. V. 238; Fejér Cod. dipl. III. I. 192; Potthast 483. n. 5499; Horoy H-i opp. omn. II. 333. n. 271.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

438. — *Laterani 18 Martii.*

« Abbati et Conventui Fontis Frigidi. » Confirmat redditus et proventus de Ascaron et de Susaniis et eorum adiacentiis in Elnensi dioecesi constitutos ab Iddefonso et P. regibus Aragonum pro institutione quarundam candelarum coram alteri (sic) Beatae Virginis die noctuque ardentium eorum monasterio collatos, et decimas villae de Ascharon (sic) quas habuit ante concilium generale. Laterani XV. Kal. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 333. fol. 87; Manrique Ann. Cist. IV. 116; Potthast 484. n. 5507. (25 Martii).* — « IVSTIS PETENTIVM. »

439. — *Laterani 18 Martii.*

« Consulibus et populo Montis Pesulani. » Ad exemplar Innocentii (III) eos recipit in protectionem sub praestatione annui census ad formam privilegii eiusdem Papae. Laterani XV. Kal. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 399. fol. 98; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 122; Mss. Vallicel. I. 53; Horoy H-i opp. omn. II. 336. n. 274. ex mss. du Theil.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

440. — *Laterani 18 Martii.*

(Sigfrido) Maguntino archiepiscopo et suffraganeis eius et abbatibus, prioribus... et aliis ecclesiarum praelatis per Maguntinam provinciam constitutis mandat, ut abbatem et fratres Welehradenses Cisterc. ord. Holomucens. dioec. a malefactoribus et invasoribus censuris ecclesiasticis defendant. Laterani XV. Kal. Apr. anno primo. — *Boczek Cod. Dipl. Morav. II. 91. n. 76; cf. Erben Reg. Bohem. 1. 270. n. 576; Potthast 484. n. 5500; Horoy H-i opp. omn. II. 335. n. 273.* — « NON ABSQVE DOLORE. »

441. — *Laterani 19 Martii.*

« G(ualae) tit. Sancti Martini presbytero Card. Ap. Sed. Legato. » Mandat ut inquirat et rescribat circa petitionem decani et capituli ecclesiae Saresberiensis ut Sedes Apostolica dignaretur eis misericorditer providere super eo quod « ecclesia cathedralis quae infra Saresberiensis munitionis ambitum est constructa, tot subiacet incommoditatibus et pressuris quod canonici et clerici in ea non possunt sine magno corporis periculo residere. » Laterani XIIII. Kal. Aprilis anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 345. fol. 90; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « EX PARTE DILECTORVM. »

442. — *Laterani 20 Martii.*

« Seguino Caminensi Episcopo eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. » Caminensem ecclesiam, quae Beati Petri iuris existit, ad instar Clementis et Celestini Romanorum Pontificum sub protectione suscipit, eius possessiones enumerat et confirmat, pluresque libertates ac privilegia impertitur. Laterani XIII. Kal. Apr.

per manum Ranerii S. Rom. Eccl. Vicecancellarii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 329. fol. 87; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 101; danice conscript. apud Suhm Hist. af. Danmark. IX. 302; danice et germanice apud Hasselbach Cod. Pomeran. dipl. I. 263. n. 112; Klempin Pommersches UB. I. 132. n. 117; diligentius apud Rodenberg Epist. Sel. p. 14. n. 19; Potthast 497. n. 5654. sine nota chronologica; quae addita fuit in App. p. 2076. n. 5502d-25866.* — « Ex INIVNCTO NOBIS. »

443. — *Laterani 20 Martii.*

« Vallis Oleti et Sacramenie Abbatibus Palentine et Segubiensis diocesum et R. archidiacono Oxomensi. » Committit iudicium causae dudum ortae inter b. m. G(arciam) Burgensem episcopum et clericos ecclesiae Sanctae Mariae de Castro Sorit Burgensis dioecesis, quae coram Innocentio (III) legitime contestata fuit « super eo quod iidem clerici post interdictum ipsius episcopi, ut dicebat, et excomunicationis sententiam a Ven. fratre nostro episcopo Palentino et coniudicibus suis a Sede Apostolica delegatis rationabiliter promulgatam in illos divina presunserunt officia celebrare ac super libertate libere sibi eligendi prelatum ac aliis articulis ex parte clericorum propositis contra episcopum memoratum. » Laterani XIII. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 341. fol. 89; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 108.* — « ORTAM DVDVM. »

444. — *Laterani 20 Martii.*

« Episcopo Macloviensi. » Mandat ut Ruellanus pauper presbyter, lator praesentium, in sua dioecesi susceptis ordinibus libere ministrare possit, licet a Larinensi episcopo, eo inscio, in subdiaconum et deinde gradatim in presbyterum promotus fuerit. Laterani XIII. Kal. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 342. fol. 90; Horoy H-i opp. omn. II. 338. n. 276. ex mss. du Theil.* — « CONSTITVTVS IN PRESENTIA NOSTRA. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est (Mauritio) episcopo Cenomanensi pro Roberto paupere presbytero quem Lavellinensis et Rapollanus episcopi ipso inscio in subdiaconum et deinde gradatim in presbyterum ordinarunt.

445. — *Laterani 20 Martii.*

Abbatem et conventum S. Crucis de Castro puellarum ord. S. Aug. sub. B. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem insulam in Galweja quae dicitur Inchetrail, Vastum quod dicitur Okelfas et unam carrucatam terrae in Dalgernoc etc. eis confirmat. Laterani XIII. Kal. Apr. anno primo. — *Liber cart. S. Crucis 184. n. 10; Potthast 484. n. 5501; Horoy H-i opp. omn. II. 337. n. 275.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

446. — *Laterani 20 Martii.*

(Henrico) archiepiscopo Gneznensi eiusque suffraganeis mandat ut monasterium de Leubus Cisterc. ord. a molestatoribus defendant. Laterani XIII. Kal. Apr. anno primo. — *Grünhagen Regest. 1. 100. n. 186; Potthast 484. n. 5502.*

447. — *Laterani 21 Martii.*

« Capitulo Sipontino. » Mandat ut Andreae canonico Basilicae Principis Apostolorum restituant redditum annuum quinque unciarum auri quem V. eorum archiepiscopus eidem assignaverat donec in eadem ecclesia provideretur, nec non praebendae fructus quae ab Innocentio PP. (III) praedicto Andreae collata fuit; alioquin ab archidiacono Asculano eos compelli faciet. Laterani XII. Kal. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 339. fol. 88.* — « DILECTVS FILIVS. »

Scriptum est super hoc archidiacono Asculano.

448. — *Laterani 21 Martii.*

« De Heremitis et de Monte Sancte Marie Abbatibus et Preposito de Oningin Constantiensis et Curiensis diocesum. »

Committit iudicium causae coram Innocentio (III) contestatae inter Henricum diaconum et Constantiensem praepositum, super eo, quod cum Henricus predictus a F(riderico) rege Siciliae in Romanorum Imperatorem electo ad ecclesiam de Montigil in qua idem rex ius patronatus obtinet fuisset dioecesano episcopo canonice praesentatus, dictus dioecesanus reprobi Octonis timore, vires adhuc in partibus illis habentis, qui postquam fuerat excomunicatione legatus eidem praesentaverat praepositum antedictum, ipsum admittens, eundem Henricum ad ipsam ecclesiam admittere recusavit. Laterani XII. Kal. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 340. fol. 88; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 105; Rodenberg Epist. Select. pag. 15. n. 20.* — « In presentia dilecti filii. »

449. — *Laterani 21 Martii.*

« Maioris Ecclesie et sancti Iohannis Decanis et Magistro T. canonico sancti Dionisii Leodiensibus. » Mandat ut conferant Iohanni subdiacono praebendam in ecclesia Sancti Florini in Confluentia quam Iacobus decanus eiusdem ecclesiae per suas literas in manibus Innocentii PP. (III) resignaverat, cuius resignationis quum praedictum decanum postea forte poeniteret, locum dederat quaestioni inter praedictum Iohannem et canonicos ecclesiae memoratae, quae coram Petro de Collemedio capellano et auditore Papae agitata, pro dicto Iohanne sententialiter definita fuerat. Laterani XII. Kal. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 343. fol. 90; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 110. retro; Decretal. H-i III. lib. I. tit. 7.* De renunciatione *c. 1. absque signo chron. ed. Cironius 41; Decret. Gregor. IX. lib. I. tit. 9.* De renunciatione *c. 13; Boehmer Corp. II. 96; Richter Corp. II. 109; Potthast 664. n. 7718; et in App. p. 2076. n. 25869; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. I. tit. IX. c. XIII. p. 113.* — « Veniens ad Sedem. ».

450. — *Laterani 21 Martii.*

« De Locedio et Sancti Ianuarii Abbatibus Vercellensis diocesis. » Cum sibi ab (Hugolino) episcopo Vercellensi fuisset supplicatum pro licentia locandi, permutandi ac etiam pignori obligandi aliquas ex possessionibus ecclesiae sibi commissae pro debitis eiusdem ecclesiae solvendis, mandat ut cum consilio capituli Vercellensis provide statuant quod utilitati eiusdem ecclesiae viderint expedire. Laterani XII. Kal. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 356. fol. 92.* — « Venerabilis frater noster. »

451. *Laterani 21 Martii.*

« Tornacensi et Ambianensi Episcopis et Magistro B. Canonico Ambianensi. » Mandat ut in ecclesia Insulensi Tornacensis dioecesis praebendam quam magister Daniel de Gandavo tenuit qui de novo suscepit babitum monachalem, et quae vacare dicitur, conferant Magistro Petro clerico cancellariae apostolicae qui diu in eadem ecclesia laudabiliter fideliterque deservivit. Laterani XII. Kal. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 369. fol. 94.* — « Non debet. »

452. — *Laterani 21 Martii.*

« Nobili viro (Lodowico al. Lodewico) comiti de Los crucisignato. » Confirmat compositionem quae mediante quondam Philippo marchione Namucensi (sic) bajulo comitatus Flandrensis inita fuit inter ipsum et Willelmum de Hollandia mense Octobris anno MCCVI super raptu A(dae) uxoris ipsius comitis ac terris ad ipsum ratione eiusdem uxoris spectantibus, cuius concordiae tenor hic ad verbum refertur. Laterani XII. Kal. Aprilis anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 436. fol. 106; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 147; Mss. Vallicel. I. 53; Cironius quinta compilatio Decretal. 149; Horoy H-i opp. omn. I. 241. II. 345. n. 278. (22 Martii); Matthaeus Ann. med. aevi III. 125; Mieris Charterb. I. 168; Kluit Hist. crit. Holland.*

II. I. 382. n. 91; Wolters Cod. dipl. Lossensis 72. n. 144; Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. I. 147. n. 256; Potthast 484. n. 5503. et in Append. 2076; Rodenberg Epist. Select. 16. n. 21. — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

453. — *Laterani 21 Martii.*
« Abbati Sancti Huberti Leodiensis diocesis et Sancti Iohannis et Sancti Martini decanis Leodiensibus. » Vt observari faciant compositionem inter L(odowicum) comitem de Los et Willelmum de Hollandia super raptu A(dae) uxoris ipsius comitis, nec non super Hollandia et aliis terris ad ipsum comitem ratione uxoris eiusdem spectantibus, mediante quondam Ph(ilippo) marchione Namucensi (sic) tunc balivo comitatus Flandrensis initam. Dat. ut supra (Laterani XII. Kal. Apr. anno primo). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 437. fol. 107.* — « CVM NOS COMPOSITIONEM. »

454. — *Laterani 21 Martii.*
(Alberico) Archiepiscopo Remensi et suffraganeis eius, abbatibus, prioribus... et aliis ecclesiarum praelatis per Remensem provinciam constitutis praecipit, ut monasterium S. Mariae de Tongerloë Cameracens. dioc. (Praemonstr. ord.) a malefactoribus defendant. Laterani XII. Kal. Apr. anno primo. — *(I. F. Foppens) Historia episcopatus Silvaeducensis (Bruxellis 1721. 4.) 201; Potthast 484. n. 5504.* — « NON ABSQVE DOLORE. »

21 Martii. — A. domin. incarn. 1217 indict. V. an. I. sui pontific. feria III post diem dominicum Palmarum D. Honorius pp. III... ecclesiam S. Alexii in Aventino positam... in honorem... b. Bonifacii mart. et b. Alexii conf... dedicavit. — *Ex vetustiss. tabularii S. Alexii membrana ed. Nerinius De Templo... SS. Bonifacii 212; Potthast 484.*

455. — ... *Martii.*
Angelo abbati et monachis S. Alexii annuit ut ecclesia ss. martyris Bonifatii atque confessoris Alexii sub. b. Petri et sua protectione suscipiatur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima recenset, iura ac privilegia confirmat. Sine nota chronologica. — *Nerinius De Templo... SS. Bonifacii 224; Potthast 484. n. 5505; Horoy H-i opp. omn. II. 339. n. 277.* — « CVM VNIVERSIS PER. »

456. — *Laterani 22 Martii.*
« Abbati Sancti Huberti Leodiensis diocesis et Sancti Iohannis et Sancti Martini decanis Leodiensibus. » Mandat ut poenam canonicam infligant illis clericis qui divina officia celebrare praesumpserant in terris W(illelmi) de Hollandia eiusque fautorum Traiectensis et Leodiensis dioecesum, in quibus pro Lodowico comite de Los excomunicationis et interdicti sententia a Treverensi archiepiscopo lata fuit. Laterani XI. Kal. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 438. fol. 107; Rodenberg Ep. Sel. p. 20. n. 23.* — « DILECTVS FILIVS. »

457. — *Laterani 22 Martii.*
« Eisdem. » Rogatu L(odowici) comitis de Los crucesignati mandat ut observari faciant sententias excomunicationis et interdicti quas pro eo Treverensis archiepiscopus in W(illelmum) de Hollandia et fautores ipsius Traiectensis dioecesis pronunciaverat etc. ut in superiori. (Laterani XI. Kal. Apr. anno primo). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 439. fol. 107; Rodenberg Epist. Select. p. 21. n. 24.* — « DILECTVS FILIVS NOBILIS VIR. »

458. — *Laterani 22 Martii.*
« (Walterio) Archiepiscopo et Capitulo Eboracensibus. » Vt inducant in corporalem possessionem praebendae de Riccala in eorum ecclesia Ermundum clericum et consanguineum Alebrandini Sancti Eustachii Diaconi Cardinalis qui praebendam ipsam resignavit, alioquin ab episcopo Exoniensi et G(uala) tituli Sancti Martini presbytero

Cardinali Apost. Sed. Legato ad id inducentur. Laterani XI. Kal. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 519. fol. 127; Cod. Casanat. X. VI. II. fol. 172. retro.* — « ECCLESIE VESTRE. »

459. — *Laterani 23 Martii.*

« Hugoni Episcopo Vercellensi. » Confirmat constitutionem ab eo cum capituli sui consensu factam, videlicet, ut Apostolicae Sedis Legati per suam transeuntes dioecesim in eundo et redeundo possint melius procurari, certae procurationes per ecclesias suae dioecesis colligantur. Laterani X. Kal. Aprilis anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 355. fol. 92.* — « NOBIS EXPONERE PROCVRASTI. »

460. — *Laterani 25 Martii.*

Abbatem Iohannem et abbatem Vallisoletanum Burgensi episcopo cum clero litiganti dat iudices, ut litem eorum fine debito dirimant. Laterani VIII. Kal. Aprilis anno primo. — *Manrique An. Cisterc. IV. 116; Potthast 484. n. 5506.*

461. — *Laterani 30 Martii.*

« (Bernardo) Magalonensi Episcopo. » Cum vitium inolevit apud Montem Pesulanum ut decentibus non prius permittatur effodi sepultura quam pro terra in qua sepeliendi sunt certum praetium ecclesiae persolvatur, mandat ne clerici aliquid petant pro loco sepulturae christianorum. Laterani III. Kal Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 400. fol. 98; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 122. retro; Mss. Vallic. I. 53; inter Decretal. III. lib. 3. tit. 15.* De sepulturis *c. 1. absque nota chron. ed. Cironius 209; Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 28.* De sepulturis *c. 13. In vulgatis editt. Decr. Gr. haec bulla Innocentio III perperam tribuitur; ap. Boehmer corp. II. 515; Richter corp. II. 533. ad a. 1208; Potthast 672. n. 7804; Horoy H-i opp. omn. II. 345. n. 279.* — « ABOLENDE CONSVETVDINIS. »

462. — *Laterani 30 Martii.*

« (Arnaldo) Archiepiscopo Narbonensi et (Bernardo) Magalonensi Episcopo. » Vt consules et populum Montispesulani in tutelam a romana ecclesia susceptos defendant. Laterani III. Kal. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 401. fol. 98; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 123; Mss. Vallic. I. 53; Horoy H-i opp. omn. II. 351. n. 285. (Kal. Apr.).* — « CVM DILECTI FILII. »

463. — *Laterani 31 Martii.*

« Populo de Cocoion. » Vt recognoscant tamquam dominos Armaleonem comitem et Napoleonem de Raynaldo fratrem eius quibus castrum de Cocoion. ipse dederat in feudum. Laterani II. Kal. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 346. fol. 91; Mss. Vallic. I. 53.* — « CVM CASTRVM DE COCOION. »

464. — *Laterani 31 Martii.*

« Priori Grandimontensi. » Concedit ipsi ut cellas Ordinis sui liceat opportunis temporibus visitare, corrigens et reformans quod secundum ordinis sui instituta correctione ac reformatione indigere cognoverit. Laterani II. Kal. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 350. fol. 92; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 114. retro; Horoy H-i opp. omn. II. 346. n. 280. ex mss. du Theil.* — « SI ORDINIS TVI. »

465. — *Laterani 31 Martii.*

« Eidem. » Concedit ut in ecclesiis Ordinis Grandimontensis fratres ad collationem cum pulsatione signi per clericos convocari possint. Dat. Laterani ut supra (II. Kal. Apr. anno primo). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 351. fol. 92; Horoy H-i opp. omn. II. 352. n. 286. (Kal. Apr.).* — « CVM EX INSTITVTIONE. »

466. — *Laterani 31 Martii.*

« (Iohanni) Episcopo et Capitulo Cameracensibus. » Iniungit ut admittant in cano-

nicum magistrum Iohannem Ambianensem, eique praebendam, si qua in ecclesia eorum vacat, sive ad episcopi sive ad capituli donationem pertineat, adsignent. Laterani II. Kal. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 357. fol. 92.* — « ETSI AD PROVISIONEM. »

467. — *(31 Martii).*
Azzoni Anconitano Estensi marchioni marchiam Anconitanam sub annuo censu 100 librarum Provincensis monetae in rectum feudum concedit. Sine signo chronol. — *Muratori Antiq. Estens. I. 424; Rousset Suppl. au (Dumont) Corps univ. diplom. I. 1. 77. n. 82; Lünig Cod. Dipl. Ital. I. 1575; Peruzzi Storia d'Ancona (14 Augusti); Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 324. n. 12; Potthast 484. n. 5508. et 485. n. 5520; Horoy H-i opp. omn. II. 347. n. 281. (1 Aprilis).* — « SINCERITAS DEVOTIONIS. »

468. — *Laterani 1 Aprilis.*
« Priori et Fratribus Grandimontensibus. » Mandat ut procuratores suorum domorum, presbyteri et correctores, praesentibus aliis fratribus, in capitulo singulis diebus reddant in integrum de commissis sibi procurationibus rationem. Laterani Kal. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 349. fol. 92; Horoy H-i opp. omn. II. 350. n. 284.* — « VBI TEMPORALI MONASTERII. »

469. — *Laterani 1 Aprilis.*
« (Guttormo) Archiepiscopo Nidrosiensi. » Mandat ut stante utilitate Bergensis ecclesiae despenset H(evardum) Bergensem canonicum ex eo quod a patre sacerdote generatus fuerit, ut in praelatum ecclesiae Bergensis promoveri possit prout ab I(ngone) Norwegiae rege, a clero et populo Bergensis dioecesis pari voto fuerat expostulatus. Laterani Kal. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 372. fol. 94; Lange Diplom. Norveg. I. 1. 5; Potthast 484. n. 5510; Horoy H-i opp. omn. II. 349. n. 283.* — « APOSTOLICE SEDIS. »

470. — *Laterani 1 Aprilis.*
« (Girardo) Bituricensi Episcopo et baronibus et aliis ad quos littere iste pervenerint. » Vt consules et populum Montispesulani, quos ob eorum affectum et devotionem cum bonis suis sub speciali protectione Sedis Apostolicae recepit, defendant nec permittant pacem seu quietem ipsorum a quolibet temere perturbari. Laterani Kal. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 401. fol. 98.* — « CVM DILECTI FILII. »

471. — *Laterani 1 Aprilis.*
« Vniversis clericis abbatie Farfensis in Sabinensi diocesi constitutis. » Confirmat sententiam Innocentii (III) inter Sabinensem episcopum et monasterium Farfense super ius episcopale promulgatam, in qua idem monasterium a subiectione quam ipse episcopus vindicare sibi praesumebat absolvit, et « ipsum monasterium a cuiuslibet preterquam Romani Pontificis iurisdictione liberum esse penitus et exemptum » declaravit: super ecclesiis autem eorum, sex illis exceptis in Sabinensi dioecesi constitutis in quibus idem abbas et monachi episcopo ius episcopale minine denegabant, mandat ut in praestatione decimarum oblationum et mortuariorum nec non ordinatione clericorum et dedicatione basilicarum Sabinensi episcopo nullatenus teneantur, cum super his per privilegia Romanorum Pontificum fuerunt penitus absolutae: in caeteris autem, quae ad ius episcopale pertinere noscuntur, ipsas ecclesias ei et successoribus eius in perpetuum fore subiectas: postremo mandat ut ad locum ad quem Sabinensis episcopus eos advocet accedant audituri et recepturi sententiam Innocenti (III) supradictam. Laterani Kal. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 524. fol. 128.* — « IN AVTENTICO FELICIS MEMORIE. »

472. — *Laterani 1 Aprilis.*

(Iacobo) praeposito Hiporegiensi mandat ut moneat cives Vercellenses, qui burgum Casalis Vercellensis ecclesiae speciale ac ecclesiam b. Evasii egregia structura spectabilem destruxerant, libros et cetera ornamenta ecclesiae exinde asportantes, et quosdam hominum dicti loci adhuc captivos detinebant, ut eos captos restituant libertati et ecclesiae Casalensi satisfactionem congruam impendant. Laterani Kal. Apr. anno primo. — *De-Conti Notiz. stor. di Casale II. 387; Potthast 484. n. 5509; Horoy H-i opp. omn. II. 349. n. 282.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

473. — *Laterani 4 Aprilis.*

« Vniversis Archiepiscopis et eorum suffraganeis per regnum Francie constitutis. » Mandat ut quoties a Priore Grandimontensi pro tempore requisiti fuerint, ea quae ipsis per apostolicas litteras concessa sunt, sicut in eisdem perspexerint contineri, faciant in domibus ipsius Ordinis in eorum dioecesibus constitutis illibata servari. Laterani II. Non. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 364. fol. 93; Horoy H-i opp. omn. II. 352. n. 287. ex mss. du Theil.* — « CVM PER REFORMATIONEM. »

474. — *Laterani 4 Aprilis.*

« Dolensi Bituricensis diocesis et Sancti Augustini Lemovicensis abbatibus et priori Dolensi. » Iniungit ut observari faciant quod ab archiepiscopo Bituricensi et Aurelianensi episcopo in Grandimontensi Ordine statutum fuit super poenam Guido de Brasac et quibusdam aliis eiusdem Ordinis perturbatoribus inflictam. Dat. ut supra (Laterani II. Non. Apr. anno primo). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 365. fol. 93; Horoy H-i opp. omn. II. 353. n. 288. ex mss. du Theil.* — « CVM VENERABILES FRATRES. »

475. — *Laterani 4 Aprilis.*

« Petro Odorisii militi de Sancto Germano. » Confirmat concessionem ei factam a S. Casinensi abbate construendi molendinum in solio (sic) suo de Ponte Rinulo, prout in instrumento pubblico inde confecto continetur. Laterani II. Nonas Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 354. fol. 92.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

476. — *Laterani 4 Aprilis.*

« Priori Grandimontensi. » Adprobat statutum Innocenti PP. (III), videlicet ut in quibusdam cellulis sui ordinis presbyter idoneus ordinetur qui, sicut conversus de mandato prioris temporalium, sic ille spiritualium tam circa clericos quam laicos curam et sollicitudinem gerat diligentem: idem etiam presbyter, non obstante quod correctio soleat fieri per sacerdotem ebdomadarium, praesit capitulo tamquam maior in correctionibus faciendis, qui silentium et alia regularia instituta faciat diligentius observari. Laterani II. Non. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 362. fol. 93; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 115. retro.* — « OLIM FELICIS RECORDATIONIS. »

477. — *Laterani 4 Aprilis.*

« Abbati et conventui monasterii Cornulii Premonstratensis Ordinis. » Significat se per eorum litteras intellexisse quod Petrus canonicus, qui in iuvenili statu in eorum ecclesia religionis habitum assumpserat ac postmodum ad saeculum rediens in eo se fecerat in acolytum et subdiaconum promoveri, et inde ad quamdam domum Ordinis Sancti Victoris de novo fundatam accesserat et in eadem ad diaconatum et sacerdotalem ordinem promotus, iterum ad eorum ecclesiam erat reversus et sano prudentium virorum usus consilio humiliter a divinis abstinuit: mandat eidem abbati ut circa ipsum disponat quidquid saluti eius noverit expedire. Laterani II. Nonas Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 374. fol. 95.* — « PER VESTRAS NOBIS LITTERAS. »

478. — *4 Aprilis.*
Honorius charge (Jean) prieur de Saint-Martin des-Champs, G(autier) et A(lbéric) Cornut, chanoines de Paris, de juger la contestation pendante entre Blanche de Navarre d'une part, l'abbaye de Pontigny et quelques clercs des diocèses de Sens, Auxerre et Troyes d'autre part, qui prétendaient rendre Blanche responsable des bestiaux que les ennemis de la dite Blanche avaient enlevés. — *Jubainville Comtes de Champagne V. 112. n. 1056; Potthast 484. n. 5511.*

479. — *Laterani 6 Aprilis.*
« Abbati et Conventui Sancti Salvatoris de Ficiclo (al. Ficeclo). » Confirmat sententiam Innocentii (III) qui, visis et auditis privilegiis et rationibus, monasterium eorum specialiter Ecclesiae Romanae subesse atque a dioecesanae legis onere contra episcopum Lucanum absolutum pronunciavit, Lucano episcopo ecclesiae suae nomine super hoc perpetuum silentium imponendo. Laterani VIII. Idus Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 358. fol. 92.* — « In avtentico felicis recordationis. »

480. — *Laterani 7 Aprilis.*
« Abbati Sancti Galli. » Ad eius merita probitatis et devotionis, quam habet ad Apostolicam Sedem, attendens, concedit usum mitrae et anuli, quibus uti possit in processionibus, synodis et praecipuis festivitatibus. Laterani VII. Id. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 361. fol. 93; Mss. Vallic. I. 53; Annal. des hist. Vereins f. d. Niederrhein IX. (1861.) 249; Potthast 485. n. 5512; Rodenberg Epist. Sel. 21. n. 25.* — « Ad ecclesiastici decoris. »

481. — *Laterani 7 Aprilis.*
« Priori Grandimontensi. » Statuit ut curatores domorum sui Ordinis « bona temporalia recipiant et expendant et negotia tractent earumdem domorum de consilio sacerdotum eiusdem ordinis correctorum, bona vero que in ipsis domibus deponuntur sub ipsorum correctorum et curatorum custodia et cura consistant. » Laterani VII. Id. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 363. fol. 93.* — « Ex parte tva. »

482. — *Laterani 8 Aprilis.*
« (Friderico) Illustri Regi Sicilie in Romanorum Imperatorem electo. » Monet se litteras recepisse quas ipse misit de obitu Innocentii III et de sua ad pontificatum electione; eius nuntios V(lricum) abbatem sancti Galli, W(illhelmum) marchionem Montisferrati, V. decanum Spirensis ecclesiae et A. castellanum sancti Miniati benigne recepisse: hortatur eum ut in fidelitate sanctae Romanae Ecclesiae permaneat. Laterani VI. Id. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 359. fol. 93; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 115; Annal. des hist. Vereins f. d. Niederrhein IX. (1861.) 253. n. 7; Huillard-Bréholles Hist. Dipl. I. II. 504; fragm. apud Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 41; Potthast 485. n. 5513; Horoy H-i opp. omn. II. 354. n. 289; Rodenberg Epist. Select. 22. num. 26.* — « Litteris regie celsitvdinis. »

483. — *Laterani 8 Aprilis.*
« G. Bertulfi Canonico Magalonensi. » Indulget ut promoveri ad praeposituram valeat, non obstante quod canonici Magalonensis ecclesiae opponant ipsum irregularitatis vitium incurrisse, eo quod contra inhibitionem b. m. Albanensis Electi tunc Apostolicae Sedis Legati sub poena excomunicationis factam, legibus apud Bononiam studuerit. Laterani VI. Id. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 366. fol. 93; H-i opp. omn. II. 355. n. 290. ex mss. du Theil.* — « Solet annvere. »

484. — *Laterani 8 Aprilis.*
« Episcopo Agathensi et Ermengaudo Decano Sancti Egidii et Archidiacono Lo-

dovensibus. » Mandat ut cogant Iohannem archidiaconum et alios canonicos ecclesiae Magalonensis ne amplius molestent G. Bertulfi concanonicum in ipsius ecclesiae praepositum electum, super irregularitate in quam ipsi asserunt eum incurrisse. Laterani VI. Id. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 409. fol. 99.* — « P. ET P. ARCHIDIACONI. »

485. — *Laterani 8 Aprilis.*

« Abbati et yconomo S. Pancratii. » Mandat ut in controversia inter ipsos ex parte una et Iohannam nurum Nycolai de Antonio pro se ipsumque Nycolaum et Agnetem uxorem Angeli de Tebaldo et Mariam Bellam uxorem Tebaldi fratris eius et ipsos Tebaldum et Agnetem viros earum romanos cives ex parte altera, super quadam turri et casale cum pertinentiis suis quae olim fuerunt Romani de Scocta: « dicti cives et uxores eorum ac eadem Io(hanna) nullam de cetero super dicta turri et casale cum terris et eorum pertinentiis universis ac aliis omnibus que ipsius Romani de Scocta fuisse noscuntur per se vel summissam personam aut heredes suos quomodolibet descendentes contra prefatum monasterium moveant questionem, » etenim « predicti cives mulieresque... renuntiarunt expresse omni iuri quod sibi super questionem predictam competebat seu competere videbatur. » Laterani VI. Id. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 531. fol. 130; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 178. retro (sine titulo).* — « QVVM INTER VOS. »

486. — *Laterani 9 Aprilis.*

« Vniversis principibus Alamannie tam ecclesiasticis quam mundanis. » Quamquam per abbatem sancti Galli, decanum Spirensem et marchionem Montisferrati nuntios Friderici Imperatoris eorum litteras non recepit, scribit tamen eis, eosque monet ut in fidelitate Friderici regis Siciliae et Imperatoris electi permaneant, « cum et nos ipsi ad exaltationem eiusdem quantum cum Deo possumus intendamus. » Laterani V. Id. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 360. fol. 93; Annal. des Hist. Vereins f. d. Niederrhein IX. (1861). 254; Potthast 485. n. 5514; Rodenberg Ep. Sel. p. 22. n. 27.* — « LICET A VOBIS. »

487. — *Laterani 9 Aprilis.*

« Iohanni episcopo (Corotonensi, sed leg.) Crotonensi vel Cotroniensi. » Ipsi utriusque linguae, graecae videlicet et latinae, peritiam habenti, et in cuius dioecesi utriusque linguae populus commoratur, concedit ut in utraque lingua divina possit celebrare, nullum exinde ecclesiae suae praeiudicium generando. Laterani V. Idus Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 371. fol. 94.* — « CVM PER DEI GRATIAM. »

488. — *Laterani 9 Aprilis.*

« Preposito et canonicis ecclesie de Lo. Morinensis diocesis. » Indulget, ut cum generale interdictum terrae publicatum fuerit, liceat ipsis, « clausis ianuis, non pulsatis campanis, exclusis excomunicatis et interdictis, suppressa voce divina officia celebrare. » Laterani V. Id. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 385. fol. 96; Hollebeke Cartul. de l'Abb. St. Pierre de Loo 39. n. 33; Potthast p. 485. n. 5519 (13 April.); Horoy H-i opp. omn. II. 355. n. 291. ex mss. du Theil, rep. ad p. 362. n. 296. (13 Apr.).* — « SOLET ANNVERE. »

9 Aprilis. — Mense Aprilis quidam comes Francigena, nomine Petrus de Asurla a Graecis vocatus, est electus in Imperatorem Constantinopolitanum, applicuit Romam cum uxore et filiis et alio comitatu. Honorifice a domino Papa Honorio et a clero et a cuncto populo Romano est receptus. V. id. praedicti mensis in ecclesia S. Laurentii foris murum... coronatus est a summo pontifice cum uxore

sua. — *Chron. Fossae Novae ap. Muratori Scr. rer. It. VII. 895. (sub tit. Annal. Ceccanens. ap. Pertz. Mon. Germ. hist. scr. XIX. 301).* — « Petrum Antissiodorensem comitem in Imperatorem Constantinopolitanum coronavit in ecclesia s. Laurentii extra muros. » — *Nic. Triveti Annal. ed. Hog. 201.* — Iste apud S. Laurentium foris murum Petrum Antisiodorensem comitem in Imperatorem Constantinopolitanum coronavit. — *Catal. pont. et imper. Roman. Casinensis ap. Pertz. l. c. XXII. 362.* — *Potthast 485.*

489. — *Laterani 10 Aprilis.*

Decano et Capitulo Susatiensibus Coloniensis dioec. libertatem eligendi praepositum confirmat. Laterani IV. Id. Apr. anno primo. — *Seibertz UB. I. 187. n. 146; Potthast 485. n. 5515.* — « Cvm a nobis. »

490. — *Laterani 11 Aprilis.*

« Magistro et Fratribus hospitalis Sancti Thome de Drincurt. » Personas et locum in quo divino obsequio mancipati sunt una cum bonis omnibus sub apostolica protectione recipit, eaque bona eisdem confirmat. Laterani III. Id. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 367. fol. 94.* — « Ivstis petentivm. »

491. — *Laterani 11 Aprilis.*

« Archipresbytero de Olubra Placentine diocesis et Preposito Sancte Eufemie Placentino. » Mandat ut si eis constiterit hospitale Sanctae Helenae de Rotofredo Placentinae dioecesis ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinere, electionem a fratribus dicti hospitalis de A. presbytero in ministrum eiusdem loci, dummodo canonice celebrata fuerit, confirment. Laterani III. Id. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 373. fol. 94.* — « Dilecti filii. »

492. — *Laterani 11 Aprilis.*

« Abbatisse et conventui Bononiensibus Atrebatensis diocesis. » Statutum de trigesimo numero monialium quod factum fuit, eorum monasterio confirmat, « nisi forte ipsius monasterii in tantum excreverint facultates quod plures ex illis valeant substineri. » Laterani III. Id. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 386. fol. 96; Horoy H-i opp. omn. II. 359. n. 293. ex mss. du Theil.* — « Cvm a nobis petitvr. »

493. — *Laterani 11 Aprilis.*

Priori et Fratribus S. Mariae de Rheno (Bononiensis dioec.) concessiones et confirmationes et libertates tam in observatione ordinis et ordinatione clericorum, quam in ecclesiis et decimis, primitiis et aliis rebus a Gerardo Bononiensi episcopo eis indultas, tenore authentici inserto, confirmat. Laterani III. Id. Apr. anno primo. — *Bullar. canonic. regular. I. 24. et 27; Trombelli Memor. di S. Maria di Reno 385. n. 18; Potthast 485. n. 5526. et in append. p. 2078; Horoy H-i opp. omn. II. 356. n. 292.* — « Ivstis petentivm desideriis. »

494. — *Laterani 12 Aprilis.*

« (Mauritio) Burgensi et (Tello) Palentino Episcopis et Decano Palentino. » Vt cogant regem Legionensem ad restituenda fratribus militiae sancti Iacobi castra quaedam ab ipso occupata, ad quod iam monitus fuit ab Innocentio Papa (III). Laterani II. Id. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 368. fol. 94; Mss. Vallicel. I. 53; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 116. retro.* — « Qverelam dilectorvm filiorvm. »

495. — *Laterani 12 Aprilis.*

« Hominibus de Petrōnano. » Rectorem eis praeficit R(anerium) sanctae Mariae in Cosmedin diaconum Cardinalem. Laterani II. Id. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 370. fol. 94; Mss. Vallicel. I. 53.* — « Volentes vobis. »

496. — *Laterani 12 Aprilis.*

« Electo Elnensi. » Concedit « ut non obstante constitutione Avinionensis concilii

a bone memorie Magistro Milone Ecclesie Romane notario Apostolice Sedis Legato edita tue iurisdictioni subiectos qui persititerint in excomunicatione contumaciter per sex menses absolvere valeas iuxta formam ecclesie consuetam. » Laterani II. Id. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 384. fol. 96; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « Cvm interdvm. »

497. — *Laterani 12 Aprilis.*
« (Gervasio) Patriarche Constantinopolitano. » Significat se P(etrum) Autisiodorensem comitem, Andreae regis Hungariae socerum et Y(olantam) uxorem eius in Imperatorem et Imperatricem Constantinopolitanos coronavisse: mandat ut eum ilariter et benigne acceptet in imperatorem. Laterani II. Id. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 525. fol. 129; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 174; fragm. apud Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 67; Bull. Rom. ed. Taurin. III. 316; fragm. ap. Fejér Cod. dipl. III. 1. 192; Potthast 485. n. 5517; Horoy H-i opp. omn. II. 360. n. 294.* — « Qvi statvit terminos. »

498. — *Laterani 13 Aprilis.*
« Abbati et Priori de Barbareio Baiocensis diocesis et R. Archidiacono Baiocensi. » Eis committit causam inter abbatissam et conventum monasterii Villaris et W. de Ochevillis presbyterum Rothomagensem super ecclesia de Ochevillis coram Innocentio (III) contestatam; mandat ut irritum declarent quidquid contra praedictam abbatissam eiusque conventum attentatum fuerat a iudicibus, nam idem W. duas super eodem negotio litteras malitiose impetraverat contra ecclesiasticas sanctiones; ideo audiant causam, et quod iustum fuerit statuant. Laterani Id. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 375. fol. 95; Horoy H-i opp. omn. II. 363. n. 297. ex mss. du Theil.* — « Dilecte in Christo filie. »

499. — *Laterani 13 Aprilis.*
« Demetrio illustri Regi Thesalonicensi. » Attentis meritis Willelmi marchionis Montisferrati fratris sui et progenitorum suorum qui Apostolicae Sedi semper devoti sicut catholici principes extiterunt, suscipit eum eiusque regnum in protectionem. Laterani Id. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 376. fol. 95; Horoy H-i opp. omn. II. 362. n. 295. ex mss. du Theil.* — « Dilecti filii. »

500. — *Laterani 13 Aprilis.*
« Decano et Capitulo Sancti Michaelis de Buccaleone Constantinopolitanis. » Adprobat numerum sexdecim canonicorum in eorum ecclesia constitutum et per P. Albanensem episcopum tunc Legatum Sedis Apostolicae confirmatum: inhibet ne quis ad maiorem numerum eos compellat. Laterani Id. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 379. fol. 95.* — « Qvanto specialivs. »

501. — *Laterani 13 Aprilis.*
« Eisdem. » Confirmat « monasterium sancti Focardi quod est inter Mazzucam et Tumusicos iuxta mare situm cum pertinentiis suis » eis a B. tit. sanctae Susannae Presbytero Cardinali Apostolicae Sedis Legato donatum. Laterani Idibus Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 380. fol. 95.* — « Ivstis petentivm. »

502. *Laterani 13 Aprilis.*
« Eisdem. » Adprobat compositionem super monasterio sancti Focae ac pertinentiis suis inter ipsos et abbatem ac monachos sancti Angeli Cisterciensis ordinis Constantinopolitanae dioecesis initam, et a P. Albanensi episcopo A. S. Legato confirmatam. Laterani Idib. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 381. fol. 96.* — « Ivstis petentivm. »

503. — *Laterani 13 Aprilis.*
« Sancte Marie de Blakerna, Sancti Pauli et Sancti Georgii decanis Constantiensi-

bus (sic). » Significat se confirmasse compositionem inter decanum et capitulum de Buccaleone et abbatem et monachos sancti Angeli Cisterciensis ordinis Constantinopolitanae dioecesis super monasterio sancti Focae ac super pertinentiis suis. Dat. ut supra (Laterani Id. Apr. anno primo). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 382. fol. 96.* — « DILECTI FILII. »

504. — *Laterani 13 Aprilis.*
« Ph(ilippo) Illustri Regi Francorum. » Ne Iacobum regem Aragonum legitimum haeredem Montispesulani aut ipse perturbet, aut ab aliis perturbari permittat, praesertim cum a moribunda matre sua Maria regina Aragonum fuerit Sedi Apostolicae commendatus. Laterani Idib. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 402. fol. 98; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 123. retro; Mss. Vallic. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 629; Potthast 485. n. 5518.* — « CVM DOMINIVM MONTISPESVLANI. »

505. — *Laterani 13 Aprilis.*
« Magistro Iohanni canonico Ianuensi. » Personam bonaque sua sub protectione recipit, ac specialiter ecclesiam sancti Sixti Ianuensis, quam ex donatione a b. m. abbate et conventu Clusinis obtinuit, confirmat. Laterani Idib. Apr. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 414. fol. 101.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

506. — *Laterani 14 Aprilis.*
« I(ohanni) tit. Sancte Praxedis Presbytero Cardinali Apost. Sed. Legato. » Scribit se Demetrium Thessalonicensem regem, attenta puerili eius aetate et meritis Willelmi marchionis Montisferrati fratris sui, recepisse in protectionem et ideo ei a subditis praestari faciat fidelitatem. Laterani XVIII. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 377. fol. 95; Mss. Vallicel. I. 53.* — « ET PVERILIS ETATIS. »

14 Aprilis. — Anno a nativitate Domini 1217 pontificatus anno primo die XIV. intrante mense Aprilis indict. V. Odonem Ramberti nomine et vice Azonis marchionis Estensis de tota marchia Guarnerii investit. In palatio Lateransi. — *Lünig Cod. Dipl. Ital. I. 1573; Potthast 485.*

507. — *Laterani 15 Aprilis.*
Abbati et conventui monasterii Buronensis (ord. s. Ben.) Salzburg. dioc. ius patronatus in ecclesia de Sulz quod eis I(ta) comitissa de Pleigen Salzburgen. dioec. et L(iutoldus) ac G(ebehardus) eius filii contulerant, confirmat. Laterani XVII. Kal. Maii anno primo. — *Filz Michaelbeuern II. 756. n. 11. perperam ad an. 1216; Potthast 485. n. 5521.* — « CVM A NOBIS. »

508. — *Laterani 16 Aprilis.*
« Omnibus presentem paginam inspecturis. » Fidem facit Papa quatenus Demetrius rex Thessalonicensis et Willelmus marchio Montisferrati frater eius a P. Constantinopolitano imperatore fuerint de quibusdam iuribus investiti quibus b. m. Bonifatius pater eorum ab ipsius Imperatoris praedecessoribus investitus fuerat. Laterani XVI. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 378. fol. 95; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 117; Mss. Vallicel. I. 53; Horoy H-i opp. omn. II. 364. n. 298. ex mss. du Theil.* — « AD COMMVNEM NOTITIAM. »

509. — *Laterani 16 Aprilis.*
« Eustacio canonico Sancti Andree. » Concedit ne quis in eum suspensionis vel excomunicationis sententiam absque manifesta et rationabili causa canonica, etiam monitione praemissa, contra generalis statuta concilii, promulget. Laterani XVI. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 394. fol. 97.* — « SOLET ANNVERE. »

510. — *Laterani 17 Aprilis.*
« Abbati Sancti Petri Corboiensis. » Cum ecclesia sua specialiter ad ius et

proprietatem Apostolicae Sedis pertineat, concedit ei usum mitrae et annuli. Laterani XV. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 383. fol. 96; Mss. Vallicel. I. 53; Horoy H-i opp. omn. II. 367. n. 301. ex mss. du Theil.* — « Ad ecclesiastici decoris. »

511. — *Laterani 17 Aprilis.*

« Nobili viro Salinguerre de Ferraria salutem et apostolicam benedictionem. » De Fratrum suorum consilio confirmat ei castra quaedam in feudum, quae ab Innocentio iam habuerat sub annuo censu quadraginta marcarum argenti et onere serviendi suis sumptibus certo militum numero in Lombardia, Romania, in Valle et Marca Spoletana, ab urbe et infra versus Maritimam per Campaniam et totum regnum Siciliae. Dat. Laterani per manum Ranerii Sancte Rom. Eccl. Vicecancellarii XV. Kal. Maii Ind. V. Pon. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 387. fol. 96; Mss. Vallicel. I. 53; Savioli Ann. Bologn. II. II. 379; Bullar. Roman. Ed. Taurini III. 317; Theiner Cod. dipl. I. 48. n. 65; Potthast 486. n. 5523; Horoy H-i opp. omn. II. 366. n. 300; Rodenberg Ep. Sel. 23. 28.* — « Consvevit providentia. »

512. — *Laterani 17 Aprilis.*

« Nobili viro Salinguerre de Ferraria. » Scribit se Carpum et Mombaranzonem (alias Montem Baronzonem), quae cum quibusdam aliis terris de podere (sic) comitissae Matildis Innocentius PP. ei concessit in feudum, Mutinensibus custodienda commisisse. Laterani XV. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 390. fol. 97; Mss. Vallic. I. 53.* — « Qvoniam Carpvm et Mombaranzonem. »

513. — *Laterani 17 Aprilis.*

« Magistro R(oberto) Teanensi canonico Capuano. » Laudat sinceram eius devotionem erga personam Papae et Sedem Apostolicam; confirmat ei ecclesiam sancti Leucii de Capua cum omnibus pertinentiis suis de qua, donationis Papae gratia praecedente, Capuanus archiepiscopus ipsum investivit « non obstante concessione capituli facta de ipsa ecclesia Roberto de Franco canonico Capuano, seu confirmatione nostra si qua forte in forma communi appareret obtenta, cum nusquam inveniatur cautum in iure, quod capitulum, vacante sede (frangatur sed leg.) fungatur episcopi vice in collationibus prebendarum, nec in eodem casu potest dici potestas conferendi prebendas ad capitulum per superioris negligentiam devoluta, cum non fuerit ibi superior, qui eas possit de facto vel de iure conferre. » Laterani XV. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 389. fol. 96.* — « Illa tve devotionis. »

514. — *Laterani 17 Aprilis.*

« Tarvisino Episcopo et Abbati Sancti Thome de Torsello. » Scribit E. quondam abbatem conventus de Vagadicia Camaldulensis Ordinis Papae exposuisse, se ab H. marchione Estensi monasterio suo contra iustitiam spoliatum esse; quare ipsis se dedisse literas ut sicut iustum foret, restituto eodem causam ipsam audirent: verum, ait, ab Innocentio III ipsum amotum esse et praedictum E. falsitate suggesta et abdita veritate ad ipsos huiuscemodi a se litteras impetrasse: mandat ut cum mendax precator carere debeat impetratis, in irritum revocent quidquid occasione litterarum huiuscemodi statutum fuit. Laterani XV. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 391. fol. 97; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 119. retro.* — « Dilecti filii. »

515. — *Laterani 17 Aprilis.*

« Episcopo Calvensi et Magistris I. et W. canonicis Suessanis. » Mandat ut inducant magistrum Robertum decanum Teanen-

sem in corporalem possessionem ecclesiae sancti Leucii de Capua de qua, donationis Papae gratia praecedente, R. Capuanus archiepiscopus de mandato apostolico ipsum investivit. Laterani XV. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 396. fol. 97; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 121; Decretal. H-i III. lib. 3. tit. 7.* Ne sede vacante; *c. 1. ed. Cironius 195; Decret. Gregorii IX. lib. 3. tit. 9.* Ne sede vacante *c. 2. Boehmer Corp. II. 463; Richter Corp. II. 483; Potthast 671. n. 7794. et in Append. p. 2079. n. 25913; Horoy H-i opp. omn. II. 365. n. 299; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. III. tit. IX. c. II. p. 501.* — « ILLA DEVOTIONIS SINCERITAS. »

516. — *Laterani 17 Aprilis.*

Iohanne abbate eiusque fratribus postulantibus, monasterium s. Salvatoris Ficiclensis ad exemplar Gregorii VII etc. sub. b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim enumerata, iura ac privilegia confirmat. Laterani XV. Kal. Maii indict. VI (!). incarnat. dom. an. 1217. pont. anno primo. — *Soldani Hist. de Passiniano 45; Potthast 486. n. 5522.* — « LICET OMNIVM ECCLESIARVM. »

517. — *Laterani 18 Aprilis.*

« Ministro et fratribus ecclesie Sancti Thome de Formis Vrbis ordinis Sancte Trinitatis et Captivorum. » Possessiones ecclesiae suae sitas in loco qui « Orti Prefecti vulgariter appellantur » ab abbate sancti Pauli per sententiam Papae ipsi ecclesiae restitutas, confirmat. Laterani XIIII. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 393. fol. 97; Bull. Vatican. I. 104; Potthast 486. n. 5525; Horoy H-i opp. omn. II. 268. n. 302. (17 Aprilis).* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

518. — *Laterani 18 Aprilis.*

Ade Rectori hospitalis sancte Agathe de Monte Malo. Eius personam cum hospitale et omnibus bonis protegendum suscipit. Laterani XIIII. Kal. Maii anno primo. — *Arch. S. Mariae trans Tyberim; Bibl. Vat. Cod. Vat. 8091. pars I. 36. Potthast 486. n. 5524.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

519. — *Laterani 19 Aprilis.*

« Fratribus Cenobii Sancti Prosperi subtus civitatem Regii constituti tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Ad exemplar Alexandri, Caelestini et Innocentii Romanorum Pontificum recipit eos in protectionem, possessionesque enumerat et confirmat. Laterani per manum Ranerii Sanctae Roman. Ecclesiae Vicecancellarii XIII. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 448. fol. 109; Mss. Vallicel. I. 53; Affarosi Monasterio di S. Prospero I. 172; Potthast 486. n. 5526.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

520. — *Laterani 20 Aprilis.*

« Episcopo et Magistro I. de Heduno et S. de Lindesia canonicis Dunkeldensibus. » Nuntiat se prohibuisse ne quis in Estacium (sic) canonicum sancti Andreae de Scotia suspensionis vel excomunicationis sententiam promulget, atque mandat ut si quis in eum praedictam sententiam contra suam inhibitionem promulgare praesumpserit, relaxent. Laterani XII. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 395. fol. 97; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « CVM AVCTORITATE APOSTOLICA. »

521. — *Laterani 20 Aprilis.*

« Priori et Conventui Maioris Malvernie Wigorniensis diocesis. » Domum in qua divino obsequio mancipati sunt, nec non omnia bona eorum sub Beati Petri protectione amplectitur, specialiter autem plures ecclesias, iuspatronatus et praedia, quae hic singillatim enumerat. Laterani XII. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 397. fol. 98; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

522. — *Laterani 20 Aprilis.*

« (Bernardo) Magalonensi Episcopo. » Vt homicidas et pacis perturbatores in Montepesulano etiam per censuram ecclesiasticam compescat. Laterani XII. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 403. fol. 98; Mss. Vallicel. 1. 53; Horoy H-i opp. omn. II. 369. n. 303. ex mss. du Theil.* — « Cvm sicvt dilecti filii. »

523. — *Laterani 21 Aprilis.*

« R. Rectori Sancti Martialis de Arsatio. » Ecclesiam sancti Martialis de Arsatio, prout eam iuste et pacifice possidet, ipsi confirmat. Laterani XI. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 398. fol. 98.* — « Ivstis petentivm. »

524. — *Laterani 21 Aprilis.*

« Philippo regi Francorum. » Eum monet se eius litteras et B. nuntium suum libenter recepisse; gaudet quod ea impleverit quae per Tirensem archiepiscopum et abbatem Cisterciensem ei consuluit; ipsum diligere « felicis et recolende memorie Celestini PP. patris et predecessoris nostri vestigiis inherentes, » hortaturque praecipue ut Lodovicum filium suum a suscepta in Angliam expeditione retrahere studeat. Laterani XI. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 404. fol. 98; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 124; Mss. Vallic. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Bouquet Rec. XIX. 629; mutila apud Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 70-71; Shirley Royal letters I. 529. n. 3; Potthast p. 486. n. 5528. App. p. 2079; Horoy H-i opp. omn. II. 369. n. 304.* — « Consvete benignitatis. »

525. — *Laterani 21 Aprilis.*

« L. presbytero et fratribus suis de Sancto Helia. » Personas cum bonis suis sub protectione suscipit, specialiter autem libertates et immunitates, quas domus eorum obtinuit ab antiquo, et A. Casinensis electus de fratrum assensu confirmavit, ad exemplar Innocentii Papae adprobat. Laterani XI. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 416. fol. 101.* — « Sacrosancta romana ecclesia. »

526. — *Laterani 21 Aprilis.*

« Archiepiscopis et Episcopis et Abbatibus et aliis ecclesiarum prelatis et clericis per Constantinopolitanum imperium constitutis. » Nuntiat se legationis officium apud eos commisisse I(ohanni) tit. Sanctae Praxedis Presbytero Cardinali, eisque mandat ut eum honorifice pertractent et obediant. Laterani XI. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 418. fol. 101; Fragm. apud Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 8; Potthast 486. n. 5527.* — « Si ivxta verbvm. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum Comitibus, Baronibus et universis fidelibus sub Constantinopolitano imperio constitutis.

In e. m. Potestati Venetorum verbis competenter mutatis.

In e. m. Miloni de Bramantia Butticulario imperii.

In e. m. Cononi bajulo imperii.

In e. m. Gaufrido Principi Acaiae Senescalco imperii.

In e. m. Comiti Bertoldo Baiulo regni Thessalonicensis.

In e. m. Nicolao de Sancto Audemario.

In e. m. Comiti Maio.

In e. m. Comiti Narioth.

In e. m. Dominis Nigri pontis.

In e. m. Patriarche Constantinopolitano.

In e. m. Illustri Constantinopolitano Imperatori.

527. — *Laterani 22 Aprilis.*

« Bartholomeo quondam Episcopo Cardicensi. » Vt licet remotus ab episcopatu, tamen, postquam habitum religionis assumpserit, invitatus possit cum indumentis pontificalibus pontificale officium exercere. Laterani X. Kal. Maii anno primo. — *Reg.*

Vat. lib. 1. epist. 392. fol. 97; Mss. Vallic. I. 53. — « Licet a Cardicensi. »

528. — *Laterani 22 Aprilis.*
« Priori Glastoniensi et R. de Limisia canonico Exoniensi. » Mandat ut inducant M. de Summa subdiaconum Papae in praebendam de Chisengb̄, quae fuit W. quondam Mediolanensis archipresbyteri, ab ipso Papa eidem collatam. Laterani X. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 407. fol. 99; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « Licet apostolice sedis. »

529. — *Laterani 22 Aprilis.*
« (Symoni) Archiepiscopo Tirensi. » Concedit facultatem dispensandi cum abbatibus, presbyteris parochialibus, et clericis inutilibus negotio Terrae Sanctae, nec non cum mulieribus crucesignatis, ita videlicet quod ipsi crucesignati ac specialiter mulieres nobiles atque divites aliquos bellatores per se mittant in ipsius Terrae succursum aut pecuniam in subsidium conferant iuxta proprias facultates; indulget quoque ut absolvere possit incendiarios et clericorum percussores, eisdem iniungendo ut sumptus quos facerent veniendo ad Sedem Apostolicam convertantur in subsidium Terrae Sanctae; prohibet ne monasteria debitis gravata hac de causa oppignorentur. Laterani X. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 410. fol. 100; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 129.* — « Gavdemvs in domino. »

530. — *Laterani 22 Aprilis.*
« (Iohanni) Episcopo Florentino. » Eum redarguit quod, praesente Papae Legato in Thuscia, capitulum Pisanum ad concilium convocaverat. Laterani X. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 411. fol. 100; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 130. retro.* — « Qvanto gratiam. »

531. — *Laterani 22 Aprilis.*
« (Iohanni) Amalfitano Archiepiscopo. » Eius postulationibus inclinatus indulget ut liceat ei secundum constitutiones canonicas subiectam sibi provinciam visitare cum necessitas et utilitas hoc exposcit et tunc moderata procuratione contentus ea quae corrigenda sunt secundum officii sui debitum corrigat. Laterani X. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 412. fol. 100.* — « Cvm vigilare debeat. »

532. — *Laterani 24 Aprilis.*
« Petro nato karissimi in Christo filii Philippi Regis Francorum illustris. » Indulget ut quamvis sit illegitimus, possit tamen ad praebendas ecclesiasticas promoveri. Laterani VIII. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 405. fol. 99; Mss. Vallic. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 631; Potthast 486. n. 5529; Horoy H-i opp. omn. II. 373. n. 305. ex mss. du Theil.* — « Apostolice sedis benignitas. »

533. — *Laterani 24 Aprilis.*
« Sancti Germani de Pratis et Sancte Genovefe Abbatibus. » Vt Petrus natus Regis Francorum, non obstante quod de non legitimo matrimonio dicatur procreatus, ad quodlibet beneficium praebendale possit assumi. Dat. ut supra. (Laterani VIII. Kal. Maii anno primo). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 406. fol. 99; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 128. retro; Mss. Vallic. I. 53; Horoy H-i opp. omn. II. 373. n. 306. ex mss. du Theil.* — « Apostolice sedis ampla. »

534. — *Laterani 24 Aprilis.*
« P(etro) nato Karissimi in Christo filii nostri Philippi regis Francorum illustris. » Vt non obstante quod de non legitimo matrimonio dicatur procreatus ad sacros ordines promoveri possit. Laterani VIII. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 408. fol. 99; Mss. Vallic. I. 53; Cod.*

Casanat. X. VI. 2. fol. 127. retro. — « Apostolice sedis ampla. »

535. — *Laterani 24 Aprilis.*

« Octoni Ianuensi Archiepiscopo eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. » Confirmat civitati Ianuensi archiepiscopatus honorem quam Innocentius PP. concessit, eique tres episcopatus in Corsica, Maranensem videlicet, Nebolensem, et tertium cuius sedem memoratus Innocentius ecclesiam Sancti Petri de Atho constituit et cui unam plebem de Maranna et aliam de altera concessit; Bobiensem quoque episcopatum et illum de Brugnate metropolico iure ipsi subiicit cum multis aliis praerogativis. Dat. Laterani per manum Ranerii Sancte Rom. Eccl. Vicecancellarii VIII. Kal. Maii indict. VI. incarn. domin. MCCXVII. Domni Honorii III anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 413. fol. 100; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 131. retro; Mss. Vallic. I. 53; Vghelli Ital. Sac. IV. 883; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 318; Potthast 486. n. 5532; Horoy H-i opp. omn. II. 375. n. 308.* — « Sverna et ineffabilis. »

536. — *Laterani 24 Aprilis.*

« I(ohanni) tit. Sancte Praxedis presbytero Cardinali Apost. Sedis Legato. » Indulget ut in eius legatione (in Constantinopolitano Imperio) depositionis sententiam promulgare possit in episcopum de crimine accusatum quod iuxta constitutiones canonicas poenam depositionis inducat, nec non ecclesias dividere et unire, cessiones episcoporum recipere, episcopos ad alium episcopatum postulatos transferre, et excomunicatos absolvere. Laterani VIII. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 419. fol. 102; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 135. retro; Mss. Bibl. Nat. Parisien. Cod. latin. 3934. p. 103; Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 9; Horoy H-i opp. omn. II. 374. n. 307.* — « Speramvs in domino. »

537. — *Laterani 24 Aprilis.*

Monasterium S. Taurini Ebroicensis cum omnibus bonis tuendum suscipit, specialiter autem eius monachis decimam thelonei civitatis Ebroicensis, vicecomitatus et hospites in eadem villa cum libertate et burgum dicto coenobio propinquum, terram cum aqua etc. confirmat. Laterani VIII. Kal. Maii anno primo. — *Bonnin Cartul. de Louviers. Docum. I. 170. n. 131; Potthast 486. n. 5531.* — « Cvm a nobis. »

538. — *Laterani 25 Aprilis.*

« Magistro et Fratribus Hospitalis Sancti Antonii Viennensis diocesis. » Ecclesiam Mãmīgen cum possessionibus, hominibus et pertinentiis a Friderico rege Siciliae in Romanorum Imperatorem electo, qui ius patronatus obtinebat in ipsa, et a Sifrido Augustensi episcopo dioecesano, capituli sui accedente consensu, eis donatam, confirmat. Laterani VII. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 415. fol. 101; Rodenberg Ep. Sel. 24. n. 29.* — « Ivstis petentivm. »

539. — *Laterani 25 Aprilis.*

Praeposito et capitulo ecclesiae Salzburgensis iniungit ut bona ecclesiae suae illibata conservent. Laterani VII. Kal. Maii anno primo. — *Sitzungsber. der Wiener Akad. d. Wissensch. Phil.-hist. Cl. XXVII. 31. not.; Potthast app. 2080. n. 5532c.*

540. — *Laterani 26 Aprilis.*

« A(lberto) Archiepiscopo Magdeburgensi. » Vt terram quae suis sumptibus et laboribus ad fidem convertetur in Livonia sit Magdeburgensi ecclesiae metropolitico iure subiecta. Laterani VI. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 420. fol. 102; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 136; Geschichts-Blätter für Stadt u. Land Magdeburg VIII. (Magdeb. 1873) 319. ex cod. lat. 3934 bibl. nation. Parisien.; Potthast App. p. 2080. n. 5532a-25928. (24 Apr.); Rodenberg Ep. Sel. 24. n. 30.* — « Considerantes devotionis fervorem. »

541. — *Laterani 26 Aprilis.*
Abbatissam et moniales de Rinesburch (Rijnsburg) cum omnibus bonis tuendas suscipit, eisque concedit, ut cum generale interdictum fuerit terrae, liceat eis, non pulsatis campanis, clausis ianuis, exclusis excomunicatis et nominatim etiam interdictis, submissa voce divina officia celebrare. Laterani VI. Kal. Maii anno primo. — *Kluit Hist. crit. Holland. II. I. 384. n. 92; Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. 1. 147. n. 257; Potthast 486. n. 5533; Horoy H-i opp. omn. II. 378. n. 309.* — « Solet annvere sedes. »

542. — *26 Aprilis.*
Compositionem inter capitulum Salzburgense et Conradum burgravium Salzburgensem super quibusdam possessionibus initam confirmat. — *Orig. in caes. tabular. Vienn; Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 528. n. 76; Potthast 486. n. 5534.*

543. — *26 Aprilis.*
Honorius charge (Jean) abbé de Saint-Victor, G(autier) et A(lbéric) Cornut, chanoines de Paris, de juger la réclamation de l'abbé et du couvent de Pontigny qui prétendent que leurs granges auraient été pillées par Blanche de Navarre, par Thibaut etc. — *Jubainville Comtes de Champagne V. 113. n. 1057; Potthast 487. n. 5535. (V. 4 Aprilis 1217.)*

544. — *Laterani 27 Aprilis.*
« Episcopo et Magistro I. de Heduno et S. de Lindesia canonicis Dunkeldensibus. » Exponit quod contra episcopum sancti Andreae haec denuntiata sunt, videlicet quod episcopum Cathenensem consecravit et ab ipso fidelitatis iuramentum nomine Innocentii Papae (III) recipere recusavit; mandati apostolici fines excedens A. et H. ad Dublanensem et Brekmensem ecclesias electorum, licet sint filii sacerdotum, electionem absque dispensatione Apostolicae Sedis confirmans eos consacravit; litteras eiusdem Innocentii Papae super correctione ecclesiae sancti Andreae propriis manibus non est veritus cancellare: mandat ut quae ipse ad excusationem suam duxerit proponenda, audiant, et quae invenerint, ad Sedem Apostolicam remittant. Laterani V. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 424. fol. 103; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 138; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Theiner Mon. Hibern. 3. n. 6; Potthast 487. n. 5536; Horoy H-i opp. omn. II. 379. n. 310.* — « Dilectvs filivs Evstativs. »

545. — *Laterani 27 Aprilis.*
« I(ohanni) Ministro Sancti Thome de Formis Ordinis Sancte Trinitatis et Captivorum. » Ad exemplar Innocentii (III) confirmat permutationem quam ipse fecerat cum abbate et conventu Criptae Ferratae de quadam terra posita prope castrum eorum de Paulo, *(Torre messer Paolo, in territorio Mareni)* et quadam vinea quam ipsi habebant in Vrbe. Laterani V. Maii Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 432 bis. fol. 105; Sciomarri* Notizie dell'Abazia di Grottaferrata *Roma 1728. p. 169.* — « Solet annvere. »

546. — *Laterani 28 Aprilis.*
« Archidiacono Parmensi. » Mandat ut praeposituram ecclesiae Burgensis, Parmensis dioecesis, quam de Apostolicae Sedis licentia tenuit episcopus Vercellensis, Guidocto de Sesso ipsius loci canonico conferat et adsignet. Laterani IIII. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 417. fol. 101.* — « Svpplicatvm fvit nobis. »

547. — *Laterani 28 Aprilis.*
« Capitulo, clero et populo civitatis et diocesis Osnoburgensium. » Concedit ut cum G(erhardus) eorum episcopus ad Bremensem ecclesiam fuerit postulatus et iam pallium pro ea adeptus fuerit, alium in pontificem eligere sibi possint. Laterani IIII. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 422. fol. 102.* — « Ex parte vestra. »

548. — *Laterani 29 Aprilis.*
« (Henrico) Dublinensi Archiepiscopo Apost. Sedis Legato. » Mittit eum Legatum in Angliam, ut H(enrico) regi, a quo plures se rebellaverant, succurrat. Laterani III. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 421. fol. 102; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 136. retro; Mss. Vallic. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Theiner Mon. Hiber. I. 4. n. 7; Potthast 487. n. 5537; Horoy H-i opp. omn. II. 383. n. 313.* — « Videntes et dolentes. »

549. — *Laterani 29 Aprilis.*
« Hugoni abbati monasterii Sancti Germani Parisiensis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Ad exemplar Paschalis, Innocentii, Lucii, Eugenii, Anastasii, Alexandri, Lucii, Vrbani, Clementis, Celestini et Innocentii Romanorum Pontificum indulget ut sub beati Petri protectione recipiantur: libertates et dignitates a Childeberto et Clotario aliisque regibus Francorum concessas confirmat: ad instar Alexandri, Caelestini et Innocentii ipsi abbati usum mitrae, annuli atque sandalorum concedit: alia privilegia adprobat: compositionem inter eorum monasterium et Guidonem Senonensem archiepiscopum super procurationibus quas ab ipsis in quibusdam villis petebat initam an. 1191 refert et confirmat. Dat. Laterani per manum Ranerii Sancte Rom. Ecclesie Vicecancellarii III. Kal. Maii indictione V. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 428. fol. 104; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 142. retro; Horoy H-i opp. omn. II. 385. n. 314.* — « In eminenti apostolice sedis. »

550. — *Laterani 29 Aprilis.*
« Episcopo et Abbati et Priori Sancti Martini Tornacensibus. » Vt de tribus praebendis in ecclesia Sancti Petri de Insula, quarum unam nepoti b. m. episcopi Portuensis, alteram Magistro Petro clerico cancellariae Papae, conferri mandavit, tertiam magistro Stephano de Insula conferant et adsignent. Laterani III. Kal. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 431. fol. 105.* — « Dilecti filii. »

551. — *Laterani 29 Aprilis.*
Decano et Capitulo Sancti Franbaldi Silvanectensis: eos eorumque bona sub b. Petri et Apostolicae Sedis protectione suscipit. — Laterani III. Kal. Maii anno primo. — *Analecta Iuris pontificii ann. 1875; Horoy H-i opp. omn. II. 381. n. 311.* — « Sacrosancta Romana. »

552. — *Laterani 29 Aprilis.*
Arbitrium prolatum a (Guillelmo) Meldensi episcopo, M(ichaele) decano S. Marcelli et a fratre Garino arbitris communiter electis inter abbatem conventumque S. Germani a Pratis ex parte una, et (Petrum) episcopum, H(ugonem) decanum et capitulum Parisienses ex altera, super iure parochiali spirituali et iure episcopali in territorio eiusdem monasterii exercendo ratum habet et confirmat. Laterani III. Kal. Maii anno primo. — *Launoii opp. III. I. 260; Launoy Examen des privil. p. serv., au jugem. du procès qui est entre l'archevêq. de Paris et les moines de S. Germ.-des-Près (1662. 4.) 211; Potthast 487. n. 5538; Horoy H-i opp. omn. II. 382. n. 312.* — « Ivstis petentivm desideriis. »

553. — *Romae apud Sanctam Sabinam 29 Aprilis.*
Philippo Franciae regi. Romae ap. S. Sabinam III. Kal. Maii anno primo. — *Teulet Layettes I. 442. n. 1210. male tribuit Honorio III; scripsit hoc privilegium Honorius IV. 1286. Apr. 29; Potthast 487.*

554. — *Laterani 2 Maii.*
« Priori et Conventui Monasterii Sancte Crucis Colimbriensis. » Vt excessus clericorum suarum ecclesiarum privilegio Sedis Apostolicae exemptarum corrigere valeant. Laterani VI. Non. Maii anno primo. —

Reg. Vat. lib. 1. epist. 229. fol. 105. — « Solet annuere. »

555. — *Laterani 2 Maii.*

« Gervasio Archidiacono Nivernensi. » Concedit ut, cum archidiaconatus suus in medio pravae nationis situs sit et contiguus locis suspectis de haeresi, nec ipse debitae visitationis officium exercere commode possit, ad residentiam in Nivernensi ecclesia non compellatur, non obstante quadam constitutione ab episcopo et capitulo Nivernensibus habita super residentia ibidem per anni dimidium facienda, ad quam ipse iuramento se obligavit. Laterani VI. Non. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 423. fol. 103; Horoy H-i opp. omn. II. 395. n. 319. ex mss. du Theil (9 Maii).* — « Nobis exponere procurasti. »

556. — *Laterani 2 Maii.*

« Archipresbytero de Nigraria Veronensis diocesis. » Mandat ut decernat super causa C. T. et D. clericorum ecclesiae sanctae Mariae de Ripa exponentium: « quod cum R. archipresbyter ipsius ecclesie ad recipiendum sacros ordines coartaret, ac iidem propter quamdam occultam causam reputantes ipsis ordinibus se indignos, ven. fratri nostro Tridentino episcopo occulta suorum cordium humiliter sunt confessi, dictus episcopus confessionem eorum publicans inhoneste ipsos officiis beneficiisque suspendit, et suspensos ad nostram duxit presentiam destinandos. » Laterani VI. Non. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 432. fol. 105.* — « Dilecti filii. »

557. — *Laterani 2 Maii.*

« Priori et Fratribus Dunelmensibus. » Ad exemplar Alexandri PP. eorum postulationibus annuens, indulget ut eorum monasterium cum omnibus bonis tam ecclesiasticis quam mundanis sub Beati Petri protectione constituantur, et aliqua privilegia iuraque confert. Laterani VI. Non. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 440. fol. 108.* — « Apostolice sedi. »

558. — *Laterani 2 Maii.*

(Guarino) episcopo Silvanectensi, (Iohanni) abbati S. Genovefae et (Iohanni) priori S. Martini de Campis (Parisiensis) mandat, ut Erardum de Brena et Philippam uxorem eius necnon et fautores eorum per excommunicationis sententiam in personas et interdictum in terras eorum sine morae dispendio compellant, ut ab infestatione Thebaldi Campaniae comitis et terrae suae et suorum ob Christi reverentiam desistentes firmam treguam inviolabiliter observandam usque ad tempus in generali concilio diffinitum (i. e. per quadriennium) ineant cum eodem. Laterani VI. Non. Maii anno primo. — *Innoc. III. Ep. ed. Baluze II. 842; Opp. ed. Migne III. 984; Bouquet Rec. XIX. 633; cf. Jubainville Comtes de Champagne V. 114. n. 1065; Potthast 487. n. 5539.* — « Anima nostra turbata. »

559. — *Laterani 2 Maii.*

Archiepiscopis et episcopis per regnum Franciae constitutis firmiter praecipit, ut contra Erardi de Brena, qui cum complicibus et coadiutoribus suis terram Theobaldi Campaniae comitis nuper hostiliter intrans quasdam villas incendio devastavit et mercatores euntes ad nundinas in strata publica depredatus est, et Philippae uxoris eius praesumptionem malignam iuxta Innocentii III praedecessoris mandatum sine dispendio procedant, ne « nos vobis scribere durius cogamur, qui habemus in promptu omnem inobedientiam vindicare, spiritualibus armis et Deo potentibus militantes. » Laterani VI. Non. Maii anno primo. — *Innoc. III. Ep. ed. Baluze II. 843; Opp. ed. Migne III. 982; Bouquet Rec. XIX. 631; cf. Jubainville Comtes de Champagne V. 114. n. 1066; Potthast 487. n. 5540; Horoy H-i opp. omn. II. 389. n. 315.* — « Anima nostra turbata. »

560. — *Laterani 3 Maii.*

« Droconi de Corbolio Aurelianensi canonico. » Indulget, ut nemo in ipsum nisi

de speciali mandato Apostolicae Sedis excommunicationis sententiam praeter formam in generali lateranensi concilio comprehensam, possit vel audeat promulgare. Laterani V. Non. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. I. epist. 426. fol. 104.* — « AVCTORITATE PRESENTIVM. »

561. — *Laterani 3 Maii.*

« Archipresbytero de Intraduomaria Burdegalensis diocesis et Cantori Sancti Andree et Sacriste Sancti Severini Burdegalensibus. » Vt corrigant et reforment conventum sancti Iacobi Burdegalensis, ubi, referentibus W. Hurt, Vitale Sabolim aliisque fratribus ipsius domus, magna confusio exorta est, ob hanc causam videlicet: « Cum Alexander PP. predecessor noster olim statuisset regulam sub qua fratres domus eiusdem deberent Domino famulari ac etiam confirmasset, quam iidem fratres cum quibusdam statutis regularibus et honestis, que bon. mem. G. abbas sancte Crucis Burdegalensis et eius college auctoritate b. m. I(nnocentii) PP. predecessoris nostri fecerunt ibidem, usque ad moderna tempora humiliter observaverunt; demum magister A. Prior domus ipsius ad dictum I(nnocentium) PP. predecessorem nostrum accedens ac suggerens ei falso nullam ibidem regulam vel ordinem observari de regula memorata, quam interposito corporaliter iuramento se promiserat servaturum, nulla penitus habita mentione ab eodem ad Abbatem de Tenalia et collegas ipsius, super hiis veritate tacita, litteras impetravit. » Laterani V. Non. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. I. epist. 427. fol. 104; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 141.* — « EX INSINVATIONE. »

562. — *Laterani 3 Maii.*

« W. laico nepoti dilecti filii R(oberti) tituli Sancti Stephani in Celio Monte Presbyteri Cardinalis. » Adprobat annuum redditum decem librarum provenientium ei ab abbate Virziliacensi concessum. Laterani V. Non. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. I. epist. 488. fol. 117.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

563. — *Laterani 4 Maii.*

« Priori et conventui Dunelmensibus. » Ecclesias de Acle, de Pitinduno, de Brargkistin et de Hedeyingham cum omnibus bonis et pertinentiis, nec non libertates, immunitates et antiquas rationabiles consuetudines ecclesiae Dunelmensis confirmat. Laterani IIII. Non. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. I. epist. 433. fol. 105; Musaeum Brit. add. mss. 15351.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

564. — *Laterani 5 Maii.*

(Stephano) abbati et conventui Casinensibus ecclesiam S. Mariae de Virgion a (Benedicto) Portuensi episcopo tunc tit. S. Susannae presbytero cardinale Apostolicae Sedis legato eorum monasterio collatam confirmat. Laterani III. Non. Maii anno primo. — *Tosti Monte Casino II. 301; Liverani Spicil. Liber. 725. n. 20; Potthast 487. n. 5541. (cf. 31 Oct. 1222); Horoy H-i opp. omn. II. 393. n. 316.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

565. — *Laterani 6 Maii.*

« De Sibetone et de Leistone Abbatibus et Priori de Bliburg Norwicensis diocesis. » Vt inquirant et rescribant de P. archidiacono Lincolniensi qui de insufficentia et inhonestis moribus accusatur. Laterani II. Non. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. I. epist. 430. fol. 105; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « GRAVEM DILECTORVM FILIORVM. »

566. — *Laterani 6 Maii.*

Praeposito I. archidiacono et cantori Suessionensibus mandat, ut causam inter decanum capitulumque Remensis ecclesiae et abbatem conventumque S. Remigii ac priorem S. Mauricii Remensis super iniuriis et oppressionibus eidem ecclesiae irrogatis vertentem audiant et fine canonico terminent. Laterani II. Non. Maii anno primo. —

Varin Archiv. admin. de Reims I. 11. 503; Potthast 487. n. 5542; Horoy H-i opp. omn. II. 394. n. 317. — « Dilecti filii decanvs. »

567. — *Laterani 9 Maii.*

« Decano Toletano et Archidiacono Talavarensi Toletane diocesis. » Ad instantiam archiepiscopi Toletani iubet ut magistrum M. de Torogano in possessionem inducant canoniae mansonariae ecclesiae Segobiensis licet ab episcopo Segobiensi infirmitate mentis laborante eidem collatam. Laterani VII. Id. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 434. fol. 105.* — « Venerabili fratri nostro. »

568. — *Laterani 9 Maii.*

Abbatibus et universis fratribus Praemonstratensis Ordinis concedit, ut quoties inter abbates vel fratres, qui Praemonstratensis ecclesiae magisterium recognoscunt, ad audientiam apostolicae sedis super spiritualibus causae quaecumque fuerint delatae, ad viros eiusdem ordinis remittantur, ita ut, si ad alios iudices huiusmodi indulgentiae non habita commissio de caetero apparuerit impetrata, robore careat firmitatis. Laterani VII. Id. Maii anno primo. — *Le Paige Bibl. Praem. 649; Potthast 487. n. 5543; Horoy H-i opp. omn. II. 394. n. 318.* — « Etsi nemo militans. »

569. — *Laterani 10 Maii.*

« Vniversis fidelibus nostris per Thusciam constitutis. » Eis permittit ut senatori et civibus romanis contra vassallos ecclesiae moderatum auxilium conferant in duobus tantum casibus, cum nempe vassalli praedicti annonam quae potest proficere succursui Terrae Sanctae ad partes transferunt alienas, et cum publicos depredatores viarum recipiunt et defendunt. Laterani VI. Id. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 435. fol. 106; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 146. retro; Mss. Vallicel. I. 53; Rodenberg. Epist. Select. 24. n. 31.* — « Plervmqve dissimvlanda. »

570. — *Laterani 10 Maii.*

« Abbati Sancti Vedasti, Decano Atrebatensi et Philippo electo in Prepositum Insulensem Tornacensis diocesis. » Exponit causam inter (Albericum) archiepiscopum Remensem ex parte una, et (Aimardum) Suessionensem, (Milonem) Belvacensem, (Stephanum) Noviomensem, (Robertum) Atrebatensem, (Everardum) Ambianensem, (Iohannem) Cameracensem, (Anselmum) Laudunensem, (Gossuinum) Tornacensem et (Adam) Morinensem episcopos suffraganeos eius ex parte altera, super violatione iurisdictionis de qua idem archiepiscopus et episcopi praedicti mutue se accusant: mandat ut archiepiscopus pacifice illam quasi possessionem iurisdictionis obtineat quam, antequam litterae per quas dicit iurisdictionem turbatam esse, mitterentur; ita tamen quod nisi infra octavam Nativitatis Dominicae in Terrae Sanctae subsidium iter arripiat, ex tunc super principali procedant, et causam sufficienter instructam Papae remittant, praefigentes partibus terminum ut apostolico conspectui se praesentent. Laterani VI. Id. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 444. fol. 108.* — « Conqverente Wiberto. »

571. — *Laterani 10 Maii.*

(Gervasio) abbati Praemonstratensi indulget, ut fratrum et conversorum ordinis confessionem audiat eosque absolvat, tonsuras novitiis clericis faciat, vestimenta sacerdotalia et pallas altaris benedicat etc. Laterani VI. Id. Maii anno primo. — *Le Paige Bibl. Praem. 649. Potthast 487. n. 5544; Horoy H-i opp. omn. II. 396. n. 320.* — « Cvm sis pater. »

572. — *Laterani 11 Maii.*

« B(ertranno) tit. Sanctorum Iohannis et Pauli Presbytero Cardinali Apost. Sedis Legato. » Vt iudicet causam inter Willelmum Bertulfi et Pontium archidiacon. et quosdam canonicos Magalonensis ecclesiae,

quibus iam Papa magistrum Gratiam capellanum dederat auditorem, super praepositura eiusdem ecclesiae, ad quam dictus Willelmus electus fuit, et petiit ut Papa eam ipsi faceret libere assignari, et tam episcopum quam alios qui electioni eius se opponebant ab eius molestatione compesceret, et ex adverso Potius respondit quod praedicti Willelmi electio tamquam non legitima debebat cassari. Laterani V. Id. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 441. fol. 108.* — « CVM PETRO WILLELMI. »

573. — *Laterani 11 Maii.*

« Episcopis per Remensem provinciam constitutis. » Praecipit ut termino statuto solvant debitum centum et quinquaginta librarum pruveniensium de Pruvino quod magister Ph. Noviomensis archidiaconus et R. de Vermella canonicus Sancti Gaugerici Cameracensis eorum procuratores apud Sedem Apostolicam pro procurandis eorum negotiis contraxerunt. Laterani V. Id. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 445. fol. 108; Horoy H-i opp. omn. II. 418. n. 323. ex mss. du Theil.* — « CVM TENEATVR. »

574. — *Laterani 11 Maii.*

« Episcopo et Archidiacono Briocensibus et Subdiacono Sancti Hilarii Pictavensis. » Mandat ut ipsi officium visitationis ab Innocentio (III) iam commissum abbati de Tenallia et collegis ipsius in ecclesia Sancti Petri de Mansiaco, culpa Prioris ipsius in spiritualibus et temporalibus valde collapsa, adimpleant, eamdemque ecclesiam tam in capite quam in membris reforment. Laterani V. Id. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 471. fol. 113.* — « DILECTI FILII. »

575. — *Laterani 11 Maii.*

Gervasio abbati Praemonstratensi caeterisque abbatibus et canonicis Praemonstratensis ordinis ad exemplar Alexandri, Lucii etc. praedecessorum suorum universas regulares institutiones et dispositiones, quas de communi consensu vel maioris partis fecerint, roborat et communit. Laterani V. Id. Maii indict. VI (!) incarn. dom. an. 1217 pont. anno primo. — *Le Paige Bibl. Praem. 650; Potthast 487. n. 5545; Horoy H-i opp. omn. II. 397. n. 321.* — « IN EMINENTI APOSTOLICE. »

576. — *Laterani 11 Maii.*

Eisdem confirmat exemptiones saecularium exactionum et inhibet, ut nullus ab eis de novalibus a tempore concilii generalis excultis vel in posterum propriis manibus vel sumptibus excolendis decimas exigere vel extorquere praesumat. Laterani V. Id. Maii indict. VI (!) anno primo. — *Grünhagen Reg. I. 100. n. 189; Potthast 488. n. 5546.*

577. — *Laterani 11 Maii.*

Eisdem indulget ut aliquatenus conveniri non possint, nisi literae apostolicae expressam de Praemonstratensi Ordine fecerint mentionem. — *Grünhagen Reg. I. 100. n. 190; Potthast 488. n. 5547.*

578. — *Laterani 11 Maii.*

Fulcone (Papiensi) episcopo postulante, ad exemplar Calixti, Innocentii, Eugenii, Anastasii et Innocentii Roman. Pont. Papiensi ecclesiae honorem et dignitatem episcopalem, privilegia ac iura confirmat, ac eidem episcopo concedit, ut inter missarum solemnia pallio uti, in processione palmarum et feriae secundae post pascha equum album udone coopertum equitare etc. possit. Larani V. Id. Maii indict. V. incarn. dom. anno primo. — *Mar. Spelta Hist. delle vite di tutti i vescovi... di Pavia (Pavia 1597, 4.°) 321; Vghelli Ital. sacra I. 1098; cf. Robolini Notizie IV. 1. 93. 370; Potthast 488. n. 5548; Horoy H-i opp. omn. II. 405. n. 322.* — « ET IPSA IVSTITIE. »

579. — *Laterani 12 Maii.*

« Priori et Capitulo Dunelmensibus. » Mandat, ne eorum ecclesia maneat diutius pastoris solatio destituta, ut pastorem sibi eligant. Laterani IIII. Id. Maii anno primo. —

Reg. Vat. lib. 1. epist. 442. fol. 108; Musaeum Britann. add. mss. 15351. — « NOLENTES ECCLESIAM VESTRAM. »

580. — *Laterani 12 Maii.*

« R(ainerio) Sancte Marie in Cosmidin Diacono Cardinali. » Mandat ut cum per impotentiam et defectum episcopi Viterbiensis episcopatus Viterbiensis et Tuscanensis in spiritualibus et temporalibus patiatur detrimentum, eidem episcopo aliquem virum idoneum coadiutorem adsignet, « qui sciat et possit eius supplere defectum et in aliis omnibus que ad reformationem ipsius episcopatus expedire videris statuas. » Laterani IIII. Id. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 443. fol. 108.* — « CVM SICVT ACCEPIMVS. »

581. — *Laterani 13 Maii.*

« Cinthio Magistro Hospitalis Sancte Marie in Saxia de Vrbe, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Laudat eorum institutum, quatuor clericos ibidem decernit semper extituros, dissolvit unionem quam habebant cum hospitali Sancti Spiritus in Montepesulano et de eorum iuribus. Laterani per manum Ranerii Sancte Rom. Eccl. Vicecancellarii. III. Id. Maii, indict. V. incarnat. domin. anno MCCXVII anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 504. fol. 122; Cod. Casanat. X. VI. II. fol. 164. retro; Mss. Vallicell. I. 53; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 320; Toussart dipl. I. 12; Potthast 488. n. 5549; Horoy H-i opp. omn. II. 409. n. 324.* — « INTER OPERA PIETATIS. »

582. — *Laterani 14 Maii.*

« Abbati et conventui Farfensibus. » Mandat, ut servent et a clericis abbatiae in Sabinensi dioecesi constitutis observari faciant sententiam Innocentii PP. (III) pro ecclesia Sabinensi contra monasterium eorum prolatam et confirmatam, vel infra quindecim dies ipse abbas cum aliquibus de monasterio Papae conspectui se repraesentent super hoc mandatum apostolicum recepturi. Laterani II. Id. Maii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 446. fol. 109.* — « PRESENTIVM VOBIS. »

583. — *Laterani 15 Maii.*

Monasterium Knechtstedense Praemonstrat. ord. cum omnibus bonis tuendum suscipit, eiusque iura ac privilegia confirmat. Laterani Id. Maii indict. VI (!) incarn. dom. anno 1217. pont. anno primo. — *Ledebur Neues allgem. Archiv. III. (1836) 141; Potthast 488. n. 5550.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

584. — *Laterani (... Aprilis-Maii).*

« I(ohanni) tit. Sancte Praxedis Presbytero Cardinali Apost. Sedis Legato. » Mandat ut, inspectis rerum circumstantiis, disponat prout paci laicorum et clericorum viderit expedire circa supplicationem patriarchae Constantinopolitani rogantis « ut provisionem quam fel. rec. Innocentius PP. predecessor noster de comuni consensu fratrum nostrorum ad petitionem clare memorie H. imperatoris Constantinopolitani super duodecima omnium possessionum ultra Macram positarum tam ad ecclesias quam laicos pertinentium Constantinopolitanis ecclesiis largienda statuisse dinoscitur » confirmetur, nec non de duodecima possessionum que a nobili viro potestate ac reliquis Venetis in imperio constitutis tenentur eisdem ecclesiis donanda. Dat. Laterani. — Caret haec epistola suo signo chronologico; sed procul dubio ante diem XV Maii scripta fuit. Hac enim die Honorius Romam reliquit, nec ulla vero epistola anni primi pontificatus eius Laterani data est post diem XV. Maii. Praeterea, quum Iohannes tit. Sanctae Praxedis Presbyter Cardinalis de Columpna Constantinopolim A. S. Legatus mense Aprilis huius anni missus fuisset, certe ergo haec epistola aut Aprile,

aut Maii mense ineunte conscripta fuit. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 425. fol. 103: iterum missa fuit eisdem verbis* Dat. Anagniae. *Reg. Vat. lib. 1. epist. 511. fol. 125.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

15 Maii. — Idibus Maii dominus Papa Honorius egressus Roma venit Anagniam. — *Chron. Fossae Novae apud Muratori Scr. Rer. Italic. VII. 896. (sub tit. Annal. Ceccanens. apud Pertz Mon. G. H. scr. XIX. 301); Potthast p. 488.*

585. — *Anagniae 18 Maii.*

« L. capellano dilecti filii T(homae) tit. Sancte Sabine Presbyteri Cardinalis. » Rogatu cardinalis eiusdem, despensat cum eo de defectu natalium, cum de patre et matre solutis genitus fuerit. Anagniae XV. Kal. Iunii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 447. fol. 109.* — « IN MINORIBVS ORDINIBVS. »

586. — *Anagniae 19 Maii.*

(Thaddeo) episcopo et capitulo Alatrinis statutum, quod illi de possessionibus et manualibus ecclesiae Alatrinae non vendendis vel alienandis alicui fecerant, confirmat. Anagniae XIV. Kal. Iunii anno primo. — *Liverani Spicilegium Liberian. 724. n. 19; Potthast 488. n. 5551; Horoy H-i opp. omn. II. 413. n. 325.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

587. — *Anagniae 20 Maii.*

Abbati et conventui Casinensibus, quibus Benedictus tit. S. Susannae presbit. cardinalis legationis exercens officium in partibus Romaniae monasterium S. Mariae de Virgioti extra civitatem Constantinopolitanam infra duo milliaria situm concesserat, ita tamen quod monachi graeci commorantes ibidem inde nullatenus expellantur, hanc concessionem confirmat. Anagniae XIII. Kal. Iunii anno primo. — *Cherubini Bullar. Magnum IX. 44; Gattula Hist. Casinens. 492; Montfaucon Diar. Italicum 329; Potthast 488. n. 5552; Horoy H-i opp. omn. II. 415. n. 326.* — « CVM A NOBIS. »

588. — *Anagniae 23 Maii.*

« Priori et conventui Sancte Crucis Colimbriensis. » Eos laudat quia in eorum ecclesia ordo canonicus bene servatur et gratum omnipotenti Deo servitium exhibetur; concedit ad exemplar Caelestini Papae ut ipsi priori liceat clericum vel laicum ad ordinem regularem in eorum ecclesia conversum, qui dum in saeculo vivebat per violentam manuum iniectionem incidit in excommunicationis edictum, imposita satisfactione quam expedire cognoverit a vinculo excommunicationis absolvere, si tamen ante conversionem suam publice denuntiatus non fuerit ab aliquo vel ex illa iniectione passus iniuriam neque mortem neque membrorum enormem laesionem incurrerit. Anagniae X. Kal. Iunii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 465. fol. 112.* — « CVM IPSAM ECCLESIAM. »

589. — *Anagniae 26 Maii.*

« P(etro) tit. Sancte Pudentiane Presbytero Cardinali Vicario nostro. » Mandat ut rectores Fraternitatis Vrbis coram ipso conveniat, eisque iniungat ne molestent Iohannem Sancti Thomae de Parrione presbyterum, quem « ad revelandum fures et id quod super quodam furto sibi tamquam sacerdoti fuerat revelatum, vel ad satisfacendum exinde dampnum passo arctare nitentes in eum, nisi alterum premissorum infra octo dies effecerit, tulerunt sententiam interdicti. » Anagniae VII. Kal. Iunii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 450. fol. 110; Mss. Vallicel. I. 53; Decret. H-i III. lib. V. tit. 10.* De excess. praelat. *c. 1. ed. Cironius 284. sed cum aliquibus mendis et absque signo chronologico; Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 31.* De excess. prael. *c. 13; Boehmer Corp. II. 802. ad an. 1229; Richter Corp. II. 810; Potthast 675. n. 7844; Friedberg Corp. Iuris Canon. II. lib. V. tit. XXXI. c. XIII. p. 841.* — « DILECTVS FILIVS. »

590. — *Anagniae 26 Maii.*
« Preposito et Capitulo ecclesie Sancti Martini Ville Yprensis. » Adprobat compositionem initam inter eos ex parte una et Scabinos Burgenses et Leprosos eiusdem villae Morinensis dioecesis ex parte altera super capella et capellano ipsorum leprosorum, oblationibus et eiusdem capellae proventibus ab archidiacono Morinensi et Watenensi et Formosollensi praepositis confirmatam. Anagniae VII. Kal. Iunii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 451. fol. 110.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

591. — *Anagniae 26 Maii.*
« Veglensi et Traguriensi Episcopis. » Mandat, iniungant G. Nonensi episcopo, quem archiepiscopus Spalatensis non electum a clero vel a populo expetitum pro sua voluntate in quadam villa rurali praesumpsit in episcopum Nonensis ecclesiae consecrare, ut apostolico conspectui se praesentet rationem redditurus. Anagniae VII. Kal. Iunii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 455. fol. 110; Theiner Vet. Monum. Slav. Merid. Tom. I. p. 70. n. 78; Monumen. Hung. Hist. Dipl. XI. 389; Potthast 488. n. 5553; Horoy H-i opp. omn. II. 416. n. 327.* — « DILECTVS FILIVS. »

592. — *Anagniae 26 Maii.*
« Abbatisse de Malbodio. » Cum in receptione monialium saepe simonia intercedat, mandat ut requiratur maioris partis assensus. Anagniae VII. Kal. Iunii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 456. fol. 110; Mss. Vallicell. I. 53.* — « QVIA SICVT ACCEPIMVS. »

593. — *Anagniae 26 Maii.*
« Abbatisse et conventui de Malbodio. » Prohibet ne moniales scholas frequentent saecularium extra claustrum cum pueris, et ab episcopo dioecesano eis confessor statuatur. Anagniae ut supra. (VIII. Kal. Iunii anno primo). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 457. fol. 111; Mss. Vallicell. I. 53.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

594. — *Anagniae 26 Maii.*
« Priori Sancte Crucis Colimbriensis. » Concedit ut parochianos ecclesiae suae possit pro suis delictis excommunicare, et post satisfactionem exhibitam sententiam relaxare, nisi talis fuerit excessus ut in canonem latae sententiae inciderint. Anagniae VII. Kal. Iunii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 466. fol. 112.* — « INCVMBIT NOBIS. »

595. — *Anagniae 26 Maii.*
Priori et fratribus S. Agnelli de Guarcino (in Campania) statutum, quod b. m. Iohannes tit. S. Praxedis presbiter, tunc S. Mariae in Via lata diaconus Cardinalis, super reformatione domus eorum condiderat, cuiusque tenor praesentibus litteris adnotatus est, confirmat. Anagniae VII. Kal. Iunii anno primo. — *Liverani Spicil. Liber. 727. n. 24; Potthast 488. n. 5554; Horoy H-i opp. omn. II. 417. n. 328.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

596. — *Anagniae 27 Maii.*
« Preposito et Capitulo ecclesie Sancti Martini Ville Yprensis. » Confirmat compositionem inter eos ac fratres et pauperes hospitalis Yprensis Morinensis dioecesis initam super capella et capellano ipsorum fratrum et pauperum hospitalis praedicti, quam archidiaconus Morinensis et Watenensis et Formosollensis praepositi adprobaverant. Anagniae VI. Kal. Iunii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 451. (bis) fol. 110.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

597. — *Anagniae 27 Maii.*
« Scolaribus universis de Vrbe, de Campania (sic) et de Tuscia Bononie commorantibus. » Vt de civitate potius exire eligant, quam periurii reatum incurrere, propter statutum quoddam a potestate Bononiensi

editum contra libertatem Scolarium. Anagniae VI. Kal. Iunii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 453. fol. 110; Mss. Vallicell. I. 53; Savioli Ann. Bologn. II. 380; Sarti de Archig. Bon. Profess. II. 38; Potthast 488. n. 5556; Horoy H-i opp. omn. II. 420. n. 331.* — « Et si mvltam honestatem. »

598. — *Anagniae 27 Maii.*

« Potestati Bononiensi. » Vt statutum contra libertatem scolarium editum vel revocet vel dissimulet. Dat. ut supra (Anagniae VI. Kal. Iunii anno primo). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 454. fol. 110; Mss. Vallicell. I. 53; Savioli Ann. Bolog. l. c.; Sarti De Archig. Bon. Profess. l. c.; Potthast 488. n. 5555; Horoy H-i opp. omn. II. 419. n. 330.* — « Ex tenore litterarvm. »

599. — *Anagniae 27 Maii.*

« Leprosis Sancti Lazari de Cotone (*in e. l.* Catone). » Concedit ut eorum personas possessionesque sub apostolica protectione recipiantur, specialiter vero confirmat eis molendinum de Catone, quod Onofrius Archimandrita quondam sancti Salvatoris de Mandra cum centum duodecim tarenis eisdem reddendis eorum domui concessit. Anagniae VI. Kal. Iunii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 461. fol. 111; Horoy H-i opp. omn. II. 421. n. 332.* — « Cvm a nobis petitvr. »

600. — *Anagniae 29 Maii.*

« Ia. Abbati monasterii Sancte Marie de Paroallo eiusque Fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Confirmat possessiones quas habent in territoriis Vultabii, Pallodii, Novarum, Terdone, Bergami et Bodani de Valle Bulberia, in Columbrina, in Cipurina, in Pauca palea, in Petra Alba, et in territoriis Flaconis, Burgi Novi Forniariorum et Runci cum omnibus pertinentiis, in territorio Ianuensi, et nonnullas quoque libertates ac immunitates concedit. Anagniae per manum Ranerii Sanctae Romanae Ecc. Vicecancellarii IIII. Kal. Iunii indict. V. Incarn. Domin. MCCXVII. Pontif. Domni Honorii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 458. fol. 111.* — « Religiosam vitam eligentibvs. »

601. — *Anagniae 29 Maii.*

« Bonoiohanni abbati monasterii Sanctorum Victoris et Corone de Grazano eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Indulget ut sub apostolica protectione recipiantur, eorum possessiones ac pertinentias enumerat et confirmat, libertates et privilegia largitur. Anagniae per manum Ranerii Sanctae Rom. Ecc. Vicecancellarii IIII. Kal. Iunii Indict. V. Incarn. Domin. MCCXVII. Pontif. Domni Honorii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 459. fol. 111.* — « Religiosam vitam. »

602. — *Anagniae 29 Maii.*

« (Venturae) Episcopo Ariminensi. » Vt ab excommunicationis sententia absolvat illos suae dioecesis, qui contra Forosimphronienses hostiliter processerunt, eisque terminum praefigat ut aliquos ex ipsis universitatis nomine apostolico conspectui se praesentent impleturi super hoc Papae beneplacitum. Anagniae IIII. Kal. Iunii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 460. fol. 111; Mss. Vallic. I. 53; Tonini Rimini 423; Potthast 488. n. 5557.* — « Ex parte tva. »

603. — *Anagniae 31 Maii.*

Monasterium S. Mariae de Mansiade Cisterc. ord. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. Anagniae II. Kal. Iunii indict. V. incarn. dom. anno 1217. pont. anno primo. — *Gallia christ. XVI. instr. 240; Potthast 489. n. 5558; Horoy H-i opp. omn. II. 421. n. 333.* — « Religiosam vitam eligentibvs. »

604. — *Anagniae 1 Iunii.*

« Abbati et conventui Montis Sacri. » Confirmat compositionem inter ipsos et monasterium Casinense super sancti Nicolai de Tilliata et sancti Georgii de Carbonaria ecclesiis ac pertinentiis eorum initam. Anagniae Kal. Iunii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 463. fol. 112.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

605. — *Anagniae 2 Iunii.*

« Abbati Sancti Humberti Leodiensis diocesis et Sancti Iohannis et Sancti Martini decanis Leodiensibus. » Mandat ut super compositionem inter L(odovicum) comitem de Los et W(illelmum) de Hollandia crucesignatum Traiectensis dioecesis quoad raptum (Adae) uxoris eiusdem comitis, quam Innocentius PP. (III) observari praeceperat, iuxta formam litterarum suarum procedant et si « forte a nobis super premissis ab ipso W(illelmo) in preiudicium memorati comitis litere fuerint per surrectionem aliquam impetrate que de praedictis plenam non faciant mentionem, eas auctoritate nostra carere viribus sublato cuiuslibet contr. et ap. obst. decernatis. » Anagniae IIII. Non. Iunii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 462. fol. 111.* — « CVM FELICIS RECORDATIONIS. »

606. — *Anagniae 2 Iunii.*

« Didaco Priori Sancte Crucis Colimbriensis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Concedit ut ecclesia Sanctae Crucis « que ad ius et proprietatem Beati Petri pertinere dinoscitur » ad exemplar Innocentii II. Lucii, Eugenii, Adriani, Alexandri, Vrbani, Caelestini et Innocentii Romanorum Pontificum sub protectione apostolica recipiatur; iniungit ut ab ipsis Beati Augustini regula observetur; possessiones enumerat, privilegia confirmat et amplificat. Dat. Anagnie per manum Ranerii Sancte Romane Ecclesie Vicecancellarii IIII. Non. Iunii indict. V. incarnat. domin. MCCXVII anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 464. fol. 112.* — « AD HOC VNIVERSALIS. »

607. — *Anagniae 2 Iunii.*

« Archidiacono Alvisiensi et Archipresbytero de Rochella diocesis Xanctonensis. » Declarat: hominibus de Rochella Xantonensis dioecesis utpote « Regis Anglorum illustris fidelibus, et pro guerra regis eiusdem ad remotas partes accedere non audentibus, iudices quosdam concessimus sub quorum examine debeant omnibus de se conquerentibus respondere; » verumtamen non esse intentionem suam ut per huiusmodi concessionem enervetur iurisdictio quam ipsi in dictos homines de Rochella habuerunt. Anagniae IIII. Non. Iunii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 470. fol. 113.* — « CVM SICVT EX PARTE VESTRA. »

608. — *Anagniae 3 Iunii.*

« Abbati et conventui Vallis Vmbrose. » Indulget ut si quae litterae de cetero contra ipsos aut abbates, priores, monachos vel conversos de Ordine eorum a Sede Apostolica fuerint impetratae, si de Ordine Vallis Vmbrosae non fiat mentio in eisdem, nullam obtineant firmitatem nec eos auctoritate litterarum ipsarum audeat convenire. Anagniae III. Non. Iunii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 467. fol. 113.* — « VESTRIS POSTVLATIONIBVS. »

609. — *Anagniae 3 Iunii.*

« Episcopo et Archidiacono in Ostrevant et Cantori Atrebatensibus. » Mandat ut si W. et quidam alii clerici tam civitatum quam dioecesum Morinensis, Atrebatensis et Ambianensis beneficia competentia, cum vacaverint, ab abbate et conventu Sancti Salvii de Mosterolo recipere noluerint, ipse abbas et conventus de pensionibus quas eisdem clericis interim solvere deberent, absolvantur. Anagniae III. Non. Iunii anno primo. —

Reg. Vat. lib. 1. epist. 501. fol. 120. — « Ex parte abbatis. »

610. — *Anagniae 6 Iunii.*

« Henrico Episcopo quondam Xanctonensi. » Recipit cessionem ab eo petitam de officio pontificali, cum propter senectutem et insanabilem infirmitatem munus suum adimplere nequeat; provisionem ducentarum librarum pictaviensium monetae ac quadraginta modiorum vini pro victu et vestitu necessariam rogatu eius confirmat; indulget autem ut quando ex hac luce a Domino vocetur cum insignibus pontificalibus tumuletur. Anagniae VIII. Id. Iunii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 468. fol. 113; Horoy H-i opp. omn. II. 427. n. 336. ex mss. du Theil.* — « Prvdenter agnoscens. »

611. — *Anagniae 6 Iunii.*

« Capitulo Xanctonensi. » Exposita cessione Henrici eorum episcopi de officio episcopali et provisione eidem pro victu et vestitu concessa, iniungit ut personam, « que de tanto congruat oneri et honori » in pastorem sibi eligant. Dat. Anagniae ut supra (VIII. Id. Iunii anno primo). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 469. fol. 113; Horoy H-i opp. omn. II. 427. n. 335. ex mss. du Theil.* — « Henricvs episcopvs. »

612. — *Anagniae 6 Iunii.*

« (Guilelmo) Episcopo Migmatensi. » Mandat ut restituat I(acobo) regi Aragonum comitatum Amiltuensem *(Potthast* Amilianensem) quem a P(etro) rege patre suo (Raimundo) comiti Tolosano pignore obligatum fuit, ac deinde a (Raimundo) Vticensi episcopo et sociis eius Apost. Sedis Legatis ipsi comiti propter eius haeresim subtractum, eidem conservandum commiserunt: fructus autem ultra sortem ex comitatu ipso perceptos sibi transmittant in Terrae Sanctae subsidium prout dictus rex petiit destinandos, alioquin praecipiet B(ertranno) tit. sanctorum Iohannis et Pauli Presbytero Cardinali Ap. Sed. Legato ut ipse ad id, monitione praemissa, compellatur. Anagniae VIII. Id. Iunii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 473. fol. 114; Bouquet XIX. 633; Potthast 489. n. 5559; Horoy H-i opp. omn. II. 426. n. 334.* — « Carissimvs in christo filivs. »

Cod. Vat. addit: Illi scriptum est super hoc.

613. — *Anagniae 7 Iunii.*

« Abbati et fratribus Sancte Marie de Vrano Camaldulensis ordinis. » Confirmat privilegium Alexandri Papae III dat. Beneventi VII. Idus Augusti, quod dicitur contineri in regesto noni anni eiusdem pontificis, concessum P. procuratori ecclesiae Sanctae Mariae de Vrano et fratribus eius incipiens « Svscepte dispensationis, » quo eorum monasterium sub apostolica protectione recipiebat, eisque indulgebat ut dicta ecclesia « nullius archiepiscopi vel episcopi aut alicuius ecclesiastice persone preterquam Romani Pontificis iurisdictioni debeat in posterum subiacere. » Anagniae VII. Id. Iunii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 475. fol. 114, sed calamo deleta est; Mittarelli Ann. Camald. IV. Append. p. 369; Potthast 489. n. 5560; Horoy H-i opp. omn. II. 428. n. 337.* — « In regesto noni anni. »

614. — *Anagniae 8 Iunii.*

Fratribus Cartusiensis ordinis indulget, ut tempore generalis interdicti divina officia celebrare eis liceat. Anagniae VI. Id. Iunii anno primo. — *Tromby Storia V. app. 70. n. 57; Potthast 489. n. 5561. (deest initium).*

615. — *Anagniae 10 Iunii.*

« Generensi, Casedei et Pontis Alti Abbatibus Tarbensis et Adurensis diocesum. » Mandat ut (Garciam) Auxitanum archiepiscopum cohibeant, ne sub pacis praetextu subditos regis Anglorum aggravet in prae-

iudicium ipsius regis et succursus Terrae Sanctae. Anagniae IIII. Idus Iunii anno primo. — *Reg. Vat. lib. I. epist. 472. fol. 113; Musaeum Britann. add. mss. 15351; cf. Manrique Ann. Cister. IV. 115; Potthast 490. n. 5577 (sub die 12 Iulii).* — « MIRARI COGIMVR. »

616. — *Anagniae 11 Iunii.*

« (Bonfilio) Episcopo et magistro Martino preposito Senensibus. » Mandat ut compellant potestatem Aretinum et abbatem conventus Campilionis ne molestent abbatem de Aniano eiusque fratres super quibusdam possessionibus iuxta mandatum Innocentii (III). Anagniae III. Id. Iunii anno primo. — *Reg. Vat. lib. I. epist. 518. fol. 127.* — « D. DIACONVS. »

617. — *Anagniae 12 Iunii.*

Clero et populo Placentinis, quibus Iohannem Petri Leonis subdiaconum suum, nepotem Guidonis S. Nicolai in carcere Tulliano diaconi cardin. (Otho) archiepiscopus Ianuensis et abbas de Columba in episcopum providerant, cum iam dicto subdiacono expediat et dicto cardinali placeat « ut adhuc insistat scholasticis disciplinis; » mandat ut infra quindecim dies cum consilio praedicti abbatis personam idoneam sibi canonice in episcopum eligant. Anagniae II. Id. Iunii anno primo. — *Vghelli Ital. sacra I. 206; Potthast 489. n. 5562. et 490. n. 5579; Campi Hist. di Piacenza II. 388. 68. (14 Iulii); Horoy H-i opp. omn. II. 429. n. 338. (7 Iunii).* — « EX LITTERIS VENERABILIS. »

618. — *Anagniae 16 Iunii.*

« Decano, Cellerario et I. canonico Namucensibus. » Moneant abbatissam monasterii Sanctae Geltrudis Nivelliensis ut Andreae sacerdoti ecclesiasticum beneficium conferat iuxta litteras a Papa datas, alioquin si necesse fuerit per censuram ecclesiasticam eam compellant, nisi aliquod rationabile obiectum fuerit et probatum, quo id adimplere non possit. Anagniae XVI. Kal. Iunii anno primo. — *Reg. Vat. lib. I. epist. 481. fol. 116.* — « DILECTORVM FILIORVM. »

619. — *Anagniae 16 Iunii.*

« Preposito et Capitulo Sancti Donatiani Brugensibus. » Mandat ut praebendam quae fuit olim Petri eorum canonici Insulensis electi, magistro Iohanni civitatis Antinae scriptori Papae conferant, alioquin Maiori, et de Ostrevanno archidiaconis et cantori Atrebatensibus dat litteris in mandatis ut eos ad id compellant. Anagniae XVI. Kal. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. I. epist. 531 bis. fol. 131. Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 179 retro (deest titulus); Horoy H-i opp. omn. II. 432. n. 340.* — « SI ERGA ILLOS. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est super hoc eisdem executoribus.

620. — *Anagniae 16 Iunii.*

Compositionem inter Iohannem abbatem et conventum Sublacenses ex parte una et M(ilonem) episcopum capitulumque Tiburtinos ex altera factam super episcopali iure, quod dictus episcopus requirebat ab ecclesiis monasterii Sublacensis in sua dioecesi constitutis, confirmat. Anagniae XVI. Kal. Iulii anno primo. — *Liverani Spicil. Liber. 714. n. 3; Potthast 489. n. 5563; Horoy H-i opp. omn. II. 430. n. 339.* — « CVM INTER ROMANVM. »

621. — *Anagniae 17 Iunii.*

« Episcopo et Capitulo Baiocensibus. » Mandat ut praebendam, si qua vacat in eorum ecclesia, R. clerico nepoti R(oberti) tit. Sancti Stephani in Coelio Monte Presbyteri Cardinalis conferant. Anagniae XV. Kal. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. I. epist. 474. fol. 114; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 154. (sub die 22 Iunii); Horoy H-i opp. omn. II. 432. n. 341.* — « DEBITAM OFFICII NOSTRI. »

Cod. Vat. addit: Scriptum est super hoc archiepiscopo et priori de Monte Leprosorum et magistro W. Orselin canonico Rothomagensibus ut episcopum et capitulum ad hoc moneant et inducant.

622. — *Anagniae 17 Iunii.*

« Priori, Preposito et Magistro I. Canonico Sancte Crucis Colimbriensis. » Mandat ut absolvant a sententia interdicti ecclesiam Colimbriensem a decano Zamorensi et coniudicibus suis prolata eo quod capitulum eiusdem ecclesiae F. clerico Colimbriensi beneficia conferre contumaciter recusaverat. Anagniae XV. Kal. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 485. fol. 117.* — « DILECTVS FILIVS. »

623. — *Anagniae 19 Iunii.*

« (Petro) Compostellano Archiepiscopo. » Ad instantiam clericorum Zamorensis, Abulensis, Placentinae, Cauriensis, Civitatensis et Salamantinensis civitatum Compostellanae provinciae mandat ut revocet decreta quaedam edita a se et a suis suffraganeis in concilio, quae libertati ipsorum clericorum derogabant. Anagniae XIII. Kal. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 475. fol. 114.* — « GRAVEM DILECTORVM FILIORVM. »

624. — *Anagniae 20 Iunii.*

Monasterii Sublacensis patrocinium suscipit, eiusque possessiones ac bona, propriis suis vocabulis hic inserta, confirmat. Anagniae XII. Kal. Iulii indict. V. incarn. dom. anno 1217. pont. anno primo. — *Margarini Bull. Casin. II. 247; Liverani Spicil. Liber. 711. n. 2; Potthast 489. n. 5564; Horoy Hi opp. omn. II. 433. n. 342.* — « QVAMVIS VNIVERSARVM ECCLESIARVM. »

625. — *Anagniae 20 Iunii.*

T. praeposito Vallis Lucis libertatem et immunitatem ecclesiae S. Quirici per magistrum B. de consensu P. comitis Cellanensis concessas confirmat. Anagniae XII. Kal. Iulii anno primo. — *Liverani Spicil. Liber. 726. n. 22; Potthast 489. n. 5565; Horoy H-i opp. omn. II. 438. n. 343.* — « CVM A NOBIS. »

626. — *Anagniae 22 Iunii.*

« Priori et conventui Camaldulensibus. » Committit reformationem monasterii de Vangaditia iuxta tenorem litterarum Innocentii (III) quas per integrum refert incipientes « *Dudum ad correctionem* » dat. Signiae VII. Kal. Oct. pontificatus sui an. sexto decimo, ubi haec inter caetera leguntur: « quod qui pro tempore fuerit electus ibidem Romano Pontifici presentetur, ab eo confirmationis et benedictionis gratiam recepturus, ad cuius amotionem, si quando propter excessus suos fuerit amovendus, inconsulto Romano Pontifice nullatenus procedatur. » Anagniae X. Kal. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 480. fol. 116; Mittarelli Ann. Camald. IV. App. p. 371; Potthast 489. n. 5567; Horoy H-i opp. omn. II. 438. n. 384. (sub die 24 Iunii).* — « IN LITTERIS FELICIS MEMORIE. »

627. — *Anagniae 22 Iunii.*

« (Premizlao Otakaro) regi Bohemie. » Arguit eum quod episcopum Pragensem vexaverit et multa contra libertatem ecclesiasticam attemptaverit. Anagniae X. Kal. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 514. fol. 126; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 119. retro; Mss. Vallicel. I. 53; Erben. Reg. Bohem. I. 270. n. 578; cf. Palacky Reise 21. n. 56; Boczek Cod. Dipl. Morav. II. 93. n. 78; Potthast 489. n. 5566.* — « INTER CETEROS MVNDI. »

628. — *Anagniae 23 Iunii.*

« R. Episcopo Boianensi. » Declarat homines suae dioecesis « a comitibus vel baronibus seu aliis domibus hospitalis Ierosolimitani vel templi donati nequaquam a prestatione decimarum spiritualium sunt exempti, quamvis fratres domorum ipsarum ab eis decimas extorqueant ex abusu, cum solutum alteri debitum non liberet debitorem. » Anagniae VIIII. Kal. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 478. fol. 115; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 154. retro.* — « VT QVESTIONI TVI. »

629. — *Anagniae 23 Iunii.*

« (Martino) Episcopo Zamorensi. » Mandat ut in manibus episcopi et V. archidiaconi et magistri Vuillelmi de Mariac canonici Astoricensium cedat voluntarius ecclesiam, prout ab Innocentio (III) cedendi licentia impetrata fuerat et hactenus cedere distulerit, « propter quod eadem ecclesia tam in temporalibus, quam in spiritualibus multipliciter est collapsa. » Anagniae VIIII. Kal. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 482. fol. 116; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 159. retro.* — « Cvm a bone memorie. »

630. — *Anagniae 23 Iunii.*

« Episcopo et V. Archidiacono et magistro Vuillelmo de Mariac canonico Astoricensibus. » Mandat ut cessionem recipiant episcopi Zamorensis, quod si idem episcopus cedere distulerit, infra viginti dies post praesentium receptionem, eum ad id per censuram ecclesiasticam compellant. Dat. ut supra. (Anagniae VIIII. Kal. Iulii anno primo). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 483. fol. 117.* — « Cvm a bone memorie. »

631. — *Anagniae 24 Iunii.*

Decano S. Fraimbaldi et S. Reguli ac S. Fraimbaldi Silvanectensis cantoribus intimat, se recepisse querelam abbatis et conventus S. Dionisii Parisiensis de (Petro) Senonensi archiepiscopo et aliis episcopis qui a maneriis dicti monasterii in suis dioecesibus positis insolitas exigerent procurationes. Mandat eis ut partibus convocatis causam audiant, eamque, appellatione remota, terminent. Anagniae VIII. Kal. Iulii anno primo. — *Doublet Hist. de l'abbaye de St. Denys 549; Potthast 489. n. 5568; Horoy H-i opp. omn. II. 440. n. 345.* — « Qverelam dilectorvm filiorvm. »

632. — *Anagniae 26 Iunii.*

« Episcopo Paduano. » Mandat ut ad ecclesiam Vicentinam « iamdiu pastoris proprii solatio destitutam » accedat, eiusque ecclesie capitulo iniungat ut, qualibet occasione cessante, infra quindecim dies in episcopum canonice sibi personam idoneam eligant, alioquin ipse virum idoneum eidem ecclesiae in pastorem praeficiat. Anagniae VI. Kal. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 477. fol. 115.* — « Non est dvbivm. »

633. — *Anagniae 27 Iunii.*

« Episcopo Bigoritano et Dei Ville et de Artosia Abbatibus Aquensis diocesis. » Mandat ut ipsi, quibus capitulum ecclesiae Baionensis eligendi episcopum potestatem contulit, « infra viginti dies post susceptionem presentium, non obstantibus electionibus per venerabilem fratrem nostrum Auxitanum archiepiscopum vel memoratum capitulum celebratis, vel excomunicationis sententia in capitulum ab archiepiscopo post appellationem ad nos legitime interpositam promulgata, eidem ecclesie de persona idonea » provideant; alioquin a Panpilonensi (sic) episcopo eos compelli faciet. Anagniae V. Kal. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 476. fol. 115; Horoy H-i opp. omn. II. 442. n. 348.* — « Cvm dilecti filii. »

Ex Cod. Vat.: Illi scriptum est super hoc.

634. — *Anagniae 27 Iunii.*

« Archipresbytero et Capitulo Pisanis. » Mandat ut cum in eorum ecclesia canonicorum numerus sit diminutus, tot viros idoneos infra mensem post receptionem praesentium ordinent in ipsa, ut sextus decimus canonicorum numerus impleatur, eisque precipit ut inter canonicos eligant O. nepotem b. m. Gratiani Sanctorum Cosme et Damiani Diaconi Cardinalis. Anagniae V. Kal. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 486. fol. 117.* — « Ex apostolatvs officio. »

635. — *Anagniae 27 Iunii.*

« (Durando) Episcopo Cabilonensi. » Mandat ut O(doni) duci Burgundiae ti-

menti « sibi et filio suo parvulo ac etiam terre sue dum fuerit in subsidio Terre Sancte; » et redimere tempus volenti, cum L(odovico) filio P(hilippi) regis Francorum, qui quasi dominus est eiusdem terrae, mille marcarum argenti mutuasset, ad cautelam, beneficium absolutionis impendat. Anagniae V. Kal. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 487. fol. 117; Bouquet Rec. XIX. 634; Potthast 489. n. 5569; Horoy H-i opp. omn. II. 441. n. 347.* — « Ex insinvatione nobilis viri. »

636. — *Anagniae 27 Iunii.*
« Preposito de Martiribus, G. de Thuurñ maioris ecclesie et G. Sanctarum Virginum canonicis Coloniensibus. » Vt quamdam praebendam conferant G. subdiacono in ecclesia sanctae Mariae de Traiecto, quae tanto tempore iam vacavit, ut secundum statuta lateranensis concilii ad Papam eius donatio devoluta sit. Anagniae V. Kal. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. ep. 489. fol. 117.* — « Dilectvs filivs. »

637. — *Anagniae 27 Iunii.*
« (Simoni) Episcopo Waradiensi. » Ne sub pretextu cuiusdam consuetudinis quidquam possit recipere pro collatione chrismatis ab archipresbytero et clericis de Calcabuttāc, nec eos super hoc molestet. Anagniae V. Kal. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 490. fol. 117; Mss. Vallicel. I. 53; Fejèr Cod. Dipl. III. I. 203; Potthast 490. n. 5570; Horoy H-i opp. omn. II. 440. n. 346.* — « Dilecti filii. »

638. — *Anagniae 27 Iunii.*
« Cantori Petragoricensi, Ar. de Sancto Hasterio et Sancti Hasterii et magistro B. Albatreñ canonicis Petragoricensis diocesis. » Committit eis controversiam inter decanum et capitulum Sancti Severini Burdegalensis et ecclesiam sancti Andreae Burdegalensis super institutione Canonicorum Regularium, prout tempore Lucii et Clementis Romanorum Pontificum etiam agitata fuerat: mandat ut in irritum revocent quidquid in praeiudicium ecclesiae Sancti Severini temere invenerint attemptatum, et ab impetitione capituli Sancti Andreae super hoc dictam ecclesiam absolventes, ipsam in statu Canonicorum Regularium servent in quo iam a quadraginta annis retro noscitur extitisse. Anagniae V. Kal. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 491. fol. 117.* — « Dilecti filii. »

639. — *Anagniae 28 Iunii.*
« Priori Sancti Simphoriani et de Flavegniaco et Bernensi archidiaconis Eduensibus. » Mandat ut iudicent quaestionem inter B(lancam) comitissam Campaniae et priorem de Montegni ex una parte, et abbatem et conventum monasterii Sancti Benigni Divionensis Lingonensis dioecesis ex altera, super querimonia dicti Prioris exponentis abbatem et conventum memoratos, villam de Montegni, ipsis ignorantibus, Lingonensi episcopo emptionis titulo concessisse, quae sub ipsius comitissae advocatia consistit. Anagniae IIII. Kal. Iulii anno primo — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 484. fol. 117; Jubainville Comtes de Champagne V. 117. n. 1075; Potthast 490. n. 5571; Horoy H-i opp. omn. II. 443. n. 349.* — « Dilecta in Christo filia. »

640. — *Anagniae 30 Iunii.*
« Archiepiscopo et dilectis filiis Capitulo Bracarensibus. » Mandat eis ut, cum occasio se obtulerit, recipiant in canonicum I. diaconum latorem praesentium, senescentem, qui in eorum ecclesia diu inservivit, eidem « interim saltem nunc, licet sero, in vite necessariis providentes, ita quod idem assecutum se gaudeat quod intendit; » alioquin dat litteris in mandatis episcopo Lamecensi de Salzeda et Sancti Iohannis de Tarauca abbatibus Lamecensis dioecesis ut eos ad

id compellant. Anagniae II. Kal. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 515. fol. 126.* — « QVANTO A DOMINO. »

In eundem fere modum scriptum est super hoc eisdem, verbis competenter mutatis.

641. — *Anagniae 30 Iunii.*

« Ven. fratri Episcopo Capudaquensi. » Mandat ut tam erga L. canonicum Sancti Nycholai in Carcere Tulliano de Vrbe, quam erga G. clericum promissionem concedendi eis beneficium adimpleat, et si dictus L. in promissione praecessit, ipsi assignet praebendam vacantem, non obstante quod G. clericus quasdam ei ostendit apostolicas litteras in quibus ei mandabatur ut ipsi quoddam promissum beneficium adsignaret. Anagniae II. Kal. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 516. fol. 126.* — « DILECTO FILIO. »

642. — *Anagniae 1 Iulii.*

« S. Senescalco dilecti fil. nostri R(oberti) tit. Sancti Stephani in Celio Monte Presbyteri Cardinalis. » Confirmat ipsi redditum decem librarum turonensium monetae quem abbas Fiscannensis ei pro singulis annis concessit. Anagniae Kal. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 492. fol. 118;* — « IVSTIS PETENTIVM. »

643. — *Anagniae 3 Iulii.*

« G(ualae) tit. Sancti Martini presbytero Cardinali Apost. Sedis Legato. » Vt pro rege et regno Angliae curam adhibeat diligentem et « ad ipsius regis custodiam et doctrinam cum consilio prelatorum et magnatum tibi fidelium deputes viros industrios et fideles. » Anagniae V. Non. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 496. fol. 119; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 160; Mss. Vallic. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Horoy H-i opp. omn. II. 443. n. 350.* — « ETSI RERVM EXPERIENTIA. »

644. — *Anagniae 3 Iulii.*

« Magistro Petro Tusci scriptori nostro clerico Sancti Martini de Vrbe. » Confirmat ei annuum redditum quindecim librarum Barchinonensium monetae ab R. Gerundensi episcopo ei collatum, de quibus centum solidos in ecclesia de Lertio et centum solidos in redditibus ecclesiae Sancti Martini Vetuli, et centum solidos in redditibus ecclesiae de Romanano assignavit: litteras eiusdem episcopi ad verbum refert. Anagniae V. Non. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 521. fol. 127.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

645. — *Anagniae 3 Iulii.*

Gerungo praeposito eiusque fratribus postulantibus monasterium Omnium Sanctorum in Nigra Silva ord. Praemonstrat. patrocinandum suscipit, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima propriis verbis exprimit, iura ac privilegia confirmat. Anagniae V. Non. Iul. indict. V. incarn. dom. anno 1216 (!) pontif. anno primo. — *Würdtwein Nova Subsid. X. 291; Potthast 490. n. 5572; Horoy H-i opp. omn. II. 444. n. 351.* — « QVOTIES A NOBIS. »

646. — *Anagniae 4 Iulii.*

« Priori et Fratribus Dominici Sepulcri. » Praecipit ne quis absque manifesta et rationabili causa in eorum personas et ecclesias excomunicationis et interdicti sententiam possit proferre, neque ab iis de terris quas ante concilium generale possidebant decimas exigere praesumat. Anagniae IIII. Non. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 499. fol. 120; Mss. Vallicel. I. 53.* — « SI PIIS LOCIS. »

647. — *Anagniae 4 Iulii.*

« P(etro) Episcopo Sabinensi. » Nuntiat, abbatem, priorem, et procuratorem cum quibusdam aliis monachis Farfensibus paratos esse recognoscere sententiam latam ab Innocentio (III) in controversia inter mo-

nasterium Farfense et ecclesiam Sabinensem super quibusdam ecclesiis dicti monasterii: mandat ne quis in ecclesiis ipsis aliquem clericum absque investitura episcopi Sabinensis instituere praesumat. Anagniae IIII. Non. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 523. fol. 128; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 173. retro.* — « DILECTIS FILIIS. »

648. — *Anagniae 4 Iulii.*

« Archiepiscopis et Episcopis et universis aliis ecclesiarum prelatis per Franciam constitutis. » Ne in celebratione anniversariorum pro defunctis omittantur missae conventuales de Sanctis, sed utraque missa cantetur. Anagniae IIII. Non. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 530. fol. 130; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 176. retro; Mss. Vallicel. I. 53; Decretal. Honorii III. tit.* De Celebratione Missarum *ed. Cironius 175; Bull. Rom. ed. Taurini III. 323. n. 11; Potthast 490. n. 5573; Horoy H-i opp. omn. II. 446. n. 352.* — « CVM CREATVRA. »

649. — *Anagniae 6 Iulii.*

« Episcopo et Archidiacono Boianensibus. » Iniungit ut compescant R. Malanimam, P. iudicem et I. filios eius cives Beneventanos molestatores archiepiscopi et capituli Beneventani, cum suscitare studeant quamdam quaestionem super quibusdam hortis per iudices Beneventanos iamdiu definitam. Anagniae II. Non. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. ep. 493. fol. 118.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

In eundem modum scriptum est consulibus Beneventanis ut praefatos archiepiscopum et capitulum pacifice ipsorum hortorum possessione gaudere faciant, praedictos turbatores compescendo.

650. — *Anagniae 6 Iulii.*

« G(ualae) tit. Sancti Martini Presbytero Cardinali Apost. Sedis Legato. » Vt inquirat contra canonicos Karleolenses qui cum regis Angliae persecutoribus et turbatoribus contra excomunicationis et interdicti sententiam communicare dicuntur, et disponat circa remotionem dictorum canonicorum ab eorum ecclesia. Anagniae II. Non. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 497. fol. 119; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 160. retro; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Mss. Vallicel. I. 53; Rymer Foed. I. I. 73; Potthast 490. n. 5578. et Horoy H-i opp. omn. II. 452. n. 357. legunt III. Id. Iulii.* — « TAM CARISSIMVS. »

6 Iulii. — Pridie non. Iul. dedicata est ecclesia b. Petri de Villa Magna per manus Summi Pontificis domini Honorii. — *Chron. Fossae Novae apud Muratori Script. rer. ital. VII. 896. (sub. tit. Annal. Ceccanens. apud Pertz Mon. G. H. scr. XIX. 301); Potthast 490.*

651. — *Anagniae 7 Iulii.*

« Priori et conventui Sancti Sepulcri eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Confirmat privilegia aliorum Pontificum, bona enumerat et confirmat, eosque recipit sub apostolica protectione. Anagniae per manum Ranerii Sancte Rom. Eccl. Vicecancellarii Nonis Iulii indict. V. incarn. domin. anno MCCXVI (sic) Pontificatus domini Honorii Papae III. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 494. fol. 118; Mss. Vallic. I. 53.* — « QVOTIENS ILLVD A NOBIS. »

652. — *Anagniae 8 Iulii.*

« Archiepiscopis et Episcopis et aliis ecclesiarum Prelatis ad quos litere iste pervenerint. » Ne fratres Sancti Sepulcri cogant solvere vicesimam de proventibus ecclesiarum quas habent in eorum dioecesibus, a qua eos liberos constituit. Anagniae VIII. Id. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 495. fol. 119; Mss. Vallicel. I. 53; Erben Reg. Bohem. I. 272. n. 579; Potthast 490. n. 5574.* — « AVDIVIMVS ET AVDIENTES. »

653. — *Anagniae 8 Iulii.*

« G(ualae) tituli Sancti Martini presbytero Cardinali Apost. Sedis Legato. » Mandat ut conferre faciat ab episcopis et praelatis Angliae pro Henrico eorum rege ea quae ipsi necessaria fuerint in praesentibus necessitatibus; de socio adiungendo W. regio Marescalco eius prudentiae relinquit; et ad promotionem R. de Marisco Cancellarii regis intendat. Anagniae VIII. Idus Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 498. fol. 119; Mss. Vallicel. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Shirley Royal letters I. 532. n. 4; Potthast Append. 2085. 5574a-25996.* — « Pensatis necessitatibvs. »

654. — *Anagniae 8 Iulii.*

« (Lucae) Archiepiscopo Cusentino. » Vt vice ipsius papae Messanam accedat, ubi crucesignatorum multitudo conveniebat, ibique verbum crucis praedicet, et de agendis ab ipsis crucesignatis disponat. Anagniae VIII. Id. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 500. fol. 120; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 162; Vghelli Ital. Sac. IX. 209; Potthast 490. n. 5575; Horoy H-i opp. omn. II. 451. n. 355.* — « Cvm is. »

Cod. Vat. addit: In eundem fere modum scriptum est Brundusino Archiepiscopo.

655. — *Anagniae 11 Iulii.*

« Abbati et Conventui Sancti Dionisii Parisiensibus. » Circa nundinas indicti, quas (Petrus) episcopus Parisiensis dicebat non debere durare nisi per tres dies a die benedictionis, et monachi asserebant duraturas quantum aliae nundinae solemnes durant, confirmat arbitrium a Philippo rege inter eos prolatum, quo statutum fuit, dictum episcopum nihil super hoc reclamare posse, a monachis vero observandam esse consuetudinem; refert ad verbum litteras ipsas Philippi Francorum regis et episcopi Parisiensis, quibus ab utroque arbitrium praedictum promulgatum et confirmatum fuit an. MCCXIII. Anagniae V. Id. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 502. fol. 120. Doublet Hist. de l'Abbaye de St. Denys 548; Potthast 490. n. 5576; Horoy H-i opp. omn. II. 449. n. 354.* — « Cvm a nobis petitvr. »

656. — *Anagniae 11 Iulii.*

« Abbati et conventui Premonstratensibus Laudunensis diocesis. » Mandat ut in causa inter ipsos et Iohannem laicum de Pertain Noviomensis dioecesis super quadam decima, observetur sententia a P. de Collemedio cum consilio P(etri) Sabinensis episcopi et T(homae) tit. sanctae Sabinae Presbyteri Cardinalis promulgata, quae eos « a viginti modiorum bladi solutione absolvit, dicto Iohanni super iis silentium imponendo, et eum ab iis que per errorem vel negligentiam dicebatis fuisse soluta et expensis litis que deduxeratis in iudicium absolvendo. » Anagniae V. Id. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 506. fol. 124; Horoy H-i opp. omn. II. 448. n. 353.* — « Cvm cavsa qve. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est Decano, Cantori et magistro G. Gom. canonico Remensibus ut sententiam predictam observari faciant. Dat. ut supra.

657. — *Anagniae 12 Iulii.*

Casae Dei et Pontis Alti Cisterc. ord. abbatibus mandat, ut, si Garsias Auxitanus archiepiscopus mandata apostolica neglexerit adimplere, eum ad id per censuras ecclesiasticas compellant. Anagniae IIII. Id. Iulii anno primo. — *Manrique Ann. Cist. IV. 115; Potthast 490. n. 5577; Horoy H-i opp. omn. II. 452. n. 356.*

658. — *Anagniae 12 Iulii.*

« Vniversis clericis ecclesiarum Farfensis monasterii per Sabinensem diocesim constitutis. » Praecipit ut Vbicioni subdiacono et capellano Papae vice P(etri) episcopi

Sabinensis obedientiam promittant in iis quae ad ipsum episcopum Sabinensem in eorum ecclesiis competunt, iuxta sententiam a se latam, ut de cetero nullum clericum in eisdem ecclesiis instituere absque episcopi Sabinensis investitura praesumant; alioquin sciant dedisse litteris in mandatis eidem Vbicioni ut eorum ecclesias denuntiet suppositas ecclesiastico interdicto. Anagniae IIII. Id. Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 522. fol. 128.* — « DISCRETIONEM VESTRAM. »

In eundem modum scriptum est universis fidelibus Farfensis monasterii in Sabinensi diocesi constitutis.

659. — *Anagniae 13 Iulii.*

« Magistro scholarum Bracarensi. » Eius personam cum omnibus bonis tam ecclesiasticis quam mundanis quae possidet vel in futurum poterit adipisci in protectionem suscipit, specialiter autem ecclesiam Sanctae Mariae de Almadañ eidem confirmat. Anagniae III. Idus Iulii anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 517. fol. 127.* — « SACROSANCTA ROMANA. »

660. — *Anagniae 14 Iulii.*

« Henrico Abbati monasterii Sancti Dionisii eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Ad exemplar Rom. Pontificum Zachariae, Stephani, Leonis, Alexandri, Paschalis, Calixti, Innocentii, Eugenii, Lucii et Innocentii eos sub apostolica protectione suscipit, iura, privilegia et possessiones enumerat et confirmat. Dat. Anagnie per manum Ranerii Sancte Rom. Eccl. Vicecancellarii II. Idus Iulii Indict. V. Incarnat. dominice MCCXVII. Pont. vero domni Honorii PP. III. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 503. fol. 121; Mss. Vallicel. I. 53; Horoy H-i opp. omn. II. 456. n. 359.* — « EFFECTVM IVSTA POSTVLANTIBVS. »

661. — *Anagniae 14 Iulii.*

« Iohanni Abbati monasterii Sancti Bertini eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Confirmat sententiam Innocentii II. qua eorum monasterium a subiectione Petri Cluniacensis abbatis absolutum fuit, quemadmodum ab Eugenio, Alexandro, Lucio, Clemente, Caelestino et Innocentio (III) Romanis Pontificibus confirmata fuit: ipsum monasterium, salvo iure Morinensis ecclesiae vel episcopi, sub solius Romanae Ecclesiae ditione vel tutela permanere statuit, ita tamen ut ad indicium huius perceptae a Romana Ecclesia libertatis unam auri unciam singulis annis Romanis Pontificibus persolvere debeant; possessiones et pertinentias et iura plurima enumerat, libertates et privilegia confirmat et etiam amplificat. Dat. Anagnie per manum Ranerii Sancte Rom. Ecclesie Vicecancellarii II. Id. Iulii Indict. V. Incarn. domin. an. MCCXVII. Pont. domni Honorii PP. III. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 505. fol. 23; Horoy H-i opp. omn. II. 461. n. 360.* — « IN EMINENTI SEDIS APOSTOLICE. »

662. — *Anagniae 14 Iulii.*

Monasterii de Durhust ord. S. Ben. tutelam suscipit, eique omnes possessiones iura ac privilegia confirmat. Anagniae II. Id. Iulii indict. V. anno dom. 1216 (!) pont. anno primo. — *Doublet Hist. de l'Abb. de St. Denys 550; Potthast 490. n. 5580; Horoy H-i opp. omn. II. 453. n. 358.* — « RELIGIOSAM VITAM ELIGENTIBVS. »

663. — *Anagniae 17 Iulii.*

(Alberico) archiepiscopo Remensi et suffraganeis eius mandat, ut iuxta Innocentii III praedecessoris praeceptum contra B(ochardum) de Avesnis apostatam excommunicationis sententiam promulgent. Anagniae XVI. Kal. Aug. anno primo. — *Innoc. III. Epist. ed. Baluze II. 592; Opp. ed. Migne III. 530; Marlot Metrop. Remens. II. 483; Bouquet Rec. XIX. 634; Teulet Layettes I. 446.*

n. 1233: Potthast 490. n. 5581; Horoy H-i opp. omn. II. 468. n. 361. — « VTINAM APOSTATA ILLE. »

664. — *Anagniae 18 Iulii.*

« Fratribus Hospitalis Roscidevallis. » Concedit ne quis ab eis ex molendino, possessionibus et animalibus, pro quibus decimae antea non solvebantur, decimas exigere et extorquere praesumat. Anagniae XV. Kal. Augusti anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 508. fol. 125.* — « EX PARTE VESTRA. »

665. — *Anagniae 18 Iulii.*

« Archiepiscopo et Archidiacono et Sacriste Terraconensibus. » Iniungit ne permittant fratres hospitalis Roscidevallis a canonicis Pamphilonensibus molestari, qui nituntur eisdem priorem praeficere pro suae arbitrio voluntatis ex eo quod eorum episcopus dictum fundavit hospitale, sed iuxta tenorem indulgentiae a Sancta Sede concessae libere sibi provideant de persona idonea in Priorem. Anagniae dat. ut supra (XV. Kal. Aug. anno primo). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 509. fol. 125.* — « EX PARTE DILECTORVM. »

666. — *Anagniae .... Maii-Iulii.*

« Preposito S. et P. Archidiacono Atrebatensibus. » Vt pertinaciam Scabinorum, qui praepositum et capitulum Sancti Martini Yprensis Morinensis dioecesis infestabant, coerceant. Anagniae VII... (sic) Pontificatus nostri anno primo — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 452. fol. 110; Mss. Vallicel. I. 53.* — « DILECTI FILII. »

667. — *Anagniae .... Maii-Iulii.*

« Abbatibus Decanis Archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis in civitate Constantinop. et dioc. constitutis. » Vt Patriarchae Constantinopolitano, eo quod Romam veniens ad concilium generale multis fuerat expensis gravatus, subveniant competenter. Dat. Anagniae (absque die ac mense). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 510. fol. 125; Mss. Vallicel. I. 53. ponit hanc epistolam sub Iulii mense.* — « VT LEX CHRISTI. »

668. — *Anagniae (15 Maii-19 Iulii).*

« I(ohanni) tituli Sancte Praxedis presbytero Cardinali Apost. Sedis Legato. » Committit ei ut disponat de petitione patriarchae Constantinopolitani super confirmatione provisionis quam Innocentius (III) ad instantiam H. imperatoris Constantinopolitani fecit, ut duodecima omnium possessionum ultra Macram positarum, tam ad ecclesias quam ad laicos pertinentium, constantinopolitanae ecclesiae tribuerentur etc. Anagniae (absque die ac mense). — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 511. fol. 125. Eadem est quae legitur in Reg. Vat. lib. 1. epist. 425. fol. 103 (v. n.* **584**). *Duabus quoque superioribus epistolis, videlicet nn.* **666. 667.** *deest suum cuique signum chronologicum. At absque dubio inter Maii et Iulii menses conscriptae sunt, quum Honorius, anno primo pontificatus sui, a die 15 Maii ad diem 19 Iulii Anagniae commoratus est.* — « VENERABILIS FRATER. »

19 Iulii. — XIIII. Kal. Augusti dominus Papa (Honorius) venit Ferentinum. — *Chron. Fossae Novae apud Muratori Scr. Rer. Ital. VII. 896. (sub. tit. Annal. Ceccanen. apud Pertz Mon. G. hist. scr. XIX. 302); Potthast 490.*

669. — *Ferentini 20 Iulii.*

« (Sigfrido) Archiepiscopo Maguntino. » Arguit eum quod latam ab (Andrea) episcopo Pragensi in sua dioecesi interdicti sententiam apostolica auctoritate firmatam relaxare ausus fuerit. Ferentini XIII. Kal. Augusti anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 513. fol. 125; Mss. Vallicel. I. 53; Würdtwein Nova Sub. III. 47; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 93; Erben Reg. Bohem. I. 272. n. 580; cf. Palacky Reise 21. n. 57;*

Potthast 491. n. 5582; Horoy H-i opp. omn. II. 470. n. 362. — « CVM AD PRECES. »

670. — *Ferentini 23 Iulii*

« Abbati Sancti Laurentii in Ostbroch Traiectensis diocesis et preposito Sancti Salvatoris et Decano Sancti Iohannis Traiectensibus. » Mandat ut decidant causam inter comitem de Hollandia crucesignatum et comitem de Los Leodiensis dioecesis super Hollandia, terris et rebus aliis. Ferentini X. Kal. Aug. anno primo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 507. fol. 124.* — « OBLATA NOBIS. »

REGESTA

DOMINI HONORII PAPAE III

ANNVS SECVNDVS

[1217-1218]

[An. 1217]

671. — *Ferentini 24 Iulii.*

« Abbati Calavensi (*Potth.* Calavenensi) et T. Priori Erbiscie Veronensis et Paduane diocesum et L. Plebano Sancti Pauli de Venetiis. » Mandat ut iudicent quamdam causam inter abbatem conventus sancti Firmini Veronensis et abbatem sanctae Mariae de Fulina cisterciensis ordinis Cenetensis dioecesis, super eo, an monasterium de Fulina pleno iure ad monasterium sancti Firmini pertineat. Ferentini IX. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 532. fol. 137; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 181; Biancolini Chiese di Verona V. II. 3; Potthast 491. n. 5584.* — « In presentia dilecti filii. »

672. — *Ferentini 24 Iulii.*

« O(ctoni) Archiepiscopo Ianuensi. » Nuntiat se litteras misisse patriarchae, regi, magistris et fratribus Hospitalis et Militiae Templi Ierosolimitanis et aliis principibus, ut ad Ciprum (Andreae) regi Hungariae, (Leopoldo) duci Austriae et aliis nobilibus viris crucesignatis occurrant: hortaturque eum crucesignatos apud Ianuam conventos moneat ut ad evitandos Saracenorum incursus vinculo charitatis procedant, et ad Ciprum ipsi quoque accedant: dat facultatem dispensandi personas a voto peregrinationis sub conditione ut expensas, quas ipsae pro itinere essent facturae, aliis utilibus illuc trasfretantibus largiantur. Ferentini IX. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 536. fol. 138; Theiner Mon. Hung. I. 7. n. 12; Mon. Hung. hist. dipl. VI. 145; Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 26; Mas Latrie Hist. de Chypre II. 36 (VIII. Kal. Aug.); Potthast 491. n. 5586; Horoy H-i opp. omn. II. 473. n. 1.* — « Cum carissimi in Christo. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est Episcopo Massiliensi.

In e. m. Electo Pisano.

In e. m. Episcopo Castellano.

In e. m. Episcopo Gaietano.

In e. m. Archiepiscopo Brundusino.

In e. m. Archiepiscopo Cusentino.

673. — *Ferentini 24 Iulii.*

« Illustri regi Ierosolimitano. » Vt Hungariae regi, duci Austriae et aliis multis ma-

gnatibus in subsidium Terrae Sanctae ad Ciprum appulsuris vel per se vel per nuncios obviam occurrat. Dat. Ferentini ut supra (IX. Kal. Aug. anno secundo). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 537. fol. 138; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 184; Mss. Vallicel. I. 53; Theiner Mon. Hung. I. 8. n. 13; Mon. Hungar. Hist. dipl. VI. 146; Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 26; Mas Latrie Hist. de Chypre II. 36 (VIII. Kal. Aug); Potthast 491. n. 5587; Horoy H-i opp. omn. II. 476. n. 3.* — « CVM KARISSIMI IN CHRISTO. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est Patriarche Ierosolimitano.

In e. m. Magistro et Fratribus militie Templi.

In e. m. Magistro et Fratribus Hospitalis Ierosolimitanis. *Pauli Cod. Dipl. I. 320. n. 41; Potthast 491. n. 5585.*

674. — *Ferentini 24 Iulii.*

Pelagio Albanensi episcopo eiusque successoribus civitatem Albanensem cum burgo, thermis, monte qui dicitur Sol et Luna, palatio et omnibus appenditiis suis ad ius et proprietatem sedis apostolicae pertinentibus, immo etiam cum omni iure in comitatus castellania, moneta etc. concedit. Ferentini IX. Kal. Aug. indict. V. incarnat. dom. anno 1217 pontif. anno secundo. — *Vghelli Italia Sacra I. 257; Fr. Giorni Storia di Albano (Roma 1842 4°) 245; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 326. n. 13; Potthast 491. n. 5583; Horoy H-i opp. omn. II. 474. n. 2.* — « ETSI OMNES VNVM. »

675. — *Ferentini 25 Iulii.*

« (Pelagio) Albanensi Episcopo Apost. Sedis Legato. » Nuntiat se Raimundum Rupini principem Antiochenum, uxorem et natam eius sub protectione Sedis Apostolicae recepisse, eique ipsos commendat ne ab aliquo molestentur. Ferentini VIII. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 557. fol. 142; Mss. Vallicel. I. 53.* — « CVM DILECTVM FILIVM. »

676. — *Ferentini 25 Iulii.*

« Magistro et Fratribus Hospitalis Ierosolimitanis. » Raimundum Rupini principem Antiochenum iis enixe commendat. Ferentini VIII. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 559. fol. 142; Pauli Cod. dipl. I. 320. n. 40; Potthast 491. n. 5588; Horoy H-i opp. omn. II. 476. n. 4.* — « CVM BENEFICIIS PRINCIPVM. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est Magistro et fratribus Militie Templi.

677. — *Ferentini 25 Iulii.*

« Illustri regi Armenie. » Laudat eum quod Raimundo Rupini Antiochiae principi nepoti suo, ut legitimo Armeniae regni successori, coronam dare disposuerit, hortaturque ut ipsius curam capiat. Ferentini VIII. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 560. fol. 142; Mss. Vallicel. I. 53.* — « GRATVM GERIMVS. »

678. — *Ferentini 27 Iulii.*

« Abbati de Iosaphat et Decano et Cancellario Carnotensibus. » Mandat ut, nisi archiepiscopus, decanus, et archidiaconus Turonenses compulerint W. de Verchia ad restitutionem Castri Segrei B(erengariae) Anglorum reginae ad ipsam ratione dotalitii pertinentis, eorum supplentes defectum iuxta mandatum Innocentii PP. (III) et sui procedant. Ferentini VI. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 533. fol. 137; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Horoy H-i opp. omn. II. 478. n. 6.* — « QVERELAM CARISSIME IN CHRISTO. »

679. — *Ferentini 27 Iulii.*

« (Hugoni) Illustri Regi Cipri. » Eum eiusque filios, filias et regnum in protectionem recipit. Ferentini VI. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 539. fol. 138; Mss. Vallicel. I. 53; Mas Latrie Hist. de Chypre II. 36; Potthast 491. n. 5589;*

Horoy H-i opp. omn. II. 477. n. 5. — « Sacrosancta romana ecclesia. »

680. — *Ferentini 27 Iulii.*

« Episcopo et Capitulo Nimociensibus. » Vt in canonicum recipiant W. clericum H(ugonis) regis Cipri qui in ea ecclesia quoddam beneficium assise nomine est adeptus, alioquin patriarchae Ierosolimitano, episcopo et cantori Acconensibus dat litteris in mandatis ut eos ad id per censuras ecclesiasticas compellant. Ferentini VI. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 540. fol. 138.* — « Dilectvs filivs. »

Illis scriptum est super hoc.

681. — *Ferentini 27 Iulii.*

« I. et P. canonicis Antiocenis (*in eod. l.* Antiochen.) » Concedit ut si a B. comite Tripolitano ita persecutione afficiantur ut secure in ecclesia Antiochena non possint residentiam facere personalem, ad alium locum tutum se transferant, et suarum praebendarum proventus ibidem percipiant. Ferentini VI. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 558. fol. 142;* — « Solet annvere. »

682. — *Ferentini 27 Iulii.*

« (Pelagio) Episcopo Albanensi Apost. Sedis Legato. » Commendat ei Raimundum Rupini principem Antiochenum Ecclesiae Romanae devotum. Ferentini VI. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 561. fol. 142; Mss. Vallicel. I. 53; Potthast Append. 2086. n. 5595 a-26007. (8 Aug.).* — « Licet nobis. »

683. — *Ferentini 28 Iulii.*

« Episcopo et Archidiacono Legionensibus. » Vt suspendant episcopum Ovetensem qui M. puerum tresdecim annorum dicebatur in diaconum ordinasse, eumque compellant ut eidem M. « quem ab executione officii diaconatus usque ad legitimam aetatem suspendimus » de beneficio provideat competenti. Ferentini V. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 541. fol. 138; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 184. retro; Mss. Vallicel. I. 53; Decretal. Honorii III. lib. 1. tit. 8.* De aetate praeficienda. *c. 2. ed. Ciron. 47; Decretal. Gregorii IX. lib. 1. tit. 11.* De tempore ordinationis *c. 14. apud Boehmer corp. II. 105. ad annum 1220; Richter corp. II. 117; Potthast (absque signo chronol.) 664. n. 7720; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. I. tit. XI. c. XIV. p. 122.* — « Vel non est compos. »

684. — *Ferentini 28 Iulii.*

« (Andreae) Illustri regi Vngarie. » Vt curet I(ohannem) tit. Sanctae Praxedis Apost. Sedis Legatum et P(etrum) imperatorem Constantinopolitanum liberare a captivitate Theodori (Cominiani). Ferentini V. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 544. fol. 139; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 185. retro; Mss. Vallicel. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 15; Katona Hist. crit. V. 235; Fejér Cod. dipl. III. 1. 203; Theiner Mon. Hung. I. 8. n. 14; Potthast. 491. n. 5590; Horoy H-i opp. omn. II. 479. n. 7.* — « Cibavit nos dominvs. »

685. — *Ferentini 28 Iulii.*

« Nobili viro Principi Achaie. » Vt invigilet ad liberationem imperatoris Constantinopolitani et Apostolicae Sedis Legati, et viriliter exerceat vires suas, ita ut gloria liberationis istorum specialiter ei adscribi possit. Ferentini V. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 547. fol. 139.* — « Cibavit nos dominvs. »

686. — *Ferentini 28 Iulii (?).*

« C. Albensi preposito. » Confirmat eius electionem in episcopum Albensem factam per capitulum Albensis ecclesiae, A(ndreae) regis Hungariae consensu accedente. Dat.

Ferentini (sine nota chronologica). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 535. fol. 137; Theiner Mon. Hung. I. 7. ep. XI; Mon. Hist. Hungar. dipl. VI. 144; apud Fejér Cod. dipl. III. I. 243. (V. Kal. Aug.); Potthast 491. n. 5591; Horoy H-i opp. omn. II. 480. n. 8.* — « ELECTIO PER DILECTOS. »

687. — *Ferentini 28 Iulii (?).*

« Nobili viro Theodero Cominiano (sic) spiritum consilii sanioris. » Invehit in eum quod I(ohannem) tit. sanctae Praxedis presbyterum cardinalem A. S. Legatum captivum detinebat, eumque hortatur ut praedictum cardinalem liberum et incolumem cum suis dimittat. Dat. Ferentini (sine nota chronologica). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 543. fol. 139; fragm. in Mss. Vallicel. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 13; Potthast 491. n. 5592; Horoy H-i opp. omn. II. 481. n. 9.* — « REM DVRAM REM AMARAM. »

688. — *Ferentini 28 Iulii (?).*

« Nobili viro Baiulo Constantinopolitani. imperii. » Quod tam de eo, quam de aliis latinis in Romaniae partibus constitutis ipse est sollicitus, ut « pro liberandis Imperatore et Cardinali iamdictis incessanti studio satagentes propter hoc ad diversos litteras nostras direximus » Ferentini (absque signo chronologico). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 545. fol. 139; apud Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 16.* — « CIBAVIT NOS DOMINVS. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum Patriarche Constantinopolitano.

689. — *Ferentini 28 Iulii (?).*

« Nobili viro duci et populo Venetorum. » Praecipit ut solemnes nuntios ad Theodorum cum festinatione mittant et liberationem Cardinalis Legati Sanctae Sedis et Imperatoris Constantinopolitani instantissime requirant, blandis aspera sicut in talibus expedit admiscendo. Ferentini (sine nota chronologica). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 546. fol. 139; vide apud Raynaldi 1217. n. 16.* — « CIBAVIT NOS DOMINVS. »

690. — *Ferentini 28 Iulii (?).*

« Archiepiscopo Epiphensi. » Narrat facinus quod Theodorus Cominianus patravit in I(ohannem) de Columpna tit. sanctae Praxedis presbyterum Card. A. S. Legatum, in eum manus temerarie extendendo et captivum detinendo, eumque monet, ut praedictum Theodorum moneat et inducat ut Cardinalem liberum et incolumem remittat. Ferentini (absque nota chronologica). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 548. fol. 140; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 187. (sine signo chronologico).* — « DETESTABILE FACINVS. »

691. — *Ferentini 28 Iulii (?).*

« Archidiacono Thessalonicensi. » Vt liberationi I(ohannis) tit. sanctae Praxedis presbyteri Cardinalis Apost. Sedis Legati e manibus Theodori Cominiani ad obsequium Apostolicae Sedis exhibendum et procurandam sibi gratiam specialem sollicite operam impendat, ut « specialiter et generaliter totam Romanam Ecclesiam per hoc tibi valeas obligare. » Ferentini (sine nota chronologica). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 549. fol. 140; Mss. Vallicel. I. 53.* — « DETESTABILE FACINVS. »

692. — *Ferentini 29 Iulii.*

« Archiepiscopo Capuano et Cathaniensi Episcopo Regni Sicilie cancellario. » Mandat ut quae de bonis ecclesiae Troianae tam in spiritualibus quam in temporalibus, sive in civitate Troiana vel extra, sive apud Fogiam vel sanctum Laurentium illicite sine consensu capituli per episcopum Troianum alienata vel remissa noverint, ad ius et proprietatem ipsius ecclesiae legitime revocent. Ferentini IIII. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 538. fol. 138.* — CVM S. ECCLESIE TROIANE. »

In e. m. universo clero Foietano.

693. — *Ferentini 29 Iulii.*
« Maiori et Populo Antiochenis. » Vt Raymundo Rupini principi Antiocheno ad defendendum et manutenendum iura sua taliter adsistant quod ipse preces Papae apud eos fructuosas sibi sentiat per effectum. Ferentini IIII. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 562. fol. 142; Mss. Vallicel. I. 53.* — « ETSI DILECTO FILIO. »

694. — *Ferentini 29 Iulii.*
Episcopis per Campaniam constitutis mandat, ut suis subditis districtissime inhibeant, ne illos fratres S. Bartholomaei de Trisulto Cartus. ord. qui post susceptionem habitus et factam professionem in monasterio ab ipso recedunt, recipiant. Ferentini IV. Kal. Aug. anno secundo. — *Liverani Spicil. Liberian. 719. n. 10. et 721. n. 13; Potthast 492. n. 5593; Horoy H-i opp. omn. II. 482. n. 10.* — « DILECTI FILII FRATRES. »

695. — *Ferentini 31 Iulii.*
« Electo Neapolitano. » Ne patiatur presbyterum N. Zarlectam per aliquem quantumcumque potentem super hiis quae T(homas) tit. sanctae Sabinae presbyter Cardinalis ac P. subdiaconus et notarius Papae, qui diversis temporibus Neapolitanae ecclesiae praefuerunt, sibi ad relevandam eius inopiam ei contulere, indebita molestatione vexari. Ferentini II. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 542. fol. 139.* — « NOLENTES INFERIORVM. »

696. — *Ferentini 31 Iulii.*
« Nobili mulieri Terasie nate clare memorie Sanctii regis Portugalensis. » Confirmat castra Entenza Soveroso, Sc̃a Enia, Theuura et redditus de Villafranca et de Valcar̃c et de Benavento ab Adefonso rege Legionensi eidem concessa. Ferentini II. Kal. Augusti anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 552. fol. 141.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

697. — *Ferentini 31 Iulii.*
« Priori Sancti Petri et Archidiacono Amalfitanis. » Dolet quod episcopus Capudaquensis, ut ex relationibus cantoris Capudaquensis, vitiis multipliciter se ipsum dehonestet, ecclesiae suae possessiones et alia bona dilapidet et consumat, et, quod est abominabile, etiam sacra ornamenta distraxerit: Innocentium PP. (III) commisisse Salernitano archiepiscopo ut super his inquireret, sed inquisitionem non processisse: mandat iterum ut ipsi de veritate super praedictis inquirant. Ferentini II. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 554. fol. 141.* — « QVANTO FRATRES. »

698. — *(Ferentini ... Iulii).*
Raynerio abbati et conventui Casaemarii nunciat, se eorum ecclesiam « quam in minori officio feceramus propriis sumptibus fabricari » cum honorabili coetu archiepiscoporum, episcoporum et cardinalium in persona propria XVII. Kal. Oct. (i. e. Sept. 15) consecraturum esse. (Ferentini) absque nota chronol. — *Manrique Ann. Cist. IV. 116; Potthast 492. n. 5594; Horoy H-i opp. omn. II. 483. n. 11.* — « SI APVD HEBRAEOS. »

699. — *Ferentini 1 Augusti.*
« Electo Armachano. » Cum ipse « purgationem cum quinquagesima et octava manu presbyterorum Armachane diocesis et lingue » T. presbytero eiusdem dioecesis de homicidio iniuste accusato indixerat, mandat ut « quia in diocesi memorata tot sacerdotes ipsius lingue non poterant inveniri, » ab eo de canonica purgatione cum septima sacerdotum manu infra terminum competentem praestanda sufficienti cautione recepta, ipsi beneficium absolutionis impendat, alioquin sanctae Mariae et sancti Thomae Abbatibus et Priori sanctae Trinitatis Dublinensibus dat litteris in mandatis ut audiant si quid fuerit quaestionis eamque canonico fine decidant. Ferentini Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 550.*

fol. 140; Theiner Mon. Hibern. 4. n. 8; Potthast 492. n. 5595; Horoy H-i opp. omn. II. 484. n. 12. — « CONSTITVTVS IN PRESENTIA NOSTRA. »

Cod. Vat. addit: Illis scriptum est super hoc.

700. — *Ferentini 1 Augusti.*

« Sanctie et Dulcie natis Karissimi in Christo filii nostri A(defonsi) regis Legionensis. » Ipsis et rege Legionensi postulantibus, confirmat donationem quorumdam castrorum, cellariorum, villarum et aliorum reddituum ab eodem rege ipsis factam. Litteras donationis ipsius regis de verbo ad verbum refert, ab ipso rege, a Petro quarto existente Compostellano archiepiscopo, ab undecim episcopis, et ab aliis pluribus viris firmatas. Ferentini Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 551. fol. 140.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

701. — *Ferentini 2 Augusti.*

« Archiepiscopo Nicosiensi, et Cantori Nimociensi et Auduino canonico Nicosiensi. » Ne permittant I. et P. canonicos Antiochenos ab aliquibus molestari. Ferentini IIII. Non. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 558 bis. fol. 142.* — « SOLET ANNVERE. »

702. — *Ferentini 3 Augusti..*

« Decano et Capitulo Senonensibus. » Mandat ut G. clerico nato T. de Praefecto persolvant congrue summam quindecim marcarum argenti quam ad preces Innocentii (III) eidem promiserant, dum studiis scholasticis vacaret, persolvendam, alioquin ab abbate sanctae Genovefae, H. de Belvaco canonico Parisiensi et a P. de Papa romano canonico Trecensi compellentur. Ferentini III. Non. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 555. fol. 141.* — « DILECTVS FILIVS. »

Illis scriptum est super hoc.

703. — *Ferentini 3 Augusti.*

« Archiepiscopo et Auduino canonico Nicosiensibus et cantori Nimociensi. » Vt inquirant contra A. canonicum Antiochenum, qui lapides pretiosos e textu evangelii Antiochenae ecclesiae dicebatur furatus. Ferentini III. Non. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 563. fol. 142; Mss. Vallicel. I. 53.* — « REFERENTE DILECTO FILIO. »

704. — *Ferentini 3 Augusti.*

« Enẽnsi et Macrensi Episcopis. » Iniungit ut, si vera sunt exposita decani et capituli sanctae Anastasiae, compellant Willelmum Blanai et haeredes eius Philippensis dioecesis ad restitutionem castri de Lavinic eidem ecclesiae faciendam. Ferentini III. Non. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 568. fol. 143.* — « DILECTI FILII. »

705. — *Ferentini 3 Augusti.*

« G(ualae) tituli sancti Martini Presbytero Cardinali. » Mandat ei ut inducat H(enricum) regem Angliae ad investiendum R. servientem R(oberto) tituli sancti Stephani in Monte Coelio presbytero cardinali de terris et redditibus ad duodecim libras sterlingorum valentibus annis singulis, eidem concessis a I(ohanne) rege Angliae, qui etiam executionem episcopo Wintoniensi demandavit. Ferentini III. Non. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. ep. 571. fol. 144; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « AD NOSTRAM AVDIENTIAM. »

706. — *Ferentini 4 Augusti.*

Electo et Capitulo Pisanis mandat ut in eorum ecclesia ordinationem de personis idoneis usque ad sextum decimum numerum statuant. Ferentini II. Non. Aug. anno secundo. — *Archiv. Capitul. Pisan. (origin.); Martini Giuseppe Theatrum Basilicae Pisanae App. p. 157. cum aliquibus mendis.* — « CVM ECCLESIA VESTRA. »

707. — *Ferentini 5 Augusti.*

« Nob. viro Raimundo Rupini Principi Antiocheno. » Recipit eum eiusque regnum in protectionem. Ferentini Non. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 556. fol. 142; Mss. Vallicel. I. 53.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

708. — *Ferentini 5 Augusti.*

« Dil. fil. Decano Nychosiensi. » Confirmat ei decanatum in ecclesia Nychosiensi, quem ex collatione assecutus est Innocentii PP. (III), qui decanatum ipsum in eadem ecclesia instituit. Ferentini Nonis Augusti anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 581. fol. 145.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

709. — *Ferentini 6 Augusti.*

« Simoni montis Synay episcopo eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. » Eius supplicationibus clementer annuens, ecclesiam sanctae Mariae de monte Synay sub Beati Petri protectione suscipit, statuens ut eiusdem ecclesiae possessiones nec non monasterium sanctae Mariae situm in pede ipsius montis cum omnibus pertinentiis suis inviolatae permaneant. Ferentini per manum Raynerii Sancte Rom. Eccl. Vicecancellarii VIII. Id. Aug. Indict. V. anno secundo — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 564. fol. 143; Mss. Valliçell. I. 53.* — « IN EMINENTI APOSTOLICE SEDIS. »

710. — *Ferentini 6 Augusti.*

« B. Albensi preposito. » Dat ei veniam super eo quod contra Iacobum Porrectam civem Astensem falsis vel falsatis litteris usus fuerit, cum coram Taurinensi episcopo iuraverit se credidisse praefatas litteras veras esse. Ferentini VIII. Id. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. ep. 566 fol. 143; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 188. (VIII. Id. Aug. anno primo).* — « ETSI GRAVEM PENAM. »

711. — *Ferentini 7 Augusti.*

« Episcopo Narniensi. » Miratur quod ipse nomine litterarum apostolicarum processerit, cum ipsae falsae manifesto appareant; ideo mandat ut C. monialem, quae in monasterium sanctorum Cosmae et Damiani de terra Arnolphorum auctoritate ipsarum intrusa fore dinoscitur, in perpetuum amoveat a monasterio supradicto; impetratorem vero earum singulis diebus dominicis et festivis per omnes vicinas ecclesias pulsatis campanis et candelis accensis excomunicatum publice denuntiet. Ferentini VII. Id. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 565. fol. 143.* — « DE DISCRETIONE TVA. »

712. — *Ferentini 7 Augusti.*

« Abbati Sancti Stephani Vercellensi, et Mortariensi Papiensis diocesis, et Sancti Gratiani Vercellensis Prepositis. » Praecipit ut corrigant et reforment monasterium Bremetense, quod « immediate ad romanam ecclesiam pertinens per negligentiam et malitiam abbatis presidentis eidem, qui eius bona tam mobilia quam immobilia infeudando et alias alienando distraxit, ad tante desolationis obprobrium est deductum ut vix duo monachi remanserint in eodem in quo solebant quindecim Domino famulari. » Ferentini VII. Id. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 567. fol. 143.* — « NON ABSQVE TVRBATIONE. »

713. — *Ferentini 8 Augusti.*

« Burgensi et Lucensi Episcopis et Decano Compostellano. » Mandat ut quoad executionem providentiae inter regem Portugaliensem et T. et S. sorores ipsius celebratam, quae ab Innocentio (III) commissa fuit ipsis episcopo Burgensi et decano Compostellano, etiam episcopus Lucensis adiungatur, et « ad omnem recidive questionis materiam evellendam super damnorum articulo.... servata consuetudine super iure regali eisdem nobilibus (T. et S.) quod idem

rex ab eis exigit, que aliis nobilibus Yspanie in donationibus regiis observatur, postmodum in executionem ipsam quo ad alia, iuxta precedentium predecessoris nostri litterarum continentiam procedatis, non obstante constitutione concilii generalis qua cavetur, ne quis ultra duas dietas extra suam diocesim ad iudicium trahi possit. » Ferentini VI. Id. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 553. fol. 141.* — « CVM FELICIS MEMORIE. »

714. — *Ferentini 8 Augusti.*

« (Radulfo) Episcopo Atrebatensi. » Vt det licentiam S. M. R. et F. mulieribus Atrebatensis dioecesis construendi iuxta Duacum domum cisterciensis ordinis et habendi proprium capellanum sine iuris alieni praeiudicio, alioquin mandabit decano Sancti (Gaugeri sed leg.) Gaugerici et canonico et magistro Iohanni de Crines canonico Cameracensibus ut id exequantur. Ferentini VI. Idus Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 572. fol. 144; Manrique Ann. Cist. IV. 119; Potthast 516. n. 5887. (8 Aug. 1218); Horoy H-i opp. omn. II. 485. n. 13.* — « SIGNIFICANTIBVS OLIM NOBIS. »

Cod. Vat. addit: In eundem fere modum scriptum est super hoc eisdem (decano, canonico et magistro), verbis competenter mutatis.

715. — *Ferentini 8 Augusti.*

« Episcopo Aversano. » Huic consulenti respondet « ut possessiones hominum ecclesie tue sive libere sive ascripticie conditionis decedentium quas ad te asseris devolutas, si eas sub conditionibus pristinis locare non potes, sub aliis prout melius poteris de consilio capituli tui locare procures: archidiaconum autem quem morbo paralitico laborantem officium lingue asseris amisisse coadiutorem poteris adhibere, maxime si de ipsius processerit voluntate: preterea super eo quod duo ecclesie tue canonici duas intra civitatem et duas extra parrochiales ecclesias detinent contra statuta concilii generalis, de superfluo respondemus aliud quam in eodem concilio est expressum. » Ferentini VI. Id. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 576. fol. 145; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 189. retro; Decretal. Honorii III. lib. 3. tit. 5.* De Clerico aegrotante *cap. I. ed. Cironius p. 141; Decretal. Gregorii IX. lib. 3. tit. 6.* De Cleric. aegrotante *cap. 6; apud Boehmer Corp. II. 448. ad an. 1222; Richter Corp. II. 466; Potthast 671. n. 7791. (absque signo chronologico); Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. III. tit. VI. c. VI. p. 483.* — « CONSVLTATIONIBVS TVIS. »

716. — *Ferentini 8 Augusti.*

« Abbati Sancti Leonis Tullensi. » Nuntiat se O. canonico suo veniam dedisse super eo quod in clericum quemdam maleficum accensus zelo rectitudinis manus usque ad sanguinis effusionem iniecisset, hinc praecipit ut eidem officii executionem permittat. Ferentini VI. Id. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 582. fol. 145; Horoy H-i opp. omn. II. 486. n. 14.* — « PER TVAS NOBIS. »

717. — *Ferentini 8 Augusti.*

« Capitulo Zamorensi. » Nuntiat se despensasse cum L. diacono Zamorensis dioecesis super executione ordinis acolytatus et retentione beneficii in quibus erat impeditus, eo quod ab episcopo Astoricensi ordinem diaconatus susceperat furtive ac mediante vitio simoniae. Ferentini VI. Id. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 583. fol. 146.* — « L. DIACONVS. »

718. — *Ferentini 9 Augusti.*

« Capitulo Constantinopolitano. » Confirmat cassationem viginti trium praepositurarum in urbe regia per B. Portuensem

episcopum tum tituli sanctae Susannae presbyterum Cardinalem Apost. Sedis Legatum de prudentium virorum consilio factam. Ferentini V. Id. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat lib. 2. epist. 569. fol. 143.* — « SICVT EA QVE. »

719. — *Ferentini 9 Augusti.*

« Veñ. fratri Archiepiscopo Eboracensi. » Vt recipiat in canonicum ecclesiae Eboracensis magistrum Roffridum clericum (Hugolini) episcopi Ostiensis, eique praebendam si qua vacat conferat. Ferentini V. Idus Augusti anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 594. fol. 149; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « ORDINATA CARITAS. »

720. — *Ferentini 10 Augusti.*

« Patriarche Constantinopolitano. » Nuntiat se quaestionem inter ecclesias et baiulum et principes imperii Constantinopolitani super possessionibus restituendis ipsis ecclesiis et earum libertatibus conservandis, « pensato statu eiusdem imperii qui propter lamentabilem obitum clare memorie B. Constantinopolitani Imperatoris ac deinde propter infortunium deplorandum quod accidit karissimo in Christo filio nostro P(etro) Imperatori Constantinopolitano illustri et dilecto filio nostro I(ohanni) tituli Sancte Praxedis Presbytero Cardinali A. S. Legato per quos reformandus et consolidandus merito sperabatur, turbatus esse noscitur et concussus, de fratrum nostrorum consilio providimus suspendendam, ne si Grecorum malitia propter iam dictum infortunium, ex quo novam assumpsisse videtur audaciam, latinos in ipso imperio consistentes discordes inveniret hoc tempore ac divisos, eo acrior se contra eos erigeret, quo eosdem consuete unanimitatis vinculum non uniret. » Ferentini IIII. Id. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 570. fol. 143.* — « QVANTO MAIOREM. »

721. — *Ferentini 11 Augusti.*

« Dil. in Christo filiabus nobilibus mulieribus Sancie et Dulcie natis karissimi in Christo filii nostri illustris regis Legionensis. » Earum postulationibus annuens personas suas cum omnibus bonis, quae in praesentiarum rationabiliter possident et in futurum poterunt adipisci, sub Beati Petri protectione recipit. Ferentini III. Id. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 574. fol. 144.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

722. — *Ferentini 11 Augusti.*

« Veñ. fratribus Patriarche Constantinopolitano et Suffraganeis eius. » Excommunicari mandat S. principem Philippensem qui archiepiscopum Philippensem crudeliter occiderat; quod si ecclesiasticam censuram contemserit dat litteris in mandatis Balivo et Principibus imperii ut viriliter ipsis assistant contra illum. Ferentini III. Id. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 575. fol. 145; Mss. Vall. I. 53.* — « HORRIBILITAS DETESTANDI. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est eisdem Balivo et Principibus imperii.

723. — *Ferentini 11 Augusti.*

« Nobilibus viris B. de Pileo et dominis de Palliano. » Mandat ut instrumentum arbitrii inter ipsos super limitibus tenimentorum eorum prolati ab Aegidio tituli sanctorum Cosmae et Damiani exhibeant; iniungit etiam ut in causa intra G(uidum) episcopum Praenestinum et abbatem et conventum Sublacenses super ecclesiis Sancti Angeli de Petralata et Sancti Stephani prope castrum Soranum coram cardinali memorato vertente, testimonium veritatis perhibeant, ad quod nihilominus eorum homines per ipsos compelli mandat. Ferentini III. Id. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 577. fol. 145.* — « PRESENTIVM VOBIS. »

724. — *Ferentini 11 Augusti.*

« Episcopo Clugiensi, Abbati Sancte Marie in Orgañ. Veronensi et fratri Hugolino canonico sancti Iohannis in Monte Bononiensi. » Permittit ut alienare possint alias de possessionibus magis remotis et minus utilibus monasterii sancti Stephani de Carraria usque ad quantitatem quam viderint expedire pro extenuatione debitorum eiusdem monasterii. Ferentini III. Id. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 578. fol. 145.* — « Ex tenore litterarvm. »

725. — *Ferentini 11 Augusti.*

« Abbati et conventui sancti Stephani, et decano et capitulo capelle ducis Diviocensibus. » Confirmat compositionem super quadam praebenda inter eumdem conventum et capitulum initam, et charta authentica huiusmodi compositionis a partibus propriis sigillis munita hic per integrum refert, subscripta anno gratie M. CC. XVII. mense Maio. Ferentini III. Id. Augusti anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 584. fol. 146; Horoy H-i opp. omn. II. 486. n. 15.* — « Ivstis petentivm. »

726. — *Ferentini 11 Augusti.*

« Dil. filiis Abbati et conventui monasterii sancti Benigni Divionensis Lingonensis diocesis. » Confirmat dispositionem Innocentii Papae (III) qui eorum monasterium absolvit a recipiendo W. de Breing olim eorum monachum, iam amotum. Ferentini III. Id. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 585. fol. 146; Horoy H-i opp. omn. II. 489. n. 16.* — « In litteris venerabilis fratris. »

Cod. Vat. addit: In eundem fere modum scriptum est super hoc episcopo et magistro W. de Borm̃ont et E. de Morm̃ento canonicis Lingonensibus ne permittant monasterium ipsum super receptione predicti monachi de cetero fatigari. Dat. ut supra.

727. — *Ferentini 12 Augusti.*

« Conventui monasterii Sancte Marie Tyburtino. » Causam, quam idem monasterium habet cum canonicis Basilicae Principis Apostolorum super possessione ipsius monasterii ratione cuiusdam contractus, de fratrum suorum consilio decidit, nihil iuris in ipso monasterio eiusdem occasione contractus canonicis reservans. Ferentini II. Id. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 573. fol. 144; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 188. retro; Bullarium Basilicae Vat. I. 105; Potthast 492. n. 5596; Horoy H-i opp. omn. II. 490. n. 17.* — « Petente yconomo vestro. »

728. — *Ferentini 13 Augusti.*

« Episcopo et dil. filiis Decano, et Iordano Archidiacono Palentinis. » Vt permittant G. consanguineo episcopi Burgensis praebendam habere in ecclesia Burgensi. Ferentini Id. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 580. fol. 145.* — « Venerabilis frater noster. »

729. — *Ferentini 16 Augusti.*

« Electo Forosimphroniensi. » Indulget ut propter turbationes civitatis et ecclesiae suae possit adventum suum pro consecratione recipienda ad apostolicum conspectum usque ad Pascha Resurrectionis differre. Ferentini XVII. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 579. fol. 145; Mss. Vallicel. I. 53.* — « Cvm propter tvrbationem. »

730. — *Ferentini 17 Augusti.*

« Dil. filiis Decano, magistro G. Goin et Roberto de Lauduno canonicis Remensibus. » Vt iudicent causam inter fratres Praem̃onstratenses et archidiaconum Suessionensem super quibusdam decimis quas, iisdem fratribus competentes, praedictus archidiaconus occupaverat. Ferentini XVI. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 608.*

fol. 151; Horoy H-i opp. omn. II. 492. n. 18. — « Sva nobis abbas. »

731. — *Ferentini 17 Augusti.*
« Archiepiscopo, Decano et Magistro scolarum Bracarensibus. » Vt iudicium proferant super querimonia episcopi Oxomensis exponentis quod « Portugalie rex ipsum iure quodam decimarum et rebus aliis que in ecclesia de Pemdelo diocesis Portugalensis habebat, contra iustitiam spoliavit. » Ferentini XVI. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 669. fol. 160.* — « Venerabilis frater noster. »

732. — *Ferentini 21 Augusti.*
« Veñ. f. Episcopo Teanensi et dil. filio Abbati de Ferraria Teanensis diocesis. » Vt inquirant contra episcopum Alifanum, quem N. et quidam alii canonici Alifani dicunt intra trigesimum aetatis suae annum in eorum episcopum constitutum esse, et electionis suae tempore per laicalem potentiam celebratae propter violentam manuum iniectionem in quemdam subdiaconum fuisse excommunicationis vinculo innodatum, et absolutionis beneficio non obtento fecit se in episcopum promovere: qui postmodum archipresbyterum ecclesiae Alifanae propter appellationem ad Papam legitime interpositam ab archipresbyteratu amovens, fratrem suum a canonicis non electum instituit loco eius, et in eorum praeiudicium et gravamen. Ferentini XII. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 586. fol. 147.* — « Dilecti filii. »

733. — *Ferentini 22 Augusti.*
« Veñ. fratribus Ariminensi et Senogaliensi Episcopis. » Vt Fanenses cives cogant satisfacere electo Forosimphroniensi de damnis et iniuriis eidem illatis. Ferentini XI. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 587. fol. 147; Mss. Vallicel. I. 53.* — « Licet cives fanenses. »

734. — *Ferentini 22 Augusti.*
« Dilectis filiis Clero et populo Vicanis. » Confirmat dispositionem Alexandri PP. qui semel et iterum inhibuit ne aliquas possessiones castri eiusdem venditionis, donationis, commutationis, obligationis seu alterius alienationis titulo ad alios quam de terra eorum ullatenus transferant, et transgressor banno decem librarum subiaceat. Ferentini XI. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 588. fol. 147.* — « Attendens olim. »

735. — *Ferentini 23 Augusti.*
« Dilectis filiis Abbati Sancti Humberti (Huberti, Oberti, *Decr. Gr.*, *Potth.*) Leodiensis diocesis et sancti Iohannis et sancti Martini decanis Leodiensibus. » Vt videant si verae sint exceptiones a W(illelmo) de Hollandia propositae coram archiepiscopo Treverensi super observantia compositionis inter ipsum W(illelmum) et L(odovicum) comitem de Los circa raptum (Adae) uxoris eiusdem comitis, terras (i. e. comitatum Hollandiae) et res alias initae; mandat quod si dictus W(illelmus) in probando exceptiones deficiat, ipsi, litteris ad abbatem Sancti Laurentii et eius coniudices obtentis nequaquam obstantibus, in negotio ipso iuxta formam ipsis traditam procedant. Ferentini X. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 590. fol. 147; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 190; Decret. Honorii III. lib. 2. tit. 16.* De exceptionibus *c. 1. ed. Cironius p. 144; Decretal. Gregorii IX. lib. 2. tit. 25.* De exception. *c. 7. apud Boehmer Corp. II. 352. ad ann. 1220; apud Richter Corp. II. 364; Matthaeus Anal. med. aevi III. p. 130; Mieris Charterb. I. 168; Kluit Hist. crit. Holland. II. 1. 375. n. 90; Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. 1. 148; Potthast 497. n. 5653. (sine signo chronologico: v. 21 Martii 1217); Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. II. tit. XXV. c. VII. p. 378.* — « Olim nostris fvit. »

736. — *Ferentini 23 Augusti.*
« Dilecto filio Electo Laudunensi. » Vt absolvat clericos et laicos suae dioecesis ab excommunicationis sententia, qua auctoritate R. tit. Sancti Stephani in Coelio Monte Presb. Cardinalis in illis partibus Apost. Sedis Legati devicti fuerunt. Ferentini X. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 596. fol. 149; Horoy H-i opp. omn. II. 493. n. 19. (17 Aug.).* — « Ex parte tva. »

737. — *Ferentini 23 Augusti.*
« Dilectis filiis Fratribus de Sancto Auditu Toletane diocesis. » Requisitus ab eis ut provideret illis de certa regula et de rectore, nuntiat se id Toletano archiepiscopo dioecesano remisisse. Ferentini X. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 598. fol. 149; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Ex parte vestra. »

738. — *Ferentini 23 Augusti.*
« Veñ. fratri Archiepiscopo Toletano. » Vt fratribus de Sancto Auditu Toletanae dioecesis, qualitatibus eorum loci et personarum indagatis, de certa vivendi formula, et de rectore provideat prout viderit expedire. Ferentini X. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 599. fol. 149; Mss. Vallicel. I. 53.* — « Dilecti filii. »

739. — *Ferentini 24 Augusti.*
« Dilectis filiis P. preposito in Monte, H. custodi, et O. de Saxonia canonico Herbipolensibus. » Mandat ut, si iustum fuerit, confirment electionem H. Warmatiensis praepositi in episcopum Warmatiensem a capitulo eiusdem ecclesiae celebratam, et si dicta electio canonice non facta fuerit, iniungant capitulo praedicto ut iterum ad electionem procedant. Ferentini VIIII. Kal. Septembris anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 589. fol. 147.* — « Dilecti filii. »

740. — *Ferentini 24 Augusti.*
« Veñ. f. Episcopo Siracusano. » Nuntiat se silentium imposuisse adversariis suis qui ipsum super electione sua molestabant, et inquisitorum processu legitime revocato, indulget ut nemo super hac re eum convenire audeat. Ferentini VIIII. Kal. Septembris anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 600. fol. 149.* — « Vt sapientia vincat. »

741. — *Ferentini 25 Augusti.*
« Dilectis filiis (Stephano) Abbati et conventui Casinensibus. » Mittit ad eos Raynerium poenitentiarium et O. capellanum suum visitatores, ut monasterium illud maxime depravatum reforment et corrigant. Ferentini VIII. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 591. fol. 148; Mss. Vallicel. I. 53; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 193. retro.* — « Tacti svmvs dolore. »

742. — *Ferentini 25 Augusti.*
« Dilectis filiis Abbati et conventui de Sexto Lucane diocesis. » Praecipit ut nihil vendere possint de possessionibus sui monasterii sine licentia abbatis sancti Benedicti de Pado Larionis, cum dispositio et cura huius monasterii ad dictum abbatem spectet. Ferentini VIII. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 597. fol. 149.* — « Ex insinvatione dilecti. »

743. — *Ferentini 25 Augusti.*
« Episcopo F. et P. Bertrandi Archidiacono Cesaraugustanis. » Vt decidant causam iam ortam inter episcopum Oxomensem et bonae memoriae regem Castellae tutorem G. pueri Oxomensis dioecesis « super castro de Alcozar quod ad ecclesiam suam asserit de iure spectare. » Ferentini VIII. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 670. fol. 160.* — « Venerabili fratre nostro. »

744. — *Ferentini 26 Augusti.*

« Dil. fil. nobili viro Martino Munitionis. » Eius personam una cum castellis et villis suis sub protectione suscipit, specialiter autem castra Gormaz et de Canet cum omnibus pertinentiis eorum ab Henrico rege Castellae ipsi ac suis haeredibus concessa. Ferentini VII. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 592. fol. 148.* — « SOLET ANNVERE. »

745. — *Ferentini 26 Augusti.*

« Dil. fil. Archipresbytero et Capitulo Pisanis. » Iterum scribit eis ut recipiant in canonicum O. nepotem G. sanctorum Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, alioquin dat litteris in mandatis episcopo Florentino ut eos ad id per censuras ecclesiasticas compellat. Ferentini VII. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 593. fol. 149.* — « VT ERGA NOS. »

In eundem fere modum scriptum est super hoc eidem episcopo, verbis competenter mutatis.

746. — *Ferentini 26 Augusti.*

« Ven. fratri Episcopo Regino. » Rogantibus Vberto et quibusdam aliis clericis ecclesiae sancti Faustini suae dioecesis, mandat ipsi ut iniungat capitulo eiusdem ecclesiae ad eligendum sibi rectorem quo diu destituta est. Ferentini VII. Kal. Septembris anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 603. fol. 150.* — « EX PARTE VBERTI. »

747. — *Ferentini 26 Augusti.*

« Episcopo Parisiensi. » Vt examinet electionem abbatis conventus Ferrariensis Senonensis dioecesis ad Romanam Ecclesiam pertinentis, eamque, si canonice facta fuerit, confirmet. Ferentini VII. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 618. fol. 152; Horoy H-i opp. omn. II. 494. n. 21.* — « DILECTI FILII. »

748. — *Ferentini 27 Augusti.*

« Abbati et Priori sancti Iohannis in Vineis et decano Suessionensibus. » Vt inducant Laudunensem Electum ad conferendum beneficium C. diacono latori praesentium in ecclesia sancti Iohannis in Burgo Laudunensi, eique Electo ait se scripsisse. Ferentini VI. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 620. fol. 153.* — « SI DE PROVISIONE CLERICORVM. »

749. — *Ferentini 27 Augusti.*

« Archidiacono (Nutriensi *sed leg.*) Nitriensi et scolastico Albensi Vesprimiensis diocesis. » Mandat ut in causa ab Innocentio (III) praedecessore suo (Petro) episcopo Iauriensi et ipsis die 20 Apr. 1216 commissa, non obstante absentia praefati episcopi qui iam iter arripuit in subsidium Terrae Sanctae, procedant. Ferentini VI. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 666. fol. 160; Theiner Mon. Hungar. tom. I. p. 8. n. 15; Fejér Cod. dipl. III. I. 228; Fragm. apud Schmitth episc. Agriens. I. p. 123; Potthast 492. n. 5597; Horoy H-i opp. omn. II. 495. n. 22.* — « LITERAS BONE MEMORIE. »

750. — *Ferentini 28 Augusti.*

« Dilecto filio R(ainerio) Sancte Marie in Cosmidin Diacono Cardinali. » Mandat ut moneat potestatem et populum Vrbevetanos ne molestent indebitis exactionibus quaedam castra, quae a comite Ildebrandino eidem potestati illicite submissa sunt, cum ad monasterium sancti Anastasii de Vrbe pertineant, quaeque idem comes locationis tantum titulo ab eis obtinuit. Ferentini V. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 595. fol. 149.* — « DILECTI FILII. »

751. — *Ferentini 28 Augusti.*

« Dilectis filiis Abbati et conventui Case Nove Cisterciensis Ordinis. » Vt reforment monasterium sancti Bartholomaei de Sat-

tione quod immediate ad Romanam Ecclesiam pertinet, ut litterae Innocentii PP. exhibitae liquido manifestant. Ferentini V. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 601. fol. 150; vide apud Manrique Ann. Cist. IV. p. 118. (cum nota Dat. Laterani...); Potthast 518. n. 5898. (a quo relata est haec epist. sub die 28 Aug. 1218).* — « Cvm monasterivm. »

752. — *Ferentini 28 Augusti.*

« Ven. f. Episcopo Cumano. » Concedit ut decimas et possessiones a laicis ipsi seu predecessoribus suis concessas in feudum, de capituli sui consensu redimere possit. Ferentini V. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 604. fol. 150; Fejér Cod. Dipl. III. I. 243; Potthast 492. n. 5598.* — « Ivstis petitionibvs. »

753. — *Ferentini 28 Augusti.*

« Dilec. filiis (Nicolao) Abbati et conventui Saxivivi. » Indulget ut non possint per apostolicas litteras conveniri nisi ordinis Saxivivi fecerint mentionem. Ferentini V. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 609. fol. 151; Iacobilli Monast. di S. Croce di Sassovivo 311; Potthast 497. n. 5649. (30 Dec. 1217).* — « Volentes qvieti vestre. »

754. — *Ferentini 29 Augusti.*

« Dil. fil. Abbati Tremetensi. » Mandat ut infra mensem post susceptionem praesentium cum quatuor vel quinque melioribus monachis monasterii curae suae commissi, sublato cuiuslibet dilationis et occasionis obstaculo, apostolico conspectui se repraesentet. Ferentini IIII. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 602. fol. 150; Mss. Vallicel. I. 53.* — « Presentivm tibi. »

755. — *Ferentini 30 Augusti.*

« Ven. fratribus (Guidoni) Asisinati, (Hugoni) Nocerino, (S. Villano) Eugubino, (Hermanno) Clusino, (Benedicto) Spoletano, (Aegidio?) Fulginatensi, (Martino) Aretino, (Iohanni) Castellano, (Simeoni) Cerviensi, (Oddoni) Cesenatensi, (Bonaventurae) Ariminensi, (Orlando) Faventino, (Marsuchio?) Lunensi, (Vbertello) Foropopuliensi et (M[N]aldino?) Imolensi Episcopis et universis aliis ecclesiarum Prelatis et Clericis nec non Comitibus, Baronibus et aliis Christi fidelibus per eorum dioceses constitutis. » Vt Petrum Iudicis canonicum sancti Petri, quem Rectorem Massae et Legatum in eorum partibus fecerat, humiliter recipiant eique intendant. Ferentini III. Kalendas Septembris anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 605. fol. 150; Mss. Vallicel. I. 53.* — « Cvm dilecto filio. »

756. — *Ferentini 30 Augusti.*

« Ven. f. Archiepiscopo et dilectis filiis Capitulo Tranensibus. » Ne conventum sancti Samuelis de Barulo Praemonstratensis ordinis gravent exigendo ab eis procurationem in die benedictionis abbatis eiusdem ordinis contra constitutionem concilii generalis. Ferentini III. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 606. fol. 150; Mss. Vallicel. I. 53; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 195.* — « Ex parte dilectorvm filiorvm. »

757. — *Ferentini 31 Augusti.*

« Dilectis filiis Abbati de Warduñ, priori de Dunestaple et magistro Guillelmo Scoto doctori decretorum apud Oxoniam commoranti Lincolniensis diocesis. » Mandat ut inquirant an canonica fuerit renuntiatio A. abbatissae monasterii sancti Edwardi in Sestonia Saresbiriensis (sic) dioecesis, quae, ea referente, per vim et metum renuntiare compulsa fuit. Ferentini II. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. ep. 607. fol. 150; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « Ex parte dilecte in Christo. »

758. — *Ferentini 31 Augusti.*

« Prioribus Seguntino et Molinensi Seguntine diocesis et Seguntino Archidiacono. » Ne fratres Militiae Calatravensis et alii religiosi Toletanae et Conchensis dioecesum cogant clericos ad praestanda tributa de suis possessionibus dominis saecularibus. Ferentini II. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 610. fol. 151; Mss. Vallicel. I. 53.* — « SIGNIFICAVIT NOBIS. »

759. — *Ferentini 31 Augusti.*

« Capitulo Antiocheno. » Id decernit « si quas litteras impetratas dum vestra vacat ecclesia contra vestrum aliquem contigerit exhiberi, sciatis eas per surreptionem obtentas nullusque vestrum auctoritate agat vel respondeat earumdem. » Ferentini II. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 611. fol. 151.* — « CVM CONTRA DECANVM. »

760. — *Ferentini 31 Augusti.*

« Decano et Capitulo Antiochenis. » Cum per nuntios P(elagium) episcopum Albanensem in pastorem petiissent, respondet id fieri non posse, eisque mandat ut alium infra tres menses sibi eligant. Ferentini II. Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 612. fol. 151; Mss. Vallicel. I. 53; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 195. retro.* — « NVNTII QVOS. »

761. — *Ferentini 31 Augusti.*

Conventui Monialium in Mere (Meer) Coloniensis dioec. quae statuerant ut quadragenarius sororum numerus in ipsarum monasterio de caetero habeatur, hoc statutum confirmat. Ferentini II. Kal. Sept. anno secundo. — *Lacomblet UB. II. 35. n. 65; Potthast 492. n. 5599.* — « HIIS DIGNE APOSTOLICVS. »

762. — *Ferentini 1 Septembris.*

« (Eberhardo) Archiepiscopo Salzeburgensi. » Invehit in eum, quod in monasterium sancti Lamberti de Karinthia immediate Apostolicae Sedi subiectum iurisdictionem exercuerit, et W. monachum electum abbatem inhoneste tractaverit, eique praecipit ut Wolcherum amoveat a praelatura eiusdem monasterii et sententiam excommunicationis ab ipso in monachos promulgatam relaxet. Ferentini Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 613. fol. 151; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 196. retro; Mss. Vallicel. I. 53; Rodenberg Epist. Select. 25. n. 32.* — « INTRA IN CVBICVLVM. »

763. — *Ferentini 1 Septembris.*

« (Aimardo) Episcopo et dilectis filiis Capitulo Suessionensibus. » Vt in canonicum recipiant magistrum Robertum clericum, latorem praesentium, eique praebendam conferant, de qua re ait se dedisse litteras in mandatis decano, cantori et magistro G. Goin canonico Remensibus ut, nisi id adimpleverint, eos per censuras ecclesiasticas compellant. Ferentini Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 615. fol. 152; Horoy H-i opp. omn. II. 497. n. 24.* — « PROMISSIONEM HABENS. »

Cod. Vat. notat: In eundem fere modum scriptum est super hoc dictis executoribus, verbis competenter mutatis.

764. — *Ferentini 1 Septembris.*

« Priori et conventui Ferrariensibus. » Confirmat eis decimas tam novalium, quam aliarum terrarum ab eorum monasterio ante generale concilium rationabiliter possessas. Ferentini Kal. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 616. fol. 152; Horoy H-i opp. omn. II. 496. n. 23.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

765. — *Ferentini 1 Septembris.*

(Theodoram) ducissam Austriae ac filios eius, cuius coniux (Leopoldus) dux Austriae in subsidium Terrae Sanctae profectus erat, cum terra et

omnibus bonis sub speciali Apostolicae Sedis protectione ac defensione suscipit. Ferentini Kal. Sept. anno secundo. — *Fischer Klosterneuburg II. 173; Potthast 492. n. 5600.* — « Devotio qvam. »

766. — *Ferentini 1 Septembris.*

(Vlrico) Pataviensi et (Roberto) Olomucensi episcopis et (Wernero) abbati S. Crucis Pataviensis dioecesis de superiore epistola significat, eisque mandat ne permittant, ut uxor, filii et terra praefati ducis Austriae ab aliquo molestentur. Ferentini Kal. Sept. anno secundo. — *Fischer l. c. II. 174; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 94. n. 80; argum. ap. Erben Regest. Bohem. I. 274. n. 582; Meiller Regest. der Babenberger 123. n. 153; Potthast 492. n. 5601; Horoy H-i opp. omn. II. 498. n. 25.* — « Cvm dilectvs filivs. »

767. — *Ferentini 4 Septembris.*

« Nobili viro R. filio quondam Rogerii Vallismontonis. » Confirmat ei feudum cum omnibus pertinentiis suis quod R. abbas et monachi Sublacenses de mandato Innocentii PP. (III) eidem contulerant. Ferentini II. Non. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 654. fol. 157.* — « Cvm a nobis petitvr. »

768. — *Ferentini 5 Septembris.*

« Nobilibus viris Adenulfo de Albeto, et Roggero de Aquino spiritum consilii sanioris. » Invehit in eos quod Roccam Rivivivi retineant contra ius nobilis viri Riccardi Sorani comitis, cum P. episcopus Soranus et ipsi iuravissent se non esse impedituros quominus ad manus ipsius comitis perveniret. Ferentini Non. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 614. fol. 152; Mss. Vallic. I. 53.* — « Cvm nil valeat. »

769. — *Ferentini 5 Septembris.*

« Preposito et I. Bruxado canonico Novariensibus. » Vt inquirant et concedere valeant licentiam canonicis Cumanis, dummodo ecclesiae expediat, colligendi decimas iuxta veterem consuetudinem qua « unus regionis unius et alter alterius decimas colligebat, certis locis pro sua provisione singulis assignatis, non obstante quod G. Albanensis Electus Apost. Sedis Legatus constituit, ut decime ipse colligerentur communiter per aliquos ad hoc specialiter deputandos. » Ferentini Non. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 619. fol. 152.* — « Dilecti filii. »

770. — *Ferentini 5 Septembris.*

« Episcopo et Canonicis Paduanis. » Cum ex duabus praebendis in eorum ecclesia vacantibus una Iohanni nepoti G. sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconi Cardinalis concesserit, mandat ut alteram conferant magistro Paduino clerico sancti Clementis de Padua, si de legitimo matrimonio ortus fuerit. Ferentini Non. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 623. fol. 153.* — « Dignvm est. »

771. — *Ferentini 5 Septembris.*

« Archiepiscopo Cusentino. » Vt R. archidiaconum ecclesiae Squillacensis in pastorem eiusdem ecclesiae electum, si canonice electus fuerit, confirmet. Ferentini Non. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 624. fol. 153; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 198. retro.* — « Dilectorvm filiorvm. »

772. — *Ferentini 6 Septembris.*

« Episcopo Vlixbonensi. » Indulget ut inquisitiones contra ipsum obtentae non solum revocentur, sed statuit ne ex eo quod inquisitiones huiusmodi contra ipsum impetratae fuerint, eius fama laedatur. Ferentini VIII. Id. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 617. fol. 152.* — « Cvm inqvisitiones. »

773. — *Ferentini 6 Septembris.*

« Consulibus et populo Sitinis. » Vt I. de Ceccano personam suam et filiorum suorum

ac Balivi quem pro tempore in eorum terra posuerit, et iura quae in eadem terra eidem concessit Papa salvent, « et ad faciendam guerram, » si necesse fuerit, ipsum adiuvent. Ferentini VIII. Id. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 621. fol. 153.* — « PRESENTIVM VOBIS. »

774. — *Ferentini 6 Septembris.*
« Episcopo Mantuano, D. subdiacono nostro Saccensi archidiacono Paduane diocesis. » Mandat eis ut ad ecclesiam Vicentinam diu suo pastore destitutam accedant, eiusque administrationem, si capitulum vel sanior eius pars consenserint, episcopo Regino confirment, cui ab Innocentio PP. (III) praedictae ecclesiae cura concessa fuerat. Ferentini VIII. Id. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 622. fol. 153.* — « ATTENDENTES OLIM. »

775. — *Ferentini 6 Septembris.*
« Pataviensi et Chimensi Episcopis et preposito de Maise Pataviensis diocesis. » Vt iudicent causam inter Ratisponensem episcopum et capitula maioris ecclesiae ac veteris capellae Ratisponensis civitatis, super quodam arbitrio inter ipsos per episcopum Eistetensem prolato, quod idem episcopus minime observavit, et de pluribus aliis articulis, praesertim de alienatione bonorum ecclesiae Ratisponensis quam praedictus episcopus facere praesumpsit. Ferentini VIII. Id. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 656. fol. 158.* — « DENVNTIATIONES SOLLEMPNITER. »

776. — *Ferentini 6 Septembris.*
« (Sancio) Episcopo et F. et P. Bertrandi Archidiaconis Cesaraugustanis. » Vt episcopum Oxomensem inducant in possessionem villae quae dicitur Oxoma, ab A(lphonso) rege Castellae ei testamento legatae. Ferentini VIII. Id. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 667. fol. 160; Mss. Vallic. I. 53; Loperraez Descripc. de Osma III. 56. n. 42. (ubi pro Ferentini leg. Terenti); Potthast 492. n. 5602; Horoy H-i opp. omn. II. 498. n. 26.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

777. — *Ferentini 6 Septembris.*
Potestatem et populum Cremonenses, quorum potestates in terra Warstallensium positi clericos ad subeundum iudicium saeculare compellunt, rogat et monet, ut illos cogant ad abstinendum ab huiusmodi excessibus de cetero et ad competenter satisfaciendum praefatis clericis. Ferentini VIII. Id. Sept. anno secundo — *Ficker Forschungen IV. 307. n. 263; Potthast append. 2086. n. 5062-26008.* — « QVANTO GRATIAM ET. »

6 Septembris. — VIII. Id. Sept. Dominus Papa Honorius ivit Alatrum. — *Chron. Fossae Novae apud Muratori Script. rer. Italic. VII. 896, (sub titulo Annales Ceccanenses apud Pertz Mon. Germ. hist. scrip. XIX. 302); Potthast 492.*

778. — *Alatri 9 Septembris.*
« Abbati et conventui monasterii Dolensis. » His rogantibus concedit ut « cum generale terre fuerit interdictum, liceat fratribus monasterii vestri in prioratibus subditis eidem monasterio consistentibus, clausis ianuis, non pulsatis campanis, excommunicatis et nominatim interdictis exclusis, suppressa voce divina officia celebrare. » Alatri V. Id. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. ep. 630. fol. 154; Horoy H-i opp. omn. II. 499. n. 27.* — « ID NEC PETITVR. »

779. — *Alatri 9 Septembris.*
« Abbati monasterii Dolensis. » Concedit ad triennium ut absolvere possit monachos suos qui in canonem sententiae promulgatae inciderant, excepto casu « si esset ad membrorum mutilationem processum, seu manus iniecta in episcopum et abbatem. » Item concedit ut despensare possit cum illis qui excommunicati celebrarunt. Alatri V. Id.

Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. ep. 631. fol. 154; Horoy H-i opp. omn. II. 500. n. 28.* — « Cvm contingat interdvm. »

780. — *Alatri 9 Septembris.*

« Iohanni de Cella subdiacono. » Ad preces Bituricensis archiepiscopi et Lemovicensis episcopi dioecesani ac nonnullorum praelatorum terrae illius, eundem despensat quia a sacerdote genitus fuit, et indulget ut id ei quoad spiritualia nihil obsit. Alatri V. Id. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1304. fol. 287, ubi deest titulus sed supplet nota in margine fol. 154.* — « Hii merito. »

781. — *Alatri 10 Septembris.*

« O. Subdiacono et capellano nostro Rectori Beneventano. » Vt possessiones et alia de regaliis ad Apostolicam Sedem pertinentia, quae S. Basilicae duodecim apostolorum presbyter Cardinalis, dum camerariae officium exercebat, et Troianus episcopus et alii Rectores indebite alienarunt, revocet. Alatri IIII. Id. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 627. fol. 153; Mss. Vallic. I. 53; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 200. retro.* — « Cvm dilectvs filivs. »

782. — *Alatri 11 Septembris.*

« P. Aurie canonico Salamantino. » Indulget ei ut, inspectis eius scientiae et probitatis meritis, et intuitu P(elagii) Albanensis episcopi patrui sui, ad sacros ordines promoveri possit et ad ecclesiasticas dignitates assumi, non obstante quod de legitimo matrimonio natus non fuerit. Alatri III. Id. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 625. fol. 153; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 199. retro.* — « Hvmane fragilitatis. »

783. — *Alatri 12 Septembris.*

« Archiepiscopo et O. Subdiacono et capellano Nostro Rectori Beneventanis. » Vt amoveant episcopum Lavellinum, qui multos alienigenas extra statuta tempora ordinaverat, et bis Romam vocatus, venire contempserat. Alatri II. Id. Sept. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 626. fol. 153; Mss. Vallic. I. 53.* — « Cum iam secvndo. »

784. — *Alatri 12 Septembris.*

« Nobili viro Stephano comiti Cotronensi crucesignato. » Huic apostolicam protectionem concedit donec de suo reditu vel obitu certissime cognoscatur, pro quo unam libram auri, sicut promisit, debet Apostolicae Sedis persolvere. Alatri II. Id. Septembris anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. nn. 628-629. fol. 154.* — « Sacrosancta romana ecclesia. »

15 Septembris. — XVII. Kal. Oct. dedicata est ecclesia Casaemarii honorifice per manus domini papae Honorii, ubi fuit ipse cum omnibus cardinalibus, notariis et cum tota curia sua. — *Chron. Fossae Novae ap. Muratori Script. rer. Italic. VII. 896, (sub titulo Ann. Ceccanens. ap. Pertz Mon. Germ. Hist. script. XIX. 302); Rondinini Monaster. de Casaemario 290; Potthast 492.*

785. — *Alatri 16 Septembris.*

« Capitulo Laudensi. » His petentibus concedit ut electio eorum pastoris ab H(enrico) electo Mediolanensi celebrata confirmetur, ac « idem in spiritualibus et temporalibus libere administret pro confirmationis et consecrationis muneribus obtinendis, accepto tempore opportuno ad nostram presentiam accessurus. » Alatri XVI. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 632. fol. 154.* — « Nvntios vestros. »

786. — *Alatri 16 Septembris.*

« Capitulo Laudensi. » Indulget ut cum pax confirmata fuerit inter Papiensem et Mediolanensem civitates, libere possit celebrare dummodo impedimentum aliud canonicum non obstet. Alatri XVI. Kal. Oct.

anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 633. fol. 154; Mss. Vallic. I. 53; Rodenberg Ep. Sel. 26. n. 33.* — « Ex parte vestra. »

787. — *Alatri 16 Septembris.*
« Archiepiscopo Remensi. » Vt S. latori praesentium subdiacono, in civitate vel dioecesi sua beneficium assignet ecclesiasticum, cum antea de omnibus beneficiis spoliatus fuerit, quia in subdiaconatus ordine constitus mulierem quandam de facto in uxorem duxerat. Alatri XVI Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 634. fol. 154.* — « S. lator presentivm. »

788. — *Alatri 16 Septembris.*
« Abbati et conventui monasterii Dolensis. » Indulget ut abbas pro tempore exercere possit censuram ecclesiasticam « in quoslibet infra regalium et pontificalium dignitatum officia constitutos, vobis contra libertatem et super libertate Burgi Dolensis seu quibuslibet bonis vestris vel hominibus eiusdem Burgi, quorum defensioni specialiter intendere vos oportet, violentiam seu iniuriam in ipso Burgo vel territorio facientes. » Alatri XVI. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 635. fol. 154.* — « Apostolice sedis. »

789. — *Alatri 16 Septembris.*
« Capitulo Parisiensi » (*Potthast* Decan. et Capit.). Indulget ut exercere possint censuram ecclesiasticam in laicos illos, qui super possessionibus et aliis eorum bonis extra Parisiensem dioecesim constitutis eis iniurias inferunt, si eorum episcopi eos ad exhibendam satisfactionem debitam compellere recusaverint vel neglexerint ultra mensem postquam ab ipsis humilitate debita requisiti fuerint. Alatri XVI. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 646. fol. 156; fragm. apud Guérard Cartul. de l'Eglise Notre-Dame de Paris I. 228; Potthast 492. n. 5603. (initium deest); Horoy H-i opp. omn. II. 501. n. 29.* — « Apostolice sedis. »

790. — *Alatri 18 Septembris.*
« Decano et capitulo sancti Ylarii Pictavensibus. » Vt recipiant in canonicum P. Fulcherii, de quo eisdem scripserat Innocentius (III), abbate Monasterii Novi et collegis ipsius super hoc monitoribus deputatis; alioquin dat litteris in mandatis Talemundo et de Lucionio abbatibus et Priori de Oloñ. Pictavensis dioecesis, ut si maiori et saniori parte Capituli super receptione ipsius parata aliqui forsitan temere contradixerint, per censuras ecclesiasticas compescat. Alatri XIIII. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 636. fol. 154; Horoy H-i opp. omn. II. 501. n. 30.* — « Dilectvs filivs. »

Cod. Vat. addit: In eundem fere modum scriptum est super hoc eisdem, ut, dictis decano et capitulo in mandati apostolici executione cessantibus, eos compescant.

791. — *Alatri 18 Septembris.*
« P. preposito et capitulo Cariensibus Taurinensis diocesis. » Confirmat statutum ab eis conditum, « ut nulli canonico eiusdem ecclesie in eius absentia prebendale beneficium ministretur nisi forsan infirmus aut peregrinationis seu studii causa de licentia capituli absens esset. » Alatri XIIII. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 637. fol. 155.* — « Qve pro ecclesiarvm. »

792. — *Alatri 18 Septembris.*
« Episcopo, cantori et M. Egee canonico Colimbriensibus. » Vt iniungant decano Colimbriensi ut in prima septimana proximae quadragesimae se apostolico conspectui praesentet responsurus D. Iohanni Colimbriensi canonico reddituum capituli collectori, quem usque ad effusionem sanguinis verberaverat et aliis iniuriis affecerat. Alatri

XIIII. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. ep. 653. fol. 157.* — « DILECTVS FILIVS. »

793. — *Alatri 19 Septembris.*

« Abbati de Gratia Dei Xantoniensis diocesis, Archipresbytero de Mastatio (in eod. loc. de Magatio) et magistro scolarum Xantoniensibus. » Mandat ut si eis constiterit decanum Burdegalensem esse canonicum regularem et regulam B. Augustini esse professum, eum caeteris beneficiis spolient, et officio decanatus contentum ipsum residere in claustro compellant. Alatri XIII. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 658. fol. 158; Horoy H-i opp. omn. II. 502. n. 31.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

794. — *Alatri 19 Septembris.*

« Abbati de Gratiadei Xantoniensis diocesis, Archipresbytero de Mastatio et magistro scolarum Xantoniensibus. » Vt compellant G. Burdegalensem decanum presbiteratus ordinem suscipere iuxta lateranensis concilii statutum, qui cum iam a duodecim annis et ultra possideat decanatum, saepe tamen monitus noluit in presbyterum ordinari. Alatri XIII. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 659. fol. 159; Horoy H-i opp. omn. II. 517. n. 40 (30 Sept.)* — « DILECTVS FILIVS. »

795. — *Ferentini 20 Septembris.*

« Preposito et Capitulo sancti Salvatoris de Barzanolo. » Hiis petentibus confirmat dispositionem B. comitis eorum ecclesiae fundatoris « ne quis de cetero in ipsius ecclesie canonicus assumatur nisi talis, qui velit et valeat eidem ecclesie in sacris ordinibus deservire. » Ferentini XII. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 638. fol. 155.* — « QVE PRO DIVINI. »

796. — *Ferentini 20 Septembris.*

« Abbatisse et monialibus sancti Petri Beneventanis. » Indulget ut P. Beneventano canonico de annuo redditu quatuor romanatorum, quem ex concessione Innocentii Papae (III) in eorum monasterio assecutus fuerat, duos romanatos tantum eidem canonico, stante eorum paupertate, annuatim persolvant. Ferentini XII. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 639. fol. 155.* — « CONQVERENTE DILECTO FILIO. »

797. — *Ferentini 20 Septembris.*

« Abbati et conventui monasterii sancte Flore Aretini. » Mandat ut causa inter ipsos et praepositum et canonicos Aretinos « super ecclesia sancti Gregorii, quibusdam terris et parte molendinorum Cuprene ac Castri Saxi et molendino posito supra pontem de Caliano ac aliis diversis articulis » ab Innocentio Papa iam decisa, ad tempus quo litis contestatio facta fuit referatur. Ferentini XII. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 648. fol. 156; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 203.* — « EX PARTE VESTRA. »

798. — *Ferentini 21 Septembris.*

« Petro Abbati sancti Petri de Aslancia eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Mandat ut in eorum monasterio ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam atque institutionem Cluniacensium fratrum observetur, possessiones enumerat et confirmat, privilegia concedit. Ferentini. Per manum Ranerii Sanct. Roman. Eccl. Vicecancellarii XI. Kal. Oct. Indict. V. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 645. fol. 155.* — « RELIGIOSAM VITAM. »

799. — *Ferentini 22 Septembris.*

« Episcopo et Iordano priori sancti Benedicti Paduanis. » Vt circa electionem G. filii nobilis viri W. de Camino in episcopum Cenetensem, quam V. canonicus Cenetensis refert minus canonice factam et in eius praeiudicium celebratam et pa-

triarcha Aquilegensis confirmare denegavit, quod canonicum fuerit decernant. Ferentini X. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 646 bis. fol. 156.* — « V. CANONICVS. »

800. — *Ferentini 22 Septembris.*

« Episcopo et Capitulo Astensibus. » Nuntiat se confirmare collationem archidiaconatus Astensis Brunoni canonico eorum ecclesiae, « de nobilitate scientia et moribus ut dicitur commendando, » quae collatio acta fuit ab Electo Mediolanensi qui in hoc negotio Papae vicem gesserat. Ferentini X. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 640. fol. 155; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 201.* — « CVM OLIM. »

801. — *Ferentini 22 Septembris.*

« Electo Mediolanensi. » Significat se litteras misisse ad episcopum et capitulum Astenses super confirmatione archidiaconatus Astensis ecclesiae Brunoni Astensi canonico, quem de speciali papae mandato ipse Electus eidem contulerat. Ferentini X. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 641. fol. 155.* — « CVM DE SPECIALI. »

802. — *Ferentini 22 Septembris.*

Abbati et conventui monasterii Dolensis. » Libertatem burgi Dolensis et temporalem iurisdictionem, quam habent in ipso, eis confirmat. Ferentini X. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 642. fol. 155; Horoy H-i opp. omn. II. 503. n. 32.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

803. — *Ferentini 22 Septembris.*

« Eisdem. » Indulget ut eorum abbas pro tempore censuram ecclesiasticam exercere possit in laicos Bituricensis dioecesis « vobis super hominibus, possessionibus aut aliis ecclesie vestre bonis iniurias inferentes, si loci diocesanus eos ad debitam satisfactionem cogere recusaverit vel neglexerit, a vobis primo, secundo, vel tertio cum humilitate debita requisitus. » Dat. ut supra (Ferentini X. Kal. Oct. anno secundo). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 643. fol. 155; Horoy H-i opp. omn. II. 504. n. 34.* — « QVANTO MONASTERIVM VESTRVM. »

804. — *Ferentini 22 Septembris.*

« Eisdem. » Decimas tam novalium quam aliarum terrarum ab eorum monasterio ante generale concilium rationabiliter possessas confirmat. Dat. ut supra (Ferentini X. Kal. Oct. anno secundo). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 644. fol. 155; Horoy H-i opp. omn. II. 503. n. 33.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

805. — *Ferentini 22 Septembris.*

« Episcopo Termulano et Archidiacono Sipontino. » Vt inquirant contra Florentinum episcopum, de quo enormia ferebantur. Ferentini X. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 647. fol. 156; Mss. Vallicel. I. 53; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 201. retro.* — « DE FLORENTINO EPISCOPO. »

806. — *Ferentini 22 Septembris.*

« Priori et Sacriste Tutelanis Tyrasonensis diocesis et magistro A. precentori Ylerdensi. » Mandat eis ut cognoscant causam inter episcopum Oxomensem et ecclesiam Seguntinam super revocatione compositionis cuiusdam quae dicitur ab Innocentio PP. contra ipsum decisa fuisse, « ex falsis rescriptis sive privilegiis animum suum formans. » Ferentini X. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 651. fol. 157.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

807. — *Ferentini 22 Septembris.*

« Episcopo Wintoniensi. » Vt investiat R. senescalcum R(oberti) tit. sancti Stephani in Coelio monte presbyteri Cardinalis de terra quam I(ohannes) rex Anglorum

eidem donavit, unde redditum duodecim librarum sterlingorum annuatim habere possit. Ferentini X. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 652. fol. 157; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 204.* — « DILECTVS FILIVS. »

808. — *Ferentini 23 Septembris.*
« Archiepiscopo Acherontino spiritum consilii sanioris. » Cum « te nuper excommunicatum tuis meritis et suspensum de misericordia duxerimus absolvendum ac de manibus eripuimus Romanorum licet nobis promiseris, qui supremum locum tenemus in terris, te cum essemus Verulis vel Casemarii ob hoc nostro conspectui presentare, factus homo frontis attrite et prodigus humani pudoris, abiectis que decent pontificis honestatem iuxta quod fuisti pollicitus non fecisti... noveris officio et beneficioque privatum ac excommunicationis esse laqueo involutum. » Ferentini IX. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 649. fol. 157; Mss. Vallicel. I. 53.* — « VE DVPLICI CORDE. »

809. — *Ferentini 23 Septembris.*
« Abbatibus, Prioribus et universis clericis civitatis et diocesis Verulane. » Vt procurationes facere teneantur Papae legatis, Rectoribus Campaniae et aliis qui de latere Pontificis destinantur, quod ipsi facere recusabant. Ferentini IX. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 650. fol. 157; Mss. Vallicell. I. 53.* — « MEMBRA NON DEBENT. »

810. — *Ferentini 25 Septembris.*
« Eidem (Episcopo F. et P. Bertrandi Archidiacono Caesaraugustanis). » Vt decidant quaestionem Oxomensis episcopi « super decimis reddituum regalium sue diocesis quas rex (Castellae) ecclesie Oxomensi concesserat; ipseque Rex per Toletanum archiepiscopum super hoc recipi testes fecisset. » Ferentini VII. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 668. fol. 160.* — « VENERABILI FRATRE NOSTRO. »

811. — *Ferentini 25 Septembris.*
« Episcopis per Anchonitanam Marchiam constitutis. » Confirmat excommunicationis sententiam latam ab (Andrea) subdiacono capellano et Legato Papae in potestatem Alberghettum ac populum Fanenses, qui enormes patrarunt excessus in ecclesiam Forosimphroniensem et episcopum ipsum Fanensem. Ferentini VII. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 671. fol. 161; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 204. retro; Mss. Vallicel. I. 53; Vghelli Ital. Sac. I. 663. (30 Sept.); Amiani Mem. di Fano II. Som. 27; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 328. n. 14; Potthast 493. n. 5606, App. p. 2086; Horoy H-i opp. omn. II. 507. n. 36.* — « PROPHANI FANENSIVM ACTVS. »

812. — *Ferentini 25 Septembris.*
Ecclesiae S. Agnelli de Guarcino (in Campania) patrocinium suscipit, eius possessiones ac bona confirmat et ei plura privilegia elargitur. Ferentini VII. Kal. Oct. Indict. VI. incarnationis dominicae an. 1217. pont. anno secundo. — *Liverani Spicilegium Liberianum 728. n. 25; Potthast 493. n. 5605; Horoy H-i opp. omn. II. 504. n. 35.* — « EFFECTVM IVSTA POSTVLANTIBVS. »

813. — *Ferentini 26 Septembris.*
« Episcopo, Decano et capitulo Lemovicensibus. » Vt recipiant in canonicum Iohannem fratrem magistri W. notarii Papae, eique praebendam conferant quam magister Raynaldus subdiaconus et cappellanus Papae ipsius in eorum ecclesia obtinuit, super quo ait se mandavisse cancellario et magistro Bonoamico et Girardo de Gentiaco canonicis Bituricensibus, ut eos mandatis apostolicis obtemperare recusantes ad id compellant. Ferentini VI. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 660.*

fol. 159; Horoy H-i opp. omn. II. 511. n. 37. — « OLIM VOBIS. »

Cod. Vat addit: In eundem fere modum scriptum est super hoc eisdem, verbis competenter mutatis.

814. — *Ferentini 26 Septembris.*

« Abbati Longipontis Suessionensis diocesis, Decano et I. Archidiacono Suessionensibus. » Vt inquirant super institutione I. subdecani in ecclesia sancti Vedasti Auriniacensis, Laudunensis dioecesis, quam abbatissa ecclesiae sanctae Benedictae « que in supradicta sancti Vedasti ecclesia utcumque decanatus gerit officium » infirmare studet. Ferentini VI. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 678. fol. 163; Horoy H-i opp. omn. II. 512. n. 38.* — « CONSTITVTIS IN PRESENTIA. »

815. — *Ferentini 26 Septembris.*

« Decano, succentori et magistro scolarum Suessionensibus. » Mandat ut cognoscant et deinde confirment vel infirment quamdam sententiam latam contra thesaurarium sanctae Mariae de Longo Prato Ambianensis dioecesis in sexaginta libris parisiensium propter debita condemnatum. Ferentini VI. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 681. fol. 164; Horoy H-i opp. omn. II. 515. n. 39.* — « DILECTVS FILIVS. »

816. — *Ferentini 30 Septembris.*

« (Alberto) Episcopo Livoniensi. » Vt in partibus Livoniae, multiplicata iam fidelium multitudine, possit cathedrales ecclesias instituere. Ferentini II. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 655. fol. 157; Mss. Vallicel. I. 53; apud Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 45; Turgenevii Russ. Mon. I. 9; Bunge Livl. UB. I. 46. n. 40; Dogiel Cod. Dipl. Polon. V. 10; Potthast 493. n. 5604. (21 Sept.).* — « CVM IN PARTIBVS. »

817. — *Ferentini 30 Septembris.*

« Sancti Bartholomei Noviomensis et sancti Eligii Fontis abbatibus et priori sancti Eligii Fontis Noviomensis diocesis. » Iniungit eis ut irritent quidquid attemptatum fuerit contra privilegium quod monasterio sancti Iohannis Ambianensis Praemonstratensis ordinis a P. tit. sancti Marcelli presbytero Cardinali Apost. Sedis Legato concessum fuit, videlicet ut in horum ecclesiis liceat capiti de suis canonicis instituere capellanos qui dioecesano loci de spiritualibus, abbati vero de temporalibus debeant respondere. Ferentini II. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 661. fol. 159; Horoy H-i opp. omn. II. 517. n. 41.* — « DILECTI FILII. »

818. — *Ferentini 30 Septembris.*

« A(ndreae) Barensi Archiepiscopo. » Concedit in vita curam ecclesiae sancti Nicolai maioris Barensis ea nimirum spe « quod prefata ecclesia sub cura et providentia tua in spiritualibus et temporalibus debeat suscipere iugiter incrementum. » Ferentini II. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 662. fol. 159.* — « TVE MERITVM DEVOTIONIS. »

819. — *Ferentini 30 Septembris.*

« Eidem. » Concedit in vita regimen monasterii « Omnium Sanctorum de Cutis quod specialiter b. Petri et nostri iuris existit... sicut Alexander PP. R(aynaldo) archiepiscopo Barensi concessit. » Ferentini II. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 663. fol. 159.* — « TVE MERITVM DEVOTIONIS. »

820. — *Ferentini 30 Septembris.*

« Eidem. » Concedit ad vitam administrationem monasterii sancti Benedicti Barensis, « quod specialiter b. Petri et nostri iuris existit, » salvo tamen iure siquid est Barensis ecclesiae, quod ipsa in eodem

monasterio sibi valeat vindicare. Dat. ut supra. (Ferentini II. Kal. Oct. anno secundo). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 664. fol. 160.* — « Tve meritvm devotionis. »

821. — *Ferentini 30 Septembris.*

« Nobili viro Raynaldo. » Vt accedat ad complendum negotium *(haud sane in Regesto nominatum)* quod B. germanus suus incoepit coram Papa tractare, ipse enim est paratus idem negotium ad effectum perducere. Ferentini II. Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 665. fol. 160; Rodenberg Ep. Sel. 27. n. 34.* — « Venientem ad presentiam. »

822. — *Ferentini 1 Octobris.*

« Guillelmo Burdegalensi Archiepiscopo. » Indulget ut suae provinciae manus iniectori in clericos et alias religiosas personas, si infra mensem postquam fuerit requisitus iniuriam passo satisfecerit competenter, beneficium absolutionis impendat. Ferentini Kal. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 657. fol. 158; Horoy H-i opp. omn. II. 519. n. 42.* — « Cvm sicvt ex parte. »

823. — *Ferentini ... Iulii-Octobris.*

« B(erengariae) quondam Anglorum regine. » Vt possit punire clericos quosdam qui, abiectis tonsura et habitu, delinquebant, et ut punitionem effugerent eadem resumebant. Ferentini... — *Reg. Vat. lib. 2. ep. 534. fol. 137.* — *Deest omnino nota chronologica; sed quum in Regesto haec epistola data sit Ferentini anno secundo pontificatus Honorii Papae; ex hoc certum apparet eandem inter Iulii et Octobris menses conscriptam fuisse. Hoc enim anno Pontifex Ferentini commoratus est a die 19 Iulii usque ad diem 6 Septembris, quo die se Alatrium transtulit; deinde Ferentinum reversus, ibi usque ad diem 2 Octobris remansit.* — *Repetitur inter Decretal. Honorii III. lib. 5. tit. 12.* De privilegiis et exces. prael. *cap. 2. ed. Cironius 290; Decretal. Gregorii IX. lib. 5. tit. 33.* De privil. et exces. prael. *cap. 27; Boehmer Corp. II. 820. ad ann. 1226; Richter Corp. II. 832; Potthast 676. n. 7848; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. V. tit. XXXIII. c. XXVII. p. 868.* — « Ex parte tva. »

2 Octobris. — VI Nonas Oct. dominus papa Honorius reversus est Romam. *Chron. Fossae Novae apud Muratori Scr. rer. Ital. VII. 896. (sub tit. Annales Ceccanenses apud Pertz Mon. Germ. hist. scr. XIX. 302); Potthast 493.*

824. — *Laterani 5 Octobris.*

« Capitulo Placentino. » (*Potthast:* clero Placent.) Laudat eorum devotionem et constantiam erga Romanam Ecclesiam generaliter, et specialiter erga G(uidonem) sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem eo quod I. subdiaconum (Papae) nepotem Cardinalis praedicti in episcopum et pastorem perseveranti studio petebant, quem tamen, eodem Cardinale et amicis resistentibus, promovere recusat; etiam praepositum ab eisdem electum confirmare protrahit, concedens interim ut idem in spiritualibus et temporalibus libere administret. Laterani III. Non. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 673. fol. 162; mutila ap. Campi Hist. di Piacenza II. 115; Potthast 493. n. 5607; Horoy H-i opp. omn. II. 250. n. 43.* — « Nvntiis vestris. »

825. — *Laterani 5 Octobris.*

« Papiensi, Terdonensi et sancti Laurentii de Laude prepositis. » Vt decidant quaestionem inter procuratorem cleri Placentini ac nuntios Placentini capituli super eo quod procurator praedictus electioni Placentini episcopi petebat ipsius cleri nomine interesse. Laterani III. Non. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 677. fol. 162.* — « Procvratore cleri. »

826. — *Laterani 7 Octobris.*
« Duodecim Apostolorum et Sancti Olderici prepositis Placentinis. » Absolvit eos a suspensionis sententia quam incurrerant pro eo quod laicis pecuniam, quam ab ecclesiis extorserant, temere remiserunt. Laterani Nonas Octobris anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 674. fol. 162; Mss. Vallic. I. 53.* — « ECCLESIARVM VESTRARVM. »

827. — *Laterani 7 Octobris.*
« Episcopo Papiensi et Electo Laudensi. » Vt potestatem, consiliarios et populum Placentinos a sententia excommunicationis absolvant, ab uno, totius populi nomine, standi mandatis apostolicis iuratoria cautione recepta. « Quod si forte incurrerunt illam excommunicationis sententiam que lata fuit in eos qui terram Papiensem impugnerent, a singulis qui hostiliter terram intraverunt Papiensem, predictorum recipiatis huiusmodi iuramentum. » Laterani Non. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 675. fol. 162; Mss. Vallicel. I. 53.* — « EX PARTE POTESTATIS. »

828. — *Laterani 7 Octobris.*
« Abbati et capitulo sancti Mellonii (sic) Pontisarensis Rothomagensis diocesis. » Vt praebendam, si qua vacat in eorum ecclesia, conferant Philippo de Lupicenis, vel si forte non vacat ad praesens, eidem in scolis expensas congrue ministrent, alioquin episcopo, cantori et magistro W. de Val de Ruel canonico Ebroicensibus dat litteris in mandatis, ut ad id praedictos abbatem et canonicos recusantes per censuram ecclesiasticam compellant. Laterani Non. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 683. fol. 165; Horoy H-i opp. omn. II. 520. n. 44.* — « SVIS ADIVVANTVR. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est super hoc eisdem, verbis competenter mutatis.

829. — *Laterani 8 Octobris.*
« Preposito et canonicis ecclesie beatorum Antonini et Victoris Placentinis. » Confirmat statutum quod C. Placentinus episcopus fecit, ut in eorum ecclesia « quintus decimus canonicorum numerus de cetero habeatur. » Laterani VIII. Id. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 679. fol. 163.* — « CVM ECCLESIARVM BONA. »

830. — *Laterani 9 Octobris.*
« Potestati et Populo Florentinis. » Invehit in eos, quod ecclesiam Sanctorum Apostolorum Florentinam provocare ausi fuerant ad bellum propter quamdam discordiam quam habent super cimiterio et rebus aliis cum filiis Longobardi civibus Florentinis. Laterani VII. Id. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 672. fol. 162; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 210; Mss. Vallicel. I. 53; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 97.* — « REM AVDIVIMVS. »

831. — *Laterani 10 Octobris.*
Monasterium s. Fidelis de Puppio secundum b. Benedicti regulam atque institutionem Vallumbrosanae congregationis sub b. Petri et sua protectione suscipit, omnesque eius possessiones ac bona nominatim exhibita, iura ac privilegia confirmat. Laterani VI. Id. Oct. indict. IV (!) incarn. dom. an. 1217. pont. an. II. — *Soldani Hist. de Passiniano 124; Potthast 493. n. 5608.* — « QVOTIES A NOBIS. »

832. — *Laterani 12 Octobris.*
« Episcopo et decano Atrebatensibus et archidiacono Noviomensi. » Mandat, ut I. dominam de Bancignis Laudunensis dioecesis et terram ipsius in pristinas excommunicationis et interdicti sententias iuxta litteras Innocentii (III) Papae reducant, eo quod G. militem de Curi, Maiorem et Scabinos, Oscellum et magistrum Domus Dei de Bancignis in sua malitia fovebat, ut gravarent R. de Bancignis super quadam minuta de-

cima, terris, pratis et rebus aliis, non obstantibus litteris aut processu abbatis sancti Nycasii ac collegarum ipsius. Laterani IIII. Id. Oct. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 680. fol. 164.* — « In presentia dilecti filii. »

833. — *Laterani 17 Octobris.*

« Episcopo et capitulo Engolismensibus. » Vt in canonicum recipiant P. Guilloudros clericum, alioquin dat litteris in praeceptis Fontis dulcis et de Castris abbatibus et priori de Castris Xanctonensis dioecesis ut eosdem episcopum et capitulum dicto clerico de canonicatu providere per censuram ecclesiasticam, ipsis recusantibus, inducant. Laterani XVI. Kalendas Novembris anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 682. fol. 164; Horoy H-i opp. omn. II. 521. n. 45.* — « Attendentes litteratvram. »

Cod. Vat. notat: In eundem fere modum scriptum est super hoc eisdem.

834. — *Laterani 20 Octobris.*

« Abbati et conventui sancti Petri Lobiensis. » Concedit eis apostolicam protectionem super personas et monasterium et super universa eorum bona, specialiter vero super quasdam ecclesias quas nominat, in quibus etiam ius patronatus eisdem confirmat. Laterani XIII. Kal. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 687. fol. 165.* — « Cvm a nobis petitvr. »

835. — *Laterani 21 Octobris.*

« Abbati sancti Syri et magistro Gerardo canonico Ianuensibus. » Mandat, ut recipiant cessionem abbatis monasterii sancti Fructuosi de Capite Montis, « in aliqua obedientiarum prefati monasterii providentes eidem unde congrue substentetur; » iniungit demum ut eidem monasterio de persona idonea per electionem canonicam provideant. Laterani XII. Kal. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 684. fol. 165.* — « Presentivm vobis. »

836. — *Laterani 21 Octobris.*

« B(ertranno) tit. sanctorum Iohannis et Pauli Presbytero Cardinali Apostolice Sedis Legato. » Indulget ut in terra suae legationis conferre possit ecclesias, praebendas, personatus et alia ecclesiastica beneficia, quae tanto iam tempore vacaverint, ut secundum lateranensis concilii statuta eorum collatio ad Papam reservata sit. Laterani XII. Kal. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 688. fol. 165.* — « Gerentes de tve honestatis. »

837. — *Laterani 21 Octobris.*

« Eidem. » Mandat, iniungat Narbonensi Archiepiscopo, Episcopo Elenensi et (Simoni) comiti Montisfortis ut ad Sedem Apostolicam pro terminandis suis quaestionibus illi personaliter hic vero per procuratorem infra viginti dies se praesentent. Laterani XII. Kal. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 690. fol. 165.* — « Licet qvestiones. »

838. — *Laterani 21 Octobris.*

« Eidem. » Condolet de tribulationibus et angustiis, quas in sua legatione patitur propter insidias aliasque molestias « quas ad gentem fallacem missus » substinet. Laterani XII. Kal. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 691. fol. 165; Mss. Vallicel. I. 53; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 211.* — « Novit ille. »

839. — *Laterani 21 Octobris.*

« Decano et Capitulo Rosnacensibus. » Vt in canonicum recipiant Io. pauperem presbyterum latorem praesentium, eique stallum in choro et locum in capitulo adsignent. Laterani XII. Kal. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 698. fol. 167.* — « Ad instar regni. »

In eundem modum scriptum est super hoc praeposito, magistro I. et B. canonicis Bethuniensibus Atrebatensis dioecesis, ut eos ad id attentius moneant et efficaciter inducere non postponant.

840. — *Laterani 23 Octobris.*
« (Gaufrido) Episcopo Silvanectensi, et Longipontis Cisterciensis ordinis Suessionensis diocesis, et sancti Victoris Parisiensis abbatibus. » Vt monasterium sancti Vincentii Silvanectensis, ordinis canonicorum regularium, in spiritualibus et temporalibus valde collapsum, dummodo exemptum non sit, per amotionem quorundam canonicorum reforment. Laterani X. Kal. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 685. fol. 165; apud Manrique Ann. Cist. IV. 115; Potthast 493. n. 5609; Horoy H-i opp. omn. II. 522. n. 46.* — « TVA NOBIS FRATER. »

841. — *Laterani 23 Octobris.*
« Eidem (Bertranno tit. Sanctorum Iohannis et Pauli Presbytero Cardinali Apostolicae Sedis Legato). » Nuntiat se ratam habere suspensionis sententiam, quam in abbatem sancti Aegidii « suis exigentibus meritis » pronunciavit, et concedit ut ipsum etiam restituere vel penitus amovere possit. Laterani X. Kal. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 689. fol. 165.* — « HIS QVE NOBIS. »

842. — *Laterani 23 Octobris.*
« Eidem. » Vt compellat (Iacobum) regem Aragoniae et alios per Aragoniam et Cathaloniam constitutos ne in S(imonem) comitem Montisfortis, qui in partibus Provinciae contra haereticam pravitatem laborat, arma sumere pertentent, iuxta constitutionem concilii lateranensis pro subsidio Terrae Sanctae, in qua pax et tregua saltem per quadriennium ordinata fuit. Laterani X. Kal. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 692. fol. 166; Mss. Vallicel. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 637; Potthast 493. n. 5610; Horoy H-i opp. omn. II. 524. n. 48.* — « CVM DILECTVS FILIVS. »

843. — *Laterani 23 Octobris.*
« (Arnaldo) Narbonensi Archiepiscopo et (Galtero) Episcopo Elnensi. » Vt Romam veniant, pro causa inter ipsos et S(imonem) comitem Montis Fortis terminanda. Laterani X. Kal. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 693. fol. 166; Mss. Vallicel. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 637; Potthast 493. n. 5611; Horoy H-i opp. omn. II. 523. n. 47.* — « LICET QVESTIONES. »

844. — *Laterani 24 Octobris.*
« Huberto priori Sancte Marie da Valle callium eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Eos eorumque monasterium sanctae Dei Genitricis et Virginis Mariae sub regula sancti Benedicti recipit in protectionem, et possessiones ac privilegia confirmat. Laterani per manum Ranerii S. R. E. Vicecancellarii VIIII. Kal. Nov. Indict. VII. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 710. fol. 170; Mss. Vallic. I. 53.* — « RELIGIOSAM VITAM. »

845. — *Laterani 25 Octobris.*
« Episcopo Anglonensi. » Confirmat definitivam sententiam quam archiepiscopus Tarentinus pro eo contra archiepiscopum Montis Regalis super ecclesia Carbonensi promulgavit. Laterani VIII. Kal. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 686. fol. 165.* « — EA QVE AVCTORITATE. »

846. — *Laterani 25 Octobris.*
« G(ualae) tit. sancti Martini presbytero Cardinali Apost. Sedis Legato et Eboracensi archiepiscopo et Episcopo Saresbiriensi. » Mandat ut in causa inter G. archidiaconum Norwicensem et magistrum R. de Eboraco super eo quod uterque se asserit electum

in episcopum Elyensem, iuxta mandatum Innocentii (III) procedant. Laterani VIII. Kal. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 694. fol. 166; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « Exhibita nobis. »

847. — *Laterani 25 Octobris.*

« Archiepiscopo et Capitulo Ianuensibus. » Concedit, ut canonicus ordinis Mortariensis, qui pro tempore fuerit in capella quam Symon de Camilla civis Ianuensis fundavit « iuxta palatium suum de consensu vestro et capituli ecclesie sancte Marie de Vineis, in cuius parochia est » nullo privilegio ordini Mortariensi concesso iuvetur « quominus habeatis omnem iurisdictionem in eo quam in aliis capellaniis eorum civitatis habetis. » Laterani VIII. Kal. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 696. fol. 167.* — « Dilectvs filivs. »

848. — *Laterani 28 Octobris.*

« Abbati et conventui Farfensis monasterii. » Vt moneant homines abbatiae Sabinensis, ut infra mensem post susceptionem praesentium, a suo resipiscentes errore, difinitivae sententiae Innocentii PP. (III) obtemperent, super ecclesiis monasterii eorum, quae fuit in dioecesi Sabinensi promulgata, et iniungant omnibus clericis ecclesiarum eiusdem monasterii per praefatam dioecesim positarum ut Hugoni subdiacono suo quem propter hoc ad partes illas transmisit vice episcopi Sabinensis obedientiam exhibeant. Laterani V. Kal. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 728. fol. 174.* — « Scitis qvaliter. »

849. — *Laterani 30 Octobris.*

« Episcopo et Capitulo Suessionensibus. » Vt relaxent infra quindecim dies excommunicationis sententiam ab eis in maiorem et iuratos Suessionenses prolatam, « pro eo quod quemdam laicum, eius culpis exigentibus, ceperant et alium supposuerant banno suo; » mandat demum, ut, relaxata dicta excommunicationis sententia, coram abbatibus sanctae Genovefae Parisiensis et Caroliloci Cisterciensis ordinis, Silvanectensis dioecesis, et decano Meldensi suam iustitiam prosequantur. Laterani III. Kal. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 700. fol. 167; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 214.* — « Animarvm rectores. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est eisdem, verbis competenter mutatis, praecipiens, ut si dictus episcopus infra praescriptum tempus dictam excommunicationis sententiam relaxare neglexerit, ipsi iuxta praedictam formam procedant.

850. — *Laterani 30 Octobris.*

« Arnolpho presbytero ecclesie sancti Nicolai in Aureo monte Wratizlaviensis diocesis. » Confirmat difinitivam sententiam quam archiepiscopus Gnesnensis (sic) tunc Apost. Sedis Legatus contra Alexandrum presbyterum capellae sanctae Mariae Wratislaviensis (sic) dioecesis tulerat, super eo videlicet quod alter capellam suam alterius capellae nitebatur praeferre, et denuntiat eas esse sicut sorores aequales. Laterani III. Kal. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 706. fol. 169.* — « Ea qve ivdicio. »

851. — *Laterani 30 Octobris.*

« Abbati et conventui Latiniacensibus. » Vt concessionem cum iuramento factam Iohanni Saharz quondam eorum abbati domus de Duxiix ac domus de Droselles cum nemoribus et aliis pertinentiis quamdiu vixerit, observent; alioquin sciant se dedisse litteris in mandatis episcopo et abbati sancti Vincentii et decano Silvanectensi ut supradictam concessionem observari faciant. Laterani III. Kal. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 720. fol. 172.* — « Littere venerabilis fratris. »

In eundem modum scriptum est eisdem episcopo et coniudicibus suis.

852. — *Laterani 31 Octobris.*

« Ambianensi Episcopo. » Mandat ut pensionem annuam quam de mandato felicis recordationis Innocenti PP. (III) C. nepoti P(etri) tituli sanctae Pudentianae presbyteri cardinalis liberaliter concessit, donec sit in beneficio praebendali provisus, eidem sine diminutione persolvat: monitionem quam ei fecerat pro magistro B. clerico Philippi Francorum regis super praebenda Ambianensi irritat, mandans ut si praebenda vacat ibidem ad praesens, nepoti cardinalis praedicti conferat et adsignet. Laterani II. Kal. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 707. fol. 169; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 220. retro. (fragm.); Horoy H-i opp. omn. II. 525. n. 49.* — « Et si velimvs. »

853. — *Laterani 31 Octobris.*

« Scolastico, precentori et A. canonico sancti Gereonis Coloniensibus. » Mandat ut quid canonicum fuerit decernant super petitione W. canonici Monasteriensis, ut eligendi praepositum, ad quod abbatissa eiusdem loci non consentit, canonicis eiusdem ecclesiae apostolica auctoritate facultas concedatur. Laterani II. Kal. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 717. fol. 172.* — « W. Canonicvs. »

854. — *Laterani 2 Novembris.*

« Priori sancti Caprasii, V. et B. archidiaconis Agennensibus. » Iniungit ut inducant abbatem et capitulum sancti Frontonis Petragoricensis ad recipiendum in canonicum Raimundum clericum, qui licet admoniti obedire recusaverant. Laterani IIII. Non. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 695. fol. 166; Horoy H-i opp. omn. II. 527. n. 51.* — « Dilectis filiis. »

855. — *Laterani 2 Novembris.*

« O(thokaro) regi Boemie. » Laudat eum, quod Papae correctionem libenter acceperit super hiis quae contra ecclesias et personas ecclesiasticas episcopus Pragensis asserebat ipsum usurpasse, eique promittit se nihil contra eum acturum ad instantiam episcopi Pragensis priusquam eius nuntii Romam venerint. Laterani IIII. Non. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 697. fol. 167; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 212. retro; Mss. Vallicel. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 44; Erben Reg. Bohem. I. 274. n. 583; cf. Palacky Reise 21. n. 59; Boczek Cod. Dipl. Morav. II. 95. n. 82; Potthast 493. n. 5612; Rodenberg Epist. Sel. 29. n. 37.* — « Literas serenitatis tve. »

856. — *Laterani 2 Novembris.*

« Episcopo Pampilonensi. » Nuntiat se dedisse litteras Auxitano archiepiscopo ut examinet, et, si iustum fuerit, confirmet A. Ascurrensem archidiaconum in episcopum Aquensem, a capitulo illius ecclesiae electum. Laterani IIII. Non. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 701. fol. 168; Horoy H-i opp. omn. II. 527. n. 50.* — « Ex parte dilectorvm. »

Cod. Vat. notat: In eundem fere modum scriptum est eidem archiepiscopo, verbis competenter mutatis.

857. — *Laterani 3 Novembris.*

« Petro Palermi. » Legitimos declarat filios eius quos solutus excepit a Gemma quam nunc in uxorem duxit. Laterani III. Non. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 702. fol. 168; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 218. retro.* — « Cvm Gemmam. »

858. — *Laterani 3 Novembris.*

« Iohanni clerico. » Praebendam ecclesiae Ariensis canonice ei ab eiusdem ecclesiae praeposito collatam, auctoritate apostolica confirmat. Laterani III. Non. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 708. fol. 169.* — « Cvm a nobis petitvr. »

859. — *Laterani 4 Novembris.*

« (Petro de Corbolio) Archiepiscopo Senonensi et suffraganeis eius. » Praecipit eis ut crucem praedicent dioecesanis suis pro P(etro) imperatore Constantinopolitano qui in carcere a Theodoro Comneno detinetur, quod multum damni afferre potest et ipsi imperio, et succursui Terrae Sanctae; « ad hec R. de Cortenaỳ ipsius Imperatoris germano iniungatis ut ipse specialiter cum exfortio suo ad ipsius Imperatoris succursum se accingat viriliter et potenter, transitum per Sedem Apostolicam faciendo, remisso sibi ierosolimitane peregrinationis labore quam fuerat subiturus pro eo quod contra inhibitionem Apostolice Sedis regem et regnum Anglie impugnavit. » Laterani II. Nonas Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 711. fol. 170; Bouquet Rec. XIX. 638; vide apud Raynaldi Ann. Eccl. an. 1217. n. 16; Potthast 493. n. 5613; Horoy H-i opp. omn. II. 528. n. 52.* — « Etsi lamentabilis casus. »

Cod. Vat. notat: In eundem fere modum scriptum est omnibus archiepiscopis Franciae et suffraganeis suis.

860. — *Laterani 4 Novembris.*

Abbati de Corona et duobus aliis committit reformationem et correctionem abbatiae sancti Sabini ord. s. Ben. Pictaviensis dioecesis. Laterani II. Non. Nov. anno secundo. — *Manrique Annal. Cisterc. IV. 115; Potthast 494. n. 5614.*

861. — *Laterani 6 Novembris.*

« Magistro Militie Templi in Anglia. » Statuit, ut proventus beneficiorum M(organi) quondam praepositi Beverlacensis, qui signum crucis assumpserat, ac monasterio de Fontibus Cisterciensis ordinis emisso voto se obtulerat ita quod ad idem monasterium, tamquam oblatus eiusdem, mortuus est delatus, ab illis percipiantur quibus per Eboracensem archiepiscopum sunt collati. Laterani VIII. Id. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 703. fol. 168; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 218. retro; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « Licet tibi. »

862. — *Laterani 6 Novembris.*

« (Waltero) Eboracensi archiepiscopo. » Significat se ex litteris H(enrici) regis Angliae, G(ualae) cardinalis Legati et capituli Eboracensis certiorem esse factum de eius innocentia super collatione beneficiorum M(organi) quondam praepositi Beverlacensis, eamque collationem approbat. Laterani VIII. Id. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 704. fol. 169; Cod. Casanat. X. VI. 2. fol. 219. retro; Mss. Vallic. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Walbran Memor. of Fountains 165; Potthast 494. n. 5615; Horoy H-i opp. omn. II. 529. n. 53.* — « Non est novvm. »

863. — *Laterani 6 Novembris.*

« Silviniacensi et de Montet Prioribus et decano Silviniacensi, Bituricensis et Claromontensis diocesum. » Mandat, ut videant an R. clericus Bituricensis repellendus sit a canonicatu in ecclesia sancti Vrsini Bituricensis; et quamdam controversiam super hoc ortam inter capitulum praedictum Bituricense, et quosdam canonicos Aurelianenses apostolicos executores examinent et decidant. Laterani VIII. Id. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 712. fol. 170; Horoy H-i opp. omn. II. 531. n. 54.* — « Dilecti filii. »

864. — *Laterani 7 Novembris.*

« Abbati et conventui monasterii sanctorum Cosme et Damiani de Vrbe. » Confirmat definitivam sententiam, quam die XVII. Kal. Novembris MCCVII. pronuntiavit R(omanus) sancti Angeli diaconus cardinalis inter monasterium eorum ex parte una, et ecclesiam beatae Ceciliae et capellam sanctae Mariae in Turre ex altera, super sepulturis conversorum eiusdem mo-

nasterii, cuius sententiae tenor ita est: « cum aliquem conversum seu conversam dicti monasterii mori contigerit, abbas vel monachi eiusdem monasterii debeant hoc significare presbytero, seu clericis in cuius vel quorum parrochia morabatur defunctus, ut ad domum defuncti convenientes una cum monachis comitentur feretrum usque ad monasterium memoratum, salvo iure ipsorum clericorum in diaconia et faculis ab ipso monasterio percipiendis. » Laterani VII. Id. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 699. fol. 167.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

865. — *Laterani 7 Novembris.*

« Nobili viro S(imoni) Comiti Montis fortis. » Ne cogatur trahi ad diversa loca ut se defendat, dummodo ante Legatum Papae ibidem commorantem ius suum dicere sit paratus. Laterani VII. Id. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 718. fol. 172; Mss. Vallicel. I. 53.* — « EX PARTE TVA. »

866. — *Laterani 7 Novembris.*

« Dilectis in Christo filiis fidelibus christianis. » Significat se ad exemplar Calixti, Eugenii, Alexandri, Clementis, Coelestini et Innocentii Rom. Pontificum Iudaeis protectionem indulgere, et mandat eos ad baptisma non esse cogendos nec infestandos. Laterani per manum Ranerii Sanctae Rom. Eccl. Vicecancellarii VII. Id. Nov. Indict. V. Pontif. etc. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 726. fol. 173; Mss. Vallicel. I. 53; vide apud Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 84; Bull. Rom. ed. Taur. III. 330. n. 15; Potthast 494. n. 5616; Horoy H-i opp. omn. II. 532. n. 55.* — « SICVT IVDEIS NON. »

867. — *Laterani 8 Novembris.*

« Abbati et conventui sancti Dionisii Parisiensis. » Concedit eis decimas novalium infra terminos ubi eorum ecclesia veteres decimas percepit. Laterani VI. Id. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 705. fol. 169; Doubet Hist. de l'Abbaye de St. Denys 553; Potthast 494. n. 5617; Horoy H-i opp. omn. II. 533. n. 56.* — « APOSTOLICA SEDES NVLLI. »

868. — *Laterani 8 Novembris.*

« F. Cesaraugustano et Vitali Ylerdensi (*in e. l.* Ylardensi) Archidiaconis et Arnaldo Cantori Ylerdensi. » Rogatu F. fratris P. quondam regis Aragonum mandat eis ut curam ecclesiae de Monte Aragonum committant decano Tyrasonensi. Laterani VI. Id. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 729. fol. 175.* — « DILECTVS FILIVS. »

869. — *Laterani 9 Novembris.*

Lucae archipresbytero et canonicis ecclesiae sancti Iohannis ante Portam Latinam confirmat arbitrium ab ipso Papa, dum erat in cardinalatu constitutus, pronunciatum, inter eos et ecclesiam sancti Clementis circa ecclesiam sancti Stephani in Capite Africae. Laterani V. Id. Nov. anno secundo. — *Archiv. Basil. Later. Q. 1. c. 9. (origin.).* — « IVSTIS PETENTIVM. »

870. — *Laterani 13 Novembris.*

« (Garino) Abbati Sancti Apri penitentiario Tullensi. » Vt absolvat (Theobaldum) ducem Lothoringiae (sic), qui interfecerat avunculum suum Mattheum depositum ab episcopatu Tullensi et occisorem Raynaldi Tullensis episcopi successoris sui. Laterani Id. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 709. fol. 170; Mss. Vallicel. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 638; Potthast 494. n. 5619; Horoy H-i opp. omn. II. 537. n. 61; Rodenberg Ep. Sel. 30. n. 38.* — « EX LITERIS TVIS. »

871. — *Laterani 13 Novembris.*

« Capitulo Tullensi. » Prohibet ne de thesauraria, quam obtinebat G. ab eis in episcopum electus, aliquid disponant. Late-

rani Idib. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 712 bis. fol. 171; Horoy H-i opp. omn. II. 536. n. 60.* — « CVM DILECTVS FILIVS. »

872. — *Laterani 13 Novembris.*

« Capitulo Metensi. » Prohibet ne de primiceriatu in eorum ecclesia vacante ob electionem G. primicerii quem ipsi elegerunt in episcopum Tullensis ecclesiae, « que graviter in temporalibus est collapsa » aliquid disponant. Dat. ut supra (Laterani Id. Nov. anno secundo). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 713. fol. 171; Horoy H-i opp. omn. II. 536. n. 59.* — « CVM DILECTVS FILIVS. »

873. — *Laterani 13 Novembris.*

« Decano, cancellario et cantori Lincolniensibus. » Declarat quid agere debeant in causa quae inter abbatem et fratres de Valle sancti Iohannis de Croston Praemonstratensis ordinis ex una parte, et priorem et canonicos de Novo Loco Eboracensis dioecesis ex altera, super ecclesia de Hokennale (Heckemale *Potth.*) agitatur. Laterani Id. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 714. fol. 171; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Decretal. Honorii III. lib. 2. tit. 19.* De appellationibus, *cap. I. ed. Cironius 160; Decretal. Gregorii IX. lib. 2. tit. 28.* De appellat. *cap. 62; Boehmer Corp. II. 404. (ad ann. 1214); Richter Corp. II. 421; Potthast 669. n. 7772. (absque nota chronol.); Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. II. tit. XXVIII. c. LXII. p. 438.* — « CVM CAVSAM QVE. »

874. — *Laterani 13 Novembris.*

« Costantiensi Episcopo et abbati Savignensi Abrincensis diocesis et decano Abrincensi. » Mandat, ut terminent causam a W. Dolensi canonico contra concanonicos suos contestatam, eo quod ad electionem episcopi Dolensis eo contempto et non vocato processerunt, « qui commode poterat evocari, et I. Rothomagensem canonicum non existentem de ipsius ecclesie gremio in episcopum nominarunt. » Laterani Id. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 715. fol. 171; Horoy H-i opp. omn. II. 535. n. 58.* — « ACCEDENS AD PRESENTIAM NOSTRAM. »

875. — *Laterani 13 Novembris.*

« Rapollensi et Muranensi Episcopis. » Vt inquirant super processu iudicum quibus inquisitio de I. abbate intruso in monasterium sanctae Mariae Ylicis, et in pluribus diffamato, ab apostolica sede commissa fuit. Laterani Id. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 716. fol. 172.* — « CVM P. MONACHVS. »

876. — *Laterani 13 Novembris.*

« Episcopo Palentino, de Spina et Saltus Novalis abbatibus, Palentine et Legionensis diocesum. » Vt inquirant et quod canonicum fuerit statuant super dissidio inter I. A. et M. monachos monasterii sancti Facundi Legionensis, et abbatem eiusdem monasterii excitato, qui alii contra alios excommunicationis vinculo involutos se accusabant. Laterani Id. Nov. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 723. fol. 173; de ea mentionem facit Manrique Ann. Cister. IV. 116; Potthast 494. n. 5620.* — « CONSTITVTIS IN NOSTRA PRESENTIA. »

877. — *Laterani 13 Novembris.*

Abbatibus in generali capitulo Cisterciensi constitutis dispensandi cum irregularibus sui ordinis facultatem concedit. Laterani Id. Nov. anno secundo. — *Privil. ord. Cisterc. fol. 12 b; Manrique Ann. Cisterc. IV. 101; cf. Langebek Scr. Rer. Dan. IV. 560; Potthast 494. n. 5618; Horoy H-i opp. omn. II. 534. n. 57.* — « VOLENTES RELIGIONI VESTRE. »

878. — *Romae apud Sanctam Sabinam 13 Novembris.*

Abbati monasterii S. Petri Gandensis. Romae apud Sanctam Sabinam Id. Nov. anno secundo. —

cf. Lokeren Chartes de l'abb. de St. Pierre I. 241. n. 450; Potthast 494.

879. — *Laterani 15 Novembris.*
« Episcopo Belvacensi. » Mandat ut reformet monasteria sancti Luciani et sancti Quintini Belvacensis, dummodo exempta non sint, ubi multa committuntur quae limam correctionis exposcunt. Laterani XVII. Kal. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 722. fol. 173; Horoy H-i opp. omn. II. 538. n. 62.* — « Ex parte tva. »

880. — *Laterani 15 Novembris.*
« Archiepiscopo Zalzeburgensi (*in e. l.* Salzeburgensi). » Eius rogatu confirmat institutionem duodecim praebendarum in Frisacensi ecclesia ex redditibus eiusdem ecclesiae ab eo factam, quae canonicis saecularibus assignandae erunt, praeficiendo eisdem praepositum. Laterani XVII. Kal. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 724. fol. 173.* — « Cvm a nobis petitvr. »

881. — *Laterani 15 Novembris.*
« Episcopo Cathalaunensi. » Indulget ut absolvat clericos et laicos suae dioecesis ab excommunicationis et interdicti sententia, quam contra eos R(obertus) tit. sancti Stephani in Coelio monte tunc in partibus illis Apost. Sedis Legatus tulerat. Laterani XVII. Kal. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 725. fol. 173.* — « Ex parte tva. »

882. — *Laterani 16 Novembris.*
« Andree Lundensi Archiepiscopo, eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. » Confirmat primatum archiepiscopi Lundensis in regno Svethiae, et quomodo ab ipso consecrari debeat archiepiscopus in dicto regno, prout fuerat constitutum ab Adriano Papa. Laterani per manum Ranerii Sanct. Rom. Eccl. Vicecancellarii XVI. Kal. Dec. Indict. VII. Pontif. etc. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 727. fol. 174; Mss. Vallicel. I. 53; Liljegren Svenskt dipl. I. 194. n. 172; argum. apud Neumann Hist. Prim. Lundens. 168; et ap. Lagerbring Svea Rikes Hist. II. 240. not. 2; cf. Portan Bull. access. 7. n. 7; Celse Appar. 60. n. 21; Potthast 494. n. 5621; Horoy H-i opp. omn. II. 538. n. 63.* — « In eminenti apostolice sedis. »

883. — *Laterani 17 Novembris.*
« Martino Petri, Vincentio Petri, Menendo Pagani, Iohanni Pelagii, Andree Pelagii, Iuliano Pelagii, Menendo Egee, Garsie Petri, Pelagio Suerii, Iohanni Franco, Giberto, Iohanni Menendi, Gundisalvo Iohannis, Stephano Menendi, Vincentio Pelagii, et Albroch quondam Portugalensis ecclesie canonicis et portionariis. » Relaxat in eos excommunicationis sententiam, indulgens ut possint divina celebrare extra tamen Portugalensem ecclesiam. Laterani XV. Kal. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 719. fol. 172; Mss. Vallicel. I. 53.* — « Si aliorvm miseriis. »

884. — *Laterani 17 Novembris.*
« Archidiacono et magistro G. canonico Tullensibus. » Mandat ut super causa usurarum ipsis pro G. de Rossuel milite contra L. de Espinal militem Tullensis dioecesis ab apostolica sede commissa, partes cogant ad praestandum iuramentum ut de sortis quantitate constare possit. Laterani XV. Kal. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 721. fol. 173; Horoy H-i opp. omn. II. 539. n. 64.* — « Ex litteris vestris. »

885. — *Laterani 24 Novembris.*
« (Bernardo) Archiepiscopo Alborensi et universis episcopis ac omnibus ecclesiarum prelatis tam exemptis quam aliis per Alborensem provinciam constitutis. » Iniungit, ut per totam Alborensem provinciam preces ad

Deum fundant pro felici eventu A(ndreae) regis Hungariae, qui cum (Leopoldo) Austriae et (Octone) Maraviae (*in e. l.* Maranie, Maragniae *Bouquet*, Maragnaniae *Potthast*) ducibus ingenti cum exercitu Babiloniam intraverant: se quoque processionem fecisse cum clero et populo Vrbis, praelatis sanctorum Apostolorum Petri et Pauli capitibus; refert etiam W(ilelmi) de Carnoto magistri Templariorum epistolam in qua exponitur status Terrae Sanctae: Sephedinum soldanum adventu exercitus alemannici coepisse diffidere et multo magis ad adventum regis Hungariae: timere etiam dictum Sephedinum quod navigium Frisonum apud Accon applicaret: nunquam ad tantas angustias paganos reductos esse: petere ut ad exercitus christianos equi cum commeatibus mittantur. Laterani VIII. Kal. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 739. fol. 177; Mss. Vallicell. I. 53; Bull. Rom. ed. Taurin. III. 331; Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 27-31; Cod. Dipl. Sardin. I. 331. n. 37; cf. Potthast 494. n. 5622.* — « ADVERSVS HOSTES VISIBILES. »

Scriptum est in eundem modum (Alberico) Remensi archiepiscopo et omnibus episcopis et praelatis per Remensem provinciam. — *Bouquet Rec. XIX. 639; Mon. Hungar. Hist. Dipl. VI. 147; in duas partes divisa apud Fejér Cod. Dipl. III. I. 230-233; Potthast 494. n. 5622; Horoy H-i opp. omn. II. 540. n. 65.*

886. — *Laterani 25 Novembris.*

« Episcopo et fratri Iordano priori sancti Benedicti et Iacobo Archidiacono Paduanis. » Mandat, ut in causa inter Belunensem episcopum et commune Tervisinum super castro Gunellarum, servis, et rebus aliis, si patriarcha Gradensis, cui commisa fuit, ex causis in publicis instrumentis expressis post appellationem ad Papam legitime interpositam processerit, denuntient illam penitus non tenere. Laterani VII. Kal. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 731. fol. 175.* — « MOTA INTER VENERABILEM. »

887. — *Laterani 25 Novembris.*

« Episcopo Tyrasonensi et magistro A. precentori Ylerdensi. » Vt ratam habeant sententiam absolutionis ab excommunicatione quam incurrerat quondam regina M. ratione coniugii quod contraxerat cum H. rege Castellae tempore Innocentii Papae, eamque absolutionem solemniter publicent. Laterani VII. Kal. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 734. fol. 176; Mss. Vallicell. I. 53; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 85.* — « KARISSIMA IN CHRISTO FILIA. »

888. — *Laterani 26 Novembris.*

« Electo Neapolitano. » Vt inquirat super I. Casertano electo qui ex multorum clamore filius dicitur sacerdotis in sacris ordinibus genitus, et suum metropolitanum falso decreto exhibito ita circumvenit, ut ab eodem electioni, quae nunquam de facto processit, nomen confirmationis obtinuit. Laterani VI. Kal. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 732. fol. 176.* — « AD AVRES NOSTRAS. »

889. — *Laterani 27 Novembris.*

« Episcopo Clochorensi, Abbati Sancte Marie de Kaenenos Midensis diocesis et Archidiacono Ardochadensi. » Iniungit, ut inquirant et referant super statu ecclesiae Maionensis, quae referente procuratore eiusdem ecclesiae: « cum ab antiquo fuerit cathedralis bone memorie I(ohannes) tituli sancti Stephani in Monte Celio presbyter Cardinalis, qui tunc in partibus Ybernie legationis officio fungebatur, Tuamensis capituli versutia circumventus Maionensem ecclesiam tamquam simplicem parrochialem adiudicavit contra omnem iustitiam Tuamensi; cumque processus huiusmodi fuisset per ven. f. n. Armachanum archiepiscopum et coniudices suos a Sede Apostolica dele-

gatos legitime revocatus, tandem canonici Maionenses archidiaconum suum in pastorem concorditer elegerunt. » Laterani V. Kal. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 730. fol. 175; Theiner Mon. Hiberniae et Scot. vol. I. 4. n. 9; Potthast 495. n. 5624; Horoy H-i opp. omn. II. 543. n. 67.* — « ACCEDENS AD NOSTRAM PRESENTIAM. »

890. — *Laterani 27 Novembris.*
« Capitulo Bruiatensi. » Vt consuetudinem, qua ad altare maius praesente imagine sancti Iuliani nemo celebrat nisi sit de genere militari, tollant et omnes canonici ibidem celebrare possint. Laterani V. Kal. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 735. fol. 176; Mss. Vallicel. I. 53.* — « NEC VESTRE SALVTI. »

891. — *Laterani 27 Novembris.*
(Iohanni) abbati de Vangadicia indulget ut bona suae ecclesiae, quae praedecessores alienaverint, sublato appellationis obstaculo legitime revocare possit. Laterani V. Kal. Dec. anno secundo. — *Mittarelli Annal. Camald. IV. app. 377; Potthast 494. 5623; Horoy H-i opp. omn. II. 543. n. 66.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

892. — *Laterani 28 Novembris.*
« Atheniensi et Thebano decanis, et cantori Thebano. » Vt inquirant contra abbatem Stirensem, quem episcopus Davaliensis, in cuius dioecesi existit, refert ducere vitam penitus dissolutam, et monasterii sui bona dilapidare, nec admisisse correctionem dicti episcopi asserens suum monasterium liberum esse et exemptum. Laterani IIII. Kal. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 737. fol. 176; Mss. Vallicel. I. 53.* — « SIGNIFICAVIT NOBIS. »

893. — *Laterani 29 Novembris.*
« I. quondam Abbati Latiniacensi. » Confirmat absolutionem ab excommunicationis sententia quam prior conventus Latiniacensis in eum promulgaverat, quae absolutio a Nycholao monacho Casemarii tunc Papae poenitentiario concessa fuit. Laterani III. Kal. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 733. fol. 176; Cod. Vallic. I. 53.* — « CVM AB EXCOMMVNICATIONIS. »

894. — *Laterani 29 Novembris.*
« Herberto preposito Sancti Wilheradi Bremensis. » Decernit ut proventus duarum praebendarum ex duodecim in ecclesia sua existentibus ab eo de novo erectarum « nequaquam ad commune in posterum redigantur, sed assignentur duobus canonicis ut incremento eorumdem proventuum accrescat ipsi ecclesie numerus servitiorum. » Laterani III. Kal. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 736. fol. 176; Ehmck Bremisches UB. I. 130. n. 110; Potthast 495. n. 5625; Horoy H-i opp. omn. II. 546. n. 68.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

895. — *Laterani 1 Decembris.*
« Montis Regalis et Cusentino Archiepiscopis et Episcopo Maltensi. » Mandat, ut moneant clerum et populum Siracusanos ad recipiendum episcopum, eique reverentiam debitam et devotam praestent, utpote Innocentius PP. (III) mandavit, qui nihil invenit « contra eundum episcopum quod eius derogaret honori. » Laterani Kal. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. ep. 738. fol. 176.* — « ET SI SVPER ELECTIONE. »

896. — *Laterani 1 Decembris.*
« Potestatibus et Populis Pisanis et Ianuensibus. » Ad pacem inter ipsos servandam ut possint subsidio Terrae Sanctae incumbere, has praecipit conditiones: ut Ianuenses infra mensem custodiam castri Bonifacii sibi et romanae ecclesiae assignent; ut Pisanorum nuncii Gisbertus, Albigo et Leon statim omnium Pisanorum nomine Huberto Spinulae, Fulconi Castelli, Danieli Doriae et Hugoni cancellario nunciis Ia-

nuensium pro Ianuensi civitate plenam et firmam pacem reddant, etc. Laterani Kal. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 752. fol. 180; Bull. Rom. ed. Taurin. III. 333. n. 17; Potthast 495. n. 5626; Horoy H-i opp. omn. II. 546. n. 69.* — « MISERATOR ET MISERICORS. »

897. — *Laterani 2 Decembris.*

« E(berhardo) Salzeburgensi Archiepiscopo. » Laudat eius diligentiam, qua aliam in Sechowensi ecclesia suae dioecesis episcopalem sedem erigendi licentiam petebat, quia ipse non poterat omnia loca visitare; sed ut maturius procedatur, committit (Octoni) episcopo Frisingensi et (Bertholdo) electo Brixiensi et (Godfrido) abbati Admuntensi, ut inquirant utrum Salzeburgensi ecclesiae hoc expediat. Laterani IIII. Non. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 741. fol. 178; Fragm. apud Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 46; Deutinger Beyträge II. 6; Potthast 495. n. 5627.* — « ET TIBI MERITVM. »

Cod. Vat. addit: In eundem fere modum scriptum est eisdem, verbis competenter mutatis.

898. — *Laterani 2 Decembris.*

(Petro) abbati s. Remigii Remensis indulget, ut alienationes quas P. et quidam alii praedecessores in ipsius monasterii detrimentum fecerunt, legitime revocare possit. Laterani IV. Non. Dec. anno secundo. — *Varin Archiv. adm. de Reims I. II. 504; Potthast 495. n. 5628; Horoy H-i opp. omn. II. 548. n. 70.* — « EX TVA SANE. »

2 Decembris. — « Summus Pontifex Honorius PP. III in communi consistorio Lateranensi, assistentibus Vguolino Ostiensi, Pelagio Albanensi, Petro Sabinensi episcopis, Leone S. Crucis,.. presbyteris Cardinalibus, necnon Guidone S. Nicolai... Egidii SS. Cosme et Damiani diaconis Cardinalibus... presentibus etiam ambaxatoribus civitatis Ianue... presentibus etiam ambaxatoribus communis Pisarum... dixit et pronunciavit, quod ipsi ambaxatores ad invicem unus alteri pro se et communi utrarumque civitatum facerent pacem et redderent, dicens et precipiens... ut custodiam Castri Bonifacii assignarent... nuntio domini pape..., et quicquid in Sardinia occupaverunt pro s. Romana ecclesia, eo modo quod pignus quod commune Ianue dicitur habere in Arborea, si quod habet, sit salvum cummuni Ianue et ipsis Ianuensibus quiete et pacifice relinquatur... Vnde post multas altercationes et verba dominus papa dixit: « Volo etiam quod et iudice Turritano et eius filio pacem faciatis et teneatis. » Et ita pacem fecerunt et pro iudice et filio suo... Actum in Ecclesia Later... Testes... Anno dom. nativ. 1217 indict. V. secunda die Decembris circa horam nonam. Ego Nicolaus Panis notarius his omnibus interfui... » — *Cod. dipl. Sardin. I. 332. n. 38; Potthast 495.*

899. — *Laterani 3 Decembris.*

« Abbati de Westmonasterio et de Stokes et de Hecfeld Peurel prioribus Londoniensis et Norwicensis diocesum » Mandat ut visitent et reforment monasterium de Waledeñ. Laterani III. Non. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 742. fol. 178; Musaeum Brit. add. mss. 15351.* — « DILECTI FILII. »

900. — *Laterani 4 Decembris.*

« Archipresbytero et magistro Hugolino canonico Lucanis. » Ad exemplar Gregorii PP. indulget in remissionem peccatorum, ut Lucani, qui signaculum crucis non receperunt, conferant bonorum suorum quadragesimum (sic) in Terrae Sanctae subsidium. Laterani II. Non. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 740. fol. 178.* — « DILECTI FILII. »

901. — *Laterani 4 Decembris.*

« Episcopo Dragonariensi. » Vt Benedicto monacho monasterii de Sculcula, si revera in abbatem sancti Nicolai de Fogia Troianae dioecesis electus, et ab abbate

Pulsanensi confirmatus fuerit, munus benedictionis impendat. Laterani II. Non. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 753. fol. 180.* — « Ex parte dilectorum. »

902. — *Laterani 5 Decembris.*

Guidone abbate eiusque fratribus petentibus, monasterium s. Michaelis, quod in civitate Pisana situm est, patrocinandum suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum s. Benedicti regulam atque Camaldulensem consuetudinem ibidem perpetuo observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim exprimit, iura ac privilegia confirmat. Laterani Non. Dec. Indict. V. (!) incarn. dom. 1217. pont. anno secundo. — *Mittarelli Annal. Camald. IV. app. 378; Potthast 495. n. 5629; Horoy H-i opp. omn. II. 549. n. 71.* — « Officii nostri nos. »

903. — *Laterani 5 Decembris.*

Monasterii de Valle s. Petri in Stromberg Cysterc. ord. protectionem suscipit, eiusque possessiones confirmat. Laterani Non. Dec. anno secundo. — *Matthaei Anal. III. 488; Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. 1. 148. n. 259; Potthast 495. n. 5630.* — « Cum a nobis. »

904. — *Laterani 6 Decembris.*

« Potestatibus et Populis Ianuensibus et Pisanis. » Mandat ut Ianuenses restituant Ecclesiae Romanae quidquid in Sardinia ratione iudicis Turritani occupaverant, et Pisani quidquid eis mandavit per (Hugolinum) Hostiensem episcopum Apost. Sedis Legatum. Laterani VIII. Idus Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 751. fol. 180. Mss. Vallicell. I. 53; vide apud Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 97.* — « Presentium vobis. »

905. — *Laterani 7 Decembris.*

« Abbatisse monasterii beate Marie Trecensis. » Indulget ut inter sorores sui monasterii in locum unius defunctae aliam recipiant. Laterani VII. Id. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 743. fol. 178; Horoy H-i opp. omn. II. 553. n. 74.* — « Ex parte tua. »

906. — *Laterani 7 Decembris.*

« Archipresbytero (*Raynald.* Archiepiscopo) Pisano. » Vt eos absolvat, qui fuerant excommunicati eo quod castrum Callar. a Pisanis constructum inhabitant, et eos qui cum exercitu in Sarniam accesserant. Laterani VII. Id. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 749. fol. 179; Mss. Vallic. I. 53; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 97.* — « Dilectus filius. »

907. — *Laterani 7 Decembris.*

« Magistro et fratribus Hospitalis Ierosolimitani. » Confirmat donationem et venditionem possessionum aliarumque rerum a priore et conventu de Caritate, cum consensu abbatis et conventus Cluniacensium ac Senonensis archiepiscopi eis factas, et a Philippo rege Francorum roboratas; instrumenta exinde confecta ad verbum refert. Laterani VII. Id. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 757. fol. 181.* — « Cum a nobis petitur. »

908. — *Laterani 7 Decembris.*

Praeposito, cantori, et magistro F. canonicis Atrebatensibus mandat, curent, ne ex eo quod praebendae sint in ecclesia Ariensi Morinensis dioecesis inaequales, inter canonicos Arienses discordiae oriantur, ac distractis praebendarum redditibus eadem ecclesia debito servitio defraudetur. Laterani VII. Id. Dec. anno secundo. — *Rouyer Recherches histor. sur le chapitre de Saint-Pierre 268; Potthast 495. n. 5631; Horoy H-i opp. omn. II. 551. n. 72.* — « Insinuantibus dilectis filiis. »

909. — *Laterani 7 Decembris.*

Abbati de Telieto et praeposito Mortariensi Aquens. et Papiens. dioec. scribit, (Ottonem) archiepiscopum et commune Ianuenses supplicasse,

ut sedes apostolica, cum Ianuensis civitas in castro Gauii iurisdictionem habeat temporalem et plebs ipsius loci cum ecclesiis subsit ecclesiae Terdonensi, ac praefatus archiepiscopus in plebe Carantii et subditis sibi ecclesiis iurisdictionem spiritualem obtineat, civitate Terdonensi iurisdictionem temporalem obtinente, in locis in quibus sitae sint plebes et ecclesiae memoratae commutationem ipsarum fieri faceret. Mandat eis, ut episcopum et capitulum Terdonenses ad commutationem huiusmodi moneant et inducant. Laterani VII. Id. Dec. anno secundo. — *Registrum Curiae archiepiscopal. Ianuae, in Atti della Soc. Ligure di Storia patria II. 11. (Genova 1862. gr. 8°.) 472. n. 47; Potthast app. 2086. n. 5631 a-26009.* — « Ex parte venerabilis. »

910. — *Laterani 8 Decembris.*

« Abbati et conventui Sancti Clementis Tiburtini. » Confirmat sententiam G(regorii) tit. sancti Theodori diaconi Cardinalis contra comitem et sindicum Tiburtinos prolatam qua aedificium supra portam pratorum constructam eisdem adiudicavit, et praedicti Cardinalis decretum hic ad verbum refertur. Laterani VI. Id. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 893. fol. 219.* — « Cvm a nobis petitvr. »

911. — *Laterani 9 Decembris.*

« Episcopo Herbipolensi. » Mandat ut provideat A. diacono, qui ecclesiam resignavit quum promissionem ab eo recepisset de alio beneficio magis commodo. Laterani V. Id. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 747. fol. 179.* — « Lecta nobis. »

912. — *Laterani 9 Decembris.*

« P. Olonensi Episcopo et Cathalaunensi et Coronensi decanis. » Ad petitionem I. imperatricis Constantinopolitanae indulget, ut recipi faciant W. in episcopum Lacedemoniensem. Laterani V. Idus Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 880. fol. 217.* — « Volens olim tv. »

913. — *Laterani 11 Decembris.*

« Archipresbytero Regino et Mutinensi et Sancti Prosperi Regini Prepositis. » Vt absolvant, iuris ordine servato, Parmenses, qui ablata ecclesiis et ecclesiasticis restituere iuraverunt. Laterani III. Id. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 744. fol. 178; Mss. Vallicel. I. 53.* — « Per venerabilivm. »

914. — *Laterani 11 Decembris.*

« Vniversis Episcopis, Abbatibus, Prepositis, Prioribus et aliis ecclesiarum Prelatis per Salzeburgensem provinciam constitutis. » Vt (Eberhardum) eorum archiepiscopum quo par est honore suscipiant, cum ab eo se contigerit visitari. Laterani III. Id. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 745. fol. 179; Mss. Vallicel. I. 53; de ea mentionem facit Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 214. n. 194; Potthast 495. n. 5632; fragm. ap. Horoy H-i opp. omn. II. 553. n. 75.* — « Qvi honoris. »

915. — *Laterani 11 Decembris.*

« Abbati de Cremmunster et sancti Floriani et Matsehe (al. de Matse) prepositis Pataviensis diocesis. » Nuntiat se processum totius negotii et effectum suspendisse litterarum apostolicarum, quae scriptae fuerunt archiepiscopo Salzeburgensi, ut retrudi faceret Walterium monachum sancti Lamberti ad agendam pro suis excessibus poenitentiam, ac utrique parti praecepisse ut kalendis aprilis proxime venturi per se vel responsales idoneos apostolico conspectui repraesentetur. Laterani III. Id. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 746. fol. 179; Rodenberg Ep. Sel. 31. n. 39.* — « Vt patefacta veritas. »

916. — *Laterani 11 Decembris.*

« Potestati et Populo Ianuensibus. » Vt curam castri Bonifacii, quod ad Romanam Ecclesiam pertinet, dent archiepiscopo et ab-

batibus sancti Siri et sancti Stephani Ianuensibus iuxta conventionem inter ipsos et Hostiensem episcopum legatum apostolicum initam. Laterani III. Id. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 748. fol. 179; Mss. Vallicel. I. 53.* — « PRESENTIVM VOBIS. »

917. — *Laterani 11 Decembris.*
« Archiepiscopo et Sancti Syri et Sancti Stephani abbatibus Ianuensibus. » Vt pro Ecclesia Romana recipiant a Ianuensibus custodiam castri Bonifacii, et tam a Castellanis quam ab aliis eiusdem castri iuramentum fidelitatis sibi faciant exhiberi. Laterani III. Id. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 750. fol. 179; Mss. Vallicel. I. 53.* — « PRESENTIVM VOBIS. »

918. — *Laterani 12 Decembris.*
« Abbati sancti Fortunati Tudertini. » Mandat ut ipse, cui eiusdem monasterii reformatio commissa fuit, ordinem ibi Camaldulensium servari faciat. Laterani II. Id. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 755. fol. 181.* — « CVM MONASTERIVM. »

919. — *Laterani 12 Decembris.*
« Capitulo Florentino. » Numerum tresdecim canonicorum in eorum ecclesia statutum confirmat; « nisi adeo eiusdem ecclesie excreverint facultates, quod ex eis plures valeant substentari. » Laterani II. Id. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 766. fol. 183.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

920. — *Laterani 13 Decembris.*
« De Oratorio et de Mellinois abbatibus Andegavensis diocesis et magistro scolarum Pictaviensi. » Vt moneant canonicos ecclesiae sancti Martini Turonensis « ut ecclesiam ipsam de personis idoneis in prebendis vacantibus infra certum terminum prefigendum a vobis non differant ordinare. » Laterani Id. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 754. fol. 180; cf. Manrique Ann. Cister. IV. 116; Potthast 496. n. 5634; Horoy H-i opp. omn. II. 554. n. 77.* — « DILECTVS FILIVS. »

921. — *Laterani 13 Decembris.*
« Andree Marchioni Massanensi. » Recepto ab eo fidelitatis iuramento, concedit ipsi in feudum Roccam Massae et aliam terram quam praedecessores sui habuerunt a Romana Ecclesia iure feudi et secundum apostolicae sedis consuetudinem. Laterani Idib. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 756. fol. 181; Mss. Vallicel. I. 53; Theiner Cod. Dipl. Dom. Temp. S. Sedis I. 48. n. 66; Potthast 496. n. 5633; Horoy H-i opp. omn. II. 554. n. 76.* — « DIGNVM EST ET. »

922. — *Laterani 13 Decembris.*
« G(ualae) tituli Sancti Martini presb. Card. Apost. Sedis Legato. » Vt cum magistro Alano de Becles, qui creditur « litterature et morum gratia eminere » dispenset super pluralitate beneficiorum curam animarum habentium. Laterani Id. Dec. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 759. fol. 182; Mss. Vallicel. I. 53.* — « ET SI DVBIVM. »

923. — *Laterani 14 Decembris.*
« (Eberhardo) Zalzeburgensi (sic) Archiepiscopo. » Confirmat quod ille de suffraganeorum suorum consilio in sinodo ordinavit, ut abbates et praepositi regulares in ecclesiis baptismalibus et parochialibus ipsius provinciae « diocesanis episcopis presbyteros representent, qui eisdem episcopis de plebis cura respondeant, eis vero de rebus temporalibus rationem exhibeant competentem. » Laterani XVIIII. Kal. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 760. fol. 182; fragm. apud Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 214. n. 195; Potthast 496. n. 5635; fragm. ap. Horoy H-i opp. omn. II. 555. n. 78.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

924. — *Laterani 15 Decembris.*
« (Ferdinando?) Abbati de Ovila Seguntine diocesis, archidiacono et sacriste Oxomensibus (*Potthast* Oxonien.). » Mandat ut inquirant et statuant super G. episcopo Conchensi de simonia et incontinentia accusato. Laterani XVIII. Kal. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 758. fol. 182; argum. apud Manrique Ann. Cist. IV. 116; Potthast 496. n. 5638; Horoy H-i opp. omn. II. 558. n. 81.* — « Et si contra fratres. »

925. — *Laterani 15 Decembris.*
« Karolo preposito Frisacensi. » Indulget ut praeter beneficia quae in praesentiarum rationabiliter obtinet, non obstante constitutione concilii lateranensis, alia ecclesiastica beneficia adipisci valeat. Laterani XVIII. Kal. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 761. fol. 182.* — « Qvi proprie probitatis. »

926. — *Laterani 15 Decembris.*
« B. regulari canonico Nemausensi. » Indulget, ut nihil ei praeiudicii adferat quod Bononiae, ubi diu decretorum studiis insudavit, « scolas legum per aliquantulum temporis frequentavit. » Laterani XVIII. Kal. Ianuarii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 762. fol. 183.* — « Solet annvere. »

927. — *Laterani 15 Decembris.*
« Sancti Stephani Herbipolensis et de Ahusen Eistetensis diocesis abbatibus et scolastico Augustensi. » Indulget ut absolvant (Chunonem) abbatem Elwangensem a cura Elwangensis monasterii, eique ut transeat ad monasterium Fuldense permittant. Laterani XVIII. Kal. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 762bis. fol. 183; Würdtwein Nova subs. III. 72; Potthast 496. n. 5637; Horoy H-i opp. omn. II. 556. n. 79.* — « Presentate nobis dilectorvm. »

928. — *Laterani 15 Decembris.*
(Rudigero) episcopo Chiemensi, archidiacono Karinthiensi et decano Frisacensi de superiore ad Eberhardum archiepiscopum Salzeburgensem epistola (vide n. 923) significat eisque mandat, ut, quod per eumdem archiepiscopum super his provide actum sit, per censuram ecclesiasticam firmiter observari faciant. Laterani XVIII. Kal. Ian. anno secundo. — *Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 215. n. 196; Potthast 496. n. 5636; Horoy H-i opp. omn. II. 555. n. 78.*

929. — *Laterani 15 Decembris.*
Ecclesiam S. Andreae Hildensemensis sub sua protectione recipit, et bona eius confirmat. Laterani XVIII. Kal. Ian. anno secundo. — *Sonnemann Defensio, regist. n. 6; Potthast 496. n. 5639; Horoy H-i opp. omn. II. 557. n. 80.*

930. — *Laterani 18 Decembris.*
« Capitulo sancti Severini in Colonia. » Indulget ut ad praeposituram eorum ecclesiae, licet eius collatio ad Papam devoluta sit, infra quindecim dies Henricum canonicum eligere possint, alioquin dat litteris in mandatis decano sanctae Mariae in Gradibus et praecentori et Gerlão de Seme canonico sancti Gereonis Coloniensis, ut si canonici praedicti intra quindecim dies dictum Henricum non elegerint, personam idoneam praeficere in praepositum non omittant. Laterani XV. Kal. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 763. fol. 183.* — « Ex parte vestra. »
In eundem modum scriptum est super hoc eisdem, verbis competenter mutatis.

931. — *Laterani 19 Decembris.*
« (Sigfrido) Archiepiscopo Maguntino. » Decernit, ut F. clericus frater Hospitalis Ierosolimitani, qui de subdiaconatu ad presbyteratum, relicto diaconatu, fuerat ordinatus, possit subdiaconatus tantum officium exercere. Laterani XIIII. Kal. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 768. fol. 184; Mss. Vallicell. I. 53; Würdtwein*

Nova subs. III. 75; Potthast 496. n. 5640; Horoy H-i opp. omn. II. 558. n. 82. — « VENIENS AD SEDEM APOSTOLICAM. »

932. — *Laterani 20 Decembris.*
« Abbati et Priori Meledunensibus Senonensis diocesis et magistro Wiardo archidiacono Trecensi. » Mandat ut examinent et si iustum fuerit confirment electionem Oddonis monachi in abbatem monasterii sanctae Columbae Senonensis « quod immediate ad Ecclesiam Romanam pertinet. » Laterani XIII. Kal. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 764. fol. 183.* — « DILECTI FILII. »

933. — *Laterani 20 Decembris.*
« Abbati Sancte Genovefe et magistro G. de Capua canonico Parisiensibus. » Nuntiat eis Anitiensem episcopum solvisse camerae apostolicae sexaginta marchas, quas Innocentio PP. (III) solvere tenebatur, pro quibus exigendis, eisdem litteras miserat. Laterani XIII. Kal. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 767. fol. 183.* — « DISCRETIONI VESTRE. »

934. — *Laterani 20 Decembris.*
« Episcopo et capitulo Constantiensibus. » Vt recipiant in canonicum Henricum de Cadomo clericum Tusculani episcopi capellanum, qui eiusdem servitiis diu fideliter insudavit, eique in beneficio praebendali provideant. Laterani XIII. Kal. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 774. fol. 185.* — « DEBITAM OFFICII NOSTRI. »

In eundem modum scriptum est super hoc decano R. custodi et I. de Arrejo canonico Baiocensibus, ut episcopum et capitulum Constantienses ad id moneant, et efficaciter inducere non postponant. Dat. ut supra.

935. — *Laterani 20 Decembris.*
« Abbati sancti Lupi Trecensis. » Mandat, ut si episcopus Aniciensis persolvere neglexerit mercatoribus Senensibus pecuniae summam sibi mutuatam, ipse eum ad id compellat. Laterani XIII. Kal. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 790. fol. 189.* — « CVM RAINVCIVS. »

936. — *Laterani 21 Decembris.*
« Episcopo Sultiensi: cum seta. » Ne teneatur in die Coenae Domini ad metropolitam accedere cum eo consecraturus chrisma, sed haec in propria ecclesia agat. Laterani XII. Kal. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 769. fol. 184.* — « NON VIDETVR. »

937. — *Laterani 21 Decembris.*
Abbati et Conventui Novi Castri (Cisterc. ord.) compositionem initam cum abbate Weissenburgensi confirmat. Laterani XII. Kal. Ian. anno secundo. — *Würdtwein Nova subs. X. 257; Potthast 496. n. 5641.*

938. — *Laterani 22 Decembris.*
« Decano Silvanectensi, cantori Noviomiensi et priori Sancti Nycolai in Bosco Suessionensis diocesis. » Vt examinent electionem Alberti monachi in abbatem monasterii Compendiensis, eamque, si canonice facta fuerit, confirment. Laterani XI. Kal. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 770. fol. 184.* — « EX TENORE LITTERARVM. »

939. — *Laterani 23 Decembris.*
« Abbati sancti Lupi Trecensis. » Cum quidam mercatores, videlicet Gregorius Alexii, Petrus de Centio, Petrus de Bove et Matheus Iohannis Darie cives Romani, necnon Ranutius Spinellus, Hugolinus Vrlandi Castellanus tabernarii, et Boncompagnus, Reruverus et Bulgarinus Senenses pro se sociisque suis R. magistro scolarum et B. clerico Vivariensibus procuratoribus Vivariensis episcopi quandam pecuniae summam pro negotiis eiusdem episcopi et eiusdem

ecclesiae mutuaverint, mandat ut si idem episcopus Vivariensis adimplere neglexerit quod a suis procuratoribus est promissum, videlicet persolvendi mercatoribus praedictis ipsam pecuniae summam, memoratum episcopum ad satisfaciendum eisdem per interdicti et excommunicationis sententiam inducant, iuxta litteras P. Sabinensis episcopi, G. sancti Theodori diaconi Cardinalis et P. Norwicensis electi et S. Camerariorum Apostolicae Sedis. Laterani X. Kal. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 765. fol. 183.* — « Cvm Gregorivs. »

940. — *Laterani 27 Decembris.*
« Consulibus et populo Tolosanis spiritum consilii sanioris. » Eos reprehendit de eorum rebellione in (Simonem) comitem Montis Fortis, eosque monet ut a rebellione praedicta desistentes, Legati Apostolici mandatis obtemperent, cui, ait, se misisse litteras, ut inducat comitem ipsum ad eis indulgendam hanc rebellionis offensam, et ea quae inter ipsos et praedictum comitem discordiae materia videbitur ad Papam referat, quae iudicio vel concordia terminetur. Laterani VI. Kal. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 827. fol. 205; Bouquet Rec. XIX. 641; Potthast 496. n. 5642; Horoy H-i opp. omn. II. 559. n. 83.* — « Credebamvs qvod vobis. »

941. — *Laterani 28 Decembris.*
« (Iacobo) Illustri Regi Aragonum. » Ostendit quam ipse Apostolicae Sedi gratus pluribus argumentis esse debeat, praesertim quod « regnum tuum ad Ecclesiam Romanam noscitur pertinere: » miratur quod Tolosanis consilium et iuvamen impendat in evertendo pacis negotium, quod Ap. Sed. Legatus in illis partibus firmandum curabat: monet ne id agat in posterum. Laterani V. Kal. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 838. fol. 205; Bouquet Rec. XIX. 641. (27. Decembris); Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 56-57; Potthast 496. n. 5643. (27. Dec.); Horoy H-i opp. omn. II. 561. n. 84.* — « Vtinam prava consilia. »

942. — *Laterani 29 Decembris.*
« Potestati, Consulibus, Consiliariis et populo Novarensibus spiritum consilii sanioris. » Graviter eos redarguit, quod in ecclesiam Novariensem graves excessus commiserint. Laterani IIII. Kal. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 780. fol. 186; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Crescente diei malitia. »

943. — *Laterani 29 Decembris.*
« Nobili viro S. procuratori Aragonie et Cathalonie. » Mandat ne ipse vel per se vel per alios favorem et auxilium civibus Tolosanis in maximum fidei damnum praestet. Laterani IIII. Kal. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 823. fol. 203; Mss. Vallicell. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 642; Potthast 496. n. 5644; Horoy H-i opp. omn. II. 562. n. 85.* — « Honorem et statvm. »

944. — *Laterani 29 Decembris.*
« Nobili viro (Raimundo Rogerii) comiti Fuxensi spiritum consilii sanioris. » Invehit in eum quod Tolosanis contra S(imonem) comitem Montis Fortis in fidei detrimentum adhaereat. Laterani IIII. Kal. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 824. fol. 204; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 62; Bouquet Rec. XIX. 643; Potthast 497. n. 5646.* — « Vtilivs tibi est. »

945. — *Laterani 29 Decembris.*
« R(aimundo) filio Nobilis viri R. quondam Comitis Tolosani spiritum consilii sanioris. » Ne Ecclesiae Romanae, patris imitator malitiae, se opponat, terram ultra Rodanum perturbando in Apostolicae Sedis iniuriam et contemptum. Laterani IIII. Kal. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2.*

epist. 825. fol. 204; Mss. Vallicel. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 643; Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 60-61; Vaissète Hist. de Languedoc. III. 303; Potthast 496. n. 5645; Horoy H-i opp. omn. II. 564. n. 87. — « LICET PATER TVVS. »

946. — *Laterani 29 Decembris.*

« Civibus Avinionensibus spiritum consilii sanioris. » Eos graviter obiurgat, quia negotium pacis, quam in ea provincia S(imon) comes Montisfortis una cum (Bertranno) Ap. Sed. Legato stabilire contendebant, perturbaverant, quare fuerant ab eodem Legato excommunicati: monet ut ad bonam frugem se recipiant, videantque num expediat ipsis in censuris vivere an absolvi: quod si querelas cum comite habent, eas Legato exponant, qui amicabiliter pacem concordiamque conciliabit. Laterani IIII. Kal. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 826. fol. 204; Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 58. 59; Bouquet Rec. XIX. 644; Potthast 497. n. 5647; Horoy H-i opp. omn. II. 566. n. 88.* — « CVM VESTRA NON. »

Cod. Vat. et Potthast l. c. addunt: In eundem modum scriptum est super hoc consulibus et populo Massiliensibus et hominibus Tarasconensibus, Bellicadrensibus. Consulibus et Populo Ville Sancti Aegidii.

947. — *Laterani 30 Decembris.*

« Decano, Archidiaconis, Cantori, Magistro scolarum et Thesaurario ecclesie Toletane. » Concedit, ut quandocumque archiepiscopus cum pallio celebraverit, ipsi uti mitris possint. Laterani III. Kal. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 771. fol. 184; Mss. Vallicel. I. 53; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1216. n. 84.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

948. — *Laterani 30 Decembris.*

« Ferrando Egidii Scolarii. » Dispensat cum eo super defectu natalium et concedit ut ad sacros ordines promoveri et ad ecclesiasticas dignitates assumi possit. Laterani III. Kal. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 772. fol. 184.* — « SICVT DEBITORES SVMVS. »

949. — *Laterani 30 Decembris.*

« (Garsiae) Archiepiscopo Auxitano et suffraganeis eius ac Abbatibus et aliis ecclesiarum prelatis in Auxitana provincia constitutis. » Vt S(imoni) comiti Montis Fortis auxilium personarum et rerum ac etiam terrarum suarum impendant contra Tolosanos qui praeteritorum immemores omnia in antiquam confusionem reducere moliuntur contra praefatum comitem et contra fidem catholicam. Laterani III. Kal. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 829. fol. 205; Mss. Vallicell. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 644; Potthast 497. n. 5648; Horoy H-i opp. omn. II. 567. n. 89.* — « POPVLVS ISRAEL. »

Cod. Vat. et Potthast l. c. addunt: In eundem modum scriptum est Ebredunensi, Viennensi, Aquensi, Burdegalensi et Bituricensi archiepiscopis et eorum suffraganeis, abbatibus et aliis ecclesiarum prelatis per eorundem provincias constitutis, et suffraganeis Arelatensis et Narbonensis ecclesiarum.

950. — *Laterani 30 Decembris.*

« Philippo regi Francorum. » Narrat rebellionem, qua Tolosani « negotium pacis et fidei tot personarum et rerum laboribus et dispendiis in Provincie partibus procuratum subvertere molientes contra dilectum filium nobilem virum S(imonem) comitem Montisfortis insurrexerunt: » quod non solum in Dei et Apostolicae Sedis, sed etiam in ipsius regis iniuriam redundat, cum praefatus comes ab eo terram illam in feudum pro magna parte recepisset: monet eum ut in subsidium dicti comitis accedat. Laterani III. Kal. Ianuarii anno secundo. —

Reg. Vat. lib. 2. epist. 831. fol. 206; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 851. n. 1; Bouquet Rec. XIX. 646; Potthast 497. n. 5650; Horoy H-i opp. omn. II. 575. n. 96. (3. Ianuarii 1218. a. II). — « EA TIBI LIBENTER. »

951. — *Laterani 30 Decembris.*
(Symeoni) Archiepiscopo Ravennati et suffraganeis eius mandat ut publicent sententiam excommunicationis contra potestatem, consules, consiliarios et populum Novarienses, qui in ecclesiam Novariensem hostiliter insurgentes eius terram pro magna parte incendio et modis aliis dextruxerunt, et occisis nonullis eiusdem hominibus aliisque carceri mancipatis, reliquos praestare sibi iuramenta compulerunt et alia perpetrarunt. Laterani III. Kal. Ian. anno secundo. — *Tarlazzi Appendice ai Monumenti Ravennati: nei monumenti storici pertinenti alle Provincie della Romagna. Tom. I. Dispensa I. pag. 101; Potthast App. p. 2086. n. 5650a-26010.* — « CRESCENTE DIEI MALITIA. »

952. — *Laterani (2 Octobris-31 Decembris).*
Decano Remensi, Gerardo et Fromundo Remensibus canonicis controversiam inter Gervasium Praemonstratensem abbatem ex parte una et (Stephanum) Noviomensem episcopum ex altera super quibusdam privilegiis ab ambobus vindicatis vertentem committit diiudicandam. Laterani anno secundo. — *Hugo Sacrae antiq. mon. I. 10; Potthast 497. n. 5651; Horoy H-i opp. omn. II. 569. n. 90.* — « GRAVEM QVORVNDAM ABBATVM. »

953. — *Laterani...*
Anselmo episcopo Calliensi mandat, ut duobus vel tribus nobilibus crucesignatis suae dioecesis, quibus ad exequendum votum suum propriae non suppetant facultates, suppetias ferat. Laterani anno secundo (sine die et mense). — *Vghelli Ital. sacra II. 815; Potthast 497. n. 5652; Horoy H-i opp. omn. II. 572. n. 93.* — « PER TVAS LITTERAS. »

954. — ...
Ecclesiam Caminensem iuxta Clementis (d. d. 1188 Febr. 24) et Coelestini praedecessorum suorum exemplar ad preces Sigwini episcopi sub b. Petri et sua protectione suscipit, eius terminos usque ad Lebam fluvium, possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, et translationem sedis episcopalis a Wollin in urbem Camin confirmat. Laterani. — *Absque nota chronologica et danica lingua scripta legitur apud Suhm Hist. af Danm. IX. 302; danice et germanice ap. Hasselbach Cod. Pomeran. dipl. I. 263. n. 112; ap. Klempin Pommersches UB. I. 132. n. 177: Potthast 497. n. 5654.*

955. — ...
Monasterii Broburgensis tutelam suscipit, eiusque possessiones ac privilegia confirmat. Laterani. — *Coussemaker Notice sur les archives de l'Abbaye de Bourbourg (Dunkerque 1859) 12. n. 10; Potthast 497. n. 5655.*

956. — ...
Ved Bref til Abbeden og Conventet af Belbog (Belbuk) stadfaestede han (*sc.* Honorius) Gaven af visse Tiender, som Bispen af Camin,... Eiendele, som de aedle Maend Bo(g)zlaw og Kazimar Hertuger af Pomern havde givet til bemeldte Kloster. — *Suhm Hist. af Danmark IX. 302; cfr. Klempin Pommersches UB. I. 133. n. 178; Potthast 498. n. 5656.*

Istos consecravit dominus Honorius: episcopum Pennensem, episcopum Cremonensem, archiepiscopum Brundusinum, episcopum Firmanum, episcopum Papiensem, episcopum Portuensem, episcopum Sabinensem, episcopum Helnensem, episcopum Signinum. — *Reg. Vat. lib. 1. fol. 103. post epist. 424. (n. 544. huius regesti); Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 101. (absque ullo signo chronologico).*

Istos dominus Honorius PP. (III) consecravit: episcopos Civitatis Castellane, Ite-

ramnensem, Placentinum, Laudensem, archiepiscopos Viennensem, Tripolitanum, Callensem, archiepiscopum Reginensem, archiepiscopum Arelatensem. — *Reg. Vat. lib. 2. fol. 176. post epist. 732. (n. 888 huius regesti); Raynaldi Ann. Eccl. 1217. n. 101; (absque ullo signo chronologico).*

[An. 1218]

957. — *Laterani 2 Ianuarii.*

« Guillelmo Episcopo Vivariensi eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. » Restituit ei omne ius quod Vivariensis ecclesia habebat in castro de Farniau in Argentaria sito, ac in ipsa Argentaria, ac in omnibus eius pertinentiis, quae Nycolaus Vivariensis episcopus minus caute in feudum concesserat R. tunc comiti Tolosano in enormem ipsius ecclesiae laesionem. Laterani per manum Ranerii S. R. E. Vicecanc. IIII. Non. Ian. Indict. VI. MCCXVI. (sic) anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 773. fol. 184.* — « Apostolica sedes. »

958. — *Laterani 2 Ianuarii.*

« Archiepiscopo Pisano. » Ad instantiam Vbaldi Pisanorum potestatis mandat ut absolvat cives Pisanos ab excommunicationis sententia, in quam incurrerant pro eo quod castrum Calaritanum inhabitant et in Sardiniam cum exercitu venerant. Laterani IIII. Non. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 775. fol. 185; Mss. Vallicel. I. 53.* — « Dilectvs filivs. »

959. — *Laterani 3 Ianuarii.*

« (Alberico) Archiepiscopo Remensi et suffraganeis eius, Abbatibus et aliis ecclesiarum prelatis in Remensi provincia constitutis. » Scribit eis de rebellione Tolosanorum contra (Simonem) comitem Montisfortis: hortatur ut ad subiectionem dicti comitis sollicite intendant, et excitent quoque fideles suarum dioecesum, qui crucesignati non sunt, ad subsidium Terrae Sanctae. Laterani III. Non. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 830. fol. 206; Mss. Vallicel. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 645; Potthast 498. n. 5657; Horoy H-i opp. omn. II. 573. n. 95.* — « Popvlvs Israel. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum Senonensi, Turonensi, Rothomagensi, Bituricensi, Lugdunensi et Burdegalensi archiepiscopis et suffraganeis eorumdem, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis per eorum provincias constitutis.

960. — *Laterani 3 Ianuarii.*

« Eidem (Ambianensi Episcopo). » Indulget ut cum personatus in ecclesia memorata (Ambianensi) vacabunt, personae, quibus personatus huiusmodi conferentur, ante installationem suam promittant, corporali praestito iuramento, in ipsa ecclesia canonicam residentiam se facturos, nisi ex honesta causa de speciali licentia episcopi, qui pro tempore praefuerit Ambianensi ecclesiae, se absentent. Laterani III. Non. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 289. fol. 189; Horoy H-i opp. omn. II. 579. n. 99.* — « Ex parte tva. »

961. — *Laterani 3 Ianuarii.*

« Nobili viro (Simoni) Comiti Montisfortis. » Iniungit ne vel per se vel per alios impediat quominus castrum de Faniau (alias Farniau) situm in Argentaria cum pertinentiis suis ecclesiae Vivariensi restituatur. Laterani III. Non. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 776. fol. 185; Bouquet Rec. XIX. 646; Gallia Christ. XVI. instr. 243; Potthast 498. n. 5658; Horoy H-i opp. omn. II. 576. n. 97.* — « Postvlante venerabili fratre. »

962. — *Laterani 3 Ianuarii.*

« B(ertranno) tituli Sanctorum Iohannis et Pauli Presbytero Cardinali Ap. Sedis Legato. » Iniungit ut, si castrum de Faniau

ad suas vel ad Viennensis archiepiscopi vel alterius uniuscuiusque manus devenerit, illud Guillelmo episcopo Vivariensi resignet, eundemque episcopum compellat, ut ei qui castrum ipsum custodivit expensas restituat, quas in custodia eius fecerat. Laterani III. Non. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 777. fol. 186.* — « POSTVLANTE VENERABILI FRATRE. »

963. — *Laterani 3 Ianuarii.*

« Vivariensi Episcopo. » Mandat ne in castro de Faniau, quod eius ecclesiae a S(imone) comite Montisfortis restitutum fuit, eiusdem comitis inimicos receptet, nec permittat « quod dictus comes vel negotium pacis per castrum ipsum vel eius pertinentias aliquod detrimentum incurrat. » Laterani III. Non. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 778. fol. 186.* — « QVALITER SVPER FACTO. »

964. — *Laterani 3 Ianuarii.*

« Viennensi Archiepiscopo. » Mandat ut castrum de Faniau situm in Argentaria, quod Vivariensi episcopo restituit, « si forte castrum ipsum occasione custodie ipsius olim tibi commisse ad manus tuas vel alterius de tuo mandato pervenit, postquam nuntii eiusdem episcopi arripuerunt iter ad nostram presentiam veniendi, illud cum pertinentiis suis ipsi episcopo sine difficultate resignes aut facias resignari. » Laterani III. Non. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 779. fol. 186.* — « CVM CASTRVM DE. »

965. — *Laterani 3 Ianuarii.*

« Episcopo Vercellensi et abbati de Locedio Vercellensis diocesis. » Iniungit, ut absolvant ab excommunicationis sententia consules et consiliarios Vercellenses pro eo quod sibi Potestatem de Mediolanensibus contra prohibitionem apostolicam assumpserant, quoniam eodem Mediolanensi dimisso, potestatem elegerunt aliunde, recepta tamen ab eis iuratoria cautione parendi apostolicis mandatis super hac re. Laterani III. Non. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 781. fol. 187.* — « EX PARTE COMMVNITATIS. »

966. — *Laterani 3 Ianuarii.*

« B. Guadal Faiarensi archidiacono. » Concedit, ut ad sacerdotium promoveri possit et ad legitimos actus admitti, non obstante quod de soluto fuerit genitus et de soluta, iuxta gratiam quam, referente archiepiscopo Toletano, Innocentius (III) concesserat. Laterani III. Non. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 782. fol. 187.* — « CVM VENERABILIS FRATER. »

967. — *Laterani 3 Ianuarii.*

« Magistro et Fratribus Hospitalis sancte Marie in Saxia. » Confirmat donationem ecclesiae de Writele (Wintele *Potthast*), quam vivente Innocentio PP. (III.) huic hospitali fecerat Iohannes rex Angliae, ad formam instrumenti donationis quod hic de verbo ad verbum inseritur. Laterani III. Non. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 783. fol. 187; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Bullar. Rom. ed. Taurin. tom. III. 335. n. 18; Potthast 498. n. 5659; Horoy H-i opp. omn. II. 577. n. 98.* — « CLARE MEMORIE IOHANNES. »

968. — *Laterani 3 Ianuarii.*

« Cluamfertensi, Enechdunensi et Fumwarrensi episcopis. » Vt ab ecclesia Artfertensi amoveant Iohannem presbyterum Limiricensis dioecesis intrusum per potentiam G. de Marisco iustitiarii Yberniae, et electionem G. canonici Artfertensis, si canonice facta fuerit, confirment. Laterani III. Non. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 784. fol. 187; Theiner Mon. Hibern. 5. n. 10; Potthast 498. n. 5661 (5 Ian.).* — « ACCEDENS AD NOSTRAM PRESENTIAM. »

969. — *Laterani 3 Ianuarii.*

« Episcopo Ambianensi. » Cum ipse super provisione illorum qui fuerant ab episcopis suis praedecessoribus ordinati plurimum sit gravatus, indulget ut, non obstantibus litteris apostolicis quae praecipiebant providere clericis ordinatis a suis praedecessoribus, non teneatur ipsis providere, donec ordinatis ab eo provisum fuerit competenter, nisi de hac concessione in litteris apostolicis specialiter facta fuerit mentio. Laterani III. Non. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 787. fol. 189.* — « Ex parte tva. »

970. — *Laterani 4 Ianuarii.*

« Eidem. » Mandat ut si clerici suae dioecesis beneficia obtinentes quibus est cura animarum adnexa, ab eo moniti sacros ordines non susceperint, ab ipsis beneficiis amoveantur. Laterani II. Non. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 788. fol. 189; Horoy H-i opp. omn. II. 572. n. 94. (2. Ianuarii).* — « Cvm sicvt ex parte tva. »

971. — *Laterani 4 Ianuarii.*

« Magistro Silvestro Archidiacono Bracarensi. » Vt, salvo archidiaconatu quem obtinet, libere recipere possit ecclesiam, etiam si curam habeat animarum. Laterani II. Non. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 793. fol. 190.* — « Dignvs es. »

972. — *Laterani 4 Ianuarii.*

« Roderico Archiepiscopo et capitulo Toletanis. » Mittit eis tres epistolas quae spectant ad ecclesiam Toletanam, ex regestis Gelasii PP. II et Lucii II excerptas hoc ordine.

I. Gelasius (PP.) Iohanni abbati sancti Dominici de Valle Tablatelli, ad petitionem suam et Bernardi Toletani archiepiscopi primatis protectionem sui monasterii suscipit, statuens « ut locus idem liber ab omnium secularium oppressionum gravamine servetur; » et bona et privilegia confirmat. Ap. sanctum Egidium VII. Id. Sept. — « Sicvt inivsta. »

II. Gelasius (PP.) Bernardo Toletano primati et caeteris Yspaniarum episcopis, ut in ecclesia Bracharensi, in locum Maurini episcopi amoti, et a P. Papa in concilio excommunicati, alium in pastorem eligant. Gaiete VIII. Kal. Apr. « Non latere. » *Jaffé n. 4886.*

III. Lucius (PP. II.) archiepiscopis et episcopis per Yspaniam constitutis nuntiat se Toletano archiepiscopo ad Papam venienti per universa Yspaniarum regna primatiam confirmasse, eisque praecipit ut ipsi tamquam primati obediant. Laterani III. Id. Maii. « Apostolice sedis. » *Jaffé n. 6069.* Laterani II. Non. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 799. fol. 196.* — « Svpplicasti nobis. »

973. — *Laterani 4 Ianuarii.*

« Decano et Capitulo Toletanis. » Significat negotium primatiae, quod eorum archiepiscopo cordi est, se, pensatis rerum et temporum circumstantiis, terminare distulisse. Laterani II. Non. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 800. fol. 196; Mss. Vallicel. I. 53; De la Fuente Hist. Eccl. de Espagna (Madrid 1874) tom. IV. 562. (31 Decembris 1217).* — « Licet venerabilis frater. »

974. — *Laterani 5 Ianuarii.*

« Archiepiscopo Tuamensi, Cluanfertensi (*in e. l.* Cluamfertensi) et Enechdunensi Episcopis. » Mandat ut a Laoniensi ecclesia Robertum Travers per potentiam laicalem intrusum amoveant, et examinent electionem factam de D. archidiacono a capitulo eiusdem ecclesiae, quam, si canonice facta fuerit, confirment. Laterani Non. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 784. fol. 187; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Theiner Mon. Hiber. 5. n. 10; Potthast 498.*

n. 5661; Horoy H-i opp. omn. II. 579. n. 100. — « Accedens ad presentiam nostram. »

975. — *Laterani 5 Ianuarii.*

« (Petro) Abbati Pontiniacensi Cisterciensis Ordinis, Autisiodorensis diocesis, et Priori sancti Victoris Parisiensis. » Vt examinent et reforment statutum monasterii Grandimontensis ubi quidam conversi petierunt, ut quaedam apostolicae indulgentiae eidem monasterio revocarentur, quae, ipsis asserentibus, « per obreptionem nimiam, contra ipsorum regulam privilegia et indulgentias Sedis Apostolice impetrate » fuerunt. Laterani Non. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 786. fol. 189; cf. Manrique Ann. Cisterc. IV. 139; Potthast 498. n. 5662; Horoy H-i opp. omn. II. 581. n. 101.* — « Dilectis filiis. »

976. — *Laterani 5 Ianuarii.*

« Roderico Archiepiscopo et Capitulo Toletanis. » Transcribit septem epistolas, ad ecclesiam Toletanam spectantes, quas in regestis Adriani IIII. Anastasii IIII. Alexandri III. Romanorum Pontificum asserit contineri, hoc ordine:

I. Adrianus PP. (IIII) Bracharensi archiepiscopo: eum redarguit quod I. Toletano archiepiscopo, cui in toto Yspaniarum regno confirmavit apostolica auctoritate primatum, debitam obedientiam et reverentiam non praestet, eique praecipit sub suspensionis poena ut id faciat. Dat. Benevent. XIIII. Kalendas Februarii. « Si qvanta. » *Jaffé n. 6913.*

II. Anastasius PP. (IIII) Bracharensi archiepiscopo: eum redarguit quod I(ohanni) Toletano archiepiscopo tamquam primati non obediat; praecipit ut ad ipsum archiepiscopum accedat eique tamquam primati obedientiam debitam exhibeat. Dat. Laterani VI. Id. Apr. « Qvanti criminis. » *Jaffé n. 6791.*

III. Idem Terraconensi archiepiscopo mandat ut iuxta mandatum Eugenii PP. (III), I(ohannis) Toletani archiepiscopi primatiam recognoscat, eique praecipit ut ad praedictum archiepiscopum humiliter accedens ei tamquam primati suo reverentiam et obedientiam debitam ostendat. Dat. Laterani VI. Idus Aprilis. « Reprehensibile nimis. »

IIII. Idem Bracharensi archiepiscopo: miratur quod iuxta mandatum ei impositum ab Eugenio PP. (III) I(ohanni) Toletano archiepiscopo obedientiam tamquam primati praestare distulerit, et mandat ut ei obediat. Laterani XIII. Kal. Oct. « Plvrimvm admiramvr. »

V. Idem Iacinto diacono cardinali A. S. Legato mandat ut inducat Bracharensem, Terraconensem et Compostellanum archiepiscopos ad exhibendam I(ohanni) Toletano archiepiscopo tamquam primati obedientiam et reverentiam debitam. *(Absque signo chronologico).* « Ex qvo prvdentia. » *Jaffé n. 6792.*

VI. Alexander PP. (III) Bracharensi archiepiscopo et eius suffraganeis mandat ut C(erebruno) Toletano archiepiscopo et catholicis successoribus eius, iure primatiae debitam obedientiam et reverentiam infra duos menses promittant et humiliter impendant. *(Absque signo chronologico).* « Cvm dignvm est. »

VII. Idem Vniversis suffraganeis ecclesiae Bracharensis significat se litteras dedisse eorum archiepiscopo, ut Toletano archiepiscopo et catholicis eius successoribus iure primatiae humiliter deferat, et eum tamquam primatem suum debita reverentia venerari curet, et si id non faciet, ei tamquam metropolitano nullatenus obediant. Dat. apud Dolensem Monasterium. V. Id. Iulii. « Dignvm est. » Laterani Nonas Ianuarii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 797. fol. 194.* — « Svpplicasti nobis. »

977. — *Laterani 5 Ianuarii.*

« Roderico archiepiscopo et capitulo ecclesie Toletane. » Mittit ei quatuor Paschalis PP. II epistolas ex eiusdem regestis transcriptas et haec sunt.

I. Bernardo Toletano primati et episcopis qui Legionensi concilio interfuerunt narrat Burgensis ecclesiae perturbationem propter electionem sive consecrationem Pascalis archidiaconi « quam vos contra litterarum nostrarum tenorem nimis propere peregistis: » praecipit ut idem Paschalis cum electoribus suis et caeteris qui eius causam canonice adstruunt ad Papae praesentiam conveniant. Benevent. XIIII. Kal. Sept. — « MAGNAM IN BVRGENSI. »

II. B(ernardo) Toletano primati iniungit ut ei commissa Sedis Apostolicae legatione honorifice perfruatur: Secoviensem civitatem, nisi proprium desideret civitas ipsa episcopum, personae eius pro gravioris paupertatis necessitate permittit: monasterium sancti Servandi « quod nostri iuris est » et a quo propter Saracenorum feritatem monachi discesserunt, suae sollicitudini restaurandum et disponendum committit. Laterani XVI. Kal. Apr. « FRATERNITATIS TVE. » *Jaffé n. 4794.*

III. Malachitanae civitatis fidelibus tam clericis quam laicis mandat ut Iuliano eorum episcopo, qui a quibusdam diabolicis viris apud regem Saracenorum accusatus, non solum ab episcopatu expulsus est, sed etiam carcerali custodia mancipatus et in ea per septennium pluribus iniuriis maceratus fuit, si dimissus sit, obediant; praecipit deinde ut ille qui non canonice in eius loco positus est, cathedram ipsam relinquat, sed ecclesiae stipendiis substentetur. Anagniae Kal. Octobris. « SICVT EX VESTRIS. »

IIII. Bernardo Toletano archiepiscopo confirmat Mindoniensis ecclesiae mutationem, quam in Palentino concilio fecit « quia in littore maris solitarie posita, et absque ulla munitione Moabitarum navigio et tyrannorum oppressionibus pervia adeo desolata erat, ut in ea vix manere quis possit: » ipsi eamdem ecclesiam commendat. *(Sine nota chronologica).* « ET TVA. » Laterani Non. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 798. fol. 195.* — « SVPPLICASTI NOBIS. »

978. — *Laterani 5 Ianuarii.*

Abbati et conventui Pulteriarum Lingonensis diocesis. » Ad exemplar Innocentii Papae (III) confirmat compositionem inter ipsos et episcopum Lingonensem, super subiectione quam idem episcopus exigebat in eorum monasterio, videlicet quod cum monasterium ab omni iurisdictione Lingonensis episcopi sit exemptum, soli Romano Pontifici subiiciatur, « ita tamen quod annis singulis in crastinum Purificationis beate Marie ipsi Lingonensi episcopo et successoribus suis novem libras monete Divionensis nomine procurationis ut iustitia nobis exhibeatur persolvatis. » Laterani Non. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 841. fol. 208; Horoy H-i opp. omn. II. 582. n. 102.* — « QVIA LABENTIVM TEMPORVM. »

979. — *Laterani 7 Ianuarii.*

« Roderico archiepiscopo et capitulo Toletanis. » Rogatu eiusdem archiepiscopi transcribit de verbo ad verbum novem Eugenii PP. III epistolas quae spectant ad ecclesiam Toletanam « ne regestis ipsis predictis casu fortuito aut vetustate consumptis ius ecclesiae contingat cum pereuntibus deperire. »

I. Iohanni Bracharensi archiepiscopo, ut R. archiepiscopo Toletano tamquam primati canonicam obedientiam et debitam reverentiam exhibeat, sicut Lucius Papa ei viva voce praeceperat. Viterbii VII. Id. Maii. « PREDECESSOR NOSTER. » *Jaffé n. 6150.*

II. A. Yspaniarum regi, gratulatur de eius devotione et zelo erga Romanam Ec-

clesiam; praecipit ut Bracarensis (sic) archiepiscopus eiusque suffraganei Toletano archiepiscopo tamquam primati obediant: ad indicium bonae voluntatis et gratiae erga ipsum « Rosam auream, quam in signum passionis et resurrectionis Iesu Christi Domini nostri dominica qua cantatur LETARE IERVSALEM singulis annis Romanus Pontifex portare consuevit » per P. Segobiensem episcopum ei transmittit. Dat. in territorio Lingonensi V. Kal. Maii. « IN PASTORVM. » *Jaffé n. 6430.*

III. Eidem Regi significat se ad eius petitionem ecclesiam (Constantinopolitanam *sed leg.*) Compostellanam in deferenda cruce ante metropolitanum suum speciali praerogativa decorasse, et Toletanae metropoli in recuperanda iustitia quam super Bracharensi archiepiscopo habere dicitur non defuisse; immo, sicut tota Yspanica novit ecclesia, pro causa ipsa eundem Bracharensem archiepiscopum per longum tempus ab officio episcopali suspendisse, quem tamen a suspensione absolvisse quia promiserat Toletanae ecclesiae subiectione debita se esse obediturum. Laterani VIII. Id. Ian. « SICVT EX INSPECTIONE. » *Jaffé n. 6505.*

IV. Bracharensi archiepiscopo mandat « quatinus antefato archiepiscopo (Toletano) usque ad proximam dominicam in Ramis palmarum obedientiam debitam satagas humiliter exhibere, alioquin ex tunc donec adimpleas quod tibi sepe mandavimus, denuo te ab officio pontificali suspendimus. » Laterani XIIII. Kal. Ian. « QVANTA SIT. » *Jaffé n. 6504.*

V. B. Terraconensi archiepiscopo Apost. Sedis Legato mandat ut I. Toletano archiepiscopo tamquam primati obediat vel ad apostolicum conspectum responsurus accedat. Romae apud Sanctum Petrum III. Kal. Iulii. « QVISQVIS VOLVNTATEM. » *Jaffé n. 6729.*

VI. Eidem Terraconensi archiepiscopo Apost. Sedis Legato. Eum reprehendit quod Primati Toletano obedientiam debitam non praestet, nec ad Papam responsurus accesserit: mandat ut id faciat. Romae apud Sanctum Petrum V. Id. Febr. « DIVINE MAIESTATIS. » *Jaffé n. 6710.*

VII. Eidem Terraconensi archiepiscopo Apost. Sedis Legato praecipit ut Toletani archiepiscopi primatiam recognoscat, vel Romam accedat ut super hoc respondeat. Ferentini III. Id. Maii. « QVALITER OBEDIENTIA. » *Jaffé n. 6518.*

VIII. R. Toletano archiepiscopo. Gaudet quod Bracharensis archiepiscopus eius primatiam recognoverit « licet ultra quam debueris ipsum prout accepimus exasperaveris: » sed eum reprehendit quod terminos provinciae Bracharensis contra iustitiam occupaverit, et in ecclesia Zamorensi, quae in dicta provincia continetur, contra quamdam concordiam inter B. praedecessorem suum et A. Astoricensem episcopum in praesentia Deusdedit presbyteri cardinalis A. S. Le. factam, episcopum illicite ordinaverit. Dat. Ferentini VIII. Id. Iunii. « TVNC ECCLESIA. » *Jaffé n. 6585.*

IX. Iohanni Toletano archiepiscopo nuntiat se privaturum esse usu pallei B. Terraconensem archiepiscopum, nisi eius suprematiam recognoscat vel Romam non accedat, ac etiam I. Bracharensi archiepiscopo praecepisse, ut ei obediat. *(Absque signo chronologico).* « PERSONAM TVAM. » Laterani VII. Id. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 795. fol. 190.* — « SVPPLICASTI NOBIS. »

980. — *Laterani 8 Ianuarii.*

« Roderico archiepiscopo et capitulo Toletanis. » Rogatu eiusdem archiepiscopi indulgens, monumenta ecclesiae Toletanae, quae in regestis Romanorum Pontificum continentur, transcribit. Primum ait « in Regestis felicis recordationis Vrbani PP. Secundi predecessoris nostri scriptum est de bone memorie Bernardo Toletano archie-

piscopo in hec verba. Hoc tempore Toletanus archiepiscopus Bernardus Romam ad dominum Vrbanum PP. veniens ei pro episcoporum more iuravit, et pelleum et privilegium accepit, regnisque Yspanarum primas institutus est. Tunc etiam in Gallitia omnis diocesis sancti Iacobi ab omni est officio excommunicata divino, quia sancti Iacobi episcopus in regis carcere depositus fuerat. » Deinde refert sequentes epistolas Vrbani PP. II.

I. Idem Regi Ildefonso Gallitiae laetatur quod Toletana ecclesia de Saracenorum iure liberata sit, nuntiat se Bernardo ecclesiae Toletanae praesuli palleum tradidisse, eique « privilegium quoque Toletane ecclesie antique maiestatis indulsimus: ipsam enim in totis Yspaniarum regnis primatem statuimus: » deinde dolet quod episcopum sancti Iacobi ceperit et in captione ab episcopali dignitate contra canones eum deposuerit; hortatur ut eumdem integre restituat. *(Sine nota chronologica).* « Dvo svnt. » *Jaffé n. 4022.*

II. Terraconensibus (sic) et caeteris Yspaniarum archiepiscopis significat se archiepiscopum Toletanum in totis Yspaniarum regnis Primatem constituisse. *(Sine nota chronologica).* « Qvisqvis volvntatem. » *Jaffé n. 4023.*

III. Vgoni Cluniacensi abbati, nuntiat se Bernardo Toletano archiepiscopo pristinam plenam dignitatem concessisse, primatem episcoporum omnium qui in Yspaniis sunt eum efficiendo; demum ei indulget ut omnia sui monasterii loca ubilibet fuerint sub apostolica speciali protectione recipiantur, « ita ut nec episcopus quilibet nec legatus, nisi cui a nobis idipsum specialiter iniunctum fuerit, preter voluntatem tuam de vestris audeat negotiis iudicare. » « Venerabilem fratrem. » *Jaffé n. 4024.*

IIII. Bernardo Toletano archiepiscopo. Eum rogat ut referat, an Terraconensis provincia ad Narbonnensem ecclesiam pertineat, quod Riccardus Cardinalis Ecclesiae Romanae presbyter et Marsiliensis abbas affirmant, negat vero Beringarius Auxonensis episcopus « ad apostolorum limina veniens » suae ecclesiae privilegia proferens. — « Postqvam a nobis. »

V. B(ernardo) Terraconensi archiepiscopo: meminit se ita ipsum in archiepiscopum instituisse, ut tam ipse, quam universi provinciae Terraconensis episcopi Toletano archiepiscopo tamquam primati debeant esse subiecti, eumque monet ut ei obediat. Dat. VII. Kal. Maii. « Noverit dilectio. » *Jaffé n. 4079.*

VI. Rainerio Card. presbytero, ut dirimat quaestionem Narbonensis antistitis contra abbatem Tomeriensem, quod, referente praedicto antistite, « ecclesias sue diocesis secularibus potestatibus fultus invadat, quod excommunicatos ab eo sine omni eius absolutione recipiat; quod in Iacen. sede sine sui licentia fecerit episcopum consecrari, quodque auditu orrendum est, mortuum sub anathemate quemdam ab eius monachis extumulatum et infra monasterium tumulatum asseruit: » agit demum de Toletanae ecclesiae primatia. *(Sine nota chronologica).* « Qvantvm de tva religione. » Laterani VI. Id. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 796. fol. 192.* — « Svpplicasti nobis. »

981. — *Laterani 8 Ianuarii.*

« Episcopo Burgensi et decano Compostellano. » In causa inter A. regem Portugaliae et T. et S. eius sorores super castris montis Maioris et Alanker, quibus idem rex dicebatur multa damna eisdem intulisse, unde excommunicationis titulo fuerat innodatus, mandat ut observari faciant mandatum Innocentii PP. (III) ut excommunicationis et interdicti sententias iuxta formam ecclesiae relaxantes utrique parti faciant de manifestis damnis et iniuriis satisfieri competenter. Laterani VI. Id. Ian. anno secundo. —

Reg. Vat. lib. 2. epist. 806. fol. 198. — « Cvm karissimvs in Christo. »

982. — *Laterani 9 Ianuarii.*
« Abbatisse ac conventui sancti Eadwardi. » Statuit ne aliqua in monialem sui monasterii ultra centenarium numerum admittatur, nisi eius facultates augeantur. Laterani V. Id. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 791. fol. 190; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « Solet annvere. »

983. — *Laterani 9 Ianuarii.*
« Saresbiriensi Episcopo et abbati de Theokesbiria Wigorniensis diocesis et precentori Saresbiriensi. » Significat se confirmasse quod factum fuerat ab abbatissa et conventu sancti Eadwardi, ut videlicet ecclesia de Tissebir̃ in duas personas divisa, in unam integretur. Laterani V. Id. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 792. f. 190; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « Dilecte in Christo filie. »

984. — *Laterani 9 Ianuarii.*
« Episcopo et capitulo Legionensibus. » Mandat ut archidiaconatum, quem M. Roderici in eorum ecclesia obtinuit antequam assumeretur ad regimen ecclesiae (Zemorensis *sed leg.*) Zamorensis, magistro L. subdiacono (Papae) Legionensi canonico et capellano episcopi Albanensis conferant. Laterani V. Id. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 794. fol. 190.* — « Benignitatem apostolice sedis. »

In eundem modum scriptum est decano, magistro scolarum et P. Monazĩn canonico Zemorensibus (sic) ut episcopum et capitulum ad hoc moneant et efficaciter inducere non postponant. Dat. ut supra.

985. — *Laterani 9 Ianuarii.*
« Episcopo Pamphilonensi. » Mandat, ut in hospitali Roscidevallis quoad electionem prioris, ille, quem ipse una cum fratribus eiusdem hospitalis duxerint eligendum, praeficiatur. Laterani V. Id. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 814 bis. fol. 200.* — « Si prelati. »

986. — *Laterani 9 Ianuarii.*
« Patriarche Constantinopolitano. » Declarat non esse arguendos quosdam archiepiscopos et episcopos in terris G. principis Achaiae et O. de Rocha domini Athenarum, quos aiebat sibi debere esse immediate subiectos eo quod in quibusdam ecclesiis ad ipsos pertinentibus « sunt quedam posita signa crucis. » Laterani V. Id. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 839. fol. 208.* — « Sva nobis. »

In eundem fere modum scriptum est super hoc Abbati del Delphm̃. Cisterciensis Ordinis, et Priori Dominici templi Athenarum, ut dictum Patriarcham ad hoc moneant attentius et efficaciter inducere non postponant. Dat. ut supra.

987. — *Laterani 10 Ianuarii.*
« Archiepiscopo Bracharensi. » Confirmat compositionem quae inter ecclesiam Bracharensem et Vimaranensem prioratum, super subiectione et aliis iuribus diocesano episcopo debitis inita fuit, mediantibus F. Zamorensi et F. Astoriensi archidiaconis iudicibus super his a Sede Apostolica delegatis: tenor compositionis hic ad verbum refertur. Laterani IIII. Id. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 802. fol. 197; Mss. Vallic. I. 53.* — « Sacrosancta romana ecclesia. »

988. — *Laterani 11 Ianuarii.*
« Magistro Laurentio Archidiacono Palentino. » Indulget ut praeter archidiaconatum, aliud beneficium cui est cura animarum adnexa in ecclesia Bracharensi retinere possit. Laterani III. Id. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 801. fol. 196.* — « Et si de facili. »

989. — *Laterani 11 Ianuarii.*
« Bracharensi archiepiscopo. » Concedit ut suffraganeos suos renuentes decisioni causarum vacare, quae ab eo vel officialibus suis ipsis committuntur, ad id compellere valeat. Laterani III. Id. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 803 bis. fol. 198.* — « Cvm sicvt nobis. »

990. — *Laterani 11 Ianuarii.*
« Aldefonso Illustri Portugalensi Regi eiusque heredibus in perpetuum. » Recipit eum eiusque regnum in protectionem, concedit ei eiusque haeredibus omnia loca quae de Saracenorum manibus eripuerit, et revocat ei in memoriam annuum censum duarum marcarum auri, quem Alfonsus avus eius ecclesiae Romanae solvendum statuit ad indicium quod eius regnum iuris erat b. Petri. Laterani III. Id. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 805. fol. 198; Mss. Vallic. I. 53; Bullar. Romanum ed. Taurin. III. 336. n. 19; Potthast 498. n. 5663; Horoy H-i opp. omn. II. 584. n. 103.* — « Manifestis probatvm est. »

991. — *Laterani 11 Ianuarii.*
« Episcopo, P. Menendi Archidiacono et P. Pelagii canonico Tudensibus. » Mandat ut archiepiscopum Bracharensem in possessionem Silvensis episcopatus quoad metropoliticam iurisdictionem inducant, idem enim episcopatus qui ex manibus paganorum modo est ereptus, dicitur suae fuisse ecclesiae ab antiquo metropolitico iure subiectus. Laterani III. Id. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 808. fol. 199.* — « Svpplicavit nobis. »

992. — *Laterani 11 Ianuarii.*
« Priori et Fratribus monasterii de Selford ordinis sancti Augustini. » Apostolicam protectionem eis concedit, possessionesque nominat et confirmat. Laterani III. Idus Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. (812. sed leg.) 822. fol. 203.* — « Sacrosancta. »

993. — *Laterani 12 Ianuarii.*
« Archiepiscopo Bracharensi. » Vt possit absolvere illos clericos qui in vicesima solvenda pro succursu Terrae Sanctae iuxta concilii generalis decretum, confessi fuerunt se fraudem commisisse. Laterani II. Id. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 803. fol. 197; Mss. Vallicel. I. 53.* — « Cvm in generali concilio. »

994. — *Laterani 12 Ianuarii.*
« Magistro Dominico Canonico Bracharensi. » Etsi renovatum fuerit in concilio generali decretum de non retinendis pluribus beneficiis curatis sine Papae licentia, cum eo tamen super hoc dispensat, inspectis eius qualitatibus morum et literaturae et supplicationibus Bracharensis archiepiscopi. Laterani II. Id. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 804. fol. 198.* — « Qvi proprie probitatis. »

995. — *Laterani 12 Ianuarii.*
« Episcopo Placentino et Archidiacono Seguntino et magistro Aparitio canonico Burgensi. » Vt inquirant et iudicent an Zamorensis episcopatus ecclesiae Toletanae subiectus extet, quem Compostellanus archiepiscopus subicere sibi studet. Laterani II. Id. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 811. fol. 199.* — « Venerabilis frater noster. »

996. — *Laterani 12 Ianuarii.*
« Seguntino et de Tauro Zamorensis diocesis archidiaconis et magistrò Aparitio canonico Burgensi. » Vt examinent et iudicent an Placentinus episcopatus ad ecclesiam Toletanam pertineat, quem archiepiscopus Compostellanus, favore A. regis Castellae suffultus, sibi subicere praetendit etc. « ut in alia proxima precedenti usque in finem. »

(Laterani II. Id. Ian. anno secundo). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 812. fol. 199.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

997. — *Laterani 12 Ianuarii.*

« (Suerio) Vlixbonensi et Elborensi episcopis et magistro Militie Templi in Yspania et Priori Ierosolimitani Hospitalis, et Commendatori Militie Sancti Iacobi in Portugalia. » Gratulatur et gratias Deo agit de relata contra paganos victoria apud Alkazar. Laterani II. Id. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 820. fol. 201; Mss. Vallic. I. 53; fragm. ap. Rodenberg Ep. Sel. 32. n. 42.* — « INTELLECTA EX VESTRIS LITTERIS. »

Cod. Vat. addit: In eundem fere modum scriptum est Illustri regi Legionensi.

998. — *Laterani 12 Ianuarii.*

« Aaron clerico. » Personam suam una cum bonis sub protectione b. Petri suscipit, eique capellam sancti Nycolai de Sevenach. super qua S(tephanus) Cantuariensis archiepiscopus Sanctae Rom. Eccl. Cardinalis eum dispensasse dignoscitur, confirmat. Laterani II. Id. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 904. fol. 222.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

999. — *Laterani 13 Ianuarii.*

« Abbati Sancti Auberti, Archidiacono de Hannonia, et preposito Cameracen. » Mandat ut inquirant contra Ambianensem archidiaconum, et si eis constiterit ipsum semel et secundo contra fidem homagii praestiti debitam reverentiam episcopo suo denegasse, eumdem ab Ambianensi ecclesia perpetuo abscindant et omnino removeant. Laterani Id. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 785. fol. 188; Decretal. Honorii III. lib. 5. tit. 13.* De purgatione canonica, *cap. 1. ed. Cironius 296; Decretal. Gregorii IX. lib. 5. tit. 31.* De excessibus Praelat. *cap. 15; Boehmer Corp. II. 803. (ad ann. 1226); Richter Corp. II. n. 810; Potthast 676. n. 7850. (absque not. chron.); Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. V. tit. XXXI. c. XV. p. 841.* — « GRAVEM ET DOLORE. »

1000. — *Laterani 13 Ianuarii.*

« Nobili viro Lodowico (Philippi) illustris regis Francorum primogenito. » Laudat eum quod ad ecclesiae unitatem rediens pacem cum rege Anglorum firmaverit, et ad eius instantiam revocat literas in ipsum eiusque fautores a Sede Apostolica impetratas. Laterani Id. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 809. fol. 199; Mss. Vallicel. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Bouquet Rec. XIX. 647; Teulet Layettes I. 456. n. 1274; Potthast 498. n. 5667; Horoy H-i opp. omn. II. 590. n. 105.* — « INDVCVNT NOS TVE. »

1001. — *Laterani 13 Ianuarii.*

« Nobili viro Lodowico (Philippi) illustris Regis Francorum primogenito. » Confirmat pacem inter ipsum et regem Anglorum, mediante G(uala) A. S. Legato presbytero Cardinali initam. Laterani Id. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 810. fol. 199; Musaeum Britann. Add. mss. 15351; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 59; bibl. regia Berolin. mss. Gall. fol. 86. p. 77; Dumont Corps. univ. dipl. I. 157; Labbe Abrégé roy. de l'alliance chronol. I. 625; Teulet Layettes I. 456. n. 1273; Bouquet Rec. XIX. 648; Potthast 498. n. 5668; Horoy H-i opp. omn. II. 591. n. 106.* — « PER TVAS NOBIS. »

1002. — *Laterani 13 Ianuarii.*

« Fratribus Hospitalis Roscidevallis. » Indulget, ut obeunte hospitalis eiusdem priore, nullus instituatur ibidem nisi quem ipsi, una cum Pamphilonensi episcopo vel successoribus eius, vel maior pars eorum vel seniorum duxerint eligendum. Laterani Id. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 814. fol. 200.* — « SI PRELATI. »

1003. — *Laterani 13 Ianuarii.*

« Episcopo Pictavensi, Briosensi et Thoarcensi archidiaconis Pictavensibus. » Mandat ut revocent quidquid Cenomanensis episcopus eiusque collegae contra abbatem Burguliensem vi quarumdam litterarum quas per obreptionem a Papa obtinuerant, statuerunt. Laterani Id. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 815. fol. 200; Horoy H-i opp. omn. II. 591. n. 107.* — « Tanta negotiorvm. »

1004. — *Laterani 13 Ianuarii.*

« Petro Priori et clericis Iterampnensibus. » Restituit eis pontificalis dignitatis honorem et soli Romano Pontifici eos subiectos declarat. Laterani Id. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 821. fol. 202; Mss. Vallic. I. 53; Vghelli It. Sac. I. 754; Bull. Rom. ed. Taur. III. 337. n. 21; Potthast 498. n. 5664; Angeloni St. di Terni (1878. Pisa) 588. latine et italice scripta; Horoy H-i opp. omn. II. 585. n. 104; Rodenberg Ep. Sel. 33. n. 43.* — « Venerabili fratre nostro. »

1005. — *Laterani 13 Ianuarii.*

« Consulibus et populo Montispesulani. » Redarguit eos quod adversarios S(imonis) comitis Montisfortis excommunicationis vinculo innodatos in eorum terra receperint et praedas emerint, quas a terra dicti comitis abduxerunt; monet ne adversariis comitis eiusdem auxilium et favorem impendant. Laterani Id. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 832. fol. 206; Mss. Vallicell. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 648; Potthast 499. n. 5669; Horoy H-i opp. omn. II. 593. n. 108.* — « Qvanto vos et terram. »

Cod. Vat. et Potthast l. c. addunt: In eundem modum scriptum est Vicecomiti Turrennensi, Bertranno, Galiardo, et ceteris Dominis de Gordo et aliis Baronibus per Caturcensem diocesim constitutis.

1006. — *Laterani 13 Ianuarii.*

« (Aimerico) vicecomiti et Populo Narbonensibus. » Laudat eos quod S(imoni) comiti Montisfortis et B(ertranno) presbytero Card. Apost. Sedis Legato pro negotio pacis et fidei auxilio sint. Laterani Id. Ian. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 833. fol. 206; Mss. Vallicell. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 649; Potthast 499. n. 5670; Horoy H-i opp. omn. II. 594. n. 109.* — « Gratvm habemvs. »

Cod. Vat. et Potthast l. c. addunt: In eundem modum Ademaro de Pictavia (comiti Valentinensi et Diensi), et Willelmo eius filio.

In e. m. A. de Chaumont, A. de Lebrent, Helye Rudelli et aliis Baronibus per Guasconiam constitutis.

In e. m. Guillelmo Principi Aurasicensi (*Potth.* Aurasiensi) et aliis Baronibus per Provinciam constitutis.

1007. — *Laterani 13 Ianuarii.*

« Presbyteris ecclesie de Marbais. » Rogatu B. viduae indulget, ut quatuor praebendae in eorum ecclesia a W. de Marbais quondam viro suo fabricata, et de bonis suis instructa, presbyteris ibidem residentibus conferantur. Laterani Idib. Ianuarii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 840. fol. 208.* — « Cvm a nobis petitvr. »

1008. — *Laterani 13 Ianuarii.*

Abbati et conventui monasterii de Otterburg Cisterc. ord. Cum monasterium ipsum de novo Cisterciensis susceperit ordinis instituta, nec habeat tot conversos qui ad excolendas sufficiant terras, ne ob defectum huiusmodi novella plantatio monasterii destruatur, decimas ante concilium generale habitas omnium, quae eidem monasterio in elemosinam sunt collata, concedit. Laterani Idib. Ian. anno secundo. — *Frey UB. des Kl. Otterberg 21. n. 24; Potthast 498. n. 5666.* — « Apostolice pietatis benignitas. »

1009. — *Laterani 15 Ianuarii.*
« N(icolao) Abbati et Conventui Sancti Theodosii Cenobiarche de Berria. » Indulget ne quis ab eis de possessionibus quas propriis manibus aut sumptibus colunt, decimas exigere vel extorquere praesumat. Laterani XVIII. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. ep. 836. fol. 208.* — « LICET INTERDVM. »

1010. — *Laterani 16 Ianuarii.*
« Abbati et conventui monasterii beate Marie iuxta parvum pontem Brundusii Premonstratensis ordinis. » Plura concedit privilegia, et recipit eos in protectionem ad exemplar Coelestini Papae, cuius apostolicae literae dat. Laterani IIII. Id. Febr. Pontif. an. III. ad verbum hic referuntur. Laterani XVII. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 887. fol. 218; Mss. Vallic. I. 53.* — « IN AVTENTICO. »

1011. — *Laterani 18 Ianuarii.*
« Archiepiscopo Bracharensi. » Indulget, ut absolvere possit canonicos et clericos sibi subiectos, qui ad invicem iniecerunt vel iniecerint manus in se temere violentas, dummodo mutilationem membri vel sanguinis effusionem non attulerint. Laterani XV. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. ep. 807. fol. 199.* — « DE TVA DISCRETIONE. »

1012. — *Laterani 19 Ianuarii.*
« R(oderico) Archiepiscopo et Capitulo Toletanis. » Scribit se, pensatis rerum et temporum circumstantiis, causam super suprematia in regnis Hispaniae cum S. Bracharensi archiepiscopo contestatam, terminare distulisse ad praesens. Laterani XIIII. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 813. fol. 200; Mss. Vallic. I. 53.* — « CVM TV FRATER. »

1013. — *Laterani 19 Ianuarii.*
Bononiensi et (Nicolao) Regino episcopis praecipit, ut, licet ipsis mandaverit, ut si quae possessiones comitissae Matildis ab aliquibus indebite tenerentur, ad restituendas ipsas nobili viro Salinguerrae, cui ipsius comitissae possessiones in feodum concesserit, detentores cogerent; potestatem et populum Mutinenses supra castris Carpi et Montis Baranzonis, quae eis custodienda commiserit, nullatenus molestent. Laterani XIV. Kal. Febr. anno secundo. — *Tiraboschi Storia di Nonantola I. 471. not. C; Potthast 499. n. 5671; Horoy H-i opp. omn. II. 595. n. 110.* — « ETSI VOBIS DEDERIMVS. »

1014. — *Laterani 19 Ianuarii*
Bulle du Pape Honorius, adressée à l'archevêque de Tours, ordonnant que tous ceux qui sont entrés dans l'ordre des Chartreux ne pourront en sortir quand même ils n'auraient pas fait profession, à moins que ce ne soit pour passer dans un autre ordre. Laterani XIV. Kal. Febr. anno secundo. — *Mabille Catal. des dipl. (Mém. de la Soc. arch. de Touraine XV) 280. n. 2437; Potthast 499. n. 5672.*

1015. — *Laterani 22 Ianuarii.*
« G(ualae) tit. sancti Martini presbytero Cardinali Apost. Sedis Legato. » Cum nulli consanguineorum suorum in aliquo ecclesiastico beneficio ipse Papa providerit propter quod contra se quodammodo murmurant quasi eis amoris debitum subtraxerit naturalem, mandat ut Iohanni de Tebaldo, consanguineo et familiari Papae ipsius unam praebendam conferat. Laterani XI. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 819. fol. 201; Mss. Vallic. I. 53.* — « ET SI AD IMPORTVNAM. »

1016. — *Laterani 22 Ianuarii.*
« Abbati et Conventui Sancti Lupi Trecensis. » Vt in canonicum et fratrem P. clericum latorem praesentium recipiant qui cupit in eorum monasterio altissimo Domino famulari. Laterani XI. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 842. fol. 208.* — « CVM DILECTVS FILIVS. »

1017. — *Laterani 22 Ianuarii.*

« Abbati et Conventui Florensibus. » Confirmat compositionem initam inter ipsos et abbatem et conventum sanctorum Trium puerorum Gerentinae dioecesis super tenimentis Silae, coram (Luca) Cusentino archiepiscopo, cuius compositionis instrumentum actum anno 1215 mense Augusti hic insertum habetur. Laterani XI. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 873. fol. 215; Vghelli Italia Sacra IX. 203; Potthast 499. n. 5673; Horoy H-i opp. omn. II. 595. n. 111.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

1018. — *Laterani 23 Ianuarii.*

« Priori sancti Dionisii Parisiensis diocesis. » Concedit ut de domo « quam apud Duniacum cum suis appenditiis monasterio sancti Dionisii acquisisti, tibi de consilio dilectorum filiorum... abbatis et maioris et sanioris partis capituli monasterii memorati, ad utilitatem ipsius liceat ordinare. » Laterani X. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 856. fol. 211; Mss. Vallic. I. 53.* — « PRESENTIVM TIBI. »

1019. — *Laterani 23 Ianuarii.*

« Nobili viro Duci Venetorum. » Indulget ut Andreas nepos suus una cum quodam plebanatu sancti Iuliani habere possit primiceriatum ecclesiae sancti Marci, ipsique gratias agit de magistro quem miserat pro mosaico opere in ecclesia sancti Pauli de Vrbe faciendo, et rogat ut alios duos eiusdem artis peritos pro eodem opere mittat. Laterani X. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 864. fol. 213; Mss. Vallicel. I. 53.* — « TVE NOBILITATIS. »

1020. — *Laterani 23 Ianuarii.*

« Abbati et conventui monasterii sancti Iohannis de Flore. » Confirmat his monasterium Cabriae « olim grecorum nunc desolatum, » et Montis Marci ecclesiam cum omnibus pertinentiis suis, ubi Ioachim bone memorie abbas Floris monasterium sibi subditum construxerat, eamdemque ecclesiam Nicolaus episcopus Gerentinus eis concessit. Laterani X. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 872. fol. 215; Vghelli Ital. Sac. IX. 500; Potthast 499. n. 5675; Horoy H-i opp. omn. II. 599. n. 112. (20 Ian.).* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

1021. — *Laterani 23 Ianuarii.*

Praepositum et canonicos ecclesiae s. Thomae apostoli de Lipzc (Leipzig) Mersburgensis dioecesis protegendos suscipit, specialiter autem parochiam s. Thomae, capellam b. Petri, villam Boldewinesdorp etc. eis confirmat. Laterani X. Kal. Febr. (VII. Kal. Febr. *Schöttgen*) anno secundo. — *Vogel Leipz. Chronik 135; Schöttgen Dipl. Nachlese I. 47; Gersdorf Cod. dipl. Saxon. II. Hauptth. IX. 5; Potthast 499. n. 5674.* — « CVM A NOBIS. »

1022. — *Laterani 25 Ianuarii.*

« Roderico archiepiscopo Toletano eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. » Inspecta nobilitate ecclesiae Toletanae eiusque erga Sedem Apostolicam devotione, concedit ei primatiam in Yspalensi metropoli ac provincia, statuens nempe « ut cum prefata metropolis ad christianorum manus, domino faciente, redierit, tu frater archiepiscope ac successores tui, ea que spectant ad primatus officium, exerceatis libere in eadem. » Laterani datum per manum Ranerii S. R. Ec. Vicecancellarii VIII. Kal. Febr. Ind. VI. incarn. dominicae anno MCCXVIII Pont. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 816. fol. 200; Mss. Vallicel. I. 53; Mansi Conc. XXII. 1098; Aguirre Conc. Hisp. V. 182. n. 3; Labbe Conc. XI. 245. n. 6; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 63; Potthast 500. n. 5683. (1 Februarii); Horoy H-i opp. omn. II. 612. n. 120.* — « APOSTOLICE SEDIS. »

1023. — *Laterani 25 Ianuarii.*
« Theodoro Comnino Duci. » Suis precimus annuens eum in specialem adoptionem, et terram suam nec non omnia bona quae in praesentiarum rationabiliter possidet et in futurum iustis modis poterit adipisci, sub protectione suscipit. Laterani VIII. Kal. Febr. anno.secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 881. fol. 217; Mss. Vallicel. I. 53.* — « Cvm a nobis petitvr. »

1024. — *Laterani 25 Ianuarii.*
« Eidem. » Laudat eum, quod ad ecclesiae obedientiam rediens per Iohannem episcopum Crotonensem et fratrem Effrem heremitam nuntios suos I(ohannem) sanctae Praxedis presbyterum Cardinalem A. S. Legatum pristinae restituere libertati ipsi Papae iuraverit. Laterani VIII. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 882. fol. 217; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. nn. 21-23; Potthast 499. n. 5676; Horoy H-i opp. omn. II. 600. n. 113.* — « Gratvm gerimvs. »

1025. — *(Laterani) 25 Ianuarii.*
Le pape déclare prendre sous sa protection les doyen et chanoines de Saint-Pierre-la-Cour du Mans et leur église, et leur confirme la possession de tous leurs biens. (Laterani) VIII. Kal. Febr. anno secundo. — *Bilard Docum. Hist. 7. n. 40; Potthast 499. n. 5677.*

1026. — *Laterani 26 Ianuarii.*
« Roderico Archiepiscopo Toletano. » Vt Iudaei in sua dioecesi compellantur facere quae de illis fuerant statuta in concilio generali, ut per habitum distinguantur a christianis, et teneantur solvere ecclesiis decimas de iis domibus et possessionibus aliis, quae antequam ad illos devenirent, solvere solebant. Laterani VII. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 838. fol. 208; Mss. Vallicel. I. 53.* — « In generali concilio. »

1027. — *Laterani 26 Ianuarii.*
« Vlixbonensi et Elborensi Episcopis et Priori de Palmela Vlixbonensis diocesis. » Vt absolvere possint homines exercitus Yspaniae apud castrum de Alcazar commorantes, tam illos qui naves pro necessitate concedentes ad propria remearunt, quam eos qui pro paupertate votum adimplere non possunt. Laterani VII. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 857. fol. 211; Rodenberg Ep. Sel. 34. n. 44.* — « Dilectvs filivs. »

1028. — *Laterani 26 Ianuarii.*
« (Guillelmo) Episcopo et canonicis Cumanis. » Confirmat statutum quod A(nselmus) Cumanus episcopus auctoritate Gregorii PP. (VIII) et assensu capituli condidit, et Coelestinus PP. adprobavit, videlicet « ut in Cumana ecclesia viginti canonicorum numerus certus existat: » chartam ipsius A(nselmi) episcopi super hoc inserit. Laterani VII. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 867. fol. 214; Vghelli It. Sac. V. 298; Tatti Annali di Como II. 929; Potthast 499. n. 5678; Horoy H-i opp. omn. II. 602. n. 114.* — « Cvm per fratres. »

1029. — *Laterani 26 Ianuarii.*
« Iohanni Crotonensi Episcopo. » Vt postquam dux Comnenus I(ohannem) tit. sanctae Praxedis cardinalem legatum libertati restituerit, ei absolutionis beneficium impertiatur, eumque in obedientia romanae ecclesiae confirmet. Laterani VII. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 883. fol. 218; Mss. Vallicel. I. 53.* — « Cvm petitiones. »

1030. — *Laterani 26 Ianuarii.*
« Episcopo et clero Venetiarum. » Ne amplius ducem Comninum, qui ad ecclesiae obedientiam rediit, molestent. Laterani VII. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 884. fol. 218; Mss. Vallic. I. 53.* — « Cvm nobilis vir. »

Cod. Vat. addit: In eund. mod. scriptum est episcopo et clero Anconitanis.

1031. — *Laterani 26 Ianuarii.*
« Vniversis Crucesignatis ad quos litere iste pervenerint. » Mandat ne ducem Comninum eiusque terram offendere praesumant, qui restituendo apostolicum legatum omnimodae libertati ad devotionem Apostolicae Sedis rediit, eumque inter filios ecclesiae speciales adnumerat. Laterani VII. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 885. fol. 218; Mss. Vallic. I. 53.* — « Cvm nobilis vir. »

1032. — *Laterani 27 Ianuarii.*
« Roderico Archiepiscopo Toletano. » Nuntiat se ecclesiae Toletanae concessisse locum, qui dicitur Zucketa, cum circumadiacentibus locis quae sua ecclesia « a tempore cuius non extat memoria possederit et possideat sine lite, ne forsan ex eo quod fama est locum ipsum fuisse antiquitus civitatem que pontificali dignitate insignis dicebatur Oretum, possit contra iamdictam ecclesiam questio futuris temporibus suboriri. » Laterani VI. Kalendas Februarii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 837. fol. 208.* — « Tranqvillitati ecclesie. »

1033. — *Laterani 27 Ianuarii.*
« Abbatisse et conventui beate Marie Suessionensibus. » Vt in sororem et monialem recipiant Adelidem virginem neptem cantoris Suessionensis, quae, voto castitatis emisso, in eorum monasterio regulari habitu sibi proposuit famulari. Laterani VI. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 853. fol. 210; Horoy H-i opp. omn. II. 606. n. 116.* — « Dilectvs filivs. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est super hoc abbati et priori Longi Pontis Suessionensis dioecesis et decano sancti Vedasti Suessionensi ut eam ad hoc prudenter moneant et efficaciter inducere non postponant.

1034. — *Laterani 27 Ianuarii.*
« Episcopo, archidiacono et sacriste Oxomensibus. » Vt revocent quidquid contra archipresbyterum de Opte post iter arreptum ad Sedem Apostolicam veniendi, in eius praeiudicium invenerint attemptatum. Laterani VI. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 860. fol. 211.* — « Dilectvs filivs. »

1035. — *Laterani 27 Ianuarii.*
(Eustachio) Vallis secretae Suessionensis dioecesis et R(adulpho) sancti Iohannis in Vineis abbatibus et G(uidoni) decano Suessionensi mandata dat adversus (Willelmum) Lingonensem episcopum, qui excommunicationis sententias in Erardum de Brena et Philippam eius uxorem a sede apostolica latas publicare nolebat. Laterani VI. Kal. Febr. anno secundo. — *Teulet Layettes I. 456. n. 1275; cf. Jubainville Comtes de Champagne V. 121. n. 1097; Potthast 499. n. 5679; Horoy H-i opp. omn. II. 604. n. 115.* — « Vtrvm Christi membrvm. »

1036. — *Laterani 27 Ianuarii.*
Abbati de Libin Geuriensis dioecesis, archidiacono et cantori Geuriensibus committit causam, quae inter abbatem ac monachos de Plis Cisterc. ord. Vesprimiensis dioecesis, et abbatem conventumque s. Martini de Pannonia super quibusdam decimis ac rebus aliis vertitur, terminandam, quae tum propter mandatoris mortem, tum quia episcopus Geuriensis transfretavit in subsidium Terrae Sanctae, hactenus indecisa remansit. Laterani VI. Kal. Febr. anno secundo. — *Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 150; Potthast 499. n. 5680; Horoy H-i opp. omn. II. 607. n. 117.* — « Dilecti filii. »

1037. — *Laterani 29 Ianuarii.*
« Nicolao Abbati Monasterii sancti Theodosii Chenobiarche de Laberria eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. »

Praecipit, ut ab iis in eorum monasterio regula sancti Basilii observetur: bona et possessiones nominat et confirmat, privilegia amplificat. Laterani per manum Ranerii S. R. Ec. Vicecancellarii IIII. Kal. Febr. Ind. VII. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 834. fol. 206; Theiner Mon. Hung. I. 9. n. 16; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 151; Potthast 500. n. 5681; Horoy H-i opp. omn. II. 608. n. 118.* — « Religiosam vitam. »

1038. — *Laterani 29 Ianuarii.*
« Nycodemo Abbati monasterii sancti Nycolai de Casula eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Iubet ut ab eis regula sancti Basilii observetur, bona et possessiones confirmat, recipitque eos in protectionem. Laterani per manum Ranerii S. R. Ec. Vicecancellarii IIII. Kal. Febr. Ind. VII. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 835. fol. 207; Mss. Vallic. I. 53.* — « Religiosam vitam. »

1039. — *Laterani 29 Ianuarii.*
« Rainaldo abbati monasterii de Pulteriis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Scribit eorum monasterium specialiter ad ius et proprietatem Romanae Ecclesiae pertinere, regulam sancti Benedicti, possessiones et privilegia eisdem confirmat. Laterani per manum Ranerii S. R. Ec. Vicecancellarii IIII. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 843. fol. 209; Cod. Vallic. I. 53.* — « Religiosam vitam. »

1040. — *Laterani 29 Ianuarii.*
« Episcopo Burgensi et Abbati de Rivosicco Cisterciensis ordinis Burgensis diocesis et Assensio Canonico Burgensi. » Vt postulationem archiepiscopi Toletani adimplere curent, quod videlicet de uno ex duobus episcopatibus quos episcopus Conchensis obtinet, alia persona provideatur. Laterani IIII. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 848. fol. 210.* — « Svpplicavit nobis. »

1041. — *Laterani 29 Ianuarii.*
« Priori et capitulo ecclesie sancti Oswaldi de Nostle. » Confirmat eis donationem factam a Io(hanne) rege Angliae de procuratione et advocatione ecclesiae de Bamburḡ, cuius donationis tenor hic habetur insertus. Laterani IIII. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 854. fol. 211; Musaeum Britann. Add. mss. 15351.* — « Ivstis petentivm. »

1042. — *Laterani 30 Ianuarii.*
« Archiepiscopo Terraconensi et eius ac ecclesie Toletane suffraganeis, nec non Burgensi, Abulensi ac Placentino Episcopis, Abbatibus, Prioribus et aliis ecclesiarum Prelatis et fidelibus universis per eorum civitates et dioceses constitutis. » Vt insurgant in Saracenos, eisque nuntiat se pro hoc negotio legationis officium Roderico Toletano archiepiscopo per eorum provincias commisisse. Laterani III. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 844. fol. 209; Mss. Vall. I. 53; fragm. apud Raynaldi Ann. Eccl. 1218. nn. 69-70; cf. Potthast 500. n. 5682; Horoy H-i opp. omn. II. 611. n. 119.* — « Qvemadmodvm in filiis. »

1043. — *Laterani 30 Ianuarii.*
« Roderico Archiepiscopo Toletano. » Scribit, ut iuxta decretum concilii generalis inducat reges et principes Yspaniarum ad pacem, seu saltem ad firmas treguas usque ad quadriennium servandas. Laterani III. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 847. fol. 210; Mss. Vall. I. 53.* — « Cvm in generali concilio. »

1044. — *Laterani 30 Ianuarii.*
« Magistro et Fratribus domus Leprosorum de Lineo. » Eorum personas, domum

in qua divino obsequio mancipati sunt, nec non possessiones suas sub protectione b. Petri et sua recipit. Laterani III. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 858. fol. 211.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

1045. — *Laterani 30 Ianuarii.*

« Archipresbytero de Opte. » Eius personam, possessiones, et beneficia quae habet in Seguntina et Segobiensi dioecesibus, quibus non est cura animarum adnexa, sub protectione b. Petri recipit. Laterani III Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 859. fol. 211.* — « SOLET ANNVERE. »

1046. — *Laterani 30 Ianuarii.*

« Eisdem (Episcopo, Archidiacono et Sacriste Oxomensibus). » Vt in statum pristinum revocent quidquid contra archipresbyterum de Opte, post iter ad Sedem Apostolicam arreptum, attemptatum fuerit. Laterani III. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 861. fol. 212.* — « AD APOSTOLICAM SEDEM. »

1047. — *Laterani 31 Ianuarii.*

« R(oderico) Archiepiscopo Toletano. » Concedit ut in terra, in qua ipse legatus fuit constitutus, beneficia, quae diu vacaverint, possit conferre. Laterani II. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 845. fol. 209; Mss. Vallic. I. 53.* — « LICET CONCESSERIMVS. »

1048. — *Laterani 31 Ianuarii.*

« Roderico Archiepiscopo Toletano. » Permittit ei, ut possit absolvere ab excommunicationis sententia eos qui violentas manus in clericos iniecerunt, dummodo eorum non sit gravis et enormis excessus et ipsi iuxta prudentiam (suam) passis iniuriam satisfaciant competenter: indulget etiam ut dispensare possit cum eis qui fraudem in solutione vicesimae commiserunt, et cum illis qui interim celebraverunt vel promoti fuerunt. Laterani II. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 846. fol. 210.* — « VT OPERVM EXHIBITIONE. »

1049. — *Laterani 31 Ianuarii.*

« Karissimis in Christo filiis illustribus Regibus et Principibus Yspanie universis. » Mandat ut si quae loca e manibus Maurorum extorserint, archiepiscopo Toletano tamquam primati de spiritualibus responderi faciant. Laterani II. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 849. fol. 210.* — « CVM VENERABILIS. »

1050. — *Laterani 31 Ianuarii.*

« Roderico Archiepiscopo Toletano. » Indulget, « ut in Ecclesiis tibi metropolitico iure subiectis pastore vacantibus, tu in conferendis dignitatibus et beneficiis earundem eo iure, cessantibus cuiuslibet contractione et appellatione, fungaris quod ad ipsarum episcopos noscitur pertinere, nisi forsan tempore tanto vacaverint quod earum donatio sit ad Summum Pontificem devoluta. » Laterani II. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 850. fol. 210.* — « QVIA GRATIA DATVR. »

1051. — *Laterani 31 Ianuarii.*

« A. illustri regi Legionensi. » Vt R(oderico) archiepiscopo Toletano obediat tam in movenda guerra (sic) Saracenis, quam in pace inter christicolas observanda. Laterani II. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 851. fol. 210.* — « CERTVM EST. »

1052. — *Laterani 31 Ianuarii.*

« Iohanni Priori sancti Oswaldi de Nostle. » Prohibet, ne ipse eiusque successores aliquem in canonicum suae ecclesiae recipere, vel de beneficiis ad eorum et pauperum substentationem eisdem concessis, absque assensu totius capituli vel maioris ipsius partis disponere aut alicui obligare praesumant

in ipsius ecclesiae praeiudicium. Laterani II. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 855. fol. 211; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « Ex parte dilectorvm. »

1053. — *Laterani 31 Ianuarii.*

« Abbatisse et conventui Sancte Trinitatis de Cadomo. » Vt in monialem liberaliter Agnetem puellam admittant. Laterani II. Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 945. fol. 230.* — « Cvm dilecta. »

Scriptum est super hoc de Cadomo et de Ardena abbatibus et priori de Cadomo Baiocensis dioecesis, ut moneant et inducant abbatissam et conventum ipsum ad recipiendam in monialem dictam Agnetem.

1054. — *Laterani 1 Februarii.*

« Episcopo et Iohanni archidiacono Cameracensibus et abbati Caroliloci Cisterciensis ordinis Silvanectensis diocesis. » Mandat, ut maiorem, iuratos, et communia Suessionensis dioecesis ab excommunicationis et interdicti sententiis absolvant si prius iidem maior, iurati et communia praestabunt vel iam praestiterunt pro excessibus manifestis emendam, et sufficientem pro aliis cautionem. Laterani Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 852. fol. 210.* « Fravs et dolvs. »

1055. — *Laterani 1 Februarii.*

« F(riderico) Regi Sicilie in Romanorum Imperatorem electo. » Remittit ei donationem praepositurae Aquensis, quae in praesens vacat, cum (Engelbertus) praepositus in electum Coloniensem fuerit assumptus, ut eamdem Alatrino subdiacono et papae capellano de suo munere conferat. Laterani Kal. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 865. fol. 213; Mss. Vallic. I. 53; Annal. d. hist. Vereins f. d. Niederrhein IX. (1861) 251; huius epist. argumentum tantum refert Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. II. 921; Potthast 500. n. 5685; Rodenberg Ep. Sel. 34. n. 45.* — « Sicvt in literis. »

1056. — *Laterani 1 Februarii.*

Episcopo Vesprimiensi, qui, postquam abbas monasterii S. Martini de Pannonia iter arripuit ad subsidium Terrae Sanctae, conventum eiusque ecclesias, in sua provincia positas, indebitis exactionibus aggravabat, mandat, ut ab eorum et ecclesiarum dictarum gravaminibus omnino desistat. Laterani Kal. Febr. anno secundo. — *Monum. Hungar. hist. Dipl. VI. 154; Potthast 500. n. 5684; Horoy H-i opp. omn. II. 613. n. 121.* — « Cvm monasteria et. »

1057. — *Laterani 2 Februarii.*

« (Eustachio) Vallis secrete Premonstratensis ordinis Suessionensis diocesis, R(adulfo) sancti Iohannis in Vineis abbatibus et G(uidoni) decano Suessionen. » Mandat ut Erardum de Brena iniuste sibi vindicantem Campaniae comitatum, et Philippam eius uxorem, nec non eorum fautores arctius evitare faciant, sententias excommunicationis et interdicti contra eos singulis festivis diebus, pulsatis campanis, candelis accensis, solemniter publicando. Laterani IIII. Non. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 862. fol. 213; Bouquet Rec. XIX. 651; Teulet Layettes I. 458. n. 1276; cf. Jubainville Comtes de Champagne V. 121. n. 1099; Potthast 500. n. 5686.* — « Cvm olim dilecta. »

1058. — *Laterani 3 Februarii.*

« Archiepiscopis et episcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis et aliis ecclesiarum Prelatis per Lugdunensem, Bisuntinam, Senonensem, Turonensem, Bituricensem, Remensem, Coloniensem et Treverensem provincias constitutis. » Vt in eorum ecclesiis singulis festivis diebus, candelis accensis, publicent excommunicationis sententiam contra Erardum de Brena et Phi-

lippam uxorem suam, ob molestias T(heobaldo) comiti Campaniae illatas, eo quod in terram, quam possidet idem comes, succedere nituntur occasione incestuosae copulae quam mater ipsius Philippae habuit cum Henrico patre eiusdem T(heobaldi), et Papae mandatis contumaces extant. Laterani III. Non. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 862. fol. 212; Bouquet l. c. 649; cf. argum ap. Jubainville l. c. n. 1101; cf. Teulet Layettes I. 460. n. 1277; Potthast 500. n. 5691; Horoy H-i opp. omn. II. 614. n. 122. (2 Februarii).* — « CVM OLIM DILECTA. »

1059. — *Laterani 3 Februarii.*

« Nobilibus viris Ducibus, Comitibus, Baronibus, militibus, et aliis Christi fidelibus per regnum Francie ac Bisuntinam, Treverensem et Coloniensem provincias constitutis. » Vt Erardum de Brena et Philippam eius uxorem eorumque fautores excommunicatos arctius evitent. Laterani III. Non. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 862. fol. 213; Bouquet l. c. 651; cf. Jubainville l. c. n. 1100; Teulet l. c. n. 1278; Potthast 500. n. 5688.* — « CVM OLIM DILECTA. »

1060. — *Laterani 3 Februarii.*

Monasterii S. Thomae de Torcello patrocinium suscipit, eius possessiones ac bona confirmat, multaque ei privilegia impertitur. Laterani III. Non. Februarii Indict. XX. (!) incarnationis dominicae an. 1218. pont. an. II. — *Cornelius Eccles. Venet. X. I. 229; Potthast 500. n. 5690.* — « RELIGIOSAM VITAM PROFESSIS. »

1061. — *Laterani 3 Februarii.*

Compositionem inter Lucam archimandritam de Messana et Bernardum magistrum et fratres domus leprosorum de Cathuna Reghynae dioc. super eisdem domo et ecclesia necnon obedientia a praedictis magistro et fratribus exhibenda factam confirmat. Laterani III. Non. Febr. anno secundo. — *Fragm. apud Pirrum Sicilia sacra 981; Potthast append. 2086. n. 5691a-26011.*

1062. — ... *3 Februarii.*

Raynerio Abbati et conventui Casaemarii super consecratione eiusdem ecclesiae celebranda.— *Clari viri Potthast et Horoy in suis quisque operibus hanc epistolam referunt et ad mensem Iulii 1217. (Potthast 492. n. 5594; Horoy H-i opp. omn. II. 483. n. 11.) et sub hac die 3 Februarii 1218. (Potth. 500. n. 5689; Horoy l. c. 620. n. 123); quum fidem habuissent Rondaninio (Mon. de Casaemario 21), ac Manriquio (Ann. Cisterc. IV. 144). Sed haec notatio diei 3 Februarii 1218 falsa certe putanda est; ecclesia enim Casaemarii iam consecrata apparet die 15 Septembris 1217. Vide in hoc Regesto n. 698. (mense Iulii 1217) et post n. 784. (15 Septembris 1217).* — « SI APVD HEBRAEOS. »

1063. — *Laterani 5 Februarii.*

« Archiepiscopis et Episcopis, et nobilibus viris Turritanis et Gallurensibus Iudicibus aliisque nobilibus per Sardiniam constitutis. » Scribit de privilegiis Vitali archiepiscopo Pisano confirmatis, ut eidem, tamquam Primati et Apostolicae Sedis Legato, debitum honorem et reverentiam profiteantur. Laterani Non. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 869. fol. 215; Mss. Vallicel. I. 53; Vghelli Ital. Sac. III. 425; Cod. Dipl. Sard. I. 333. n. 39; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 31; Potthast 500. n. 5692; Horoy H-i opp. omn. II. 621. n. 124.* — « CVM QVIDAM PREDECESSORES. »

1064. — *Laterani 5 Februarii.*

« Capitulo, Clero et populo Pisanis. » Monet eos de consecrationis munere et palleo quo eorum archiepiscopum decoravit, et quod eum in Turritana, Arborensi et Calaritana provinciis primatem et Ap. Sed. Legatum in Sardinia constituit. Dat. ut supra. (Laterani Non. Febr. anno secundo). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 870. fol. 215; Mss. Val-*

lic. I. 53; Vghelli Ital. Sac. III. 425; Cod. Dipl. Sard. I. 334. n. 41; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 31; Potthast 501. n. 5693. (sine signo chronol.); Horoy H-i opp. omn. II. 621. n. 125. — « QVOD CIRCA ECCLESIAM. »

1065. — *Laterani 5 Februarii.*

« Capitulo Cumano. » Mandat ne, quamdiu magister E. eorum concanonicus in theologica facultate doceat, ad recipiendum alium magistrum compelli possint. Laterani Non. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1254. fol. 280.* — « CVM SICVT VESTRA. »

1066. — *Lugduni (?) 5 Februarii.*

Aufert consuetudinem quae in civitate Viennensi conspiratione monialium S. Andreae ac quorumdam clericorum Viennensium inoleverat, quod nullus permitteretur apud alienam ecclesiam eligere sepulturam cum effectu a rectoribus ecclesiarum dictae civitatis, nisi vivens pedes vel eques ad eandem ecclesiam accessisset; sed salvis iuribus parochialibus. Lugduni (?) Nonis Febr. anno secundo. — *I. a Bosco Biblioth. Floriacens. Laev. xyst. 103; Potthast 501. n. 5694.*

1067. — *Laterani 6 Februarii.*

« Archiepiscopo et Canonicis Eboracensibus. » Ad exemplar Alexandri et Innocentii Romanorum Pontificum mandat ne in provincia Cantuariensis ecclesiae crucem deferre ullatenus praesumant. Laterani VIII. Id. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 863. fol. 213; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « DECET PRVDENTIAM. »

1068. — *Laterani 6 Februarii.*

« Abbati et Conventui Pulteriarum. » Prohibet ne eorum vassalli possessiones monasterii, praeter ipsorum assensum, alienare possint. Laterani VIII. Id. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 876. fol. 217.* — « EX PARTE VESTRA. »

1069. — *Laterani 6 Februarii.*

« Eisdem (Priori et Conventui Compendiensibus). » Indulget ut decimas novalium existentium infra terminos in quibus veteres decimas hactenus perceperunt, eis liceat percipere. Laterani VIII. Id. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 878. fol. 217; Horoy H-i opp. omn. II. 621. n. 126.* — « SOLET ANNVERE. »

1070. — *Laterani 8 Februarii.*

« Archiepiscopo et Capitulo Nycosiensibus. » Vt iuxta aliud Papae mandatum Adam pauperi acolyto in praebendali beneficio providere curent. Laterani VI. Id. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 866. fol. 213.* — « SI MEDITATIONEM. »

In eund. modum scriptum est Nazarensi archiepiscopo, episcopo et priori Dominici Sepulchri Acconensibus ut praedictos archiepiscopum et capitulum ad praedicta compellant.

1071. — *Laterani 8 Februarii.*

« Vitali Pisano Archiepiscopo, eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. » Confirmat primatum in Turritana, Calaritana et Arborensi provinciis, item legationis dignitatem in Sardinia, quae privilegia Vrbanus II aliique Romani Pontifices ecclesiae Pisanae concesserant: denique, ut Pisana civitas, quae inimicorum christiani nominis urbes plurimas subiugavit, amplius honoretur, equo albo cum nacco albo in processionibus utendi, et crucem, vexillum scilicet dominicum, per subiectas illis provincias portandi ipsi archiepiscopo facultatem concedit. Laterani per manum Ranerii Sancte Rom. Eccl. Vicecancellarii VI. Id. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 868. fol. 214; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 30; Cod. Dipl. Sard. I. 333. not. (omissis initio et fine); Matthaeius Eccl. Pisana I. app. 81; Potthast 501. n. 5695; Horoy H-i opp. omn. II. 622. n. 127.* — « SI SVA CVIQVE. »

1072. — ... *8 Februarii.*
Praeposito Marturensi et Archipresbytero de Colle Florentinae et Vulteranae dioecesis nuntiat se recepisse sub protectione crucesignatos de Podiobonizi: idcirco curent ut eorum bona integra conserventur donec de ipsorum reditu vel obitu certissime cognoscatur. — *Archivio di Firenze, Diplomatico. Pergamena origin.; Müller Giuseppe. Documenti sulle relazioni delle città toscane. pag. 92. n. 60.* — — « CVM DILECTOS FILIOS. »

1073. — *Laterani 9 Februarii.*
« Abbati et conventui sancti Symphoriani Metensis. » Confirmat ecclesiam sancti Stephani de Areies cum omnibus pertinentiis suis, a Metensi episcopo imperialis aulae cancellario, Elfonis Metensis archidiaconi, in cuius archidiaconatu eadem consistit ecclesia interveniente consensu, ipsis pia liberalitate collatam. Laterani V. Id. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 871. fol. 215; Horoy H-i opp. omn. II. 623. n. 129.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

1074. — *Laterani 9 Februarii.*
« Archiepiscopo Ianuensi. » Mandat ut si A. marchio Massae post denuntiationem suam noluerit satisfactionem a Ianuensibus promissam acceptare, sufficienti ab ipsis Ianuensibus cautione recepta quod eidem satisfaciant et Veltrem ipsius socerum iam restituerint vel restituant pristinae libertati, O. potestati Ianuensi beneficium absolutionis impendat. Laterani V. Id. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 875. fol. 217.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

1075. — *Laterani 9 Februarii.*
« Priori et conventui Compendiensibus. » Prohibet « ne aliquis archiepiscoporum vel episcoporum, seu alia persona ecclesiastica, ministeriales seu servientes monasterii vestri, in ipsius obsequiis insistentes, interdicere vel excommunicare presumat, quamdiu vos parati estis de illis in curia vestra cuilibet conquerenti iustitie plenitudinem exhibere, nisi forsan excessus sit adeo manifestus quod inficiationis locus nullus existat. » Laterani V. Id. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 877. fol. 217; Horoy H-i opp. omn. II. 624. n. 130.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

1076. — *Laterani 9 Februarii.*
« Decano Silvanectensi, Cantori Noviomensi et Priori sancti Nicolai in Bosco Suessionensis diocesis. » Iniungit ut inquirant super electionem Alberti monachi monasterii Compendiensis, quam si canonicam invenerint, confirment, eique usum mitrae et annuli personaliter concedant. Laterani V. Id. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 879. fol. 217; Horoy H-i opp. omn. II. 624. n. 131.* — « CVM VOBIS NOSTRIS. »

1077. — *Laterani 9 Februarii.*
Archiepiscopis et episcopis in quorum dioecesibus sunt domus Carthusiensis ordinis constitutae mandat, compellat quilibet eorum parochianos suos, qui fratres eiusdem ordinis praesumpserint molestare, ut super hoc eis debitam satisfactionem impendant; et inhibet ne quis priores vel fratres ordinis memorati subire compellat calumniae iuramentum, vel ad ferendum testimonium cogat. Laterani V. Id. Febr. anno secundo. — *Cherubini Bullar. I. 80; Bull. Rom. ed. Thaur. III. 337; Bullar. magn. III. 195; Tromby Storia V. app. 72. n. 59; Potthast 501. n. 5696; Horoy H-i opp. omn. II. 622. n. 128.* — « CVM DILECTI FILII. »

1078. — *Laterani 10 Februarii.*
« Abbati sancti Petri de Aslancia Burgensis diocesis. » Concedit ei usum mitrae in praecipuis solemnitatibus, processionibus et synodis. Laterani IIII. Id. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 874. fol. 216; Mss. Vallic. I. 53.* — « AD DECOREM DOMVS. »

1079. — *Laterani 10 Februarii.*

« Magistro Laurentio de sancto Nycolao. » Rogatu G(ualae) tituli sancti Martini Presbyteri Cardinalis Apost. Sedis Legati confirmat ei ecclesiam de Tirinctoñ ad quam ab Elyensi episcopo praesentatus fuit. Laterani IIII. Idus Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 901. fol. 221; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « Dilectvs filivs. »

1080. — *Laterani 10 Februarii.*

« Magistro Azzoni scriptori nostro. » Confirmat dispensationem a G(uala) tituli sancti Martini presbytero Card. Apost. Sedis Legato in Anglia super Winthgeham et de Stanopl̄. ecclesiis ipsi factam, attentis laboribus quos, eidem Legato mancipatus obsequiis pertulit. Laterani IIII. Id. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 902. fol. 221.* — « Attendentes angvstias. »

1081. — *Laterani 10 Februarii.*

Priori et fratribus S. Bartholomaei de Trisulto Cartusien. ordinis concessionem usus pascuorum a via Alatrina ad scrimam de Campovano etc. quam eis consules Quarcinates in praesentia Stephani basilicae XII. Apostolorum presbyteri Cardinalis fecerant, confirmat. Laterani IV. Idus Februarii anno secundo. — *Liverani Spicilegium Liberianum 723. n. 17; Potthast 501. n. 5697: Horoy H-i opp. omn. II 625. n. 132.* — « Ivstis petentivm. »

1082. — *Laterani 11 Februarii.*

« Archiepiscopis et Episcopis, Abbatibus, Prioribus et aliis ecclesiarum Prelatis ad quos littere iste pervenerint. » Vt fratres ordinis Praedicatorum habeant commendatos. Laterani III. Id. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 897. fol. 221; Mss. Vallic. I. 53; Ripolli Bull. Ord. Praed. I. 8. n. 9. (sub die 15 Novembris 1219); Horoy H-i opp. omn. II. 626. n. 133.* — « Si personas religiosas. »

1083. — *Laterani 11 Februarii.*

« (Guillelmo) Clarevallensi, (Guidoni) Morimontensi et (Herveo) beate Marie de Burgo Medio Blesensi Abbatibus Lingonensis et Carnotensis (*in e. l.* Cameracensis) diocesum. » Dolore se, ait, affici, quod cum regnum Franciae prius prae caeteris mundi regnis ecclesiasticam libertatem et ecclesias ac ministros earum in suis immunitatibus defenderet, nunc, peccatis exigentibus, aurum suum conversum sit in schoriam: narratis iniuriis quas Anitiensi, Suessionensi et Ambianensi episcopis et eorum clericis et ecclesiis filii non privigni irrogarunt, ac praesertim exposita tyramnide qua Iohannes miles de Aurelianis cum suis complicibus usus fuit in (Manassem) episcopum Aurelianensem eiusque ecclesias, presbyteros et ministros, eos monet ut inducant (Philippum) regem Francorum praefato episcopo et ecclesiae suae canonicis, presbyteris, clericis eorumque rebus securitatem praestare. Laterani III. Id. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 906. fol. 222; Manrique Ann. Cist. IV. 125; Bouquet Rec. XIX. n. 653; Potthast 501. n. 5699; Horoy H-i opp. omn. II. 629. n. 135.* — « Svscepti cvra regiminis. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est eidem regi.

1084. — *Laterani 11 Februarii.*

« Clarevallensi, Morimontensi et beate Marie de Burgomedio Blesensi abbatibus Lingonensis et Carnotensis diocesum. » Vt inducant (Philippum) regem Francorum ad restituendum (Manassi) episcopo Aurelianensi castrum Soliacum, quod idem episcopus tradidit praedicto regi, donec quibusdam mercatoribus esset satisfactum. Laterani III. Idus Februarii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 907. fol. 223; Manrique l. c. 124; Bouquet l. c. 652; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 58; Potthast 501. n. 5698; Horoy H-i opp. omn.*

II. 627. n. 134. — « Oblata nobis venerabilis. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum eidem regi.

1085. — *Laterani 11 Februarii.*

« (Petro) Archiepiscopo Senonensi, nec non Parisiensi, Autisiodorensi, Trecensi, Meldensi et Nivernensi Episcopis et Decano et Capitulo Carnotensibus. » Scribit eis super iniurias in (Manassem) Aurelianensem episcopum a Iohanne milite de Aurelianis, Herberto fratre eius aliisque eorum complicibus illatas; quapropter se in eosdem et in terram eorum interdicti et excommunicationis sententias promulgasse: mandat ut easdem sententias, per universas ecclesias suarum dioecesum, singulis diebus dominicis etc. pulsatis campanis etc. innovent. Laterani III. Id. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 910. fol. 224: epist. 1043[2]. fol. 248; Bouquet Rec. XIX. 656; Potthast 501. n. 5700; Horoy H-i opp. omn. II. 633. n. 136.* — « Invalescens diei malitia. »

1086. — *Laterani 12 Februarii.*

« Lucano Episcopo. » Mandat ut sibi dirigat responsalem cum munimentis et actis quae respiciunt controversiam inter ipsum et abbatem et conventum sancti Benedicti supra Padum ortam « occasione cuiusdam processus quem contra Priorem sancti Bartholomei civitatis Lucane super obedientia et reverentia, et quibusdam aliis pro parte tua in preiudicium monasterii sui dicti monachi factum fuisse dicebant per priorem sancti Petri Maioris. » Laterani II. Id. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 886. fol. 218.* — « Orta controversia. »

1087. — *Laterani 12 Februarii.*

« Priori et Conventui canonicorum ecclesie sancte Trinitatis Londoniensis. » Eorum personas, domum, possessiones, ac specialiter ecclesiam de Brackinges sub protectione suscipit. Laterani II. Idus Februarii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 888. fol. 219; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « Sacrosancta romana ecclesia. »

1088. — *Laterani 12 Februarii.*

« Preposito sancti Petri et magistro Th. Canonico sancti Dionisii Leodiensibus. » Iniungit, ne super executione sententiae pro comite Waltravo prolatae contra comitem Namucensem molestent abbatem et conventum monasterii Floresiensis, quod in terra praedicti comitis Namucensis est fundatum. Laterani II. Id. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 890. fol. 219.* — « Dilecti filii. »

1089. — *Laterani 12 Februarii.*

« Capitulo Placentino. » Vt (vicedominum Cossadocae) eius ecclesiae electum propriis pāpae manibus consecratum in episcopum recipiant. Laterani II. Id. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 891. fol. 219; Mss. Vallicel. I. 53; Campi Hist. di Piacenza II. 116; Potthast 501. n. 5701; Horoy H-i opp. omn. II. 637. n. 137.* — « Venientem ad apostolicam. »

1090. — *Laterani 13 Februarii.*

« Archiepiscopo Neopatrensi, Priori sancti Demetrii Thessalonicensis et Procuratori episcopatus Dimicensis. » Mandat, ut decidant causam inter episcopum Cardicensem et fratres sancti Iohannis Ierosolimitani « super eo quod iidem fratres castrum Cardicense et alia bona sui episcopatus illicite detinebant » iuxta litteras Innocentii PP. (III) quae incipiunt, « Lacrimabilem, » quas ad verbum refert. Laterani Idibus Februarii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 894. fol. 220.* — « Cvm bone memorie. »

1091. — *Laterani 13 Februarii.*
« Episcopo Acerrarum (*in e. l.* Acherrarum), Abbati et fratri Henrico monaco Fossenove. » Graviter dolet de M. abbate sancti Laurentii de Aversa, quem dicunt totum dissolutum, immo liquatum in carnis operibus, et abominationes innumeras perpetrasse et in domo Domini scelera multa facere, quae nec sine pudore referri nec sine horrore possunt audiri: eos monet ut in eum inquirant. Laterani Idib. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 895. fol. 220; cf. argum. apud Manrique Ann. Cist. IV. 138. et ap. Potthast 502. n. 5703; Horoy H-i opp. omn. II. 638. n. 139.* — « Bos cognovit. »

1092. — *Laterani 13 Februarii.*
« Archiepiscopo Brundusino et Abbati de Neretono Idrontine diocesis. » Vt inquirant et statuant de Hieronimo quondam abbate monasterii sancti Andreae minoris insulae Tarenti, qui a Tarentino archiepiscopo loci dioecesano ab administratione amotus fuerat utpote infamatus « quod bona eiusdem prodigaliter dissipans et incontinenter vivens abdicasset impudenter observantiam regularem. » Laterani Idib. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 896. fol. 220.* — « Dilecti filii. »

1093. — *Laterani 13 Februarii.*
« (Guillelmo) Episcopo Andegavensi et (Lucae) Abbati de Burgolio Andegavensis diocesis. » Mandat ut in quadam causa inter Burdegalensem et Bituricensem archiepiscopos super primatus iure in utraque Aquitania provincia in irritum revocent quidquid post appellationem attemptatum fuit, et in eodem negotio procedant iuxta mandatum Innocentii PP. quem ait « abbati Maioris Monasterii Turonensis olim dedisse litteras in mandatis, ut testes senes et valetudinarios, quos ven. frater noster Bituricensis archiepiscopus vellet producere contra ipsum, sic reciperet, quod nulli fieret preiudicium et gravamen. » Laterani Idib. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 928. fol. 227; Bouquet Rec. XIX. 655; Potthast 501. n. 5702; Horoy H-i opp. omn. II. 637. n. 138.* — « Transmissa nobis venerabilis. »

1094. — *Laterani 13 Februarii.*
« Capitulo Sydonensi. » Mandat ut episcopales proventus, quos usque ad adventum Legati Apost. Sedis perceperunt, archiepiscopo Tyrensi eorum metropolitano resignent, ad quem cura eorum ecclesiae vacantis interim commissa fuit. Laterani Idib. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 962. fol. 234.* — « Cvm cvram ecclesie. »

1095. — *Laterani 13 Februarii.*
« Rogerio Canonico Cumano. » Apostolicam protectionem concedit, eiusque bona ac praesertim canonicatum et praebendam in ecclesia Cumana ei confirmat. Laterani Id. Febr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1253. fol. 280.* — « Cvm a nobis. »

1096. — *Laterani 14 Februarii.*
« Episcopo Placentino. » Concedit ut ad utilitatem ipsius ecclesiae, cum consilio tamen fratrum suorum, collocare, permutare, affictare possessiones ac etiam mutuare et alias utiliter administrare possit. Laterani XVI. Kal. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 890. fol. 219.* — « Svpplicasti nobis. »

1097. — *Laterani 14 Februarii.*
« H(erveo) Episcopo, Cantori et G. Archidiacono Trecensibus. » Dolet de gravibus excessibus commissis in (Manassem) episcopum Aurelianensem a Iohanne milite de Aurelianis, qui, cum pro suis delictis ab eodem fuisset excommunicationis mucrone percussus, tamquam vesaniae spiritu excitatus in ecclesias et ministros earum coepit

crudeliter debacchari, presbyteros qui latam in eum denunciabant sententiam a vecturis eiecit, equos et bona abstulit, manus sacrilegas in res episcopales extendit, ipsius episcopi domum de Astrepeto et capellam per suos satellites violenter infregit et non modicam partem bonorum quae inventa fuerunt ibidem hostiliter dissipavit etc. mandat, ut in praedictum Iohannem de Aurelianis eiusque complices interdicti sententiam solemniter publicent eosque compellant praedicto episcopo de damnis et iniuriis congrue satisfacere. Laterani XVI. Kal. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. ep. 910. fol. 223; Bouquet Rec. XIX. 655; Potthast 502. n. 5704.* — « Invalescens diei malitia. »

1098. — *Laterani 15 Februarii.*

« Henrico Illustri regi Anglie. » Vt non miretur si eius adolescentiam saepius moneat, eumque rogat ut concessionem ecclesiae sanctae Mariae de Salopesbiry a I(ohanne) patre suo monasterio de Lisleshulia, factam ratam habeat. Laterani XV. Kal. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 892. fol. 219; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « Qvoniam imbeccillis. »

1099. — *Laterani 15 Februarii.*

« Gerardo Electo Tullensi. » Indulget ut ad quinquennium, et deinceps quamdiu Papae placuerit, retinere possit proventus beneficiorum quae ante suam electionem canonice possidebat. Laterani XV. Kal. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 889. fol. 279; Horoy H-i opp. omn. II. 645. n. 146. (25. Febr.).* — « Cvm ex inivncto. »

1100. — *Laterani 15 Februarii.*

« (Conrado) Episcopo et sancti Emmerammi Ratisponensis et de Wallerbach Cisterciensis Ordinis Ratisponensis diocesis Abbatibus. » Vt observari faciant in dioecesi Pragensi interdictum ab (Andrea) Pragensi episcopo promulgatum, et demum auctoritate apostolica confirmatum, non obstante relaxatione (Sigfridi) Maguntini archiepiscopi. Laterani XV. Kal. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 919. fol. 226; Würdtwein Nova subs. III. 59; Boczek Cod. Dipl. Morav. II. 97; cf. Palacky Reise 21. n. 60; Erben Reg. Bohem. I. 276. n. 587; Deutinger Beyträge II. 158. n. 68; Potthast 502. n. 5706; Rodenberg Ep. Sel. 36. n. 47.* — « Presentivm vobis. »

1101. — *Laterani 15 Februarii.*

« Eisdem » (et Wualsasensi Cisterc. ord. abbati *Manrique*). Mandat ut inquirant et referant, « qui percipiant fructus, vel procuratores existant bonorum episcopatus Pragensis, et utrum karissimus in Christo filius noster Boemie rex illustris absente Pragensi episcopo ordinavit et ordinari fecerit procuratores eosdem, vel si regis habeant familiaritatem ipsius et utrum etiam occasione more, quam facit apud Sedem Apostolicam, Ecclesiis sue diocesis et bonis earum immineat dispendium et gravamen, vel si exactionibus aggraventur, et an nuntii eiusdem Episcopi prohibeantur intrare libere et exire. » Laterani XV. Kal. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 920². fol. 226; Manrique Ann. Cist. IV. 142; Boczek l. c. 98. n. 86; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 42; Palacky l. c. n. 61; Erben l. c. n. 588; Deutinger l. c. n. 70; Potthast 502. n. 5705; Horoy H-i opp. omn. II. 639. n. 140; Rodenberg Ep. Sel. 35. n. 46.* — « Presentivm vobis. »

1102. — *Laterani 16 Februarii.*

« Eisdem. » Mandat ut ad Apostolicam Sedem ab officio beneficioque suspensos transmittant illos ecclesiae Pragensis canonicos qui auctoritate propria interdictum a Pragensi episcopo in sua dioecesi promulgatum relaxarunt, priusquam archiepiscopus Maguntinus relaxationem generalem facere praesumpsisset. Laterani XIIII. Kal.

Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 920. fol. 226; Manrique l. c. 141; Würdtwein l. c. 60; Boczek l. c. II. 99; cf. Palacky l. c. n. 62; Deutinger l. c. n. 69; Erben l. c. n. 589; Potthast 502. n. 5707; Horoy H-i opp. omn. II. 639. n. 141; Roden. Ep. Sel. 36. n. 47.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

1103. — *Laterani 17 Februarii.*

« Preposito et Capitulo ecclesie Insulensis. » Mandat ut Nicolaus presbyter praebendam retineat quae fuit magistri Danielis de Gandavo, et Petrus clericus cancellariae Papae canonicatum habeat: praebendam primo vacaturam sibi reservat. Laterani XIII. Kal. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 931. fol. 228.* — « CVM OLIM ECCLESIE. »

1104. — *Laterani 18 Februarii.*

« Archiepiscopo Neapolitano. » Remittit ei negotium ecclesiae Casertanae, iniungens ut « testes quos tam electus quam alii duxerint producendos, salvis exceptionibus discutiendis tempore competenti, recipias et examines diligenter. » Laterani XII. Kal. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 898. fol. 221.* — « ECCE AD TE. »

1105. — *Laterani 20 Februarii.*

« Saresbiriensi Episcopo. » Mandat ut exhibeat Cantuariensi archiepiscopo eam professionem, obedientiam et reverentiam quae a praedecessoribus suis consuevit illi eiusque praedecessoribus exhiberi. Laterani X. Kal. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 1. epist. 903. fol. 221; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « CVM IN ABSENTIA. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est Cicestrensi, Wigorniensi, Herefordensi et Wintoniensi Episcopis.

1106. — *Laterani 20 Februarii.*

« Episcopo Tornacensi. » Iniungit, ut magistro Radulpho de Bancigni rectori ecclesiae sancti Britii qui in cancellaria apostolica obsequiis insudavit, aliquod beneficium suae dioecesis conferat. Laterani X. Kalendas Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 921. fol. 226; Horoy H-i opp. omn. II. 640. n. 142; Rodenberg Ep. Sel. 36. n. 48.* — « SEDES APOSTOLICA. »

1107. — *Laterani 21 Februarii.*

« Episcopo et Capitulo Vivariensibus. » Mandat ut P. Antiochenum archidiaconum tamquam eorum canonicum de omnibus iuribus respondentibus fraterna charitate tractent. Laterani VIIII. Kal. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 899. fol. 221; Horoy H-i opp. omn. II. 641. n. 143.* — « PRESENTATE NOBIS. »

1108. — *Laterani 21 Februarii.*

« Clericis ecclesie sanctorum Laurentii et Damasi de Vrbe. » Privilegium suum et aliud Vrbani PP. III. revocat, et mandat ut capellani et clerici eorum parrochiae ipsis in consuetis rationibus respondeant, quas ipsa ecclesia habuit ante impetrationem dictorum privilegiornm. Laterani VIIII. Kalendas Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 908. fol. 223.* — « CVM OCCASIONE. »

1109. — *Laterani 23 Februarii.*

« Preposito et Decano et Capitulo Suessionensibus. » Eorum ecclesiam, personas et bona sub protectione recipit, eisque libertates et immunitates confirmat quas Ludowicus et Ludowicus et Philippus reges Franciae, nec non Samson, Henricus et Willelmus archiepiscopi Remenses, et Goslenus, Anculfus, Hugo, Nivelo et Hamardus episcopi Suessionenses eisdem concesserunt. Laterani VII. Kal. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 913. fol. 225; Horoy H-i opp. omn. II. 641. n. 144.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

1110. — *Laterani 23 Februarii.*

« Archiepiscopo Magdeburgensi et Episcopis per Magdeburgensem provinciam constitutis. » Vt colligant vicesimam ecclesiasticorum proventuum a clericis, iuxta concilii generalis decretum, in subsidium Terrae Sanctae. Laterani VII. Kal. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 925. fol. 227; Rodenberg Ep. Sel. 37. n. 49.* — « APPROBANTE GENERALI CONCILIO. »

1111. — *Laterani 23 Februarii.*

« Electo Mediolanensi et Pergamensi Episcopo. » Vt ipse electus Romam veniat pro sua consecratione et metropoliticam dignitatem recepturus, qua Mediolanensis civitas fuerat propter interdicti sententiam privata. Laterani VII. Kal. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 927. fol. 227.* — « LICET ECCLESIA. »

1112. — *Laterani 24 Februarii.*

« Archiepiscopo Toletano. » Concedit ut investiat de archidiaconatu Secobiensi Girardum nepotem episcopi Secobiensis, ei ab eodem Secobiensi episcopo collato, non obstante quod idem archidiaconatus ante collationem tanto tempore vacasset, ut ad Apostolicam Sedem eius donatio esset devoluta. Laterani VI. Kal. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 909. fol. 223.* — « CVM PER DEPOSITIONES. »

1113. — *Laterani 24 Februarii.*

« Episcopo Castoriensi. » Eius ecclesiae penuriae consulens indulget, « ut Abilonensem ecclesiam a qua Davaliensis episcopus per felicis recordationis I(nnocentium) PP. predecessorem nostrum fuit sententialiter amotus et adhuc per recommendationem venerab. fratris nostri Patriarche Constantinopolitani eamdem detinet occupatam, eiusdem Patriarche litteris super hoc confectis non obstantibus, usque ad tempus revocationis nostre cum tua tibi liceat retinere. » Laterani VI. Kal. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 923. fol. 227.* — « SICVT PROPTER INTRINSICAM. »

1114. — *Laterani 24 Februarii.*

« Episcopo Cesaraugustano. » Indulget ut, habito prioris et maioris et sanioris partis capituli mero consensu, plures instituat in sua ecclesia canonicos prout eius expetunt facultates. Laterani VI. Kal. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 929. fol. 228.* — « TVA NOBIS FRATERNITAS. »

1115. — *Laterani 24 Februarii.*

« Archiepiscopo Terraconensi (*al.* Tarraconensi), de Verola et de Petra Abbatibus Tyrasonensis diocesis. » Vt accedant ad ecclesiam Caesaraugustanam, ubi, referente Caesaraugustano episcopo, plures regulares canonici regularem observantiam abdicarunt, eisque praecipit ut eamdem reforment. Laterani VI. Kal. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 930. fol. 228; cf. Manrique Annal. Cisterc. IV. 139; Potthast 502. n. 5708.* — « VENERABILI FRATRE NOSTRO. »

1116. — *Laterani 24 Februarii.*

« Archiepiscopo Toletano et Episcopis tam exemptis quam aliis in Toletana provincia. » Vt colligant vicesimam, et summam quam collegerint ad Papam scribant, « ut ea re cognita, Legato ad partes Ierosolimitanas ituro cautius iniungere valeamus qualiter habere se debeat in inveniendo numero galearum et aliis faciendis quae pertinent ad negotium Terrae Sanctae. » Laterani VI. Kal. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 937. fol. 229.* — « APPROBANTE GENERALI CONCILIO. »

1117. — *Laterani 25 Februarii.*

« S(tephano) Cantuariensi archiepiscopo Sancte Romane Ecclesie Cardinali. » Mandat ut despenset cum magistro Aaron ca-

pellano et clerico ipsius archiepiscopi ad retinendam capellam sancti Nicolay de Sevenack, licet quamdam aliam eidem contulerit. Laterani V. Kal. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 905. fol. 222.* — « Dilectvs filivs. »

1118. — *Laterani 25 Februarii.*

« R. de Cramelis et Cantori Suessionensibus. » Eius personam cum omnibus bonis sub protectionem beati Petri recipit, eique cantoriam ecclesiae Suessionensis cum altari de Novavilla et redditibus aliis confirmat. Laterani V. Kal. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 912. fol. 225; Horoy H-i opp. omn. II. 646. n. 147.* — « Cvm a nobis petitvr. »

1119. — *Laterani 25 Februarii.*

« Abbati et Conventui monasterii Aquevive de ordine Floris. » Confirmat concessionem eis factam a Roberto Catacensi episcopo de ecclesia sanctorum Trium Puerorum desolata, eorum monasterio vicina, quae quondam Graecorum fuit monasterium: instrumentum eiusdem episcopi a canonicis sui capituli firmatum anno 1217 mense Augusti refert. Laterani V. Kal. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 915. fol. 225; Vghelli Ital. Sacr. IX. 368; Potthast 502. n. 5709; Horoy H-i opp. omn. II. 642. n. 145.* — « Cvm venerabilis frater. »

1120. — *Laterani 26 Februarii.*

« Episcopo, Archipresbytero, et magistro Hugoni Vrsici canonico Lucanis. » Mandat, ut compellant sancti Pontiani Lucani, et de Catignano, et de Sexto Lucanae dioecesis abbates et praepositum sancti Georgii Lucani, ut de suarum ecclesiarum vicesima, quam habent, quibusdam militibus Lucanis usque ad quantitatem in literis (Hugolini) Hostiensis episcopi quondam Apost. Sedis Legati in partibus Tusciae comprehensam provideant, ut commode vota sua in subsidium Terrae Sanctae exequi possint. Laterani IIII. Kal. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 900. fol. 221.* — « Cvm in Lvcana civitate. »

1121. — *Laterani 26 Februarii.*

« Episcopo Vicensi. » Iniungit, compellat procuratorem episcopi Gerundensis ut Petro scriptori Papae de subtractione trecentorum solidorum Barchinonensis monetae sui beneficii satisfaciat. Laterani IIII. Kal. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 951. fol. 231.* — « Nos qvi svmvs. »

1122. — *Laterani 27 Februarii.*

« Lugdunensi Archiepiscopo. » Vt Lugdunensem archidiaconum deponat qui, praeter alios enormes excessus, haereticos etiam defendere ausus fuerat. Laterani III. Kal. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 911. fol. 224; Horoy H-i opp. omn. II. 647. n. 148.* — « Sicvt tve ac dilecti. »

1123. — *Laterani 27 Februarii.*

« Thebano et Sidoniensi Decanis et magistro W. de Insula Canonico Thebano. » Vt episcopum Castoriensem in possessionem inducant Abilonensis ecclesiae, eumque in eadem defendant. Laterani III. Kal. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 923. fol. 227.* — « Sicvt propter intrinsecam. »

1124. — *Laterani 28 Februarii.*

« Archiepiscopo Dublinensi Apost. Sedis Legato. » Significat, se negotium electorum Artfertensis et Leoniensis ecclesiarum, in quibus post electionem officialis Cassellensis archiepiscopi quosdam per potentiam laicalem intrusos fecerat in earum episcopos, reclamantibus earumdem capitulis, consecrari, quibusdam commissariis examinandum tradidisse. Laterani II. Kal. Martii anno

secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 914. fol. 225; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Theiner Mon. Hiber. 5. n. 11; Potthast 502. n. 5710; Horoy H-i opp. omn. II. 648. n. 149.* — « LITTERAS FRATERNITATIS TVE. »

1125. — *Laterani 1 Martii.*

« Clero tam civitatis quam diocesis Brixiensis. » Deplorat conspirationem quam plures cum abbate sancti Faustini, T. Maioris ecclesiae, sancti Petri in Oliveto et sancti Iohannis de Foris praepositis et Blanco presbytero Brixiensi iuramento firmaverant, et congregationis nomine palliare nitebantur, in (Norandini) episcopi Veronensis praeiudicium et elusionem episcopalis iurisdictionis initam; praecipit ut cum ab ipso episcopo fuerint requisiti ad ecclesiam Brixiensem accedant, eique iurent se eius mandatis esse obsequuturos. Laterani Kal. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 922. fol. 226; Biancolini Serie dei Vescovi di Verona 84. n. 9; Potthast 502. n. 5711.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

1126. — *Laterani 2 Martii.*

« Abbati et Conventui monasterii Sancti Andree de Insula Brundusina. » Recipit eos eorumque monasterium in protectionem, propter quod imponit eidem monasterio censum unius obuli aurei singulis annis persolvendum. Laterani VI Non. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 918. fol. 226.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

1127. — *Laterani 3 Martii.*

« Ebredunensi Archiepiscopo, Abbati et Priori Sancti Rufi Valentinis. » Iniungit, ut instituant P. clericum Valentinum in unum de canonicatibus vacantibus, dummodo ad illud obtinendum idoneus reperiatur. Laterani V. Non. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 916. fol. 226.* — « DILECTVS FILIVS. »

1128. — *Laterani 3 Martii.*

« (Roberto) Episcopo Vesprimensi. » Mandat, ut prior et conventus sancti Martini de Pannonia supplicantes ut compositio inter eos et abbatem eiusdem monasterii, mediante Innocentio Papa praedecessore inita revocaretur, usque ad festum omnium sanctorum proximum cum ipsa compositione se apostolico conspectui repraesentent. Laterani V. Non. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 924. fol. 227; Fejér Cod. Dipl. III. 1. 258; Theiner Mon. Hung. I. 11. n. 17; Potthast 503. n. 5713; Horoy H-i opp. omn. II. 651. n. 151.* — « DILECTI FILII PRIOR. »

1129. — *Laterani 3 Martii.*

« Consulibus, Consiliariis et Populo Placentinis. » Dolet quod populus Bobiensis possessiones et redditus Bobiensis ecclesiae, cuius tam temporali quam spirituali iurisdictioni subiacere noscuntur, iam per triennium, abrupto fidelitatis vinculo et cura salutis suae posthabita, detineant: (Vbertum) ipsius episcopum, pastorem et dominum suum exulare cogant, nec excommunicati adhuc ad poenitentiam reversi sint; mandat ne cum iisdem in huiusmodi duritia persistentibus commercium vel contractum faciant, nec regimen ipsius loci ab aliquo civium aut subditorum eorum recipi permittant. Laterani V. Non. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 953. fol. 232; Vghelli It. sac. IV. 940; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 32; Potthast 502. n. 5712; Horoy H-i opp. omn. II. 649. n. 150.* — « INDVRATVM EST COR. »

1130. — *Laterani 4 Martii.*

« Abbati Stirpensi et eiusdem loci et de Exidolio Prioribus Lemovicensis diocesis. » Iniungit, ut interdicti sententiam relaxent capitulo sancti Iuniani Lemovicensis dioecesis, recepta iuratoria cautione a singulis eiusdem capituli eligendi in canonicum Pe-

trum Barbae; quod si forte recusaverint, in eorum ecclesiam pristinam reducant sententiam et iuramenti transgressionem puniant; addit, ut eodem clerico recepto, eligendi praepositum iuxta eorum ecclesiae consuetudinem facultatem eisdem concedant. Laterani IIII. Non. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 917. fol. 226; Decret. Honorii III. lib. I. tit. 5.* De elect. *cap. 2. ed. Cironius 33; Potthast 664. n. 7715. (absque signo chronol.); Horoy H-i opp. omn. II. 652. n. 153.* — « Cvm bone memorie. »

1131. — *Laterani 4 Martii.*

« (Roberto) Episcopo Olomucensi. » Mandat ut in Pragensi dioecesi in ecclesiis Cisterciensium et Praemostratensium ordinum, Hospitalariorum et omnium tam exemptorum quam non exemptorum interdictum ab (Andrea) Pragensi episcopo latum, non obstante relaxatione (Sigfridi) Maguntini archiepiscopi, observari faciat. Laterani IIII. Non. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 919. fol. 226; Würdtwein Nova subs. III. 58; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 99. n. 88; cf. Palacky Reise 21. n. 63; Erben Reg. Bohem. I. 277. n. 590; Potthast 503. n. 5714; Horoy H-i opp. omn. II. 652. n. 152; Rodenberg Ep. Sel. 37. n. 50.* — « Presentivm tibi avctoritate. »

1132. — *Laterani 4 Martii.*

« Preposito et Magistro G(alfrido) et R(icardo) de Lauduno canonicis Remensibus. » Mandat, ut terminent causam inter archidiaconum Suessionensem ex parte una, et capitulum sancti Petri Suessionensis ex altera super iurisdictione quam idem archidiaconus se in dicta ecclesia ratione archidiaconatus proponebat habere, obtione (sic) tantum (*Ciron.* tamen) eidem capitulo secundum sanctiones legitimas reservata, ut vel recipiant depositiones eorum qui supersunt praedictorum testium contra eos, vel easdem respuant ut testes deponant iterum approbantes. Laterani IIII. Non. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 926. fol. 227; Decretal. Honorii III. lib. 2. tit. 12.* De testibus et attestationibus *cap. 3. ed. Cironius 130; Decret. Gregorii IX. lib. 2. tit. 20.* De testibus *c. 50; apud Boehmer Corp. II. 312. ad ann. 1220; Richter Corpus II. 326; Potthast 668. n. 7759. (absque nota chron.); Horoy H-i opp. omn. II. 654. n. 154; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. II. tit. XX. c. L. p. 338.* — « Presentata nobis. »

1133. — *Laterani 5 Martii.*

« Archiepiscopo Neapolitano. » Ad exemplar Innocentii PP. committit ipsi archiepiscopatum Cumanum, donec ad illum statum in proventibus et in habitantium numero reducatur ut suo proprio valeat gaudere pastore. Laterani III. Non. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 934. fol. 228.* — « Solet annvere. »

1134. — *Laterani 5 Martii.*

« Abbatisse et Conventui de Cadomo. » Iniungit, ut Petro diacono aliquod beneficium conferant. Laterani III. Non. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 935. fol. 228.* — « Si vos vel alios. »

1135. — *Laterani 5 Martii.*

Monasterium s. Trinitatis Militense tuendum suscipit. Laterani III. Non. Mart. Indict. VI. incarn. dom. anno 1217. (pont. anno secundo). — *Pirrus Sicilia Sacra 1260; Potthast append. 2086. n. 5714a-26012.*

1136. — *Laterani 6 Martii.*

« Archiepiscopo Ianuensi, et Papiensi, Terdonensi ac Placentino Episcopis. » Confirmat excommunicationis et interdicti sententias in cives Bobienses ob iniurias ab eis illatas ecclesiae Bobiensi: iubet ut arctius evitetur Iacobus Pusignus (alias Pa-

gisius) civis Placentinus, et sententia excommunicationis per singulas civitates et dioeceses publicetur. Laterani II. Non. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 954. fol. 232.* — « INDVRATVM EST COR. »

1137. — *Laterani 6 Martii.*

« Decano et Capitulo Aurelianensibus. » Confirmat ordinationem super subdecanatu eorum ecclesiae a Manasse Aurelianensi episcopo factam; authenticum ipsius episcopi subscriptum anno 1213 mense Maii hic ad verbum inseritur. Laterani II. Non. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 984. f. 237.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

1138. — *Laterani 6 Martii.*

« Eisdem. » Confirmat ordinationem super decanatu eorum ecclesiae ab eisdem factam: authenticum actum anno 1198 prid. kalend. augusti hic ad verbum refertur. Laterani II. Non. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 985. fol. 238.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

1139. — *Laterani 6 Martii.*

« Eisdem. » Confirmat ordinationem super residentia canonicorum eorum ecclesiae ab Hugone Aurelianensi episcopo factam: instrumentum eiusdem episcopi super hac re actum anno 1201 refert. Laterani II. Non. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 986. fol. 238.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

1140. — *(Laterani) 6 Martii.*

Ordinem Vallis scholarium confirmat. (Laterani) II. Non. Martii anno secundo. — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 146; Potthast 503. n. 5715.*

1141. — *Laterani 7 Martii.*

« Archiepiscopo Tyrensi. » Confirmat ei praebendas quas patriarcha Antiochenus et Tripolitanus episcopus « attendentes ipsius ecclesie paupertatem » concesserant, tamdiu donec castrum de Toron de Saracenorum manibus erueretur. Laterani Non. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 961. fol. 234.* — « ECCLESIE TYRENSIS. »

1142. — *Laterani 7 Martii.*

« Aurelianensi Episcopo. » Confirmat ecclesiae suae sancti Petri virorum, sancti Petri puellarum et sancti Aviti abbatias. Laterani Non. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 987. fol. 239; Horoy H-i opp. omn. II. 655. n. 155.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

1143. — *Laterani 8 Martii.*

« Abbati Sancti Clementis de Piscaria, Sancti Liberatoris et Sancte Eufemie Prepositis Theatine diocesis. » Mandat eis ut accedant ad monasterium Magellanum Theatinae dioecesis, idemque a simoniaca labe expurgent. Laterani VIII. Id. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 938. fol. 229.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

1144. — *Laterani 9 Martii.*

« C(onrado) Episcopo quondam Alberstadensi, Abbati de Cella, et magistro Conrado de Marburc Predicatori Maguntine et Misnensis diocesum. » Mandat ut compellant ducem Saxoniae ac Henricum comitem Ascariae fratrem eius ad litem contestandam cum monasterio Nihemburgensi super mansis, silvis, pascuis, equis et aliis animalibus, ac damnis et iniuriis ab eisdem et parte ipsorum eidem monastesio irrogatis, eamque causam decidant. Laterani VII. Id. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 940. fol. 229; Würdtwein Nova subs. III. 55; Potthast 503. n. 5716; Horoy H-i opp. omn. II. 655. n. 156; Rodenberg Ep. Sel. 38. n. 51.* — « EX PARTE ABBATIS. »

1145. — *Laterani 10 Martii.*

« Archiepiscopo et Archidiacono Toletanis. » Vt deponant magistrum scolarum

Astoricensis ecclesiae, qui de falsitatis crimine infamatus, ausus fuerat falso dicere se pro magna pecuniae summa cum Papa composuisse. Laterani VI. Id. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 932. fol. 228.* — « INTER CETERA. »

1146. — *Laterani 10 Martii.*

« Abbati et Priori Sancti Martini de Gemellis et preposito Ambianensibus. » Vt moneant et inducant episcopum et capitulum Cameracenses ad conferendum beneficium magistro Iohanni Ambianensi. Laterani VI. Id. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 936. fol. 228.* — « QVI PROPRIE PROBITATIS. »

Scriptum est super hoc episcopo et capitulo Cameracensibus, verbis competenter mutatis.

1147. — *Laterani 10 Martii.*

« Conventui Sancte Marie de Serena ordinis Vallis Vmbrose. » Confirmat sententiam Innocentii PP. (III) qui medietatem castri montis Castelli et res alias eisdem contra episcopum Lucanum adiudicavit. Laterani VI. Id. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1303. fol. 287.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

1148. — *Laterani 12 Martii.*

Abbatem et conventum de Iandoria Praemonstrat. ord. protegendos suscipit, specialiter autem ecclesias de Contrisson, de Andernay, de Wassincourt, s. Hilarii et s. Mariae de Combles eis confirmat. Laterani IV. Id. Martii anno secundo. — *Hugo Annal. Praemonstr. I. prob. 655; Potthast 503. n. 5717.* — « SACROSANTA ROMANA ECCLESIA. »

1149. — *Laterani 13 Martii.*

« (Henrico) Basiliensi Episcopo. » Mandat ut, non obstante iuramento quod de revocandis possessionibus, quas W(alterus) Basiliensis electus praedecessor suus minus licite (Bertholdo) duci Zaringiae in feodum concesserat, corporaliter praestiterat, arbitrium decani et praepositi Basiliensium, aliorumque super hoc, si ecclesiae suae viderit expedire, de licentia apostolica subeat, capituli sui accedente consensu. Laterani III. Idus Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 939. fol. 229; Schoepflin Hist. Zar.-Badens. V. 145, et VII. 277; Rodenberg Epist. Select. 39. n. 52; Potthast 503. n. 5718, Append. p. 2086.* — « TVA FRATERNITAS INTIMAVIT. »

1150. — *Laterani 13 Martii.*

« Abbati et Conventui Sancti Benedicti supra Padum. » Adprobat « arbitrium quod inter vos ex parte una, et archipresbyterum ac canonicos sancti Laurentii de Pigognaga Regine diocesis ex altera, super quibusdam decimis sue aree dilecti filii archipresbyter de Carpo et Turclus de Pigognaga Mutinensis et Regine diocesum rationabiliter protulerunt. » Laterani III. Id. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 942. fol. 229.* — « EA QVE IVDICIO. »

1151. — *Laterani 13 Martii.*

« Preposito et Sororibus ecclesie Sancti Salvatoris Brixiensibus. » Confirmat constitutionem quam, I. Brixiensi episcopo adprobante, bonae memoriae O. praepositus cum consensu fratrum et sororum fecerat, cuius tenor hic est: « divinum vero officium sorores per se seorsum a viris celebrent: sed huius officii hunc ordinem eas tenere volumus, qui in hac nostra matre ecclesia observatur. Preter quod subsequi in cantu vel in psalmis vel ympnis vel in aliquo alio nullo modo concedimus, sed tantum una voce, quia unitatem servare contendimus tam eas, quam nos cantare adprobamus. Item... ut consensu fratrum et sororum religiose ibi pro tempore degentium prepositus eligatur. » Laterani III. Id. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2.*

epist. 943. fol. 230. — « Cvm a nobis petitvr. »

1152. — *Laterani 13 Martii.*

« Abbati Sancti Iohannis in Vineis Suessionensi. » Concedit ei facultatem absolvendi canonicos et conversos suos qui, diabolo instigante, in alios canonicos et conversos sui monasterii manus violentas iniecerint. Laterani III. Id. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 947. fol. 230; Horoy H-i opp. omn. II. 657. n. 156 (bis).* — « Vt clavstralibvs. »

1153. — *Laterani 13 Martii.*

Abbati et conventui s. Andreae in Nemore Praemonstr. ord. significat, se moniales eiusdem abbatiae cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipere. Laterani III. Id. Martii anno secundo. — *Sallé Abbaye de St. Andre-aux-Bois 45; Potthast 503. n. 5719.*

1154. — *Laterani 14 Martii.*

« Decano et Capitulo Sicliniensibus Tornacensis diocesis. » Vt in canonicum admittant Raynerium pauperem clericum eique praebendam conferant, alioquin ab abbate sancti Auberti et magistris C. et S. canonicis Cameracensibus per censuram ecclesiasticam ad id inducentur. Laterani II. Id. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 946. fol. 230; Horoy H-i opp. omn. II. 658. n. 157.* — « Dilectvs filivs. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est eisdem abbati sancti Auberti et magistris C. et S. canonicis Cameracensibus, ut inducant et compellant decanum et capitulum Siclinienses ad recipiendum in canonicum Raynerium praedictum.

1155. — *Laterani 15 Martii.*

« Abbati de Vangaticia Veronensis diocesis. » Mandat, ut ad monasterium Aquae nigrae Brixiensis dioecesis accedat, ibique de cessione A. quondam abbatis, electione S. monachi ac de huius litteratura et moribus, nec non de totius monasterii statu diligenter inquirat, eumque electum moneat et inducat quod per concessionem suam sibi et monasterio salubriter providere studeat, atque super his rescribat. Laterani Id. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 944. fol. 230.* — « Dilectis filiis. »

1156. — *Laterani 15 Martii.*

« Priori Sancti Pauli, Cantori et Archidiacono Sancti Iohannis Bisuntinis. » Vt inquirant et statuant super C. praeposito et R. cantore Lausanensis ecclesiae, quorum illum esse monoculum, hunc ex adulterio dicunt procreatum. Laterani Id. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 948. fol. 230; Notices et extraits des manuscrits de la Bibliothèque du roi publiés par l'Institut imperial de France XXI. II. 166; Potthast Append. p. 2086. 5719 a-26013; Horoy H-i opp. omn. II. 672. n. 167. (21 Martii).* — « Dilectvs filivs. »

1157. — *Laterani 15 Martii.*

« Decano et Capitulo Aurelianensibus. » Decimas novalium de terris et nemoribus eorum propriis quas ante concilium generale habuerunt, prout redigentur in posterum ad culturam, confirmat. Laterani Id. Martii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 988. fol. 239.* — « Cvm a nobis petitvr. »

1158. — *Laterani 16 Martii.*

« Vberto Episcopo Bobiensi. » Confirmat sententiam Innocentii PP. (III) super monasterio sancti Columbani contra Oddonem quondam acolitum et capellanum ac procuratorem Romanae Ecclesiae, et refert ad verbum litteras super hoc ab Innocentio eidem episcopo datas (21 Febr. 1208. *Potth. n. 3298*). Laterani XVII. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 952. fol. 231; Ughelli Ital. sac. IV. 937; Pot-*

thast 503. n. 5720; Horoy H-i opp. omn. II. 659. n. 158. — « Cvm per sedem. »

1159. — *Laterani 16 Martii.*

« Preposito Sancti Audomari. » Vt magistro Iacobo scriptori (Papae) praebendam conferat. Laterani XVII. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1027. fol. 244.* — « Si qvantvm sit. »

In eundem modum scriptum est cantori et magistris P. de Orgtis et de Cardolio canonicis Noviomensibus, ut si praepositus sancti Audomari praebendam non concedat eidem Iacobo, denuntient proxime vacaturam in eorum ecclesia fore papae reservatam.

1160. — *Laterani 17 Martii.*

« Abbati sancti Walerici, Bernero archidiacono Belvacensi, et decano sancti Wafranni de Abbatisvilla Ambianensis diocesis. » Mandat ut maiori et scabinis Ambianensibus excommunicationis et interdicti sententias relaxent, recepta prius cautione quod satisfacient monasterio sancti Acceoli de damnis eidem illatis. Laterani XVI. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 975. fol. 236; Horoy H-i opp. omn. II. 663. n. 159.* — « Coram dilecto filio. »

1161. — *Laterani 17 Martii.*

Priori et fratribus s. Bartholomaei de Trisulto Carthus. ord. terram sementariciam sationalem cum sylva et aspreta et omnibus ad eam pertinentibus ecclesiae eorum ab hominibus vicanis pia liberalitate donatis confirmat. Laterani XVI. Kal. Apr. anno secundo. — *Liverani Spicil. Liber. 719. n. 11; Potthast 503. n. 5721; Horoy H-i opp. omn. II. 665. n. 160.* — « Cvm a nobis. »

1162. — *Laterani 19 Martii.*

« Archidiacono Briocensi Pictavensis diocesis, Cantori maioris ecclesie, et Subdecano beati Hylarii Pictavensibus. » Mandat, ut quae a priore Domus Helemosinariae de Rupella alienata fuerint illicite vel distracta, ad ius et proprietatem praedictae Domus legitime revocent, atque eandem Domum reforment. Laterani XIIII. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 949. fol. 231; Horoy H-i opp. omn. II. 667. n. 162.* — « Ex parte dilectorvm. »

1163. — *Laterani 19 Martii.*

« Episcopo Oscensi et Abbati Populeti Terraconensis diocesis et Priori sancti Rufi Ilerdensi. » Mandat ut terminent causam fratrum militiae Templi in Aragonia et Catalonia super decimis a Raimundo Berengario comite Barchinonensi, Idelphonso et P. regibus Aragoniae eis concessis, in quibus a fratribus Hospitalis Ierosolimitani Aragoniae et Cataloniae molestantur. Laterani XIIII. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 963. fol. 235; Manrique Ann. Cisterc. IV. 140; Potthast (qui titulum tantum huius epistolae refert) 503. n. 5722; cf. Horoy H-i opp. omn. II. 669. n. 163.* — « Dilecti filii. »

1164. — *Laterani 19 Martii.*

« Aurelianensi Episcopo. » Vt... Basilicae Principis apostolorum canonico nato nobilis viri Iohannis de sancto Eustachio praebendam in sua ecclesia adsignet. Laterani XIIII. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1050. fol. 249; Horoy H-i opp. omn. II. 667. n. 161.* — « Sedes apostolica. »

1165. — *Laterani 20 Martii.*

« Sancti Michelis Discalciatorum, et sancti Angeli de Furc̄lis Abbatibus, Pisane ac Pistoriensis diocesum et magistro Hugoni canonico Lucano. » Vt decidant causam inter archiepiscopum Pisanum et abbatem de Vada Pisanae dioecesis super usum mitrae, annuli et pastoralis virgae, quibus idem abbas, ex querimonia praedicti archiepiscopi, indebite utebatur. Laterani XIII. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 950. fol. 231.* — « Cvm petivisset. »

1166. — *Laterani 20 Martii.*

« Abbati sancti Gothzardi (*Potthast* Gothardi) Geuriensis diocesis, et Geuriensi et de Ferro Castro Geuriensis diocesis Prepositis. » Mandat ut in causa coram Innocentio PP. contestata inter monasterium sancti Martini in Pannonia et custodem et capitulum Albensis ecclesiae Wesprimiensis dioecesis super decimis quorundum praediorum et rebus aliis in Scimugiensi comitatu constitutis, eundem custodem condemnent in expensis legitimis huc usque factis, et audiant deinde quae monasterium ipsum pro parte sua et quae custos et capitulum antedicti pro se duxerint proponenda. Laterani XIII. Kalendas Aprilis anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 955. fol. 232; Fejér Cod. dipl. III. 1. 259; Potthast 503. n. 5725; Horoy H-i opp. omn. II. 670. n. 166.* — « Coram dilecto filio. »

1167. — *Laterani 20 Martii.*

« Eisdem (Magistro et fratribus Hospitalis Sancte Marie Teutonicorum Ierosolimitanis). » Donationem eis a (Theoderico) Treverensi archiepiscopo cum consensu capituli sancti Florini de Hospitale in Confluentia anno 1216 factam confirmat. Laterani XIII. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 959. fol. 234; Hennes UB. I. 32; Günther Cod. dipl. Rheno-Mosell. II. 124; Potthast 503. n. 5726.* — « Ivstis petentivm. »

1168. — *Laterani 20 Martii.*

« Abbatisse ac Monialibus de Vesins Cisterciensis ordinis. » Eis apostolicam protectionem concedit, iura possessionesque confirmat. Laterani XIII. Kal. Aprilis anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 989. fol. 239; Gallia Christ. VIII. instr. 528; Potthast 503. n. 5724; Horoy H-i opp. omn. II. 669. n. 165.* — « Solet annvere. »

1169. — *Laterani 20 Martii.*

Priorissae ac monialibus monasterii s. Mariae de Roca (*delle donne*) Vercellensis dioecesis: confirmat pro eis sententiam in causa inter idem monasterium et Lotarium plebanum ecclesiae s. Germani de Palazzolo super decimas possessionis dictae Braida de Stafila, quam idem plebanus dicebat ad suam ecclesiam pertinere. Laterani XII. Kal. Apr. anno secundo. — *Monon. Hist. rerum Pedemontis II. p. 1292.* — « Cvm a nobis. »

1170. — *Laterani 20 Martii.*

Eisdem: sententiam pro eis confirmat contra episcopum Vercellensem latam, qui eorum monasterium subiicere sibi praetendebat. Laterani XIII. Kal. Apr. anno secundo. — *Monon. Hist. rerum Pedemontis II. p. 1293.* — « Cvm a nobis. »

1171. — *Laterani 20 Martii.*

Episcopis per Campaniam constitutis mandat, compellat quilibet eorum per censuram ecclesiasticam parochianos suos, qui fratres Cartusiensis ordinis praesumpserint temere molestare, ut super hoc eis debitam satisfactionem impendant. Laterani XIII. Kal. Apr. anno secundo. — *Liverani Spicil. Liberianum 719. n. 9; Potthast 503. n. 5723; cf. Horoy H-i opp. omn. II. 669. n. 164.* — « Cvm dilecti filii. »

1172. — *Laterani 21 Martii.*

« Magistro et fratribus Hospitalis Sancte Marie Teutonicorum Ierosolimitanis. » Confirmat donationem Friderici regis Siciliae in Roman. imperatorem electi, de ducentis unciis bonorum tarenorum ad pondus Baroli super sicla et caeteris proventibus regiis apud Messanam primo solvendis. Privilegium Friderici dat. III. Non. Ianuarii an. 1218 refertur. Laterani XII. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 958. fol. 233.* — « Ivstis petentivm. »

1173. — *Laterani 22 Martii.*

« Magistro et Fratribus Hospitalis Sancte Marie Teutonicorum Ierosolimitanis. »

Confirmat pactionem Friderici regis Siciliae in Romanorum Imperatorem electi qui in cambium cuiusdam tenimenti, quod in Alemania recepit ab eisdem, centum quinquaginta uncias bonorum tarenorum Siciliae ad pondus Baroli ipsis donaverat, percipiendas singulis annis in proventibus Siciliae duanae et aliorum reddituum civitatis Brundusii. Refert ipsius regis privilegium dat. Wimpine III. non. Ian. Indict. VI. an. 1218. Laterani XI. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 957. fol. 233.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

1174. — *Laterani 22 Martii.*

« Vniverso Clero Constantinopolitano. » Confirmat statutum factum ab Innocentio (III) ut in ecclesia sanctae Sophiae fieret electio patriarchae; epistola Innocentii hic refertur. Laterani XI. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 960. fol. 234.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

1175. — *Laterani 22 Martii.*

« Ariminensi et Senegaliensi Episcopis. » Vt iniungant Communitati Fanensi satisfaciat Forosimphroniensi ecclesiae de damnis illatis, et permittat civibus Forosimphroniensibus ad locum suum libere redire, ibique pacifice commorari. Laterani XI. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 972. fol. 236.* — « CVM IVXTA MANDATI. »

1176. — *Laterani 23 Martii.*

« Ariminensi et Senegaliensi Episcopis. » Vt iniungant civibus Fanensibus ad satisfaciendum Fanensi episcopo et electo et ecclesiae Forosimphroniensibus de damnis manifestis de quibus sine dilatione potest satisfactio exhiberi, de aliis tamen quae emendari illico non possunt, ad praestandam cautionem compellant. Laterani X. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 956. fol. 233; Vghelli Ital. Sac. I. 665; Amiani Memorie di Fano II. Somm. 33; Potthast 504. n. 5727: rep. in Append. 2088. n. 6015d-26034. ubi ponit. ad an. 1219; Horoy H-i opp. omn. II. 675. n. 168.* — « LITTERAS QVAS NOBIS. »

1177. — *Laterani 24 Martii.*

« Abbati Sancti Walerici, Bernero Archidiacono Belvacensi et Decano sancti Wlfranni de Abbatisvilla Ambianensis diocesis. » Committit eis causam inter capitulum et Maiorem et Scabinos Ambianenses super quibusdam pratis et rebus aliis, in qua quidem controversia iam ipse Papa A. Sancti Eustachii Diaconum Cardinalem dedit auditorem. Laterani VIIII. Kal. Apr. anno secuudo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 976. fol. 236.* — « CORAM DILECTO FILIO. »

1178. — *Laterani 24 Martii.*

« Eisdem » Committit quandam causam inter Maiorem et Scabinos ex una parte et quosdam clericos Ambianenses ex altera super quibusdam missiis et aliis rebus, quas dicti clerici pro munitione civitatis ab eisdem exegerant. Dat. ut supra (Laterani VIIII. Kal. Apr. anno secundo). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 977. fol. 236.* — « MAIORIS ET SCABINORVM. »

1179. — *Laterani 24 Martii.*

« Eisdem. » Committit quandam causam inter Maiorem et Scabinos ex una parte et quasdam viduas Ambianenses ex altera super damnis et iniuriis quas praedictae viduae sibi super domibus, terris et pascuis irrogatas esse conquerebantur. Dat. ut supra (Laterani VIIII. Kal. Apr. anno secundo). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 978. fol. 237.* — « CORAM DILECTO FILIO. »

1180. — *Laterani 25 Martii.*

Abbatiam sanctimonialium de Busiaco (dioecesis Aurelianensis?) protegendam suscipit, eique easdem libertates et immunitates, quas alia mo-

nasteria ord. Cisterc. habent, concedit et specialiter capellam et domum de Busiaco, terras et fructus, qui fuerunt canonicorum de Hiems-Villa confirmat. Laterani VIII. Kal. Apr. anno secundo. — *Manrique Annal. Cisterc. IV. 144. (omisso initio); Potthast 504. n. 5728.*

1181. — *Laterani 26 Martii.*

« Archiepiscopo et Capitulo Toletanis. » Vt Hugonem subdiaconum et capellanum (Papae) in canonicum admittant, eiusque procuratori redditus, quos in eorum ecclesia obtinuit A. de Gabiniaco defunctus, concedant. Laterani VII. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 993. fol. 240.* — « SI DE IGNOTIS. »

1182. — *Laterani 27 Martii.*

« Archiepiscopo Ebredunensi. » Mandat ut inquirat super moribus et vita praepositi Messaliensis qui electus fuit in archiepiscopum Arelatensem. Laterani VI. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 964. fol. 235; Horoy H-i opp. omn. II. 677. n. 173.* — « LICET NVPER. »

1183. — *Laterani 27 Martii.*

« Capitulo Aquilegensi. » Significat se in eorum pastorem et praelatum (Bertoldum) archiepiscopum Colocensem praefecisse, eosque hortatur ut ipsum honorifice recipiant eique humiliter intendant. Laterani VI. Kal. Aprilis anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 965. fol. 235; Theiner Mon. Hung. I. 11. n. 18; Mon. Hung. Hist. dipl. XI. 394; cf. Bianchi docum. 21. n. 50; Potthast 504. n. 5730; Horoy H-i opp. omn. II. 674. n. 170.* — « CVM NVPER. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est Advocato et Ministerialibus ecclesie Aquilegensis.

In eundem modum B(ertoldo) Colocensi archiepiscopo in patriarcham Aquilegensem electo. — *Potthast 504. n. 5731.*

1184. — *Laterani 27 Martii.*

« Episcopo (*leg.* Capitulo) Calaritano. » Electionem ab eis factam Suellensis episcopi in eorum archiepiscopum utpote contra canones irritat: nuntiat tamen se Hugoni subdiacono et R. capellano (Papae) commisisse, ut eorum vota circa ipsum exquirant et personae merita diligenter examinent. Laterani VI. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 967. fol. 235.* — « ETSI VNANIMITER. »

1185. — *Laterani 27 Martii.*

« Priori montis Rivi Massiliensis diocesis et Sacriste Massiliensi. » Cum Tholonensis civitas a Saracenis bis occupata et multa ipsius ecclesiae instrumenta possessionum amissa sint, ad petitionem episcopi concedit, ut testes super eius iuribus recipiantur, eorumque dicta in scripturis publicis redigantur. Laterani VI. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 970. fol. 235; Horoy H-i opp. omn. II. 676. n. 172.* — « SVA NOBIS VENERABILIS. »

1186. — *Laterani 27 Martii.*

« (Bertoldo) Colocensi Archiepiscopo in Patriarcham Aquilegensem Electo. » Mandat ei ut palleo ab Apostolica Sede recepto Tergestinum electum, nisi canonicum quid obsistat, cum ab eo, a clero et populo Tergestinis requisitus fuerit, consecret. Laterani VI. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 971. fol. 236; Theiner Mon. Hung. I. 12. n. 19; Mon. Hungar. Hist. dipl. XI. 396; cf. Fejér Cod. dipl. III. 1. 266; Potthast 504. n. 5732; Horoy H-i opp. omn. II. 675. n. 171.* — « CVM SICVT ACCEPIMVS. »

1187. — *Laterani 27 Martii.*

« (Roberto) Episcopo Olomucensi. » Vt in Pragensi dioecesi faciat servari interdictum per (Andream) Pragensem episcopum pronuntiatum et denuo auctoritate apostolica

confirmatum, etiam in ecclesiis Cisterciensium, Praemonstratensium ordinum et Hospitalariorum omnium tam exemptorum quam non exemptorum. Laterani VI. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 991. fol. 239; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 100. n. 89; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 40; Palacky Reise 21. n. 64; Erben Reg. Bohemiae I. 277. n. 591; Potthast 504. n. 5729; Horoy H-i opp. omn. II. 674. n. 169; Rodenberg Epist. Select. 40. n. 53.* — « PRESENTIVM TIBI AVCTORITATE. »

1188. — *Laterani 28 Martii.*
« Sancte Trinitatis Militensis et Sancti Stephani in Bosco (*Potthast* Vosco) Squillacensis diocesis Abbatibus et Archidiacono Pactensi. » In causa inter archiepiscopum et capitulum Messanenses ex una parte et Archimandritam et conventum sancti Salvatoris Messanensis ex altera, super subiectione quam idem archiepiscopus petiit ab eisdem, mandat ut parti archiepiscopi duas et parti alteri tres productiones testium concedant. Laterani V. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 966. fol. 235; cf. Manrique Ann. Cisterc. IV. 139; Potthast 504. n. 5734.* — « CVM CAVSAM QVE. »

1189. — *Laterani 28 Martii.*
« Tholomeo Preposito Brixiensi. » Statuit ut colligatio cleri Brixiensis, quam fraternitatem vocabant eamque (Papa) in sententia pro episcopo Brixiensi lata conspirationem nominavit, nihil eius famae officiat. Laterani V. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 968. fol. 235.* — « TIMENS NE POSSIT. »

1190. — *Laterani 28 Martii.*
« Preposito Ferrariensi. » Concedit ut proventus qui de civitate Ferrariensi et eius districtu Ecclesiae Romanae debentur percipiat quamdiu vixerit, dummodo ipsi Papae eiusque successoribus viginti marcas argenti annuatim persolvat. Laterani V. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 969. fol. 235.* — « QVI PROPRIE PROBITATIS. »

1191. — *Laterani 28 Martii.*
« Episcopo Papiensi. » Vt visitet et corrigat clericos sancti Yuentii Papiensis qui, B. magistro eiusdem ecclesiae referente, sunt dissoluti, et ab antiquo instituto defecerunt. Laterani V. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 983. fol. 237; Garampi B. Chiara 282; Potthast 504. n. 5733; Horoy H-i opp. omn. II. 677. n. 174.* — « HABET HOC PROPRIVM. ».

1192. — *Laterani 28 Martii.*
« Canonicis sancti Demetrii Thesalonicensis. » Apostolicam protectionem concedit, specialiter autem possessiones confirmat quas habent infra Thesalonicam, in suburbiis eius, in Ormilia, in sancto Sosa et in Miridonio. Laterani V. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 995. fol. 240.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

1193. — *Laterani 28 Martii.*
« Capitulo Sancti Demetrii Thessalonicensis. » Confirmat statutum Albanensis episcopi tunc Ap. Sed. Legati, qui senarium canonicorum numerum in eorum ecclesia taxavit. Laterani V. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 998. fol. 240.* — « VT EA QVE PER LEGATOS. »

1194. — *Laterani 29 Martii.*
« (Richardo) Episcopo, Decano et Capitulo Saresbiriensibus. » Respondet se super translatione eorum ecclesiae ad locum alium scripsisse G(ualae) tituli sancti Martini presbytero Cardinali Ap. Sed. Legato ut referat. Laterani IIII. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 980. fol. 237; Wilkins Conc. I. n. 552; Potthast 504. n. 5738;*

Horoy H-i opp. omn. II. 681. n. 178. — « Ex parte vestra. »

1195. — *Laterani 29 Martii.*

« (Roberto) Olomucensi Episcopo. » Suspendit eum ab officio et beneficio quia in Pragensi ecclesia solemniter celebraverat, quam sciebat ecclesiastico suppositam interdicto et ipsi servandi interdicti cura fuerat demandata. Laterani IIII. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 994. fol. 240; Boczek Cod. Dipl. Moraviae II. 101. n. 90; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 40; cf. Palacky Reise 21. n. 65; Erben Reg. Bohem. I. 273. n. 592; Potthast 504. n. 5737; Horoy H-i opp. omn. II. 680. n. 177; Rodenberg Epist. Select. 40. n. 54.* — « Super hiis qve. »

Cod. Vat. addit: Scriptum est super hoc Decano et Scolastico Wratislaviensibus quatenus si res ita se habent eodem episcopo iuxta quod ei mandavit officio beneficioque suspenso faciant latam suspensionis sententiam observari.

1196. — *Laterani 29 Martii.*

« (Aimoni) Episcopo Gebennensi. » Ne permittat Iacobum canonicum Sedunensem ab aliquo molestari, eo quod Cisterciensem ordinem ingressus, ante septem menses de illo exiverat. Laterani IIII. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1000. fol. 240; Mém. et docum. de Genève XVI. 171. n. 2; Potthast 504. n. 5735; Horoy H-i opp. omn. II. 679. n. 176.* — « Dilectvs filivs Iacobvs. »

1197. — *Laterani 29 Martii.*

Priori et canonicis s. Marci ord. s. Aug. Mantuanae dioec. ecclesiam s. Kataldi eis ab Henrico episcopo Mantuano concessam auctoritate apostolica confirmat. Laterani IV. Kal. Apr. anno secundo. — *Mittarelli Annal. Camald. IV. app. 639. n. 15; Potthast 504. n. 5736; Horoy H-i opp. omn. II. 679. n. 175.* — « Solet annvere sedes. »

1198. — *Laterani 30 Martii.*

« Preposito Ferrariensi. » Vt detentores bonorum quae tam in civitate quam in dioecesi Ferrariensi ad Romanam Ecclesiam spectant valeat excommunicare et instituere Scindicum ad negotia Ecclesiae Romanae ibidem fideliter procuranda. Laterani III. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 973. fol. 236.* — « Cvm redditvs. »

1199. — *Laterani 30 Martii.*

« Symoni Cantori Bituricensi. » Rogatu capituli Vastinensis concedit ut eius electio in priorem Vastinensem rata et valida habeatur. Laterani III. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 979. fol. 237; Horoy H-i opp. omn. II. 682. n. 179.* — « Sicvt soli svmmo. »

1200. — *Laterani 30 Martii.*

« Abbati et Conventui Florensis monasterii. » Inhibet « ne aliquis monachus seu conversus sub professione vestre domus astrictus sine consensu et licentia abbatis et maioris partis capituli sui pro aliquo fideiubeat vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat ultra pretium capituli vestri prudentia constitutum, nisi propter manifestam eiusdem domus utilitatem. » Laterani III. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 982. fol. 237.* — « Solet annvere. »

1201. — *Laterani 30 Martii.*

« Aurelianensi Episcopo. » Scribit ut L. decanum Aurelianensem tum litterarum scientia tum decore virtutum quibus ab intus tamquam regis filia conruscare creditur, dispenset, et in aliqua ecclesiarum suae dioecesis competenter provideat. Laterani III. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 990. fol. 239; Horoy H-i opp. omn. II. 683. n. 180.* — « Sicvt lvcidissime. »

1202. — *Laterani 30 Martii.*

« Sancti Matthie Treverensis, Sancti Apri Tullensis nigri ordinis et de Himerode (*Potthast* Hemmenrode) et de Werneswille Cisterc. ord. Abbatibus Treverensis et Metensis diocesum. » Vt incumbant reformationi monasteriorum Treverensis provinciae, quae in temporalibus et spiritualibus plurimum sunt collapsa, iuxta decretum in concilio generali factum. Laterani III. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 996. fol. 240; Manrique Ann. Cisterc. IV. 62, cf. 143; Potthast 505. n. 5740; Horoy H-i opp. omn. II. 688. n. 182.* — « ETSI CVRAM PASTORALIS. »

1203. — *Laterani 30 Martii.*

Monasterium s. Mariae de Pruliano sub. b. Petri et sua protectione suscipit, statuens ut ordo canonicus b. Augustini ibidem perpetuo observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. Laterani III. Kal. Apr. indict. VI. incarn. dom. anno 1218. pont. anno secundo. — *Ripolli Bullar. Praedic. I. 6. n. 7; Potthast 504. n. 5739; Horoy H-i opp. omn. II. 684. n. 181.* — « RELIGIOSAM VITAM ELIGENTIBVS. »

1204. — *Laterani 31 Martii.*

« Priori et Conventui Camaldulensibus. » Vt in causa quam habent cum episcopo Aretino procuratorem idoneum cum attestationibus et confessionibus transmittant. Laterani II. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 974. fol. 236.* — « CVM DILECTIS FILIIS. »

1205. — *Laterani 31 Martii.*

« Priori et fratribus Sancti Marci Mantuanis. » Indulget ut considerata paupertate et religione eorum domus a praestatione vicesimae in subsidium Terrae Sanctae absolvantur. Laterani II. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 981. fol. 237.* — « EX PARTE VESTRA. »

1206. — *Laterani 31 Martii.*

« Patriarche Constantinopolitano. » Invehit in eum, quod quaedam iura sibi usurpaverit, quae ad Romanum Pontificem solum spectant; mandat ut aliquas sententias revocet, alioquin per thesaurarium Atheniensem, priorem et suppriorem de Dalphino Cisterciensis ordinis Atheniensis dioecesis apostolica auctoritate relaxentur. Laterani II. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1002. fol. 240.* — « NON ITA DEBERES. »

In eundem modum scriptum est super hoc Thesaurario, Priori et Suppriori supradictis.

1207. — *Laterani 31 Martii.*

« Capitulo... » *(deest nomen).* Vt in eorum ecclesia tres archidiaconatus ad duos reducantur. Laterani II. Kal. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1003. fol. 241.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

1208. — *Laterani 2 Aprilis.*

« Episcopo Nanetensi, Decano Clitaonensi Nanetensis diocesis et G. Archidiacono Andegavensi. » Mandat ut in Burgaliensi monasterio regulam sancti Benedicti, ubi a prima sui fundatione instituta est, observari faciant. Laterani IIII. Non. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1007. fol. 241; Horoy H-i opp. omn. II. 690. n. 184. ex mss. du Theil.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

1209. — *Laterani 2 Aprilis.*

Eiectionem monachorum nigrorum (i. e. ordinis s. Benedicti) e monasterio s. Vincentii Wratislaviensis, quam S(iroslaus) quondam episcopus Wratislaviensis « propter enormes excessus suos et bonorum eiusdem monasterii dilapidacionem » fecerat, eiusque statutum, ut in eodem statuta Praemonstratensis ordinis servarentur, quae omnia b. m. P(etrus a Capua) S. Marcelli presbyter, tunc S. Mariae in via lata diaconus cardinalis legatus apostolicae

sedis approbaverat, confirmat. Laterani IV. Non. Apr. anno secundo. — *Hugo Annal. Praemonstr. II. prob. 693: cf. Grünhagen Regesten I. 102. n. 197; Potthast 505. n. 5741; Horoy H-i opp. omn. II. 689. n. 183.* — « CVM A NOBIS. »

1210. — *Laterani 2 Aprilis.*

P(etro) praeposito Glogawiensi, I(acobo) archidiacono et A(rtmodo) canonico Wratislaviensibus scribit de eodem argumento, eisque mandat ut monachos ordinis Praemonstratensis in abbatia s. Vincentii introductos contra molestationes Benedictinorum expulsorum defendant. Laterani IV. Non. Apr. anno secundo. — *Grünhagen l. c. n. 198; Potthast 505. n. 5742.*

1211. — *Laterani 3 Aprilis.*

« Archiepiscopo Cusentino. » Vt irritet electionem archiepiscopi Rossanensis a decano, archidiacono et aliis canonicis eiusdem ecclesiae factam favore B. Rossanensis iudicis, si verum sit ipsum electum plures sententias dictavisse sanguinis, uxoratum esse et ordinem ecclesiasticum simoniace ingressum. Laterani III. Non. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 997. fol. 240.* — « DILECTI FILII. »

1212. — *Laterani 3 Aprilis.*

Abbatem et conventum in Wingarten ord. s. Benedicti Constantiensis dioecesis sub. b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem decimas novalium Silvae Aldorfgensis eis confirmat. Laterani III. Non. Apr. anno secundo. — *Wirtemberg. UB. III. 68. n. 605; Potthast 505. n. 5743.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

1213. — *Laterani 3 Aprilis.*

« Episcopo Militensi et Abbati Sancti Iuliani Catacensis diocesis. » Vt in monasterio sanctae Mariae de Carra ad Romanam Ecclesiam immediate pertinente inquirant super electione Nyphi abbatis monasterii Veteris Squillacii quem in eorum abbatem expetunt, eamque electionem si canonica est confirment. Laterani II. Non. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 992. fol. 239.* — « DILECTI FILII. »

1214. — *Laterani 4 Aprilis.*

« Laudunensi Episcopo. » Indulget ut retinere possit beneficia quae habebat cum ad regimen ecclesiae Laudunensis evectus fuit, praepositura tamen Laudunensi excepta. Laterani II. Non. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1001. fol. 240; Horoy H-i opp. omn. II. 690. n. 185.* — « SVPPLICASTI NOBIS. »

1215. — *Laterani 4 Aprilis.*

« Larisseno et Atheniensi Archiepiscopis et Decano Atheniensi. » Vt inquirant super archiepiscopo Patracensi qui licet suspensus dicitur celebrasse divina et super aliis eiusdem excessibus, eique praefigant terminum quo se Papae conspectui repraesentet. Laterani II. Non. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1019. fol. 243.* — « MEMINIMVS AD VENERABILEM. »

1216. — *Laterani 4 Aprilis.*

« (Giraldo) Archiepiscopo Bituricensi. » Confirmat primatum metropoliticum ecclesiae suae concessum a Paschale PP. II adversus archiepiscopum Auxitanum, quod privilegium repertum in eius Regesto hic habetur insertum. Laterani II. Non. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1117. fol. 258; Bouquet Rec. XIX. 657; Potthast 505. n. 5745. (cum initio: Quoniam longinquitate); Horoy H-i opp. omn. II. 191. n. 187.* — « QVVM LONGINQVITATE. »

1217. — *Laterani 4 Aprilis.*

Priori et canonicis ecclesiae s. Marci ordinis eiusdem sancti donationem vinearum, quam Iacobus eidem ecclesiae fecit, nec non libertates eidem indultas ab episcopo tunc electo Mantuano confirmat. Laterani II. Non. Apr. anno secundo. —

Mittarelli Annal. Camald. IV. app. 639. n. 16; Potthast 505. n. 5744; Horoy H-i opp. omn. II. 691. n. 186. — « CVM A NOBIS. »

1218. — *Laterani 4 Aprilis.*

Phano priore canonicae s. Mariae Fanensis eiusque fratribus postulantibus, praedictam canonicam sub b. Petri et sua protectione suscipit, omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. Laterani II. Non. Apr. Indict. VI. incarn. dom. anno 1218. pont. anno secundo. — *Amiani Mem. di Fano II. somm. 32; Potthast append. 2086. n. 5745a-26014.* — « QVOTIENS A NOBIS. »

1219. — *Laterani 4 Aprilis.*

Recipit sub b. Petri et sua protectione canonicos Faventinos. Laterani II. Non. Apr. Indict. VI. incarn. dom. anno 1218. pont. anno secundo. — *Mittarelli Access. histor. Favent. 471; Potthast append. 2086. n. 5745b-26015.*

1220. — *Laterani 5 Aprilis.*

« (Bernardo) Padeburnensi (*Potth.* Paderburnensi) Episcopo. » Concedit ei licentiam ut Conradus de Boffesem possit construere hospitale in loco qui Huxaria (Höxter) dicitur, cum capella, coemeterio et proprio capellano, quod censuale vult facere hospitali sancti Spiritus in Saxia. Laterani Non. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 999. fol. 240; Schaten Ann. Paderborn. I. 979; Potthast 505. n. 5746; Horoy H-i opp. omn. II. 692. n. 188; Rodenberg Ep. Sel. 41. n. 55.* — « VENIENS AD PRESENTIAM. »

1221. — *Laterani 7 Aprilis.*

« Danisio Subdiacono nostro Canonico Paduano. » Indulget ut administrationem plebis de Monte Silicis et archidiaconatum de Sacco simul retinere possit. Laterani VII. Idus Aprilis anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1114. fol. 257.* — « LICET NVLLI. »

1222. — *Laterani 7 Aprilis.*

Raynaldo priore eiusque fratribus petentibus, heremum s. Crucis Fontis Avellanae tuendum suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam sub heremitica observatione ibidem perpetuis temporibus observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. Laterani VII. Id. Apr. indict. VI. incarnat. dom. anno 1218. pont. anno secundo. — *Mittarelli Annal. Camald. IV. app. 380; Potthast 505. n. 5747; Horoy H-i opp. omn. II. 693. n. 189.* — « RELIGIOSAM VITAM ELIGENTIBVS. »

1223. — *Laterani 7 Aprilis.*

Pro Congregatione Fontis Avellanae. Confirmat eis monasterium s. Mariae de Faventia cum capellis, ecclesiam s. Iohannis de Acereta, ecclesiam s. Barnabae de Gamundi... etc. Laterani VII. Id. Apr. indict. VI. incarn. dom. anno 1218. pont. anno secundo. — *Mittarelli l. c. 471; Potthast Append. p. 2086. n. 5747a-26016.*

1224. — *Laterani 9 Aprilis.*

« B(erengariae) quondam Regine Anglorum illustri. » Vt clerici, qui, relicta tonsura, uxores duxerant et tum tonsuram et habitum resumebant, onerum immunes non sint. « Cum reddenda sint que sunt Cesaris Cesari et que sunt Dei Deo... equanimiter duximus tollerandum si iustitias debitas et servitia consueta velut ab aliis uxoratis exigas et recipias ab eisdem. » Laterani V. Id. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1012². fol. 242; Musaeum Britann. Add. mss. 15351; Decret. Honorii III. lib. 3. tit. 2.* De clericis coniugatis *cap. I. ed. Cironius 179; Decret. Gregorii IX. lib. 3. tit. 3.* De clericis coniugatis *cap. 9; Boehmer Corp. II. 426. (ad ann. 1220); Richter Corp. II. 443; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 60; Potthast 506. n. 5755. (incerta die, inter 1 et 12 Apr.); Horoy H-i opp. omn. II. 699. n. 193; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. III. tit. III. c. IX. p. 459.* — « EX PARTE TVA. »

1225. — *Laterani 9 Aprilis.*
« Eidem Regine. » Eius devotionem erga ecclesiam et Papam laudat, et eam, eiusque bona, quae in praesentiarum rationabiliter possidet, sub protectione Sedis Apostolicae recipit. Laterani V. Id. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1009. fol. 242; Musaeum Britann. add. mss. 15351; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 60; Potthast 506. n. 5753. (incerta die, inter 1 et 12 Apr.); Horoy H-i opp. omn. II. 696. n. 190.* — « Qvamvis apostolica sedes. »

1226. — *Laterani 10 Aprilis.*
« Ebredunensi Archiepiscopo et... » Vt si decanus et capitulum Valentinos neglexerint admittere Petrum clericum Valentinum in aliquem vacantem canonicatum ipsi dictum clericum in unum beneficiorum instituant. Laterani IIII. Id. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1005. fol. 241.* — « Dilectvs filivs. »

1227. — *Laterani 10 Aprilis.*
« De Oratorio et de Bellabranca Abbatibus Andegavensis et Cenomanensis diocesum et Archidiacono Andegavensi. » Mandat, ut nisi G. monachus monasterii Burguliensis suam vitam emendaverit et libros monasterio restituerit, eum e monasterio ipso eiiciant. Laterani IIII. Id. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1006. fol. 241; Horoy H-i opp. omn. II. 697. n. 191.* — « Sva nobis Bvrgvliensis. »

1228. — *Laterani 10 Aprilis.*
« B(erengariae) quondam regine Anglorum illustri. » Vt non possit indebite molestari propter consuetudinem, quae in Cenomanensi ecclesia observatur, ob quam persona ecclesiastica super quacumque re laicum quemquam conveniens, si re aliqua spoliatam se dicat, in rei litigiosae possessionem debeat admitti. Laterani IIII. Id. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1008. fol. 241; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Horoy H-i opp. omn. II. 698. n. 192.* — « Ex parte tva. »

1229. — *Laterani 10 Aprilis.*
« Episcopo Macloviensi. » Confirmat concessionem ecclesiae sancti Petri de Maurra a capitulo Macloviensi, ad quem spectabat, propter tenuitatem proventuum sui episcopatus ipsi et suis successoribus factam. Laterani IIII. Id. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1012. fol. 242.* — « Ivstis petentivm. »

1230. — *Laterani 10 Aprilis.*
« Episcopo, Decano, Archidiacono et Capitulo Cenomanensibus. » Ne foveant uxoratos qui sub praetextu tonsurae negant servitia et iustitias debitas B(erengariae) quondam Anglorum reginae: ut in superiori n. **1224.** Laterani IIII. Id. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1012[2]. fol. 242; Musaeum Britann. Add. mss. 15351.* — « Ex parte tva. »

1231. — *Laterani 10 Aprilis.*
« Archiepiscopo Turonensi et suffraganeis eius. » Vt B(erengariae) quondam reginae Anglorum iustitiam exhibeant contra eius molestatores, ne cogatur pro singulis querelis ad Sedem Apostolicam nuntios destinare. Laterani IIII. Id. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1013. fol. 242; Horoy H-i opp. omn. II. 700. n. 194.* — « Licet apostolice servitvtis. »

1232. — *Laterani 11 Aprilis.*
« Abbatisse ac Conventui sancti Sulpicii. » Ecclesias de Orceio et sancti Albini de Albiniaco quas bon. memoriae Alanus et Stephanus et ecclesiam sancti Martini de Chaañ. quam P. Redonensis episcopus ac ecclesiam sancti Michaelis de Lesneven quam I. Leon. episcopus contulerunt eis, confirmat. Laterani III. Id. Apr. anno se-

cundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1010. fol. 242.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

1233. — *Laterani 11 Aprilis.*
« Tripolitano Episcopo. » Indulget, ut quamdiu discrimina inter comitem Tripolitanum et dominum Antiochenum, nec non Saracenorum insidiae duraverint, ipse ad ecclesiam Antiochenam accedere non cogatur. Laterani III. Id. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1042. fol. 247.* — « CVM SICVT IN NOSTRA. »

1234. — *Laterani 11 Aprilis.*
« Archiepiscopo et Capitulo Thebanis. » Confirmat concessionem eis factam ab H. imperatore Constantinopolitano super iure patronatus quod ipse habebat in monasterio de Calama. Laterani III. Id. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1043. fol. 248.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

1235. — *Laterani 12 Aprilis.*
« Abbati sancti Galgani et Preposito de Casule Wlterane diocesis. » Mandat ut absolvant Wlteranos ab excommunicationis et interdicti sententiis, qui tamen praestare debeant iuratoriam cautionem se Papae mandatis esse obedituros, et recipere se primo in eorum potestatem tenutas castrorum ex quibus inter ipsos et eorum episcopum oborta fuit discordia. Laterani II. Idus Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1004. fol. 241.* — « ACCEDENS AD PRESENTIAM. »

1236. — *Laterani 12 Aprilis.*
(Deest titulus). Quemdam, de eius litteraturae et honestatis meritis ab episcopo et capitulo Redonensibus testimonio accepto, super defectu natalium dispensat. Laterani II. Id. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1011. fol. 242.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

1237. — *Laterani 12 Aprilis.*
« Capitulo Bremensi. » Indulget, ut ad reparanda eorum ecclesiae sarctatecta et revocanda quae Guademarus (*alias* Waldemarus) reprobus archiepiscopus de bonis eiusdem pignori obligavit, et ad suas necessitates alias relevandas, proventus duarum praebendarum ecclesiae praedictae, cum in ea viginti quatuor sint praebendae, distrahantur. Laterani II. Id. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1014. fol. 242; Lappenberg Hamburg. UB. I. 360. n. 410; Potthast 505. n. 5748; Horoy H-i opp. omn. II. 702. n. 196; Rodenberg Ep. Sel. 41. n. 56.* — « CVM ECCLESIA VESTRA. »

1238. — *Laterani 12 Aprilis.*
« Preposito Bremensi. » Rogatu capituli Bremensis concedit, ut cum praepositura Bremensis per reprobum Guademarum fere collapsa fuerit, ecclesias de Dulmania et de Stenwndia ad tempus retinere possit. Laterani II. Id. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1015. fol. 242; Ehmck Bremisches UB. I. 675. n. 273; cf. Suhm Hist. af Danmark IX. 315; Potthast App. p. 2086. n. 5751a-26017; Rodenberg Ep. Sel. 42. n. 57.* — « CVM SICVT ACCEPIMVS. »

1239. — *Laterani 12 Aprilis.*
« B. Decano Bremensi. » Rogantibus archiepiscopo et capitulo Bremensibus indulget ei ut duas praebendas, quarum unam in Bremensi aliam vero in Monasteriensi habet ecclesia, retinere possit. Laterani II. Id. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1016. fol. 242; Ehmck l. c. n. 274; Potthast App. p. 2087. n. 5751b-26018; Rodenberg Ep. Sel. 42. n. 58.* — « EX PARTE VENERABILIS. »

1240. — *Laterani 12 Aprilis.*
« Vniversis Christi fidelibus per Bremensem diocesim constitutis. » Mandat ut excommunicationis et interdicti sententias

ab Innocentio III. latas et a se confirmatas contra Waldemarum eiusque fautores observari faciant. Laterani II. Id. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1018. fol. 243; Mss. Vallicel. I. 53; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 40; Potthast 506. n. 5752. (sine signo chronol.); Rodenberg Ep. Sel. 43. n. 59.* — « CVM FELICIS RECORDATIONIS. »

1241. — *Laterani 12 Aprilis.*

« B(erengariae) quondam Anglorum Regine illustri. » Indulget ut tempore interdicti ipsa ac familia divina officia ianuis clausis, excommunicatis et interdictis exclusis audire possit. Laterani II. Id. Apr. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1021. fol. 243.* — « APOSTOLICA SEDES. »

1242. — *Laterani 12 Aprilis.*

(Adolfo) episcopo, praeposito Montis sanctae Gertrudis, et priori de Meligarde Osemburgensibus mandat ut quidquid a reprobo Waldemaro (archiep. Bremensi) intrusionis suae tempore de bonis Bremensis ecclesiae alienatum seu impignoratum esse constiterit, ad ius et proprietatem dictae ecclesiae legitime revocent. Laterani II. Id. Apr. anno secundo. — *Lappenberg Hamburg. UB. I. 361. n. 412; Potthast 505. n. 5749; Horoy H-i opp. omn. II. 702. n. 197.* — « QVVM IVXTA SANCTIONES. »

1243. — *Laterani 19 Aprilis.*

« Magistro et Fratribus Hospitalis Sancte Marie Teutonicorum Ierosolimitanis. » Donationem decimarum quas eis Wilhelmus Vltrasilvanus (*in e. l.* Transilvanus) episcopus in terra de Burza ab Andrea rege Vngariae collata confirmat. Laterani XIII. Kal. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1019*[1]*. fol. 243; Theiner Mon. Hung. I. 12. n. 20; Fejér Cod. dipl. III. I. 266; Schuller Arch. I. (1841). n. 222; Teutsch u. Firnhaber UB. I. 12. n. 14; cf. Strehlke Tab. 157. n. 162; Napiersky Index I. 2. n. 7; Potthast 506. n. 5756. et repetit n. 5757; Horoy H-i opp. omn. II. 704. n. 200; Rodenberg Ep. Sel. 43. n. 60.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

1244. — *Laterani 20 Aprilis.*

« Potestati et populo Mediolanensibus spiritum consilii sanioris. » Invehit in eos quod contra promissionem Papae factam et contra concilii generalis statutum, quo pax vel tregua iniungitur pro Terrae Sanctae subsidio, cum carrotio ad belli expeditionem se praeparabant. Laterani XII. Kal. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1024. fol. 244; Rodenberg Ep. Sel. 44. n. 61.* — « CVM PER SYNDICVM. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est potestati et populo Placentinis.

1245. — *Laterani 20 Aprilis.*

« Savarico de Madoleone (Malaleone *Raynaldi*) crucesignato. » Cum b. m. Iohannes rex Anglorum in terra sua cudendae monetae liberam ei concessisset facultatem, hanc concessionem confirmat. Laterani XII. Kal. Maii anno secundo. — *Liber censuum Cencii Camerarii. Bibl. Vat. Cod. Vat. 8456. fol. CXXI; Arch. Vat. Arm. XV. n. I. fol. 73; Muratori Antiq. Ital. V. n. 829; fragm. apud Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 61; Potthast 506. n. 5759; Horoy H-i opp. omn. II. 706. n. 202.* — « INVICTA FIDES. »

1246. — *Laterani 20 Aprilis.*

(Hamelino) episcopo, cantori et magistro Iuhello canonicis Cenomanensibus mandat, ut (Petrum) comitem Britanniae, qui (Stephanum) episcopum et capitulum Nannetenses et terram ad eorum ecclesiam pertinentem multipliciter affligens banna et assisias per usurpationis potentiam in Nannetensi edidit civitate etc. compellant, ut ab impietatibus huiusmodi conquiescat, atque de damnis et iniuriis eidem ecclesiae eiusque hominibus irrogatis competenter satisfaciat. Laterani XII. Kal. Maii anno secundo. — *Morice Mém. p. s. à l'hist. de Bretagne I. pr. p. 835; Bouquet Rec. XIX. 657;*

Potthast 506. n. 5758; Horoy H-i opp. omn. II. 705. n. 201. — « SI NOBILIS VIR. »

1247. — *Laterani 21 Aprilis.*
« Abbati de Iosaphat et magistro Bartholomeo Florentino et Gaufrido de Aimeel Canonicis Carnotensibus. » Vt quamdam sententiam latam post appellationem contra B(erengariam) quondam Anglorum reginam super iurisdictione in loco infra villam quae dicitur Capella sancti Albini et quam capitulum, Cenomanense asserebat ad se pertinere, revocent, et inquirant in qua potestate dictum capitulum huiusmodi iurisdictione utatur, et informent ut super hoc Papa procedat. Laterani XI. Kal. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1017. fol. 242.* — « EXPOSITA NOBIS. »

1248. — *Laterani 21 Aprilis.*
Episcopo Parmensi mandat, faciat ut sententia excommunicationis, quam S. magister scholarum Mediolanensis de mandato Mediolanensis electi occasione praebendae Rolandino de Gomula canonico Mutinensi capellano L(eonis) tit. S. Crucis presbit. cardinalis in ecclesia Placentina collatae tulerat, firmiter observetur. Laterani XI. Kal. Maii anno secundo. — *Campi Hist. di Piacenza II. 388. n. 69; Potthast 506 n. 5760; Horoy H-i opp. omn. II. 707. n. 203.* — « ALLEGANTE OLIM PLACENTINO. »

1249. — *Laterani 22 Aprilis.*
« H. canonico Sanctorum Apostolorum in Colonia. » Indulget, ut, quamquam de non legitimo matrimonio procreatus fuit, ad ecclesiasticas dignitates promoveri possit. Laterani X. Kal. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1026. fol. 244.* — « LICET CANONICA INSTITVTA. »

1250. — *Laterani 22 Aprilis.*
« Abbati et Conventui Sancti Petri de Cultura. » Indulget ut decimas a laicis redimant, easque ad eorum ecclesias, ad quas pertinent, revocent, et ne intra fines eorum parochiae aut ecclesiarum suarum, sine episcopi dioecesani licentia, capellam aut oratorium de novo construant. Laterani X. Kal. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1082. fol. 153.* — « NOSTRVM PRINCIPALE. »

1251. — *Laterani 23 Aprilis.*
« Priori et Canonicis Guiseburnensibus Eboracensis diocesis. » Confirmat concessionem eis factam ab abbate de Rievalle et collegis suis de ecclesia de Hesel, in qua Innocentius Papa iuspatronatus concessit eisdem, vicario eius de ipsius proventibus portione congrua reservata. Laterani VIIII. Kal. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1056. fol. 250; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

1252. — *Romae apud Sanctum Petrum 24 Aprilis.*
« (Engelberto) Coloniensi Archiepiscopo. » Ipsi postulanti palleum per G. praepositum sanctae Mariae ad Gradus et magistrum R. scriptorem Papae canonicum sancti Gereonis Coloniensis transmittit, quod idem a Treverensi archiepiscopo, praesentibus dictis praeposito et scriptore Papae, sit assignandum. Romae apud Sanctum Petrum VIII. Kal. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1046. fol. 249; Annal. des hist. Vereins f. d. Niederrhein IX. (1861.) 249; Potthast 506. n. 5761.* — « CVM PALLEVM INSIGNE. »

1253. — *Romae apud Sanctum Petrum 24 Aprilis.*
« (Theodorico) Archiepiscopo Treverensi (*alias* Trevirensi). » Vt palleum ad Coloniensem archiepiscopum missum eidem assignet, et ab eo fidelitatis recipiat iuramentum. Dat. ut supra ut in alia. (Romae apud Sanctum Petrum VIII. Kal. Maii anno secundo). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1047.*

fol. 249; Annal. des hist. Vereins l. c. 250; Potthast 506. n. 5762. — « CVM PALLEVM INSIGNE. »

1254. — *Laterani 24 Aprilis.*

« Abbati et Priori Sancti Iuliani et Officiali Turonensibus. » Vt ad ius et proprietatem conventus sanctiPetri de Cultura Cenomanensis prioratus et alias possessiones revocent, quas praeteriti abbates eiusdem monasterii indebite distraxerunt. Laterani VIII. Kal. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1083. fol. 153.* — « CVM INSTANTIA NOSTRA. »

1255. — *Romae apud Sanctum Petrum 26 Aprilis.*

« Archiepiscopis et Episcopis, Abbatibus, Prioribus et aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint. » Commendat P. T. et R. fratres ord. Praedicatorum pro officio praedicationis ad quod deputati sunt, atque iniungit ut eis in suis necessitatibus assistant. Romae apud Sanctum Petrum VI. Kal. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1069. fol. 251; Mss. Vallic. I. 53; Ripolli Bullar. Praedicator. I. 7. n. 8; Percin Monum. Conv. Tolos. Praedicator. I. 22. n. 53; Potthast 506. n. 5763; Horoy H-i opp. omn. II. 708. n. 204. habetur etiam pag. 626. n. 133. (11 Febr. 1218).* — « SI PERSONAS RELIGIOSAS. »

1256. — *Romae apud Sanctum Petrum 27 Aprilis.*

« Abbati Premonstratensi et Archidiacono Remensi. » Vt inquirant super resignatione archidiaconatus quae dicitur ab I. Senonensi archidiacono facta fuisse, utrum in ipsa resignatione se voto et iuramento astrinxerit quod illum de cetero sine dispensatione apostolica reciperet vel teneret. Romae apud Sanctum Petrum V. Kal. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1023. fol. 244; Horoy H-i opp. omn. II. 709. n. 206.* — « QVIA SVPER PREBENDA. »

1257. — *Romae apud Sanctum Petrum 27 Aprilis.*

« Abbati Sancti Iohannis et magistro Ph. Canonico Senonensibus et St. Thesaurario de Briennone Senonensis diocesis. » Vt dirimant causam inter episcopum Autisiodorensem et Iohannem comitem Nivernensem super feudis de Danziaco et Giemo et de Capella, et super moneta Autisiodorensi et quibusdam aliis, quae ab Innocentio (III) Remensi archiepiscopo et coniudicibus suis commissa fuit. Romae apud Sanctum Petrum V. Kal. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1031. fol. 246; Horoy H-i opp. omn. II. 710. n. 207.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

1258. — *Romae apud Sanctum Petrum 27 Aprilis.*

« Philippo illustri Regi Francorum. » Ad eius petitionem absolvit (Petrum) Senonensem archiepiscopum ab inquisitione, quae in ipsum habebatur: super facto autem archidiaconatus Pruvinensis nihil ducit ad praesens immutandum. Romae apud Sanctum Petrum V. Kal. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1033. fol. 246; Bouquet Rec. XIX. 658; Potthast 506. n. 5765; Horoy H-i opp. omn. II. 713. n. 210.* — « EX INCVLCATIONE PRECVM. »

1259. — *Romae apud Sanctum Petrum 27 Aprilis.*

« Decano et capitulo Aurelianensibus. » Confirmat ordinationem ab eis factam super residentia et foraneitate canonicorum eorum ecclesiae, cuius tenor hic de verbo ad verbum refertur. Romae apud Sanctum Petrum V. Kal. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1034. fol. 246; Horoy H-i opp. omn. II. 711. n. 208.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

1260. — *Romae apud Sanctum Petrum 27 Aprilis.*

« Decano et Capitulo Autisiodorensibus » Decimas novalium de terris et nemoribus eorum propriis quas ante concilium generale habebant, prout redingentur in posterum ad culturam, ipsis confirmat. Romae apud Sanctum Petrum V. Kal. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1035. fol. 246; Horoy H-i opp. omn. II. 713. n. 209.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

1261. — *Romae apud Sanctum Petrum 27 Aprilis.*

« Nobili viro Theodoro Cominiano. » Scribit se ad eum mittere archiepiscopum Brundusinum, a quo responsionem accipiet super negotio pro quo misit ad Apostolicam Sedem Gregorium episcopum Trecensem, eundemque archiepiscopum benigne audiat. Romae apud Sanctum Petrum V. Kal. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1040. fol. 247.* — « VENIENTEM AD PRESENTIAM. »

1262. — *Romae apud Sanctum Petrum 27 Aprilis.*

« Priori et Canonicis Giseburnensibus Eboracensis diocesis. » Adprobat donationem eis factam a B. quondam archiepiscopo Ragusino tunc Karleolensi episcopo ecclesiae de Bridekircke quae in Karleolensi dioecesi est constituta. Romae apud Sanctum Petrum V. Kal. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1054. fol. 250; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

1263. — *Romae apud Sanctum Petrum 27 Aprilis.*

« Priori et Canonicis Guiseburnensibus (sic) Eboracensis diocesis. » Confirmat ecclesiam de Deram in Karleolensi dioecesi constitutam a B. Karleolensi episcopo deinde Ragusino archiepiscopo ipsis donatam. Romae apud Sanctum Petrum V. Kal. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1055. fol. 250.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

1264. — *Romae apud Sanctum Petrum 27 Aprilis.*

« Priori et Conventui de Marcoñ. » Ecclesiam de Suttoñ Eboracensis dioecesis in qua ius patronatus habent, eisdem concedit in usum hospitalitatis, salvo iure Iol. rectoris eiusdem, et reservata vicario inibi servituro de ipsius proventibus congrua portione. Romae apud Sanctum Petrum V. Kal. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1057. fol. 250; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

1265. — *Romae apud Sanctum Petrum 27 Aprilis.*

Amanso priore eiusque fratribus postulantibus ecclesiam s. Mariae de Ibelna cum omnibus bonis tuendam suscipit, omnesque eius possessiones ac bona, praesertim vineas, quas habent apud Albaniam et terram apud Montem Rotundum, iura ac privilegia confirmat. Romae apud Sanctum Petrum V. Kal. Maii indict. VI. incarn. dom. anno 1218. pont. anno secundo. — *Belzunce Antiq. de l'égl. de Marseille II. 63; Potthast 506. n. 5764; Horoy H-i opp. omn. II. 708. n. 205. (initium deest).*

1266. — *Romae apud Sanctum Petrum 28 Aprilis.*

« Autisiodorensi Episcopo. » Confirmat definitivam sententiam quae pro eo contra Eduensem episcopum lata fuit ab episcopo Aurelianensi et Humbaudo magistro scolarum Autisiodorensi super iurisdictione domus religiosae, capellae ac burgi de Bethleem apud Clametiacum (*in e. l.* Clamentiacum): tenor sententiae aliaque acta hic inserta habentur. Romae apud Sanctum Petrum IIII. Kal. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1028. fol. 244; Horoy H-i opp. omn. II. 716. n. 213.* — « TERMINATE IVDICIO. »

1267. — *Romae apud Sanctum Petrum 28 Aprilis.*

« Autisiodorensi Episcopo. » Venditionem villae de Branchis cum pertinentiis suis, quae a Gaufrido priore et conventu de Caritate, de abbatis Cluniacensis cui subsunt ac Senonensis archiepiscopi dioecesani loci consensu, facta est, confirmat: chartulae ipsius Gaufridi abbatis Cluniacensis et Senonensis archiepiscopi de verbo ad verbum referuntur. Romae apud Sanctum Petrum IIII. Kal. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1029. fol. 245; Horoy H-i opp. omn. II. 722. n. 214.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

1268. — *Romae apud Sanctum Petrum 28 Aprilis.*

« Aurelianensi Episcopo. » Scribit Iohannem de Aurelianis Papam supplicasse, ut a vinculo excommunicationis absolvatur, cum omnino satisfecerit super gravaminibus iniuriisque, quas ecclesiae Aurelianensi, ipsi episcopo et clericis suis temere irrogaverat: mandat, ut tam de iniuriis praedictis, quam super facto Angliae iuxta formam ecclesiae generalem absolvatur. Romae apud Sanctum Petrum IIII. Kal. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 1030. fol. 246; Horoy H-i opp. omn. II. 724. n. 216. (29 Aprilis).* — « PRO IOHANNE DE AVRELIANIS. »

1269. — *Romae apud Sanctum Petrum 28 Aprilis.*

« Henrico Archiepiscopo Gnesnensi (sic) Apost. Sedis Legato. » Concedit ut si duces et magnates provinciae suae ipsi et ecclesiis suis iniuste damna inferentes ab eo semel, secundo tertioque commoniti satisfactionem exhibere contempserint, in illos censuram canonicam exerceat. Romae apud Sanctum Petrum IIII. Kal. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1032. fol. 246; Theiner Mon. Pol. I. 4. n. 9; Potthast 507. n. 5767; Horoy H-i opp. omn. II. 715. n. 212.* — « TVA NOBIS FRATERNITAS. »

1270. — *Romae apud Sanctum Petrum 28 Aprilis.*

« Magistro Petro Preposito rectori ecclesie Sancti Germani de Corulo Cenomanensis diocesis. » Indulget, ut dum in scolis vel servitio B(erengariae) quondam Anglorum reginae fuerit, ecclesiae sancti Germani de Corulo per idoneum vicarium deservire possit. Romae apud Sanctum Petrum IIII. Kal. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1037. fol. 247; Horoy H-i opp. omn. II. 723. n. 215.* — « SEDIS APOSTOLICE CIRCVMSPECTIO. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est pro Symone rectore ecclesie de Yureio Polini Cenomanensis diocesis ut ecclesie sue per vicarium deservire possit.

1271. — *Romae apud Sanctum Petrum 28 Aprilis.*

« (Stephano) Noviomiensi et (Anselmo) Laudunensi Episcopis. » Vt absolvant ac interdicti sententiam relaxent Iniorranno de Cotiaco in quam inciderat eo quod A(damum) decanum Laudunensis ecclesiae capi fecerat, ipsumque detinuerat in privata custodia sed honesta, capitulo Laudunensi et hominibus suis nihilominus grave damnum et iniurias irrogando. Romae apud Sanctum Petrum IIII. Kal. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1045. fol. 249; Bouquet Rec. XIX. 658; Potthast 507. n. 5766.* — « PRECEPS AD MALVM. »

1272. — *Romae apud Sanctum Petrum 28 Aprilis.*

« Archiepiscopo, Decano et Capitulo Bituricensibus. » Vt ecclesiasticum beneficium adsignent Geraldo nepoti eiusdem archiepiscopi. Romae apud Sanctum Petrum IIII. Kal. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1090. fol. 254.* — « LICET APOSTOLICE. »

In eundem modum scriptum super hoc episcopo et Maioris ecclesie et sancti Petri Puellaris decanis Aurelianensibus, ut de praebenda, cum ea vacare contigerit in ecclesia Bituricensi, investiri curent Geraldum nepotem archiepiscopi Bituricensis, ipsumque recipi faciant in canonicum.

1273. — *Romae apud Sanctum Petrum 30 Aprilis.*

« (Gerhardo) Bremensi Archiepiscopo. » Mandat, (Albertum) Livoniensem episcopum leniter tractet, ut eius ecclesiae augmento diligenter intendat, nec tentet ecclesiam ipsam suae metropolis iurisdictioni submittere. Romae apud Sanctum Petrum II. Kal. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1038. fol. 247; Mss. Vallicell. I. 53; Gruber Origin. Livon. 244. not.; Script. rer. Livon. I. 372. not.; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 40; Lappenberg Hamburg. UB. I. 363. n. 416; Potthast 507. n. 5769. (absque signo chronol.); Rodenberg Ep. Sel. 45. n. 62.* — « Cvm novella plantatio. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum episcopo Verdensi, Abbati de Luneberc et Preposito in Lune Verdensis diocesis.

1274. — *Romae apud Sanctum Petrum 30 Aprilis.*

« Eidem. » Eum redarguit quod crucesignatos in succursum Livoniae multipliciter impediat quominus votum suum prosequantur, et prosequentes illuc non patiatur transfretare: monet ne illos amplius molestare praesumat. Dat. ut supra. (Romae apud Sanctum Petrum II. Kal. Maii anno secundo). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1039. fol. 247; Lappenberg l. c. 362. n. 415; Bunge Livl. UB. I. 46. n. 41; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 40; Potthast 507. n. 5768; Horoy H-i opp. omn. II. 724. n. 217; Rodenberg Ep. Sel. 46. n. 63.* — « Cvm secvndvm sapientis. »

1275. — *Romae apud Sanctum Petrum 2 Maii.*

« Episcopo Cenomanensi, de Vadatio et sancte Marie de Burgo Medio Blesensi Abbatibus Carnotensis et Cenomanensis diocesum. » Vt moneant Philippum Francorum regem ad restituendum castrum de Soliaco Aurelianensi episcopo. Romae apud Sanctum Petrum VI. Non. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1036. fol. 246.* — « Licet svper castro. »

1276. — *Romae apud Sanctum Petrum 2 Maii.*

« Episcopo et Decano Sancti Iohannis et magistro Ade canonico Leodiensibus. » Vt visitent et corrigant ecclesiam sancti Servatii in Traiecto, in qua referunt decanum in reprobum sensum datum vix in ebdomada ecclesiam ingredi et vino saepius se inebriare, quem nonnulli suspectum putant de haeretica pravitate et in decanatum datis muneribus se intrusisse; quosdam canonicos eiusdem ecclesiae, ut laicos, publice cum mulieribus se coniungere cum solemnitate quae solet in matrimoniis observari; quosdam canonicorum filios canonicos simoniacum habuisse ingressum, et alia huiusmodi. Romae apud Sanctum Petrum VI. Non. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1041. fol. 247.* — « Ad avdientiam apostolatvs. »

In eundem fere modum scriptum est Decano et Magistris I. de Nivellia sancti Iohannis et Ade Sancti Lamberti canonicis Leodicensibus.

1277. — *Romae apud Sanctum Petrum 2 Maii.*

« Episcopo, Cantori et magistro Vele Canonico Burgensibus. » Mandat, ut nisi electus Zamorensis conferat archidiaconatum suae ecclesiae P. canonico Zamorensi familiari cardinalis Aegidii tit. sanctorum Cosmae et Damiani, mandatum apostolicum ipsi exequendum curent. Romae apud Sanctum

Petrum VI. Non. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1048. fol. 249.* — « SI ZAMORENSE CAPITVLVM. »

In eundem fere modum scriptum est eidem Electo, verbis competenter mutatis.

1278. — *Romae apud Sanctum Petrum 2 Maii.*

« Preposito, Decano et Capitulo Bremensibus. » Indulget, ne eorum archiepiscopus, qui pro tempore fuerit, decimas, cometias et advocatias ad eorum ecclesiam pertinentes, cum eas vacari contigerit, in damnum ipsius ecclesiae alicui in feudum assignet, et decimas ad ecclesiam eandem spectantes libere de manibus laicorum redimere possint. Romae apud Sanctum Petrum VI. Non. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1075. fol. 252; Lünig Spicil. eccl. Cont. III. (Reichs-Arch. XXI). 947; Lappenberg Hamburg. UB. I. 361. n. 413; Potthast 505. n. 5750. (12 Aprilis anno secundo); Horoy H-i opp. omn. II. 703. n. 198. (12 Apr.); Rodenberg Ep. Sel. 63. n. 64.* — « CVM IN MVLTIS. »

1279. — *Romae apud Sanctum Petrum 2 Maii.*

« Capitulo Bremensi. (*In vulg. edict. Decretal. legitur* Londoniensi, Lundensi, *vel* Lugdunensi Archiepiscopis et eius suffraganeis). » Requisitus Papa quid esset faciendum de sepultis a schismaticis tempore reprobi Waldemari (archiepiscopi intrusi) et de indumentis sacerdotalibus et de altaribus in quibus degradati presbyteri celebrarunt, respondet sepultos huiusmodi exhumandos non esse et debere indumenta iterum benedici et reconsecrari altaria supradicta. Dat. ut supra. (Romae apud Sanctum Petrum VI. Non. Maii anno secundo). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1079. fol. 252; Decretal. Honorii III. lib. I. tit. 9.* De sacramentis non iterandis *cap. I. ed. Cironius 48; Decretal. Gregorii IX. lib. I. tit. 16.* De sacramentis non iterandis *cap. 2; Boehmer Corp. II. 118; Richter Corp. II. 130; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 40; Ehmck Bremisches UB. I. 676. n. 279; Potthast 505. n. 5751. (ubi male ponit. sub die 12 Apr.) et in Append. p. 2086. n. 5751. (2 Maii); cf. Horoy H-i opp. omn. II. 703. n. 199. (12 Apr.); Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. I. tit. XVI. c. II. p. 134; Rodenberg Ep. Sel. 47. n. 65.* — « A NOBIS HVMILITER. »

1280. — *Romae apud Sanctum Petrum 4 Maii.*

« Abbati et Conventui monasterii de Carrari. » Permittit eis ut eorum monasterium ad ecclesiam sancti Georgii, sitam extra muros Paduanae civitatis, quae est capella eiusdem monasterii, transferre possint. Romae apud S. Petrum IIII. Non. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1053. fol. 250.* — « CVM OLIM NOBILIS VIR. »

1281. — *Romae apud Sanctum Petrum 5 Maii.*

« Vniversis Christi fidelibus per Maguntinam provinciam constitutis. » Scribit ut, si non possunt pro Terrae Sanctae subsidio signum crucis assumere, in subsidium tamen Pruteniae gentis tam spiritualibus quam temporalibus armis pro plantatione novella fidei christianae accedant, indulgentiam quam transituris Ierosolimam ipsis concedens. Romae apud Sanctum Petrum III. Non. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1148. fol. 262; Mss. Vallicel. I. 53; Würdtwein Nova subs. III. 61; Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 3. n. 2; Potthast 507. n. 5773; Horoy H-i opp. omn. II. 728. n. 221.* — « ALTO DIVINE DISPOSITIONIS. »

In eundem modum universis fidelibus per Poloniam et Pomeraniam constitutis. — *Reg. Vat. l. c.; Potthast l. c.; Theiner Mon. Polon. I. 4. n. 10; Kosegarten Cod. dipl. Pomerian. I. 266. n. 115; cf. Klempin Pommersches UB. I. 135. n. 182.*

In eundem modum universis fidelibus per Coloniensem provinciam constitutis. — *Reg. Vat. l. c.; Potthast l. c.*

In e. m. universis fidelibus per Salzeburgensem provinciam constitutis. — *Reg. Vat. l. c.; Potthast l. c.*

1282. — *Romae apud Sanctum Petrum 5 Maii.*

« Eidem (Christiano Episcopo Pruscie). » Notificat ei, se concedere liberam facultatem clericis qui in Prusciam praedicandi gratia vel alias in clericali ministerio domino ibidem serviendi duxerint accedendum, quamdiu praedicationi ac eiusmodi ministerio fideliter institerint, beneficia sua integre percipiendi ac si essent in ecclesiis, a quibus ea obtinent residentes. Romae apud Sanctum Petrum III. Non. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1153. fol. 262; Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 10. n. 8; Potthast 507. n. 5770; Horoy H-i opp. omn. II. 725. n. 218.* — « Et si secundum apostolum. »

1283. — *Romae apud Sanctum Petrum 5 Maii.*

« Eidem. » Indulget, ut in partibus Prusciae ecclesias instituat cathedrales, in quibus viros idoneos eligat in episcopos, et electis munus consecrationis impendat. Romae apud Sanctum Petrum III. Non. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1156. fol. 263; cf. Acta Boruss. I. 264; David Preuss. Chronik III. 43. et, sed non integra, II. 24; Watterich Deutsch. Ordensstaat 228; cf. C. Rethwisch Die Berufung des deutsch. Ord. gegen d. Preussen (Berl. 1868. 8°) 58; qui hanc bullam spuriam affirmat; Potthast 507. n. 5771.* — « Cum in partibus Pruscie. »

1284. — *Romae apud Sanctum Petrum 5 Maii.*

« Eidem. » Vt indulgentia operariis concessa qui ad evangelizandum verbum Domini in partibus Prusciae ac ad petendam elemosinam ad opus terrae illius incumbunt, « taliter uti studeas quod nos et te providos facias reputari. » Romae apud Sanctum Petrum III. Non. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1157. fol. 263.* — « Licet is qui dat. »

1285. — *Romae apud Sanctum Petrum 5 Maii.*

« Decano, Thesaurario et Ber. de Insula canonico Sancti Quintini Noviomensis diocesis. » Vt suspensionis sententiam, quam contra decanum et capitulum Paronenses promulgari fecit Remensis archiepiscopus ab episcopo Noviomensi quia procurationem indebitam eidem archiepiscopo non persolverant, si post appellationem ad Sedem Apostolicam lata sit, irritent. Romae apud Sanctum Petrum III. Non. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1182. fol. 266; Horoy H-i opp. omn. II. 726. n. 219.* — « Dilecti filii. »

1286. — *Romae apud Sanctum Petrum 5 Maii.*

Homines de Collepardo monet et hortatur, ut ab omni prioris et conventus s. Bartholomaei de Trisulto Cartusiensis ordinis molestatione desistant, alioquin non solum poenam banni, verum etiam aliam graviorem procul dubio incurrent. Romae apud S. Petrum III. Non. Maii anno secundo. — *Liverani Spicil. Liber. 721. n. 12; Potthast 507. n. 5772; Horoy H-i opp. omn. II. 727. n. 220.* — « Grave gerimus et. »

1287. — *Romae apud Sanctum Petrum 6 Maii.*

« Abbati de Laude Cisterciensis ordinis et Tornacensi et Insulensi Tornacensis diocesis decanis. » Mandat ut si Brugensi ecclesiae viderint expedire, renunciationem W. praepositi Brugensis et Flandriae Cancellarii de praepositura ecclesiae Brugensis acceptent, eique de eiusdem redditibus pro-

visionem assignent. Romae apud Sanctum Petrum II. Non. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1044. fol. 249; Horoy H-i opp. omn. II. 731. n. 224.* — « DILECTVS FILIVS. »

1288. — *Romae apud Sanctum Petrum 6 Maii.*

« (Andreae) Archiepiscopo Lundensi. (Turonensi, Tyrensi *edict. vulgat. Decretal.*). » Ipsi petenti quid agendum sit de monachis apostatis, qui ad recipiendum abiectum habitum nec blanditiis nec minis adduci poterant, respondet: « tales si volueris potes ita sub gravi custodia carcerare, quod solummodo vita sibi misera reservetur, donec a sue presumptionis nequitia resipiscant. » Romae apud Sanctum Petrum II. Non. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1067. fol. 251; Decretal. Honorii III. ed. Cironius 274; Decretal. Gregorii IX. lib. 5. tit. 9.* De apostatis et schismaticis *cap. 5; apud Boehmer Corp. II. 755. (ad an. 1224); Richter Corp. II. 762; fragm. apud Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 41; Lagerbring Svea Rikes Histor. II. 458; Liljegren Svenskt dipl. I. 195. n. 173; cf. Porthan Bullar. access. 8. n. 8; Potthast 507. n. 5776; Horoy H-i opp. omn. II. 732. n. 226; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. V. tit. IX. c. V. p. 791.* — « A NOBIS PETIIT. (expetiit: *Ciron.; Decretal.*). »

1289. — *Romae apud Sanctum Petrum 6 Maii.*

« Archiepiscopo Lundensi et suffraganeis eius. » Mandat « ne filii presbyterorum et clericorum, quos iidem post sacri nuper lateranensis statuta concilii in sacris ordinibus constituti turpiter genuerint, ipsis in hereditate paterna succedant, et propinquiores sui sanguinis preter illos ad eorum hereditatem facientes admitti. » Dat. ut supra. (Romae apud Sanctum Petrum II. Non. Maii anno secundo). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1068. fol. 251; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 41; Decretal. Honorii III. lib. 3. tit. 14.* De successione ab intest. *cap. I. ed. Cironius 208; Raynaldi l. c.; Liljegren l. c. I. 195. n. 174; cf. Porthan l. c. 9. n. 9; Potthast 508. n. 5777; cf. Horoy H-i opp. omn. II. 732. n. 225.* — « ETSI MVLTIS A. »

1290. — *Romae apud Sanctum Petrum 6 Maii.*

« Debilibus et pauperibus crucesignatis per Maguntinam provinciam constitutis. » Committit eis ut cum non possint ad Terram Sanctam transfretare, subveniant fidelibus in Pruscia nuper ad fidem christianam conversis, a barbaris nationibus infestatis. Romae apud Sanctum Petrum II. Nonas Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1147. fol. 261; Würdtwein Nova Subs. III. 65; Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 4. n. 3; Potthast 507. n. 5775; Horoy H-i opp. omn. II. 730. n. 223.* — « REX REGVM TERRE. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum super hoc debilibus et pauperibus Crucesignatis per Coloniensem provinciam constitutis.

In e. m. universis Christi fidelibus crucesignatis per Salzeburgensem provinciam constitutis.

1291. — *Romae apud Sanctum Petrum 6 Maii.*

« Archiepiscopis et Episcopis per Maguntinam, (Coloniensem, Magdeburgensem *quas omittit Theiner*), Salzburgensem, Gnesnensem (sic) et Londonensem provincias constitutis. » Eos rogat et hortatur, iniungant universis ecclesiarum praelatis suarum dioecesum ut quilibet populum saltem semel in anno moneat et inducat, ut (Christiano) episcopo Prusciae evangelizanti in suis partibus Iesum Christum pro tam laudabili opere pias elemosinas elargiantur. Romae

apud Sanctum Petrum II. Non. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1154. fol. 263; Theiner Mon. Pol. I. 5. n. 11; Voigt l. c. 11. n. 9; Würdtwein l. c. n. 64; Potthast 507. n. 5774; Horoy H-i opp. omn. II. 729. n. 222.* — « LEGISTIS VT CREDIMVS. »

1292. — *Romae apud Sanctum Petrum 6 Maii.*

Fontanensem abbatem Guido cancellarius Flandriae experitur iudicem. Romae apud S. Petrum II. Non. Maii anno secundo. — *Manrique Annal. Cisterc. IV. 144; Potthast 508. n. 5778.*

1293. — *Romae apud Sanctum Petrum 7 Maii.*

« Consulibus et populo Terracinensibus. » Mandat ut Henrico Fraiapani iura et consuetudines tam in terra quam in aquis, quas in eorum civitate habuerunt clarae memoriae Oddo, Robertus et Henricus Fraiapani, fideliter servent; alioquin dat litteris in mandatis episcopo Signino ut eos per census ecclesiasticos compellat. Romae apud Sanctum Petrum Non. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1049. fol. 249; Theiner Cod. dipl. dom. temp. S. Sedis tom. I. 48. n. 67; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 31; Georgii Histor. Setiae 236; Potthast 508. n. 5780; Horoy H-i opp. omn. II. 732. n. 227.* — « INVICTA FIDES ET. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum Consulibus et populo Pipernensibus excepto quod dicitur in superiori « in civitate vestra, » in ista dicitur « in castello vestro. »

Super hoc scriptum est eidem episcopo Signino.

1294. — *Romae apud Sanctum Petrum 7 Maii.*

« Archiepiscopo Tyrensi. (Turonensi *Decretal. Greg. IX*). » Scribit de I(acobo) Barbo (*alias* Balbo: *Richter* Barba) procuratore ecclesiae sancti Marci de Venetiis, qui supplicaverat, ut cum paratus esset dicto archiepiscopo iustitiae plenitudinem exhibere super ecclesia sancti Marci de Tyro, possessio illius ecclesiae quae per I(nnocentium) PP. dicto archiepiscopo fuit custodiae causa assignata sibi restitueretur, « quia, te pro causa necessaria tunc absente, ei assignari non poterat possessio postulata, nos eidem indulsimus ut sibi lapsus temporis non obsisteret quominus possessionem ipsam recuperare valeret: » declarat quod suae intentionis non fuit per ipsam indulgentiam ius perimere quod dicto archiepiscopo competebat ex possessione praeterita. Romae apud Sanctum Petrum Non. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1051. fol. 249; Decretal. H-i III. lib. 2. tit. 8.* De eo qui mittitur in possess. *c. 1. ed. Cironius 119; Decretal. Greg. IX. lib. 5. tit. 40.* De Verb. signific. *c. 28; Boehmer Corp. II. 876; Richter Corp. II. 887; Potthast 667. n. 7751. (absque nota chronol.); Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. V. tit. XL. c. 28. p. 924.* — « DILECTO FILIO IACOBO. »

1295. — *Romae apud Sanctum Petrum 7 Maii.*

« Constantino Scriptori nostro. » Confirmat ecclesiam de Aldewaldetoñ. (*in e. l.* Aldewaldetuñ.) ei in beneficium collatam a G(uala) tituli sancti Martini presbytero Cardinali Ap. Sed. Legato. Romae apud Sanctum Petrum Non. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1077. fol. 252.* — « SOLET ANNVERE. »

1296. — *Romae apud Sanctum Petrum 7 Maii.*

« Episcopo Laudunensi. » Mandat ut, non obstante frustratoria appellatione, corrigat excessus quorumdam presbyterorum et clericorum suae dioecesis qui vitam ducunt dissolutam. Romae apud Sanctum Petrum Non. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1087. fol. 254.* — « APPELLATIONIS REMEDIVM. »

1297. — *Romae apud Sanctum Petrum 7 Maii.*

Compositionem inter Petrum de Cincio, Iohannem de Romano, Iohannem de Cincio, et Petrum Iohannis cives Romanos ex parte una, et G(erardum) praepositum s. Mariae ad Gradus in Colonia et magistrum Iohannem scholasticum Carpensem procuratores (Engelberti) Coloniensis archiepiscopi ex altera, super debito 1325 marcarum sterlingorum a Theoderico quondam Coloniensi archiepiscopo in curia Romana contracto amicabiliter initam confirmat. Romae apud S. Petrum Non. Maii anno secundo. — *Ficker Engelbert d. Heilige 320; Ennen Quellen II. 68. n. 57; Potthast 508. n. 5779.* — « Ea qvae ivdicio. »

1298. — *Romae apud Sanctum Petrum 8 Maii.*

« (Pelagio) episcopo Albanensi Apost. Sedis Legato. » Ne permittat archiepiscopum Tyrensem super ecclesia sancti Marci Tyrensis, de qua inter ipsum et Venetos eorumque vicarios quaestio est suborta, indebite molestari, et causam ipsam fine debito terminandam curet. Romae apud Sanctum Petrum VIII. Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1052. fol. 250.* — « Cvm inter venerabilem fratrem. »

1299. — *Romae apud Sanctum Petrum 9 Maii.*

« (Henrico) duci Zelezie. » Confirmat concordiam inter eum et Wlodizlavum ducem Poloniae de pace perpetuo servanda, quae concordia inita fuit mediantibus (Paulo) Poznaniensi, (Laurentio) Wratislaviensi (*in e. l.* Wralizlaviensi) et (Laurentio) Lubicensi episcopis: in cuius amnistiae signum praedictus dux Zeleziae castrum quod dicitur Lubus duci Poloniae quoad vixerit cessit, ita tamen ut post huius mortem sibi vel suis haeredibus directe restituatur: praefati ducis Poloniae tenor litterarum habetur. Romae apud Sanctum Petrum VII. Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1059. fol. 250; Theiner Mon. Pol. I. 5. n. 12; cf. Grünhagen Reg. I. 103. n. 204; Potthast 508. n. 5781; Horoy H-i opp omn. II. 733. n. 228.* — « Tam per tvas. »

1300. — *Romae apud Sanctum Petrum 9 Maii.*

« Henrico Archiepiscopo Gneznensi et universis episcopis per Poloniam constitutis. » Vt observari faciant concordiam inter H(enricum) ducem Zeleziae et W(lodizlavum) ducem Poloniae. Vt supra usque in finem. (Romae apud Sanctum Petrum VII. Id. Maii anno secundo). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1060. fol. 151; Theiner Mon. Polon. I. 6. n. 13; Potthast 508. n. 5782; Horoy H-i opp. omn. II. 735. n. 229.* — « Dilecti filii nobiles. »

1301. — *Romae apud Sanctum Petrum 10 Maii.*

« Magistro T. Rectori Capelle Sancti Sepulchri de Legniz Wratizlaviensis diocesis. » Rogatu H(enrici) ducis Zeleziae capellam Sancti Sepulchri ei a S. Wratizlaviensi episcopo concessam confirmat. Romae apud Sanctum Petrum VI. Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1061. fol. 251.* — « Dilectvs filivs. »

1302. — *Romae apud Sanctum Petrum 10 Maii.*

« Wratizlaviensi Episcopo. » Indulget ut O. canonicus Wratizlaviensis ad ecclesiasticum ordinem et beneficium ecclesiasticum promoveri possit, non obstante quod a quodam diacono procreatus fuerit. Dat. ut supra. (Romae apud Sanctum Petrum VI. Id. Maii anno secundo). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1062. fol. 251.* — « Henricvs Dvx Zelezie. »

1303. — *Romae apud Sanctum Petrum 10 Maii.*

« Magistro Roffrido Epyphanii Iudici Beneventano. » Iudex ordinarius in civitate Be-

neventana a Papa constituitur. Romae apud Sanctum Petrum VI. Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1063. fol. 251.* — « CVM TE AD SEDEM. »

1304. — *Romae apud Sanctum Petrum 10 Maii.*

« Rectori, Iudicibus, Consulibus et universo populo Beneventanis. » Mandat, ut ad magistrum Roffridum Epyphanii civem Beneventanum a se in iudicem electum, cum necesse fuerit, recurrant. Romae apud Sanctum Petrum VI. Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1064. fol. 251.* — « CVM DILECTVM FILIVM. »

1305. — *Romae apud Sanctum Petrum 10 Maii.*

« Magistro I. Subdiacono nostro, Lemovicensi et Hugoni de Cornil Caturcen. Archipresbyteris et Amelio Daiud Canonico Sancti Iuniani Lemovicensis diocesis. » Vt inquirant et iudicium faciant de Priore ecclesiae sancti Augustini Lemovicensis dioecesis, qui de simonia, de dilapidatione bonorum et de aliis excessibus infamatus dicitur. Romae apud Sanctum Petrum VI. Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1066. fol. 251.* — « P. ET QVIDAM ALII. »

1306. — *Romae apud Sanctum Petrum 10 Maii.*

Abbatem et conventum de Svarzha cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem libertates et immunitates a b. m. Iohanne episcopo Spirensi eorum monasterio concessas confirmat. Romae apud S. Petrum VI. Id. Maii anno secundo. — *Würdtwein Nova subs. XIII. 230; Potthast 508. n. 5783; Horoy H-i opp. omn. II. 736. n. 230.* — « CVM A NOBIS. »

1307. — *Romae apud Sanctum Petrum 11 Maii.*

« Archiepiscopo Cantuariensi, Roffensi et Saresbiriensi episcopis. » Vt inducant Elyensem Electum ad beneficium ecclesiasticum conferendum magistro Iacobo scriptori et familiari Papae. Romae ap. S. Petrum V. Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1065. fol. 251; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « HONORI ET VTILITATI. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum super hoc Elyensi electo.

1308. — *Romae apud Sanctum Petrum 12 Maii.*

« Iohanni Archipresbytero et clericis ecclesie Sancti Celsi. » Confirmat concordiam inter ipsos et ecclesiam sancti Salvatoris de Imversis « ut per unum presbyterum ecclesie vestre die noctuque faciatis memorate ecclesie deserviri, qui semper in ecclesia vestra commedat et eiusdem capelle proventus deferat ad eandem, quem vicissim mutabitis pro vestre arbitrio voluntatis, nec occasione ipsius presbyteri apud prefatam ecclesiam sancti Salvatoris domus aliqua construetur. » Romae apud Sanctum Petrum IIII. Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1072. fol. 252.* — « CVM PARROCHIANI. »

1309. — *Romae apud Sanctum Petrum 12 Maii.*

« (Iacobo) Abbati et Conventui sancti Eucharii (*Potthast addit:* et s. Matthiae apostoli) Treverensis. » Confirmat ecclesiam de Nithenber (*Potth.* Nederbergh) cum pertinentiis suis a (Theoderico) archiepiscopo Treverensi eisdem concessam. Romae apud Sanctum Petrum IIII. Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1073. fol. 252; Mittelrheinisches UB. III. 83; Potthast App. p. 2087. n. 5785a-26019.* — « SOLET ANNVERE. »

1310. — *Romae apud Sanctum Petrum 12 Maii.*

« Episcopo et Capitulo Claromontensibus. » Vt recipiant in canonicum Willelmum

de Murato nepotem Bituricensis archiepiscopi cum is « talento scientie, titulo generis et morum fulgeat venustate. » Romae apud Sanctum Petrum IIII. Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1081. fol. 253.* — « ET SI OMNIBVS. »

In eundem modum scriptum est Magistris P. de Vico Archidiacono et P. Cancellario ac Bonoamico Canonico Bituricensibus ut predictum episcopum et capitulum Claromonten. ad id efficaciter moneant et inducant.

1311. — *Romae apud Sanctum Petrum 12 Maii.*

« (Ottoni) Episcopo Monasteriensi. » Confirmat statutum H(ermanni) Monasteriensis episcopi sui praedecessoris, qui « in ecclesia sancti Martini in Monasterio ad ipsius ordinationem spectante de communi consensu capituli sui quinque prebendas in eadem ecclesia statuit canonicis secularibus assignandas, preficiens eisdem Prepositum qui de omnibus rebus ecclesie utiliter disponendi liberam habeat facultatem. » Romae apud Sanctum Petrum IIII. Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1085. fol. 254; Wilmans Westfäl. UB. III. 66. n. 127; Potthast 508. n. 5785; Horoy H-i opp. omn. II. 737. n. 232.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

1312. — *Romae apud Sanctum Petrum 12 Maii.*

« (Everardo) Ambianensi Episcopo. » Super litteris Pontivi et Musteroli (*Potth.* Monsteroli) comitis, qui supplicaverat ut clerici negotiatores suae terrae, vel ab illicitis saecularibus negotiationibus abstinerent, vel quoad facultates eorum statutis et consuetudinibus patriae subiacerent, respondet ei: « cum dicti loci diocesanus existas, clericos tales, si tertio a te moniti ecclesiis servire contempserint, huiusmodi negotiationibus pretermissis, cum facto huiusmodi privilegium abiciant clericale, quominus de suis facultatibus dum hiis se implicant statutis et consuetudinibus patrie subiaceant non defendas. » Romae apud Sanctum Petrum IIII. Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1095. fol. 255; Decretal. Honorii III. lib. III. tit. I.* De vita et honestate clericor. *cap. 2. ed. Cironius 176; Decretal. Gregorii IX. lib. III. tit. 1.* De vita et honest. cleric. *cap. 16; Boehmer Corp. II. 419. (ad annum 1222); Richter Corp. II. 437; fragm. apud Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 58; I. de Jésus-Maria Hist. des Comtes de Ponthieu 140; Potthast 508. n. 5784; cf. Horoy H-i opp. omn. II. 737. n. 231; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. III. tit. I. c. XVI. p. 453.* — « EX LITTERIS NOBILIS VIRI. »

1313. — *Romae apud Sanctum Petrum 12 Maii.*

« Eidem. » Mandat, ne clerici de terra nobilis viri Pontivi et Musteroli comitis, qui homicidium patraverint, gaudeant privilegio clericali, sed poena quae a dicto comite est statuta faciat huiusmodi maleficos cohiberi. Dat. ut supra. (Romae apud Sanctum Petrum IIII. Id. Maii anno secundo). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1096. fol. 255.* — « EX LITTERIS NOBILIS VIRI. »

1314. — *Romae apud Sanctum Petrum 12 Maii.*

(Christiano) episcopo Prusciae mandat ut si qui contra eius voluntatem terram baptizatorum totius Prusciae intrare voluerint, vel in ea disponere quicquam praesumpserint, per quod possit paganorum conversio praepediri vel deteriorari conditio conversorum, eos a praesumptione huiusmodi per censuram ecclesiasticam compescat. Romae apud Sanctum Petrum IV. Id. Maii anno secundo. — *Hasselbach Cod. diplom. Pomeraniae. I. 268. n. 116; Horoy H-i opp. omn. II. 737. n. 233; Watterich deutsch. Ordenstaat 228; cf. Potthast 508. post n. 5785; qui deinde refert*

hanc epistolam, sub hac eadem die, ad annum vero 1219. tertium pont. Honorii III, pag. 531. n. 6063. — « QVVM SECVNDVM APOSTOLVM. »

1315. — *Romae apud Sanctum Petrum 13 Maii.*

« (Christiano) Episcopo Pruscie. » Vt evangelizantibus in partibus Prusciae et eleemosinam petentibus ad opus terrae illius, indulgentiam quandam concedat. Romae apud Sanctum Petrum III. Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1157. fol. 263.* — « LICET IS QVI. »

1316. — *Romae apud Sanctum Petrum 14 Maii.*

« Abbati et Conventui Lebernensis (*Potthast* Lesbernensis) monasterii. » Confirmat redditus quos O(tto) Monasteriensis episcopus in ecclesia Thisteden (Diestedde) eis concessit. Romae apud Sanctum Petrum II. Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2 epist. 1086. fol. 254; Wilmans Westfäl. UB. III. 66. n. 128; Potthast 508. n. 5787; Horoy H-i opp. omn. II. 738. n. 234.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

1317. — *Romae apud Sanctum Petrum 14 Maii.*

« Episcopo Brixiensi (*leg.* Capitulo) et universis clericis tam civitatis quam diocesis Brixiensis. » Cum Brixiensis episcopus crucesignatus in procinctu sit itineris ut exequatur votum suum, mandat ut eidem assignent vicesimam pro subsidio Terrae Sanctae. Romae apud Sanctum Petrum II. Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1088. fol. 254; Mss. Vallicel. I. 53.* — « CVM VENERABILIS FRATER. »

1318. — *Romae apud Sanctum Petrum 14 Maii.*

Vercellensi, Taurinensi et Astensi episcopis mandat, ut, cum ecclesia (s. Evasii) canonicorum Casalensium ord. s. Augustini penitus sit desoluta et destructa, eis subventionem congruam ministrent. Romae apud S. Petrum II. Id. Maii anno secundo. — *De-Conti Notizie stor. di Casale II. 380; Potthast 508. n. 5786; Horoy H-i opp. omn. II. 739. n. 235.* — « DILECTI FILII PRAEPOSITVS. »

1319. — *Romae apud Sanctum Petrum 14 Maii.*

Decano et Capitulo Sancti Martini Monasteriensis decimas de Bocholte et de Brunestorpe eis ab Ottone Monasteriensi episcopo collatas confirmat. Romae apud S. Petrum II. Id. Maii anno secundo. — *Wilmans Westfäl UB. III. 66. n. 129; Potthast 508. n. 5788; Horoy H-i opp. omn. II. 740. n. 236.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

1320. — *Romae apud Sanctum Petrum 15 Maii.*

« Iolante Vngarie Regine illustri. » Confirmat donationem, quam Andreas Vngariae rex pro ea fecit, in eventu quod in peregrinatione ad Terram Sanctam diem supremum obiisset, ut « tu pro octo millibus marcarum argenti in quibus nomine donationis propter nuptias tibi tenetur, sales qui per Morisium descendunt percipias, et proventus Sarracenorum de Pesth ac comitatus de Budric, quousque tibi sit de predicta summa pecunie plenarie satisfactum. » Romae apud Sanctum Petrum XVIII. Kal. Iunii (sic) anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1058. fol. 250; Theiner Mon. Hungar. I. 13. n. 22. (XVII. Kal. Iunii); Fejér Cod. dipl. III. 1. 263; Erben Reg. Bohem. I. 280. n. 597; cf. Palacky Reise 21. n. 68; Potthast 510. n. 5802. (16 Maii); Horoy H-i opp. omn. II. 763. n. 253. (16 Maii).* — « IVSTIS PETENTIVM. »

1321. — *Romae apud Sanctum Petrum 15 Maii.*

« Episcopo et Capitulo Vivariensibus. » Indulget ut, non obstante iuramento ab eis exhibito de non recipiendo aliquem in canonicum nisi quindecim de capitulo prae-

sentes et consentientes existant, ac nunc huiusmodi numerus non sit plenus, recipere possint in canonicos R. et Borbonum viros litteratos utique et discretos. Romae apud Sanctum Petrum Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1070. fol. 252; Horoy H-i opp. omn. II. 745. n. 242.* — « Ex parte vestra. »

1322. — *Romae apud Sanctum Petrum 15 Maii.*

« Magistro et fratribus domus Hospitalis sancti Nycolai Metensis. » Confirmat ecclesiam sancti Martini prope eorum hospitale cum pertinentiis suis a Conrado episcopo Metensi et imperialis aulae cancellario eidem hospitali donatam. Romae apud Sanctum Petrum Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1074. fol. 252; Horoy H-i opp. omn. II. 746. n. 243.* — « Cvm a nobis petitvr. »

1323. — *Romae apud Sanctum Petrum 15 Maii.*

« (Bernardo) Archiepiscopo Tarantasiensi et Decano Sancti Andree Gratianopolitane diocesis et Sacriste Viennensi. » Vt in causa inter episcopum Gebennensem et abbatem et conventum de Abundantia super iure instituendi presbyteros in ecclesiis de Leffraces et de Passie, moneant eundem episcopum ad relaxandas infra octo dies sententias interdicti et excommunicationis ab eo latas in unam dictarum ecclesiarum et in operarios conventus de Abundantia, neque eosdem conventum et abbatem super dictis ecclesiis indebite molestet, et causam audiant. Romae apud Sanctum Petrum Idib. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1078. fol. 252; Gallia Christ. XVI. instr. p. 153. n. 13; Mém. et docum. de Genève XVI. 172. n. 3; Potthast 509. n. 5796; Horoy H-i opp. omn. II. 755. n. 247.* — « Coram dilecto filio. »

1324. — *Romae apud Sanctum Petrum 15 Maii.*

« (Conrado) Episcopo Ratisponensi, de Ebra et Waltsasensi (*Potthast* Walsasensi) Abbatibus Cisterciensis ordinis Herbipolensis et Ratisponensis diocesum. » Vt inducant (Otakarum) regem Boemiae (sic) ut in manibus suis ipse praestet et a nobilibus terrae suae praestari faciat cautionem idoneam dimittendi de cetero (Andreae) episcopo Pragensi institutiones, destitutiones et iudicia quaelibet clericorum ac alia quae noscuntur ad ius pontificalis officii pertinere; nec non ipsum episcopum per procuratores suos restituat in episcopatus sui liberam et quietam possessionem, et de proventibus subtractis sibi ac iis qui adhaeserunt eidem episcopo congruam satisfactionem exhibeat et a suis faciat subditis exhiberi. Romae apud Sanctum Petrum Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1079. fol. 253; Manrique Ann. Cisterc. IV. 143; Boczek Cod. Dipl. Morav. II. 106. n. 94; Erben Reg. Bohem. I. 279. n. 596; cf. Palacky Reise 21. n. 67; Bullar. Rom. ed. Taurin. III. 342; Potthast 509. n. 5790; Horoy H-i opp. omn. II. 741. n. 238; Rodenberg Epist. Sel. 48. n. 67.* — « Karissimvs in Christo. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est (Otakaro) illustri regi Boemie, verbis competenter mutatis.

1325. — *Romae apud Sanctum Petrum 15 Maii.*

« H(enrico) illustri Regi Anglie. » Vt B(erengariae) quondam Anglorum reginae solvat pro dotalicio mille libras bonorum et legalium sterlingorum terminis constitutis iuxta compositionem inter ipsam et b. m. I(ohannem) regem Angliae ab Innocentio Papa (III) confirmatam. Romae apud Sanctum Petrum Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1080. fol. 253; Mss. Vallic. I. 53; Musaeum Britann. add.*

mss. 15351; Horoy H-i opp. omn. II. 746. n. 244. — « QVANTO TE ILLE. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est G(ualae) tit. Sancti Martini presbytero Cardin. Ap. Sed. Legato.

In e. m. episcopo Wintoniensi et nobili viro W. Marescallo.

In e. m. (Berengariae) quondam Anglorum reginae illustri matri supradicti regis, verbis competenter mutatis.

1326. — *Romae apud Sanctum Petrum 15 Maii.*

« Cantuariensi et Sancti Suitini prioribus et decano Wintoniensi. » Mandat ut abbati et monachis conventus sancti Petri de Cultura Cenomanensis restitui faciant ab Hugone de Clocestria ecclesiam de Todingduno cum manero de Wolsistuñ. quae ad dictum monasterium spectant, et super hoc negotio et aliis rebus Papae referant. Romae apud Sanctum Petrum Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. ep. 1084. fol. 153; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « IN COMMISSO NOBIS. »

1327. — *Romae apud Sanctum Petrum 15 Maii.*

« I. F. et N. Archidiaconis Cathalaunensibus. » Vt abbatem sancti Vincentii Metensem ab officio suspendant eique iniungant ut P. pauperi subdiacono crucesignato refusis expensis litis quae super quadam annua pensione inter ipsos agitur, ad Sedem Apostolicam accedat. Romae apud Sanctum Petrum Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1111. fol. 257.* — « IN NOSTRA QVONDAM. »

1328. — *Romae apud Sanctum Petrum 15 Maii.*

« Episcopo Regino Procuratori episcopatus Vicentini et Capitulo Vicentino. » Vt in canonicum admittant Iohannem clericum sancti Andreae Paduae, eique praebendam adsignent. Romae apud Sanctum Petrum Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1113. fol. 257.* — « APOSTOLICE SEDIS BENIGNITAS. »

1329. — *Romae apud Sanctum Petrum 15 Maii.*

« (Andreae) Lundensi Archiepiscopo. » Ipsi postulanti concedit ut in ecclesiis provinciae suae, ubi vicarii perpetui propter tenuitatem ecclesiarum poni non possunt, faciat provideri per illos ad quos eorum institutio pertinet, iuxta quod observari consuevit ante concilium generale. Romae apud Sanctum Petrum Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1130. fol. 259; Liljegren Svenskt Dipl. I. 196. n. 175; Suhm Hist. af Danmark IX. 751; cf. Porthan Bull. access. 9. n. 10; Potthast 509. n. 5797; Horoy H-i opp. omn. II. 756. n. 248.* — « CONSIDERATIS CIRCVMSTANTIIS. »

1330. — *Romae apud Sanctum Petrum 15 Maii.*

« Vniversis Christi fidelibus ad quos litere iste pervenerint. » Exponit immanitatem quam pagani exercebant in Pruscia, cum omnes non masculini sexus soboles praeter unam occiderent: cui malo ut obsisteret, (Christianum) Prusciae episcopum eas emere disposuisse: hortatur ergo ut eorum largitionibus ipsum in hoc opere adiuvent. Romae apud Sanctum Petrum Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1150. fol. 262; Mss. Vallic. I. 53; Voigt Cod. Dipl. Pruss. I. 6. n. 5; Potthast 509. n. 5793; Horoy H-i opp. omn. II. 744. n. 241.* — « ET SI MILITIA SIT. »

1331. — *Romae apud Sanctum Petrum 15 Maii.*

« Vniversis Christi fidelibus ad quos litere iste pervenerint. » Vt elemosinis subveniant episcopo Prusciae, qui scolas ibidem ad augmentum christianae fidei in-

stituere disposuerat. Romae apud Sanctum Petrum Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1151. fol. 262; Voigt l. c. 5. n. 4; Potthast 509. n. 5792; Horoy H-i opp. omn. II. 743. n. 240.* — « CVM SIT HVMANI. »

1332. — *Romae apud Sanctum Petrum 15 Maii.*

« (Christiano) Episcopo Pruscie. » Mandat, nemo christianorum ferrum, arma vel sal paganis de Pruscia vendat. Romae apud Sanctum Petrum Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1155. fol. 263; Mss. Vallic. I. 53; Voigt l. c. 11. n. 10; Potthast 509. n. 5791; Horoy H-i opp. omn. II. 743. n. 239.* — « VT PAGANI SALTEM. »

1333. — *Romae apud Sanctum Petrum 15 Maii.*

« (Roberto) Episcopo Vesprimiensi et de Bokam (*Potthast* Bokon) et de Pelis (*Potthast* Pilis) Abbatibus Vesprimiensis diocesis. » Vt ad ecclesiam Watiensem personaliter accedentes inquirant contra (Iacobum) episcopum Watiensem, quem G. et B. archidiaconi eiusdem ecclesiae pro se ac capituli nomine dicunt comessationibus et ebrietatibus intendentem, delectari in dolo et in malitia gloriari, iura et approbatas consuetudines ecclesiae Watiensis negligere, possessiones dilapidare, clericos terris, pratis, silvis et rebus aliis spoliare et excommunicationis vinculo contra statuta concilii generalis adstringere, beneficia simoniace conferre, et alia huiusmodi perpetrare. Romae apud Sanctum Petrum Id. Maii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1189. fol. 266; Theiner Mon. Hungar. I. 13. n. 21; fragm. apud Manrique Ann. Cist. IV. 143. ad n. 13; Fejér Cod. Dipl. III. 1. 261. VII. I. 198; Pray Hier. I. 340; Katona Hist. critic. V. 310; Potthast 509. n. 5795; Horoy H-i opp. omn. II. 754. n. 246.* — « VTINAM VENERABILIS FRATER. »

1334. — *Romae apud Sanctum Petrum 15 Maii.*

Priori et conventui monasterii Glastoniae ecclesias s. Iohannis de Glastonia et de Estpennard cum capellis etc. confirmat. Romae apud S. Petrum Id. Maii anno secundo. — *Dugdale Monast. Anglic. I. 30. n. 21: Potthast 508. n. 5789; Horoy H-i opp. omn. II. 741. n. 237.* — « CVM A NOBIS. »

1335. — *Romae apud Sanctum Petrum 15 Maii.*

Sacratissimum monasterium sancti Pauli de Vrbe protegendum suscipit ad exemplar Innocentii PP. III, statuens ut monasticus ordo secundum b. Benedicti regulam ibidem perpetuis temporibus observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima recenset, privilegia, libertates atque immunitates confirmat. Romae apud Sanctum Petrum Id. Maii indict. VIII. (!) incarn. domin. anno 1218 pontif. anno secundo. — *Margarini Bull. Casin. I. 31; Potthast 509. n. 5794; Horoy H-i opp. omn. II. 748. n. 245.* — « CVM ALIQVA TIBI. »

1336. — *Romae apud Sanctum Petrum 16 Maii.*

« Riccardo abbati ecclesie Sancti Thome de Paraclito eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Mandat ut regula sancti Augustini secundum institutionem fratrum sancti Victoris Parisiensis ab iisdem observetur, et ut eorum ecclesia sub protectione b. Petri constituatur, pertinentias et iura enumerat et confirmat. Romae apud Sanctum Petrum XVII. Kalendas Iunii indict. VIII. (!) incarn. domin. anno 1218 pontif. anno secundo per manum Raynerii Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarii. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1071. fol. 252; Langebek Scr. rer. Dan. VI. 148; Potthast 509. n. 5799; Horoy H-i opp. omn. II. 758. n. 250.* — « AD HOC VNIVERSALIS. »

1337. — *Romae apud Sanctum Petrum 16 Maii.*

« Capitulo Sancti Aniani Aurelianensi. » Iterum eis scribit ut in eorum consortium recipiant magistrum I. de Calceata, alioquin dat litteris in mandatis decano Carnotensi, cantori et succentori Aurelianensibus ut eos per censuras ecclesiasticas ad id compellant. Romae apud Sanctum Petrum XVII. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1100. fol. 256.* — « Si ad decorem. »

Scriptum est super hoc eisdem decano Carnoten. cantori et succentori Aurelianensibus ut mandatum apostolicum exequantur.

1338. — *Romae apud Sanctum Petrum 16 Maii.*

« Vniversis crucesignatis Teutonie, Boemie, Maravie (sic), Dacie, Polonie et Pomeriane ad subsidium Prutenorum proficiscentibus. » Vt defendendo episcopum Prusciae pro paganorum conversione laborantem non lucra propria quaerant subiiciendo sibi eorum terram, sed Dei gloriam, nec quidquam agant nisi ex consilio eiusdem episcopi. Romae apud Sanctum Petrum XVII. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1149. fol. 262; Mss. Vallicell. I. 53; Theiner Mon. Polon. I. 6. n. 14; Erben Reg. Bohem. I. 280. n. 598; Voigt Cod. Dipl. Pruss. I. 8. n. 6; Hasselbach Cod. Dipl. Pomeran. I. 269; Watterich Deutsch. Ordensstaat 230; cf. Palacky Reise 21. n. 69; Klempin Pommersches UB. I. 135. n. 184; Potthast 509. n. 5798; Horoy H-i opp. omn. II. 757. n. 249.* — « Cvm secvndvm apostolvm. »

1339. — *Romae apud Sanctum Petrum 16 Maii.*

Abbatem et conventum monasterii de Stella Praemonstratensis ordinis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesias de Auton et s. Medardi de Lokenes cum capella de Maisoncelles etc. eis confirmat. Romae apud S. Petrum XVII. Kal. Iunii anno secundo. — *Gallia christ. VIII. instr. p. 439; Potthast 509. n. 5800; Horoy H-i opp. omn. II. 760. n. 251.* — « Sacrosancta romana ecclesia. »

1340. — *Romae apud Sanctum Petrum 16 Maii.*

(Henrico) episcopo, praeposito et scholastico Argentinensibus mandat, compellant officiales episcopi Spirensis, qui, cum is qui pro tempore in monasterio de Svarzahe eligitur in abbatem, a Spirensi episcopo temporalia recipere teneatur, ab electo ipso pecuniam et res alias satagunt extorquere, ut ab eiusdem monasterii super his de cetero molestatione indebita conquiescant. Romae apud S. Petrum XVII. Kal. Iunii anno secundo. — *Würdtwein Nova Subs. XIII. 234; Potthast 510. n. 5801; Horoy H-i opp. omn. II. 762. n. 252.* — « Ex parte dilectorvm. »

1341. — *Romae apud Sanctum Petrum 17 Maii.*

« Abbati et conventui monasterii Sancti Petri Perusii. » Fidelibus qui certis festivitatibus devote convenerint in eorum monasterium, quod est Sedis Apostolice speciale, « nosque olim assumpti ad apostolatus apicem consecrationem recepimus in eodem, » quasdam indulgentias concedit. Romae apud Sanctum Petrum XVI. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1089. fol. 254.* — « Cvm monasterivm vestrvm. »

1342. — *Romae apud Sanctum Petrum 17 Maii.*

« Tricastrinensi et Vasionensi episcopis et preposito Cavalicensi. » Vt recipiant cessionem episcopi Carpentoratensis, qui senio confectus onus officii pastoralis ferre non potest, eique de bonis ipsius ecclesiae congruam provisionem adsignent. Romae apud Sanctum Petrum XVI. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1091. fol. 254; Horoy H-i opp. omn. II. 773. n. 264. (19 Maii).* — « Venerabilis frater noster. »

1343. — *Romae apud Sanctum Petrum 17 Maii.*

« Clero et populo Bituricensibus. » Scribit, se, habitis relationibus de miraculis a Willelmo archiepiscopo Bituricensi patratis, et sedulo et attente processibus examinatis de vita et moribus eius, sequendo divinum et humanum iudicium, inter sanctos confessores pontifices eum adscripsisse, eisque praecipit ut illum tamquam sanctum venerentur. Romae apud Sanctum Petrum XVI. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1097. fol. 255; Cocquelin Bullar. Roman. tom. 3. p. I. p. 197; ed. Taurin. 340. Bulaeus de Patronis 53; idem Hist. univer. Parisien. III. 91; Labbe Nova bibl. mss. II. 391; fragm. apud Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 33; cf. Potthast 510. n. 5805; Horoy H-i opp. omn. II. 763. n. 254.* — « Etsi electi dicantvr. »

1344. — *Romae apud Sanctum Petrum 17 Maii.*

« Archiepiscopo Bituricensi. » Mandat ut corpus sancti Willelmi, convocatis praelatis et aliis quos viderit expedire, in locum opportunum cum debita solemnitate transferri et collocari curet. Dat. ut supra. (Romae apud Sanctum Petrum XVI. Kal. Iunii anno secundo). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1098. fol. 255; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 33; Horoy H-i opp. omn. II. 766. n. 256.* — « Cvm corpvs beati Willelmi. »

1345. — *Romae apud Sanctum Petrum 17 Maii.*

« Vniversis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis. » Scribit de canonizatione sancti Willelmi Bituricensis archiepiscopi et de indulgentiis concessis iis qui eius corporis translationi interessent, et etiam futuris annis ab illis lucrandis qui ipso translationis die ad eandem solemnitatem reverenter accesserint. Dat. ut supra. (Romae apud Sanctum Petrum XVI. Kal. Iunii anno secundo). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1099. fol. 255; Bulaeus Hist. univers. Parisien. III. 91. et 92; idem de Patronis 53. et 55; Labbe Nova bibl. mss. II. 391. et 392; fragm. apud Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 33; Bull. Rom. ed. Taur. III. 340; Potthast 510. nn. 5803. (ubi incipit:* Etsi electi dicantur) *et 5804. et p. 513. n. 5835. (16 Iunii 1218); Horoy H-i opp. omn. II. 766. n. 255.* — « Divine benignitas pietatis. »

1346. — *Romae apud Sanctum Petrum 17 Maii.*

(Adolfo) Osnabrugensi episcopo, qui pravam consuetudinem, secundum quam sui praedecessores decedentium canonicorum ecclesiarum suae dioecesis ab eis beneficia obtinentium vestes recipiebant et equos, remiserat constituens « ut eidem canonici disponendi de praedictis et aliis bonis suis in mortis articulo liberam habeant facultatem, » hoc statutum confirmat. Romae apud S. Petrum XVI. Kal. Iunii anno secundo. — *Ioh. P. Kress Erläuterung des Archidiaconal-Wesens (Helmstedt 1725. fol.) Beilag. 182; Sandhoff Antist. Osnabr. II. LXVI; cf. Erdw. Erdmanni Chron. Osnab. ap. Meibom Scr. Rer. Germ. II. 215; Möser Osnabrückische Gesch. III. 250. n. 117. (27 Maii); Potthast 510. n. 5806: repet. in Append. p. 2087. n. 5820 a-26021. (sub die 27 Maii).* — « Cvm a nobis. »

1347. — *Romae apud Sanctum Petrum 18 Maii.*

« Episcopo (Silvanectensi *Potthast*) et archidiacono Cameracensibus et abbati Caroliloci Cisterciensis ordinis Silvanectensis diocesis. » Vt in causa quae vertitur inter episcopum et capitulum Suessionenses ex parte una et Maiorem, Iuratos et Comuniam Suessionenses ex altera super excommunicationis et interdicti sententiis ab iisdem episcopo et capitulo latis, iuxta litteras eisdem iam transmissas procedant. Romae apud Sanctum Petrum XV. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1093.*

fol. 254; Mss. Vallicell. I. 53; cf. apud Manrique Ann. Cisterc. IV. 139; Potthast 510. n. 5811; Horoy H-i opp. omn. II. 770. n. 261. — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

1348. — *Romae apud Sanctum Petrum 18 Maii.*

« Archiepiscopo Bituricensi. » Vt in aliqua suae provinciae ecclesia magistrum Aymiricum de Fonte clericum, « qui per annos plures in agro scolastico laborando, pretiosam ibidem scientie margaritam distractis fere omnibus bonis suis dicitur comparasse, » recipi faciat in canonicum et fratrem. Romae apud Sanctum Petrum XV. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1094. fol. 255; Horoy H-i opp. omn. II. 769. n. 260.* — « SVDORES EORVM. »

1349. — *Romae apud Sanctum Petrum 18 Maii.*

« (Guillelmo) Andegavensi, et (Hamelino) Cenomanensi episcopis et (Lucae) abbati de Burgolio Andegavensis diocesis. » Vt referant super causa de iure primatiae inter (Giraldum Bituricensem Archiepiscopum *Potthast, sed Cod. Vat.*) abbatem maioris Monasterii Turonensis et (Guillelmum) Burdegalensem archiepiscopum. Romae apud Sanctum Petrum XV. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1116. fol. 257; Bouquet Rec. XIX. 659; Potthast 510. n. 5808; Horoy H-i opp. omn. II. 767. n. 258.* — « VENERABILI FRATRE NOSTRO. »

1350. — *Romae apud Sanctum Petrum 18 Maii.*

« Patriarchis, Archiepiscopis, Abbatibus, Prioribus et universo clero in transmarinis partibus constitutis (Orientalibus *ita est titulus apud Potthast*). » Nuntiat se mittere ad eos P(elagium) Albanensem episcopum Ap. Sed. Legatum cui ipsos obedire mandat, eosque hortatur ut bonis operibus Deum placare studeant ut exercitui suo victoriam tribuat. Romae apud Sanctum Petrum XV. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1173. fol. 265; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 2; Potthast 510. n. 5810; Horoy H-i opp. omn. II. 768. n. 259.* — « AMMONITARVM DUX ACHIOR. »

Reg. Vat. addit: In eundem modum scriptum est regibus, principibus, ducibus, comitibus, baronibus, militibus et aliis in transmarinis partibus constitutis.

1351. — *Romae apud Sanctum Petrum 18 Maii.*

Abbati s. Genovefae Parisiensis praecipit, faciat ut compositio inter Petrum Sarracenum, Petrum de Paulo, Iohannem Pantaleonis ac Angelum Petri de Paulo cives Romanos ex una parte, et G(erardum) praepositum s. Mariae ad Gradus in Colonia ac magistrum Iohannem scolasticum Carpensem procuratores (Engelberti) Coloniensis archiepiscopi ex altera super debito 850 marcarum sterlingorum ab ipso contracto sponte inita inviolabiliter observetur. Romae apud S. Petrum XV. Kal. Iunii anno secundo. — *Ficker Hengelbert d. Heilige 324; Ennen Quellen II. 71. n. 58; Potthast 510. n. 5809.* — « CVM INTER DILECTOS. »

1352. — *Romae apud Sanctum Petrum 19 Maii.*

« Vniversis Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint. » Significat magistrum Robertum de sancto Germano latorem praesentium, non tam per se quam per litteras Philippi regis Francorum et per nuntios quos ad Sedem Apostolicam propter hoc L(odovicus) primogenitus eius transmisit, fuisse absolutum, qui fuerat in ecclesiam rebellis. Romae apud Sanctum Petrum XIIII. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1102. fol. 256; Mss. Vallicel. I. 53; Horoy H-i opp. omn. II. 771. n. 262.* — « SEDES APOSTOLICA. »

1353. — *Romae apud Sanctum Petrum 19 Maii.*

« C. Clerico. » Indulget ei ut cum ante adventum cuiusquam Legati Sedis Apostolicae in Poloniam pater suus clericus matrem suam virginem duxerit in uxorem, et iuxta regionis consuetudinem quae nondum illic erat prohibita se fecerit ad sacros ordines promoveri, ipsumque iam diaconum susceperit ex eadem, inspectis temporum et locorum circumstantiis, ad legitimos actus et ad sacros ordines admitti possit. Romae apud Sanctum Petrum XIIII. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1118. fol. 258.* — « Apostolice sedis. »

1354. — *Romae apud Sanctum Petrum 19 Maii.*

« Patriarche Constantinopolitano. » Iniungit, ut super resignatione electionis S. Nycomediensis electi ab eo emissa quia possessiones ecclesiae suae ab hostibus fere omnes per violentiam detinebantur, « taliter providere procures quod honorifice valeat dignitatem pontificalis officii exercere, munus ei consecrationis impendens, resignatione quam idem in manu tua de facto fecisse dignoscitur non obstante: si vero nequiveris providere competenter eidem, ne pontificalis dignitas minuatur in eo, si suis nequeat militare stipendiis in eadem, resignationem ipsius recipias vice nostra, predicatam Nycomediensem ecclesiam ordinando postmodum prout videris expedire. » Romae apud Sanctum Petrum XIIII. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1135. fol. 260.* — « Non honorant. »

In eundem modum scriptum est I(ohanni) tituli Sanctae Praxedis presbytero Cardinali Apost. Sedis Legato.

1355. — *Romae apud Sanctum Petrum 19 Maii.*

« Sacriste Massiliensi. » Vt simul cum sacristia ecclesiae Massiliensis recipere possit praeposituram ecclesiae Sistaricensis quam humilitatis causa recusaverat. Romae apud Sanctum Petrum XIIII. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1258. fol. 280; Horoy H-i opp. omn. II. 772. n. 263.* — « Cvm dilecti filii. »

1356. — *Romae apud Sanctum Petrum 21 Maii.*

« C. preposito Lausanensi. » Vt per subtractionem beneficiorum vel alias, prout viderit expedire, compellat quosdam canonicos Lausanenses ad sacros ordines recipiendos in quibus eidem ecclesiae ratione beneficiorum suorum servire tenentur. Romae apud Sanctum Petrum XII. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1092. fol. 254.* — « Lecta nobis ex parte. »

1357. — *Romae apud Sanctum Petrum 21 Maii.*

« Archiepiscopo Cusentino et abbati de Frigilo Sancte Severine diocesis. » Vt inquirant et referant de archiepiscopo sanctae Severinae qui « multipliciter dilapidare dicitur ecclesie sue bona, matrimonia legitima pecunia mediante dissolvere, et coniungere dissolvenda, ordinare clericos extra tempora constituta, et ecclesias personis infra aetatem legitimam constitutis (sic) contra generalis concilii statuta conferre, et alia multa committere. » Romae apud Sanctum Petrum XII. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1101. fol. 256.* — « De venerabili fratre. »

1358. — *Romae apud Sanctum Petrum 21 Maii.*

« Abbatisse ac monialibus sancti Laurentii Amalfitane diocesis. » Indulget eis ut paupertatis intuitu a praestatione vicesimae pro subsidio Terrae Sanctae absolvantur. Romae apud Sanctum Petrum XII. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2.*

epist. 1104. fol. 256. — « Religione ac pavpertate. »

1359. — *Romae apud Sanctum Petrum 21 Maii.*

« Maioris ecclesie et Sancti Petri prepositis et decano sancti Salvatoris Traiectensibus. » Laudato fidei et devotionis fervore quem W(illelmus) comes Hollandiae pro negotio Terrae Sanctae exhibet, mandat ut vicesimam proventuum ecclesiasticorum in Hollandia, Sellandia, Orientali Frisia ac in aliis terris suis ad Terrae Sanctae subsidium colligant. Romae apud Sanctum Petrum XII. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1109. fol. 256; Mss. Vallicel. I. 53; Rodenberg Epist. Sel. 49. n. 68.* — « Ardorem fidei. »

1360. — *Romae apud Sanctum Petrum 21 Maii.*

« Magistro Nycolao canonico in Francheinfort Maguntine diocesis. » Indulget, ut non obstante parrochiali ecclesia quam in Kelkerbach assecutus fuit ante concilium generale, capellam in Biscofsehim quam postmodum adeptus est, quamquam habet curam animarum adnexam, retinere possit. Romae apud Sanctum Petrum XII. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1123. fol. 258.* — « Etsi non debeat. »

1361. — *Romae apud Sanctum Petrum 22 Maii.*

«(Eberhardo) archiepiscopo Salzburgensi (*Potthast* Salisburgensi). » Mandat ei ut provideat, prout expedire viderit, quoad plebanum de Tusende, qui, quum hortatus esset ut vim vi repellendo quaedam domus cuiusdam ex illis qui plebem praedictam impugnabant succenderetur, et ibi demum, quo casu nescitur, quidam mortuus repertus esset, reverenter a divinis abstinuerat et dispensationem petierat. Romae apud Sanctum Petrum XI. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1103. fol. 256; cf. Deutinger Beyträge II. 152; Potthast 510. n. 5812.* — « A. plebanvs. »

1362. — *Romae apud Sanctum Petrum 22 Maii.*

« Cristiano Episcopo Pruscie. » Indulget ut de possessionibus ei extra suam dioecesim collatis nemo decimas extorquere praesumat. Romae apud Sanctum Petrum XI. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1152. fol. 262; Voigt Cod. Dipl. Pruss. I. 12. n. II; Potthast 511. n. 5813; Horoy H-i opp. omn. II. 773. n. 265.* — « Cvm vt lvcrifacias. »

1363. — *Romae apud Sanctum Petrum 22 Maii.*

Archiepiscopo Ravennati indulget ut strenuis crucesignatis in armis, quibus ad exequendum votum facultates non suppetunt, de vicesima oblationum et collectionum in truncis provideat. Romae apud S. Petrum XI. Kal. Iunii anno secundo. — *Rubei hist. Ravenn. 381; Fantuzzi Monum. Ravenn. Append. I. 104. n. 59; Tarlazzi Append. ai Monumenti Ravennati fra i Monumenti Storici delle provincie della Romagna. Tom. I. disp. I. p. 104; Potthast Append. 2087. n. 5813a-26020.* — « Per tvas nobis. »

1364. — *Romae apud Sanctum Petrum 23 Maii.*

« Nobili viro comiti Hollandie. » Indulget ut accepta cruce, si quae post iter peregrinationis arreptum excommunicationis fuerit sententia in eum promulgata, revocetur. Romae apud Sanctum Petrum X. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1107. fol. 256; Rodenberg Ep. Sel. 49. n. 69.* — « Cvm accepta crvce. »

1365. — *Romae apud Sanctum Petrum 23 Maii.*

« Abbati sancti Humberti Leodiensis diocesis et sancti Iohannis et sancti Martini

decanis Leodiensibus. » Nuntiat, se causam quae vertitur inter Willelmum de Hollandia et L(odovicum) de Los crucesignatos super quadam compositione in suspenso posuisse usque ad eorum reditum a voti executione. Romae apud Sanctum Petrum X. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1108. fol. 256; Rodenberg Ep. Sel. 50. n. 70.* — « QVIA NEMO MILITANS. »

1366. — *Romae apud Sanctum Petrum 23 Maii.*

« Abbati sancti Laurentii in Hostebruke Traiectensis diocesis et preposito sancti Salvatoris ac decano sancti Petri Traiectensibus. » Vt supersedeant in causa inter Willelmum de Hollandia et L(odovicum) de Los comites crucesignatos, donec votum exequantur. Romae apud Sanctum Petrum X. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1110. fol. 257.* — « NEMO MILITANS DOMINO. »

1367. — *Romae apud Sanctum Petrum 23 Maii.*

« Episcopo et capitulo Zamorensibus. » Nuntiat se dispensasse cum magistro Aegidio, qui vim vi repellendo quemdam vulneraverat, eique concedit executionem officii acolytatus et retentionem beneficii quod in eorum ecclesia obtinet ac receptionem etiam canoniae, si eam aliquando duxerint illi conferendam, ita tamen « quod tam ad ministerium altaris, quam ad sacros ordines accessum sibi noverit interdictum, nisi super hiis ab Apostolica Sede posset licentiam obtinere. » Romae apud Sanctum Petrum X. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1115. fol. 257.* — « DILECTVS FILIVS. »

1368. — *Romae apud Sanctum Petrum 23 Maii.*

« Burgensi et Lucensi episcopis et decano Compostellano. » Vt supersedeant in quaestione inter Portugalensem regem et T. et S. sorores eius, super castris Montis Maioris et Alanquer, damnisque gravibus et iniuriis, atque partibus terminum praefigant ut per procuratorem apostolico conspectui se repraesentent mandatum apostolicum recepturae. Romae apud Sanctum Petrum X. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1121. fol. 258.* — « INTER CARISSIMVM IN CHRISTO. »

1369. — *Romae apud Sanctum Petrum 23 Maii.*

« Episcopo et capitulo Lingonensibus. » Vt provideant de ecclesiastico beneficio Laurentio diacono qui diutius eorum ecclesiae inservivit. Romae apud Sanctum Petrum X. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. ep. 1203. fol. 270; Horoy H-i opp. omn. II. 775. n. 267.* — « INIVNCTE SERVITVTIS OFFICIVM. »

1370. — *Romae apud Sanctum Petrum 23 Maii.*

Abbati de Welgrad Cisterciensis ord. Olomucensis dioecesis et praeposito et decano Olomucensibus causam inter (Danielem) Pragensem episcopum et abbatem de Tepla Praemonstratensis ordinis super decimis quorundam locorum vertentem committit inquirendam. Romae apud Sanctum Petrum X. Kal. Iunii (anno secundo). — *Boczek Cod. Dipl. Morav. II. 92. n. 77; Erben Reg. Bohem. I. 270. n. 577. (uterque perperam ad ann. 1217); Potthast 511. n. 5814; Horoy H-i opp. omn. II. 774. n. 266.* — « CVM OLIM VENERABILIS. »

1371. — *Romae apud Sanctum Petrum 24 Maii.*

« De Andreio (*i. e.* Andreovia, Andrzejow, Andreovien.) et de Wangoz (Wonchock) abbatibus Cracoviensis diocesis et archidiacono Wratislaviensi. » Vt moneant W(ladizlavum) natum quondam Oddonis dioecesis Gneznensis ad restituendum ca-

strum de Chalis H(enrico, cognomento Barbato) duci Zelisiae (sic). Romae apud S. Petrum VIII. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1105. fol. 256; cf. Manrique Ann. Cist. IV. 143; Theiner Mon. Poloniae I. 7. n. 15. (26 Maii); Potthast 511. n. 5815. et repet. n. 5818. (ubi sub die 26 Maii ponitur); Horoy H-i opp. omn. II. 779. n. 271. (26 Maii).* — « Dilectvs filivs nobilis. »

1372. — *Romae apud Sanctum Petrum 25 Maii.*

« Pistoriensi Episcopo et Abbati Vallis Vmbrose. » Mandat ut accedant ad ecclesiam Fesulanam et inquirant de eius debito, et « cuius vel quorum culpa contractum fuerit, et quid ex illo in eiusdem ecclesie sit utilitate deductum. » Romae apud Sanctum Petrum VIII. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1106. fol. 256.* — « Cvm sicvt accepimvs. »

1373. — *Romae apud Sanctum Petrum 25 Maii.*

« De Plana Silva et Nantoliensi Abbatibus Burdegalensis et Pictaviensis diocesum et Archidiacono Xanctonensi. » Vt iudicent causam inter capitulum Burdegalense et canonicos sancti Severini eiusdem civitatis, an videlicet reformandus sit ordo canonicorum regularium in eadem sancti Severini ecclesia, ut idem capitulum asserit, sententiam quamdam Lucii Papae allegando. Romae apud Sanctum Petrum VIII. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1128. fol. 259; Horoy H-i opp. omn. II. 776. n. 268.* — « Accedens ad nostram presentiam. »

1374. — *Romae apud Sanctum Petrum 25 Maii.*

« Episcopo Laudunensi. » Mandat ne archidiacono Laudunensi vel alii cuiquam sine sui capituli consensu ius donationis praebendarum conferre audeat. Romae apud Sanctum Petrum VIII. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1136. fol. 260.* — « Dilecti filii. »

1375. — *Romae apud Sanctum Petrum 26 Maii.*

« Priori et capitulo Wastinensibus. » Indulget ut per triennium ad recipiendum aliquem in canonicum cogi non possint. Romae apud Sanctum Petrum VII. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1125. fol. 259.* — « Ex parte vestra. »

1376. — *Romae apud Sanctum Petrum 26 Maii.*

« Priori et Capitulo sancti Vrsini Bituricensibus. » Indulget ut per triennium ad recipiendum aliquem in canonicum cogi non possint. Romae apud Sanctum Petrum VII. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1126. fol. 259; Horoy H-i opp. omn. II. 778. n. 269.* — « Ex parte vestra. »

1377. — *Romae apud Sanctum Petrum 26 Maii.*

« Vniversis ad quos littere iste pervenerint. » Significat se magistrum Symonem de Langetoñ, qui ecclesiae se rebellaverat, poenitentem et confessum in gratiam suam iterum recepisse, sicut petitum fuerat a Philippo rege Francorum et a L(odovico) primogenito eius, qui nuntios ad Sedem Apostolicam super hoc destinaverant. Romae apud Sanctum Petrum VII. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1141. fol. 261.* — « Sedes apostolica. »

Cod. Vat. hic ad marginem haec verba addit: « Magistro etiam Helye ad mandatum Ecclesie redeunti fuit iniunctum sub debito iuramenti ut de cetero contra Romanam Ecclesiam, regem vel regnum Anglie se non opponeret, et ut prefatum regnum sine licentia speciali Summi Pontificis non intraret. »

1378. — *Romae apud Sanctum Petrum 26 Maii.*

« Th. preposito Coloniensi. » Indulget ut plura beneficia ecclesiastica pluresque dignitates, non obstante decreto concilii lateranensis, consequi possit. Romae apud Sanctum Petrum VII. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1170. fol. 264.* — « QVI BENE MERITOS. »

1379. — *Romae apud Sanctum Petrum 26 Maii.*

« Episcopo Magalonensi. » Confirmat comitatum Melgorii sive Montisferrandi datum ei in feudum ab Innocentio PP. (III) anno eius octavodecimo IIII. Idus Aprilis, cuius concessionis tenor hic habetur insertus. Romae apud Sanctum Petrum VII. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1184. fol. 266; Mss. Vallic. I. 53; Bull. Roman. ed. Taurin. III. 343. n. 24; Potthast 511. n. 5816; Horoy H-i opp. omn. II. 778. n. 270.* — « IN REGESTO CENSVALI. »

1380. — *Romae apud Sanctum Petrum 26 Maii.*

Potestati et populo Mutinensibus exponit « quod proximo venturum festum s. Iohannis Baptistae generali passagio terminus est praefixus. Romae apud Sanctum Petrum VII. Kal. Iunii anno secundo. — *Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. Dipl. 58. n. 711; Potthast 511. n. 5817.* — « CERTIFICARI POSTVLASTIS A. »

1381. — *Romae apud Sanctum Petrum 27 Maii.*

« (Miloni) Belvacensi electo. » Prorogat ad duos annos executionem voti quod fecerat pro crucis susceptione in subsidium Terrae Sanctae, cum (Albericus) Remensis archiepiscopus crucesignatus administrationem suae dioecesis eidem plenarie commiserit. Romae apud Sanctum Petrum VI. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1119. fol. 258; Bouquet Rec. XIX. n. 660; Potthast 511. n. 5819; Horoy H-i opp. omn. II. 780. n. 272.* — « NON DEROGAT VOTO. »

1382. — *Romae apud Sanctum Petrum 27 Maii.*

« Magistro et Fratribus sancti Iacobi Andrevillensibus. » Apostolicam protectionem eis concedit, bona possessionesque memorat et confirmat. Romae apud Sanctum Petrum VI. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1127. fol. 259.* — « SOLET ANNVERE. »

1383. — *Romae apud Sanctum Petrum 27 Maii.*

Capitulo S. Andreae Frisingensis areas iuxta ecclesiam suam sitas confirmat. Romae apud Sanctum Petrum VI. Kal. Iunii anno secundo. — *Lang Regesta II. 86; cf. Potthast 511. n. 5820; Horoy H-i opp. omn. II. 781. n. 273.*

1384. — *Romae apud Sanctum Petrum 28 Maii.*

« Consulibus et populo Sitinis. » Significat, se Iohannem de Ceccano iuribus, quae ei concesserat in eorum terra, propter ipsius ingratitudinem privasse, eisque prohibet ne eidem de caetero ullatenus intendant, « quia vos ad manus nostras disponimus retinere. » Romae apud Sanctum Petrum V. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1112. fol. 257; Mss. Vallic. I. 53; Georgii Hist. Setiae 237; Potthast 511. n. 5823; Horoy H-i opp. omn. II. 783. n. 277.* — « QVIA SICVT GRATIA. »

1385. — *Romae apud Sanctum Petrum 28 Maii.*

« Episcopo Burgensi et abbati de Rivosicco Cisterciensis ordinis Burgensis diocesis et A. canonico Burgensi. » Vt de uno ex duobus episcopatibus qui propter tenuitatem reddituum episcopo Conchensi ex

indulgentia Lucii PP. III. concessi fuerant, alii personae, rogatu archiepiscopi Toletani, providere possint. Romae apud Sanctum Petrum V. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1120. fol. 258.* — « SVPPLICAVIT NOBIS. »

1386. — *Romae apud Sanctum Petrum 28 Maii.*

« (Andreae) Lundensi Archiepiscopo et Episcopo Roscildensi et Abbati de Heriwado Cisterciensis ordinis. » Committit eis inquisitionem pro canonizatione Vuillhelmi abbatis sancti Thomae de Paraclito (*Rayn.* Paradito). Romae apud Sanctum Petrum VI. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1124. fol. 258; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 34; Suhm Histor. af Danmark IX. 752; Bull. Rom. ed. Taurin. III. 343; Potthast 511. n. 5822; Horoy H-i opp. omn. II. 782. n. 276.* — « LICET ANGELVS SATHANE. »

1387. — *Romae apud Sanctum Petrum 28 Maii.*

« (Andreae) Archiepiscopo Lundensi et Suffraganeis eius. » Mandat ut contra consuetudinem quamdam regni Daciae in probatione negativae, dum possit affirmativa probari, contra canonicas sanctiones in foro ecclesiastico audiant neminem, « volentes ut hec pestis contraria omni iure penitus extirpetur a clero. » Romae apud Sanctum Petrum V. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1131. fol. 259; Decretal. Honorii III. lib. 2. tit. 11.* De probationibus *cap. I. ed. Cironius 125; Decretal. Gregorii IX. lib. 2. tit. 19.* De probationibus *cap. 12; apud Boehmer Corp. II. 290. (ad annum 1222); Richter Corp. II. 303; Liljegren Svenskt Dipl. I. 196. n. 176; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 41; cf. Porthan Bullar. access. 9. n. 11; Potthast 511. n. 5821; cf. Horoy H-i opp. omn. II. 781. n. 274; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. II. tit. XIX. c. XII. p. 314. (cum nota chron. V. Kal. Ian.).* — « AD NOSTRAM NOVERITIS. »

1388. — *Romae apud Sanctum Petrum 28 Maii.*

« Magistris I. F. et R. Fardello archidiacono Cathalaunensibus. » Vt denuntient episcopum Laudunensem absolutum ab impetitione Clementis clerici super quaestione cuiusdam praebendae sancti Iohannis in Burgo Laudunensi. Romae apud Sanctum Petrum V. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1137. fol. 260; Horoy H-i opp. omn. II. 781. n. 275.* — « VENERABILI FRATER NOSTER. »

1389. — *Romae apud Sanctum Petrum 29 Maii.*

« (Andreae) Pragensi Episcopo. » Ipsi petenti dispensationem pro clericis et presbyteris suae dioecesis qui tempore interdicti celebrarunt, mandat ut statuat super iis quod secundum Dominum viderit statuendum. Romae apud Sanctum Petrum IIII. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1122. fol. 258; Erben Reg. Bohem. I. 280. n. 599; cf. Palacky Reise 22. n. 70; Potthast 511. n. 5824.* — « EX PARTE TVA. »

1390. — *Romae apud Sanctum Petrum 29 Maii.*

« (Christiano) Episcopo Prussie. » Confirmat ei villam de Cecoviz et libertates et immunitates saecularium exactionum a Wladizlawo duce de Kalis pia liberalitate eidem donatas, cuius donationis tenor hic ad verbum refertur. Romae apud Sanctum Petrum IIII. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1146. fol. 261; Mss. Vallic. I. 53; Voigt Cod. Dipl. Pruss. I. 9. n. 7; Theiner Mon. Pol. I. 7. n. 16; Potthast 512. n. 5826; Horoy H-i opp. omn. II. 784. n. 278.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

1391. — *Romae apud Sanctum Petrum 29 Maii.*

« Abbati de Cortiaco Cisterciensis ordinis Thesalonicensis diocesis, Thesalonicensi et magistro Iohanni Citrensi decanis. » Vt decidant causam inter capitulum sancti Demetrii et fratres Dominici Sepulcri Thesalonicensis dioecesis super quadam praebenda et rebus aliis, quas fratres Dominici Sepulcri dicuntur iniuste retinere, atque irritent quidquid in eadem causa post appellationem egit patriarcha Constantinopolitanus. Romae apud Sanctum Petrum IIII. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1168. fol. 264; cf. apud Manrique Ann. Cist. IV. 144; Potthast 511. n. 5825.* — « DILECTORVM FILIORVM. »

1392. — *Romae apud Sanctum Petrum 29 Maii.*

« Warmatiensi electo. » Indulget ut proventus ecclesiasticos possit retinere, quos, antequam ad dictam ecclesiam vocaretur, obtinebat. Romae apud Sanctum Petrum IIII. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1171. fol. 264.* — « ET LIBENTER PERSONAS. »

1393. — *Romae apud Sanctum Petrum 30 Maii.*

« Abbati sancti Vincentii et Decano sancti Frambaudi Silvanectensibus. » Mandat ut inquirant super electione Arnulfi abbatis monasterii Compendiensis, quam si canonicam invenerint confirment. Romae apud Sanctum Petrum III. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1132. fol. 259; Horoy H-i opp. omn. II. 785. n. 279.* — « DILECTI FILII. »

1394. — *Romae apud Sanctum Petrum 30 Maii.*

« P(elagio) Albanensi Episcopo. » Decernit ut, cum constet ecclesiam de Petornella in Albanensi dioecesi constitutam nec speciali privilegio nec longi temporis praescriptione exemptam esse, de episcopalibus omnibus ipsi debeat de cetero respondere. Romae apud Sanctum Petrum III. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1144. fol. 261.* — « CVM IN ECCLESIA. »

1395. — *Romae apud Sanctum Petrum 31 Maii.*

« Wigorniensi Episcopo. » Scribit se veniam impendisse magistro Nycolao latori praesentium, qui diu in artibus cathedram tenuit magistralem et est in utroque iure peritus, ut diversas dignitates, non obstante lateranensis concilii statuto, retinere possit. Romae apud Sanctum Petrum II. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1134. fol. 260; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « QVI PROPRIE PROBITATIS. »

1396. — *Romae apud Sanctum Petrum 31 Maii.*

« Archidiacono, Cantori, et P. Sanctii canonico Seguntinis. » Mandat, ut suspensionis et excommunicationis sententias in sacristam et canonicos Caesaraugustanos ab episcopo Caesaraugustano latas, quia contra ecclesiae consuetudinem quosdam in canonicos recipere recusarunt, si post appellationem latae sint, denuntient non tenere, ac praedictis sacrista et canonicis sicut iustum fuerit restitutis, ipsam ecclesiam de personis idoneis ordinare curent. Romae apud Sanctum Petrum II. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1139. fol. 260.* — « INSINVANTIBVS B. SACRISTA ET. »

1397. — *Romae apud Sanctum Petrum 31 Maii.*

« Magistro Symoni de Langetoñ subdiacono nostro. » Absolvit eum qui se Deo et ecclesiae opposuerat, eique facultatem concedit recipiendi et retinendi praebendam vel aliud beneficium ecclesiasticum, ad quod

in regno Franciae vocetur vel eligatur. Romae apud Sanctum Petrum II. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1140. fol. 260; Mss. Vallic. I. 53; Horoy H-i opp. omn. II. 786. n. 280.* — « ILLIVS LICET IMMERITI. »

1398. — *Romae apud Sanctum Petrum 31 Maii.*

« Episcopo et Capitulo Tridentinis. » Vt praebendam conferant Ph. nepoti R(anerii) Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarii, alioquin dat litteris in mandatis episcopo Paduano et Dainisio archidiacono Saccensi Paduanae dioecesis subdiacono (Papae) ut eos ad id per censuras ecclesiasticas compellant. Romae apud Sanctum Petrum II. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1142. fol. 261.* — « VT PLENVM PRECANTIS. »

Scriptum est super hoc eisdem executoribus.

1399. — *Romae apud Sanctum Petrum 31 Maii.*

« Archiepiscopo Cusentino. » Mandat ut examinet electionem Basilii diaconi in archiepiscopum Russanensem, et inquirat utrum, « cum idem B(asilius) iudex extitit, unquam iudicio sanguinis interfuerit, » eique iniungit, ut eamdem electionem si canonicam invenerit, confirmet. Romae apud Sanctum Petrum II. Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1193. fol. 267.* — « LITTERAS QVAS. »

1400. — *Romae apud Sanctum Petrum 1 Iunii.*

« Abbati sancti Vincentii et Decano sancti Frambaudi Silvanectensibus. » Vt, si electionem de Arnulfo in abbatem monasterii Compendiensis electo duxerint confirmandam, eidem post benedictionis munus usum mitrae et anuli concedant. Romae apud Sanctum Petrum Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1133. fol. 260; Horoy H-i opp. omn. II. 791. n. 285. (3 Iunii).* — « CVM EXAMINATIONEM. »

1401. — *Romae apud Sanctum Petrum 1 Iunii.*

« Borbonensi, magistro Bonoamico et Martino canonicis Bituricensibus. » Vt in ecclesia beati Austregisili Bituricensi recipi faciant in canonicum Willelmum clericum. Romae apud Sanctum Petrum Kal. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1138. fol. 260.* — « DILECTVS FILIVS. »

1402. — *Romae apud Sanctum Petrum 1 Iunii.*

(Ottoni) episcopo Erbipolensi et de Eberbach et de Hesterbach abbatibus Maguntinae et Coloniensis dioecesum mandat, ut, si (Engelbertus) archiepiscopus Coloniensis iuxta mandatum apostolicum castrum de Turin et alia quae ad ducem Bavariae palatinum comitem Rheni crucesignatum et filiam H. quondam palatini Reni comitis de iure pertineant, nobilibus memoratis restituere contempserit, partibus convocatis causam fine debito terminent. Romae apud Sanctum Petrum Kal. Iunii anno secundo. — *Acta acad. Theod.-Palat. VI. (1789.) 318; Ficker Engelbert d. Heilige 325; Mittelrheinisches UB. III. 83. n. 83; Potthast 512. n. 5827; Horoy H-i opp. omn. II. 787. n. 282.* — « DILECTVS FILIIS NOBILIS. »

1403. — *Romae apud Sanctum Petrum 1 Iunii.*

Decanum et capitulum S. Thomae Argentinensis cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesiam s. Aureliae, quam ex concessione Argentinensis episcopi sunt canonice assecuti, eis confirmat. Romae apud Sanctum Petrum Kal. Iunii anno secundo. — *Schmidt Chapitre de Saint-Thomas 298. n. 14; Potthast 512. n. 5828; Horoy H-i opp. omn. II. 787. n. 281.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

1404. — *Romae apud Sanctum Petrum 2 Iunii.*

Angelo abbati et conventui SS. Bonifacii et Alexii de Vrbe significat, se, qui dictorum sanctorum « corpora eiusdem monasterii recondimus in altari maiori ac ecclesiam ipsumque altare tertia feria maioris ebdomadae (i. e. 1217. Mart. 21) propriis manibus consecravimus » universis, qui ad celebritatem in die consecrationis ipsius devote convenerint, indulgentiam 40 dierum concedere. Praeterea monasterium ipsum cum omnibus bonis protegendum suscipit. Romae apud Sanctum Petrum IV. Non. Iunii anno secundo. — *Fel. Nerinius De templo... SS. Bonifacii 213; Potthast 512. n. 5829; Horoy H-i opp. omn. II. 788. n. 283.* — « INESTIMABILIS DIVINE DIGNATIO. »

1405. — *Romae apud Sanctum Petrum 3 Iunii.*

« Dragonariensi (Bragonariensi *Mss. Vall. et Raynaldi*) et Lutherino episcopis et priori Sancti Fortunati diocesis Beneventane. » Committit eis inquisitionem super canonizatione Iohannis heremitae prioris sanctae Mariae de Gualdo. Romae apud Sanctum Petrum III. Nonas Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1162. fol. 263; Mss. Vallicel. I. 53; Bullarium Rom. ed. Taurin. III. 344. n. 26; omisso initio Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 34; Potthast 512. n. 5830; Horoy H-i opp. omn. II. 790. n. 284.* — « INEFFABILIS SAPIENTIA. »

1406. — *Romae apud Sanctum Petrum 3 Iunii.*

« Decano et capitulo Carnotensibus. » Cum ius eligendi episcopum ipsis reservaverit, ne diu vacet ecclesia, mandat ut infra tres menses a festo beatae Mariae Magdalenae episcopum sibi eligant. Romae apud Sanctum Petrum III. Non. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1163. fol. 264; Horoy H-i opp. omn. II. 792. n. 286.* — « CVM VIDVATIS ECCLESIIS. »

1407. — *Romae apud Sanctum Petrum 4 Iunii.*

« Abbati et priori sancte Genovefe et cantori Parisiensibus. » Vt de abbatia sancti Andreae Carnotensis, quae nonnisi Carnotensis ecclesiae canonico assignari solet, investiant Bobonem Lupi canonicum basilicae Principis Apostolorum eiusdem ecclesiae canonicum. Romae apud Sanctum Petrum II. Non. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1143. fol. 261; Horoy H-i opp. omn. II. 792. n. 287.* — « CVM ABBATIA. »

1408. — *Romae apud Sanctum Petrum 4 Iunii.*

« Episcopo Ferentinati. » Decernit ut ecclesiae, personae et res ecclesiasticae quas detinet I. de Ceccano « in ea libertate persistant in qua a tempore celebrati concilii usque ad tempus quo predictus nobilis propter hoc vinculo fuit excommunicationis astrictus, perstitisse noscuntur. » Romae apud Sanctum Petrum II. Non. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1181. fol. 266.* — « SPERAVIMVS HACTENVS. »

1409. — *Romae apud Sanctum Petrum 5 Iunii.*

« Abbati et priori de Tilieto Aquensis diocesis. » Vt ab Alexandrinis iuramentum accipiant, quod Ecclesiae Romanae satisfactionem exhibeant et Papae mandatis obediant. Romae apud Sanctum Petrum Non. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1145. fol. 261.* — « PRESENTIVM VOBIS. »

1410. — *Romae apud Sanctum Petrum 5 Iunii.*

« Magistro Riccardo archidiacono Ebroicensi. » Litteraturae, honestatis et devotionis erga Romanam Ecclesiam meritorum intuitu indulget ut non obstantibus concilii lateranensis statutis plures dignitates ec-

clesiasticas, etsi curam animarum adnexam habeant, retinere possit. Romae apud Sanctum Petrum Non. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1159. fol. 263; Horoy H-i opp. omn. II. 794. n. 289.* — « QVI BENE MERITOS. »

1411. — *Romae apud Sanctum Petrum 5 Iunii.*

« Archiepiscopo Turonensi. » Vt excommunicet Senescallum Andegavensem et quosdam alios Cenomanensis dioecesis pro iniuriis illatis Iohanni Maurat presbytero ecclesiae Montisfortis. Romae apud Sanctum Petrum Non. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1161. fol. 263; Mss. Vallicel. I. 53; Horoy H-i opp. omn. II. 793. n. 288.* — « CONQVERENTE OLIM. »

1412. — *Romae apud Sanctum Petrum 5 Iunii*

« B(ertranno) tit. Sanctorum Iohannis et Pauli Apost. Sedis Legato. » Declarat Berengarium abbatem sancti Tiberii innocentem esse super negotio castri Fuxensis, de cuius proditione infamabatur, et ideo ad monasterii sui administrationem restituatur. Romae apud Sanctum Petrum Non. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1165. fol. 264; Mss. Vallicel. I. 53.* — « OBIECTIS DILECTO FILIO. »

1413. — *Romae apud Sanctum Petrum 6 Iunii.*

« Capitulo Glaswensi et universo clero Glaswensis diocesis. » Declarat se eorum episcopum ad Sedem Apostolicam accedentem absolvisse ab excommunicationis sententia in quam incurrerat « pro eo quod tempore turbationis regnorum Anglie et Scotie aliter erga Romanam Ecclesiam, ne ulterius exprimamus, se gessit quam debuit. » Romae apud Sanctum Petrum VIII. Id. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1164. fol. 264; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « ET VERBERA PATRIS. »

1414. — *Romae apud Sanctum Petrum 6 Iunii.*

« Episcopo Briocensi, Abbati de Savigneio et Archidiacono Redonen. » Mandat ut inquirant quoad quaestionem inter abbatem monasterii Rothonensis Venetensis dioecesis et episcopum Venetensem vertentem super iure decidendi causam ortam inter homines quinque parrochiarum: praecipit ut eamdem quaestionem sufficienter instructam iuxta litteras Innocentii Papae (III) sibi remittant. Romae apud Sanctum Petrum VIII. Id. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1167. fol. 264.* — « DILECTVS FILIVS. »

1415. — *Romae apud Sanctum Petrum 6 Iunii.*

« Bathoniensi archiepiscopo et conventui Glastoniensi. » Vt quaestionem quae inter ipsos super unione agitatur usque ad festum Epyphaniae proximum componant, alioquin procuratores ydoneos ad Papae praesentiam destinent, ut negotium congruo fine terminetur. Romae apud Sanctum Petrum VIII. Id. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1169. fol. 264; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « LICET DILATIONIBVS. »

1416. — *Romae apud Sanctum Petrum 6 Iunii.*

« Magistro Symoni de Langeton. » Eum de eius excessibus sub hac conditione absolvit, « ut nec Romane Ecclesie nec Regno nec Regi Anglie de cetero te opponas donec in Ecclesie Romane fidelitate perstiterint, nec ingrediaris Angliam sine licentia Sedis Apostolice speciali. » Romae apud Sanctum Petrum VIII. Id. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1185. fol. 266; Musaeum Britann. add. mss. 15351;*

Shyrley Royal letters I. 532. n. 5; Potthast Append. p. 2087. n. 5830a-26022. — « VERBERA PATRIS. »

1417. — *Romae apud Sanctum Petrum 7 Iunii.*

« Sancti Andree et universis aliis episcopis Scotie. » Scribit se absolvisse magistrum Robertum de sancto Germano clericum, qui pro facto Angliae fuerat excommunicatus, et id ad instantiam fecisse Philippi regis Francorum et Lodovici eius primogeniti. Romae apud Sanctum Petrum VII. Id. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1160. fol. 263; Mss. Vallicel. I. 53; Theiner Mon. Hiber. 6. n. 13; Potthast 512. n. 5831.* — « MISERATOR ET MISERICORS. »

1418. — *Romae apud Sanctum Petrum 8 Iunii.*

« Sarnensi et Achernensi episcopis. » Committit eis ut probationes recipiant Caputaquensis episcopi, qui dicit a cantore ecclesiae suae malitiose denuntiatum esse « tam super eo quod proposuit non fuisse processum in inquisitione a venerabili fratre nostro Salernitano archiepiscopo rite facta, quam super dilapidatione bonorum ipsius ecclesie; » eisque mandat ut « si predicta omnia coram vobis legitime fuerint comprobata, episcopum ipsum penitus absolventes bone fame et integre super iis de quibus inquisitio contra eum emanaverat nuntietis eundem, alioquin quod inveneritis vestris nobis litteris intimetis, ut in ipso negotio prout procedendum fuerit procedamus. » Romae apud Sanctum Petrum VI. Id. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1186. fol. 266.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

1419. — *Romae apud Sanctum Petrum 8 Iunii.*

« Abbati sancti Anastasii de Vrbe. » Confirmat sententiam latam a G. sancti Nycolai in Carcere Tulliano diacono Cardinali qua eidem adiudicata fuit possessio vel quasi possessio obedientiae ac reverentiae quam a priore de Orbitello requirebat, salva utrique parti proprietatis seu petitorii quaestione:, idemque absolvitur a petitione eiusdem prioris de Orbitello super cortinis positis iuxta ecclesiam sanctae Mariae de Podio et vallem Simulanam. Romae apud Sanctum Petrum VI. Id. Iun. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1214. fol. 272.* — « CORAM DILECTO FILIO. »

1420. — *Romae apud Sanctum Petrum 8 Iunii.*

« Episcopo Grossetano. » Vt observari faciat sententiam latam a G. sancti Nycolai in carcere Tulliano diacono Cardinali pro abbate sancti Anastasii de Vrbe contra priorem de Orbitello super possessione vel quasi possessione obedientiae et quarumdam cortinarum iuxta ecclesiam sanctae Mariae de Podio et vallem Simulanam positarum. Romae apud Sanctum Petrum VI. Id. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1215. n. 272.* — « CORAM DILECTO FILIO. »

1421. — *Romae apud Sanctum Petrum 8 Iunii.*

« Preposito et capitulo Turicensibus. » Confirmat eorum statutum, videlicet ut in eorum ecclesia vicesimus quartus numerus praebendarum esse debeat. Romae apud Sanctum Petrum VI. Id. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1233. fol. 276.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

1422. — *Romae apud Sanctum Petrum 9 Iunii.*

« De Waltham et de Coũsham abbatibus et R. archidiacono de Huntedoñ, Eboracensis et Lincolniensis diocesum. » Mandat, ut causam quae vertitur inter G. archidiaconum Norwicensem et magistrum R. de Eboraco super electione Helyensis ecclesiae

vel dirimant vel sufficienter instructam ad Papam remittant. Romae apud Sanctum Petrum VIIII. Iunii (sic) anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1158. fol. 263; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « CVM NONNVMQVAM. »

1423. — *Romae apud Sanctum Petrum 9 Iunii.*

« Berengario abbati sancti Tyberii. » Perspectis « eius confessionibus super negotio castri Fuxensis » indulget ut ad suum monasterium restituatur. Romae apud Sanctum Petrum V. Id. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1166. fol. 264.* — « CONFESSIONIBVS SVPER NEGOTIO. »

In eundem modum scriptum super hoc conventui Sancti Tyberii.

1424. — *Romae apud Sanctum Petrum 9 Iunii.*

« Eidem (Iohanni tit. sancte Praxedis presbytero cardinali Apost. Sed. Legato). » Mandat, ut in ecclesia SS. Apostolorum Constantinopolis, inspectis eius facultatibus, canonicorum numerum determinet. Romae apud Sanctum Petrum V. Id. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1177. fol. 265.* — « DILECTI FILII. »

1425. — *Romae apud Sanctum Petrum 9 Iunii.*

« Eidem. » Vt precibus praepositi et capituli SS. Apostolorum Constantinopolis provideat super quadam parrochia, quam ipsi dicunt eorum ecclesiam ante Latinorum potestatem habuisse. Dat. ut supra. (Romae apud Sanctum Petrum V. Id. Iunii anno secundo). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1178. fol. 265.* — « DILECTI FILII. »

1426. — *Romae apud Sanctum Petrum 9 Iunii.*

« Vniversis ad quos littere iste pervenerint. » Nuntiat se, instantibus Philippo Francorum rege et L(odovico) primogenito eius, qui nuntios ad hoc transmiserunt, absolvisse magistrum Gervasium de Hobreng « quod rebellionis erexerit calcaneum contra sacrosanctam Romanam Ecclesiam. » Romae apud Sanctum Petrum V. Id. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1183. fol. 266.* — « EIVS EXEMPLO. »

1427. — *Romae apud Sanctum Petrum 9 Iunii.*

« Priori et conventui monasterii Ecclesiole. » Confirmat sententiam pro ipsis contra episcopum et ecclesiam Portugalenses a G. sancti Angeli diacono cardinali « super ecclesiis et rebus aliis » promulgatam. Romae apud Sanctum Petrum V. Id. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1221. fol. 274.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

1428. — *Romae apud Sanctum Petrum 11 Iunii.*

« Eidem (Iohanni tit. sancte Praxedis presbytero Cardinali Apostolice Sedis Legato). » Vt provideat patriarchae et capitulo Constantinopolitanis, qui quum, subtracta quinta decima et duodecima suspensa, possessiones ab Imperatrice Constantinopolitane et a baronibus et militibus et aliis vassallis eius et a Potestate Venetorum detineantur, fere mendicare coguntur. Romae apud Sanctum Petrum III. Id. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1179. fol. 265.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

1429. — *Romae apud Sanctum Petrum 11 Iunii.*

« Abbati sancti Egidii. » Mandat ne priores aut monachos sui monasterii excommunicare, suspendere vel transferre audeat, aut aliquid attemptet propter quod processus inquisitionis contra ipsum ordinatus impediatur. Romae apud Sanctum Petrum III. Id. Iunii anno secundo. — *Reg.*

Vat. lib. 2. epist. 1187. fol. 266. — « NOLENTES PROCESSVM. »

1430. — *Romae apud Sanctum Petrum 11 Iunii.*

« Abbati de Vbrswedehusen Padeburnensis diocesis, preposito sanctorum Petri et Andree Padeburnensi et scolastico maioris ecclesie Maguntino. » Vt examinent et decidant causam inter Thomam in praepositum electum et decanum et capitulum ecclesiae Susaciensis (*in e. l.* Sasutiensis) ex una parte, et episcopum electum Coloniensem ex altera, super confirmatione T. quondam ecclesiae Susaciensis praepositi in maiorem praepositum et archidiaconum Coloniensem electum, ad quam dictus Coloniensis electus se recusabat. Romae apud Sanctum Petrum III. Id. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1190. fol. 267.* — « PROCVRATOR THOME. »

1431. — *Romae apud Sanctum Petrum 11 Iunii.*

Confirmat diffinitivam sententiam, quam magister Gratia capellanus suus in causa, quae inter abbatem s. Leucii Tudertinum ex parte una et Franciscum S. Iohannis in Plano et Iohannem S. Mariae de Gradell. priores, Aegidium S. Laurentii de Loreto etc. presbyteros ecclesiarum suarum nomine super procurationibus et rebus aliis ex altera vertebatur, de mandato apostolico promulgaverat. Romae apud Sanctum Petrum III. Id. Iunii anno secundo. — *Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 632. in n. 442; Potthast append. p. 2087 n. 5831 a-26023.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

1432. — *Romae apud Sanctum Petrum 12 Iunii.*

« Clero civitatis et diocesis Mediolanensis. » Mandat ut Mediolanensi electo, qui propter civium suorum duritiam nequiverat consecrari, expensas, quas hac de causa fecerat, persolvant. Romae apud Sanctum Petrum II. Id. Iun. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1172. fol. 264.* — « LICET DILECTVS FILIVS. »

1433. — *Romae apud Sanctum Petrum 12 Iunii.*

« P(elagio) Albanensi episcopo Apost. Sedis Legato. » Super legatione sua ad partes transmarinas plenariam ei facultatem concedit, ut cum necesse sit, illa etiam exequatur quae Papae sunt speciali privilegio reservata, inhibens ne quis processum suum provocationis obiectu audeat impedire. Romae apud Sanctum Petrum II. Id. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1174. fol. 265.* — CVM ALIQVOS EX FRATRIBVS. »

1434. — *Romae apud Sanctum Petrum 12 Iunii.*

« I(ohanni) tit. Sancte Praxedis presbytero Cardinali Apost. Sedis Legato. » Mandat ut « iuris equitate servata » praeposito et capitulo sanctorum Apostolorum Constantinopolis in eorum indigentia providere studeat, propterea quod eorum possessiones ab Imperatrice Constantinopolitana et a baronibus, militibus et vassallis eius, nec non a Potestate Venetorum aliisque Venetis iniuste detinentur, et quinta decima ab episcopo Albanensi Apost. Sedis Legato subtracta, et duodecima apostolica auctoritate suspensa fuit. Romae apud Sanctum Petrum II. Id. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1175. fol. 265.* — « DILECTI FILII PREPOSITVS. »

1435. — *Romae apud Sanctum Petrum 12 Iunii.*

« Eidem. » Instantibus praeposito et capitulo sanctorum Apostolorum Constantinopolis, iniungit ut restitui faciat possessiones a Macra usque per totam Morream quae ad ecclesiam Constantinopolitanam de iure pertinent, et iuxta constitutionem Innocentii PP. (III.) super hoc editam procedat prout viderit procedendum. Dat. ut

supra. (Romae apud S. Petrum II. Id. Iunii anno secundo). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1176. fol. 265.* — « Dilecti filii prepositvs. »

1436. — *Romae apud Sanctum Petrum 12 Iunii.*

« Archiepiscopo Viennensi et abbati sancti Victoris Massiliensis. » Vt inquirant super abbate sancti Aegidii de bonorum dilapidatione suspecto et rebus aliis, quibus eius fama laborat. Romae apud Sanctum Petrum II. Id. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1188. fol. 266; Horoy H-i opp. omn. II. 795. n. 291.* — « Visis litteris. »

1437. — *Romae apud Sanctum Petrum 12 Iunii.*

« Magistro Iohanni Waleñ Archidiacono Nerzenie. » Concedit ei ut non obstante quod habeat plures dignitates, quas ante concilium generale (lateranense) assecutus fuit, alias si ei oblatae fuerint, recipere possit. Romae apud Sanctum Petrum II. Id. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1191. fol. 267.* — « Etsi nvlli sit. »

1438. — *Romae apud Sanctum Petrum 12 Iunii.*

Priorem et conventum monasterii Glastoniae cum omnibus bonis tuendos suscipit. Romae apud S. Petrum II. Id. Iunii anno secundo. — *Dugdale Monast. Anglican. I. 42. n. 59; Potthast 512. n. 5832; Horoy H-i opp. omn. II. 794. n. 290.* — « Sacrosancta romana ecclesia. »

1439. — *Romae apud Sanctum Petrum 13 Iunii.*

« Episcopo Plocensi. » Mandat ut censum Romanae Ecclesiae, vicesimam clericorum et pecuniam aliam pro subsidio Terrae Sanctae colligat et ad episcopum Gneznensem mittat, alioquin in primo festo Resurrectionis Dominicae personaliter coram Papa compareat, rationem super his redditurus. Romae apud Sanctum Petrum Idib. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1194. fol. 268.* — « Venerabilis frater noster. »

1440. — *Romae apud Sanctum Petrum 13 Iunii.*

« Episcopo Senensi. » Vt inquirat et referat super impedimento matrimonii inter Paulum Petri Traversii ac nobilem mulierem Beatricem de Magañ Florentinae dioecesis, cum dicatur Paulus cum quadam nobili sorore Beatricis prius sponsalia contraxisse. Romae apud Sanctum Petrum Idib. Iunii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1204. fol. 270.* — « Cognitionem sententie. »

1441. — *Romae apud Sanctum Petrum 15 Iunii.*

« (Sigfrido) Maguntino archiepiscopo et suffraganeis eius. » Dolet de barbarorum feritate in partibus Prusciae, eosque hortatur ut episcopo Prusciae aliisque opem ferant « qui per Dei gratiam quasdam ibi construxerunt ecclesias abhominantes impietatem huiusmodi et eorum qui de novo ad Christum venerunt angustias miserantes, et ut ibidem fidei possit negotium promoveri, statuerunt, si tamen sibi suppetant facultates necandas comparare puellas, ut educantes easdem eas lucrifacere possint Christo, ac ibi scolas Prutenorum instituere puerorum qui, ut gens illa convertatur ad fidem, addiscant efficaciter quam advene predicare. » Romae apud Sanctum Petrum XVII. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1192. fol. 267; Voigt Cod. Dipl. Pruss. I. 12. n. 12; Würdtwein Nova subsid. III. 67; fragm. apud Raynaldi Ann. Eccl. 1218. nn. 43-44; Liljegren Svenskt dipl. I. 197. n. 177; cf. Porthan Bull. access. 9. n. 12; Suhm Hist. af Danmark IX. 328; Klempin Pommersches UB. I. 136. n. 186; Potthast 512. n. 5833; Horoy H-i opp. omn. II. 796. n. 292.* — « In Prvscie partibvs. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est (Alberto) Magdeburgensi Archiepiscopo et suffraganeis eius. (Engelberto) Archiepiscopo Coloniensi et Suffraganeis eius. (Eberhardo) Salzeburgensi Archiepiscopo et Suffraganeis eius. (Henrico) Gneznensi et Suffraganeis suis. (Andreae) Lundensi et Suffraganeis suis. (Gerhardo) Bremensi et Suffraganeis suis. (Theodorico) Treverensi) et suffraganeis eius. (Sigwino) episcopo Caminensi.

1442.

Hospitali Margatensi: « Laterani XVII. Kal. Iulii anno secundo. » — *Fejér Cod. dipl. III. 1. 244; Potthast 513.*

1443. — *Romae apud Sanctum Petrum 16 Iunii.*

« Henrico archiepiscopo Gnesnensi Apostolice Sedis Legato. » Cum B. et N. procuratores episcopi, decani et capituli Plocensium coram R. sanctae Mariae in Cosmidin diacono Cardinali, quem eis et decano et archidiacono Lanciciensibus procuratoribus suis concessit auditorem, conquesti fuerint se multipliciter ad ipso (archiepiscopo) molestari et supplicaverint Apostolicae Sedi ut tam se quam ipse et utraque dioecesis reformaretur; cum vero procuratores sui praedicta negantes ex parte ac in aliis multipliciter excusantes dixerunt quod iamdicti episcopus et capitulum ideo confingebant supradicta ut in suis excessibus remanerent et multa exposuerunt quae vere indigent correctione, quae Cardinalis praedictus fideliter retulit: ideo mandat ut ad correctionem dioecesis Plocensis iuxta commissum ei legationis officium, secundum canonicas sanctiones et praesertim secundum constitutiones concilii generalis procedat. Romae apud Sanctum Petrum XVI. Kalendas Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1195. fol. 268; Theiner Mon. Poloniae I. 8. n. 17; Potthast 513. n. 5836; Horoy H-i opp. omn. II. 799. n. 296.* — « Accedentes ad apostolicam sedem. »

1444. — *Romae apud Sanctum Petrum 16 Iunii.*

« Arelatensi et Aquensi Archiepiscopis et eorum suffraganeis. » Mandat ut cum ab abbate et conventu sancti Victoris Massiliensis requisiti fuerint, Vallem de Trecis, quae ad ipsos in temporalibus et spiritualibus pertinet, « ad consignandos pueros et alia ecclesiastica sacramenta exhibenda, que nonnisi ab episcopis possunt conferri, vicissim singuli visitetis. » Romae apud Sanctum Petrum XVI. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1199. fol. 270; Horoy H-i opp. omn. II. 798. n. 294.* — « Qvanto erga. »

1445. — *Romae apud Sanctum Petrum 18 Iunii.*

« Abbati Sancti Victoris Massiliensis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Ait se eorum monasterium, quod specialiter beati Petri iuris existit, in protectionem recipere; mandat ut ordo monasticus secundum beati Benedicti regulam ibidem perpetuo observetur, et possessiones, libertates, immunitates ab Vrbano et Innocentio Secundis et aliis Romanis Pontificibus concessas confirmat et amplificat. Romae apud Sanctum Petrum per manum Rainerii Sancte Rom. Eccl. Vicecancellarii XIIII. Kal. Iulii. Indict. VI. ann. MCCXVIII. pontif. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1196. fol. 268; Mss. Vallicel. I. 53; cf. Guesnay S. Ioh. Cassianus illustr. 288; Potthast 514. n. 5853. (Later. 28 Iunii); Horoy H-i opp. omn. II. 803. n. 298.* — « Religiosam vitam. »

1446. — *Romae apud Sanctum Petrum 18 Iunii.*

« Abbati et Conventui Monasterii Sancti Victoris Massiliensis. » Confirmat « portum,

ripas et terras eidem portui ex parte vestri monasterii adiacentes, usque ad columnam fixam in via que vocatur *Calata;* » habitantes et habitaturos in eis et habitationes locorum ipsorum sub protectione beati Petri admittit, ita tamen ut census nomine unum denarium annuatim Romanae Ecclesiae persolvant. Romae apud S. Petrum XIIII. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1197. fol. 269; Horoy H-i opp. omn. II. 808. n. 299.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

1447. — *Romae apud Sanctum Petrum 18 Iunii.*

« Episcopo Aurelianensi. » Nuntiat se absolutionem impertiisse Iohanni de Aurelianis eiusque complicibus, qui in eum et suam ecclesiam graves excessus perpetrarunt, eumque monet ut super damnis, de quibus eum ipsi satisfacere debent, moderate procedat ut prudens et misericors videatur. Romae apud Sanctum Petrum XIIII. Kal. Iulii anno secundo — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1200. fol. 270.* — « AD PVRGANDAM FERMENTI. »

1448. — *Romae apud Sanctum Petrum 18 Iunii.*

« (Engelberto) archiepiscopo Coloniensi. » Ipsi postulanti respondet quomodo se gerere debeat super electionem praepositi in ecclesia sancti Cuniberti in Colonia, de qua canonici nimium discordant. Romae apud Sanctum Petrum XIIII. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1265. fol. 281; Decretal. Honorii III. lib. I. tit. 24.* De arbitr. *cap. I. ed. Cironius p. 88; Decretal. Gregorii IX. lib. I. tit. 43.* De arbitr. *cap. 10; apud Boehmer Corp. II. 215. (ad ann. 1220); Richter Corp. II. 227; Ann. des hist. Vereins f. d. Niederrhein IX. (1861) 253; Potthast 513. n. 5837; Horoy H-i opp. omn. II. 802. n. 297; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. I. tit. XLIII. c. X. p. 236.* — « EX PARTE TVA. »

1449. — *Romae apud Sanctum Petrum 18 Iunii.*

Episcopatum et ecclesiam Livoniensem suscipit in protectionem apostolicae sedis et eidem Estoniam, Seloniam et Semigalliam confirmat. Romae apud Sanctum Petrum die 18 Iunii (anno secundo). — *Inventar. Privil. in arch. Cracov. 108; Potthast 513. n. 5838.*

1450. — *Romae apud Sanctum Petrum 19 Iunii.*

« Eisdem (Abbati et Conventui monasteri Sancti Victoris Massiliensis). » Scribit de absolutione concessa ab Innocentio PP. (III.) Rocelino, transmittens litteras eiusdem scriptas hac super re Ebredunensi archiepiscopo, Vticensi Apost. Sed. Legato et Regensi episcopis Laterani II. Nonas Aug. Pontif. anno XIIII. in quibus litteris ait Innocentius « Rocelinum fuisse excommunicatum propterea quod Massiliensis civitatis dominium sibi usurpaverat, propter apostasiam, periurium, et incestum nec non rapinas et quedam alia » atque absolutum esse ex Papae mandato ab archiepiscopo Pisano, et conditiones quibus absolutio impertita fuit in Innocentii litteris continentur. Romae apud Sanctum Petrum XIII. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1197[2]. fol. 269; Horoy H-i opp. omn. II. 809. n. 300.* — « SICVT IN REGESTO. »

1451. — *Romae apud Sanctum Petrum 19 Iunii.*

« (Obizzoni) Parmensi, (Iordano) Paduano, (Rolando) Ferrariensi episcopis. » Mandat ut potestatem et cives Bononienses, qui de terra comitissae Matildis ad Romanam Ecclesiam pertinente Medicinam, Argelatam et possessiones alias detinent, et nobili viro Salinguerrae de Ferraria vassallo Sedis Apostolicae nolunt resignare, excommunicatos publice denuntient, et hoc faciant per adiacentes dioeceses solemniter publicari, civitatem eorum interdicto sup-

ponentes. Romae apud Sanctum Petrum XIII. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1218. fol. 273; Mss. Vallicell. I. 53; Savioli Annali Bolognesi II. 2. 386; Potthast 513. n. 5840; Horoy H-i opp. omn. II. 811. n. 301.* — « IN CVRANDIS NOSTRORVM. »

1452. — *Romae apud Sanctum Petrum 19 Iunii.*

Hu(goni) Regensi et B. Antipolitano episcopis et W. abbati Floregiae praescribit formam procedendi in causa Roncelini, qui habitu monachali reiecto Massiliensis civitatis dominium sibi temere usurpaverat, sicut iam Innocentius PP. III. die 4 augusti 1211 litteris dederat in mandatis; eisque mandat, curent ut ea, quae de patrimonio supradicti Roncelini monasterio s. Victoris Massiliensis sint assignata, abbas et monachi eiusdem pacifice possideant. Romae apud Sanctum Petrum XIII. Kal. Iulii anno secundo. — *Belzunce Antiq. de l'Égl. de Marseille II. 65. non integra; Potthast 513. n. 5839. Pro epistola Innocentii III. memorata cf. Potthast 370. n. 4295.* — « SICVT IN REGESTO. »

1453. — *Romae apud Sanctum Petrum 20 Iunii.*

« Abbati sancti Benedicti de Padolirone Mantuane diocesis, priori sancti Marci et preposito Mantuanis. » Mandat ut B. clericum de Gajo a monasterio sancti Petri de Pado removeant. Romae apud Sanctum Petrum XII. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1201. fol. 270.* — « OBLATA NOBIS CONVENTVS. »

1454. — *Romae apud Sanctum Petrum 20 Iunii.*

« Vniversis abbatibus in generali Cisterciensi Capitulo constitutis. » Hortatur eos ad devotionem sanctorum Iohannis et Pauli in quorum honorem ecclesiam Casaemarii a se egregia structura aedificatam consecraverat, et ad quorum titulum sacerdotii gradum ipse acceperat: mandat ut eorum sanctorum praeclara solemnia faciant per omnes ecclesias eorum ordinis in duodecim lectionibus annis singulis veneratione congrua celebrari, et in letaniis eorum implorari suffragium iuxta morem Romanae Ecclesiae praenotatum. Romae apud Sanctum Petrum XII. Kalendas Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1202. fol. 270; Rondinini Monast. de Casaemario 31; Manrique Ann. Cister. IV. 145; Potthast 513. n. 5842; Horoy H-i opp. omn. II. 812. n. 302.* — « BEATORVM MARTYRVM. »

1455. — *Romae apud Sanctum Petrum 20 Iunii.*

« Ferrariensi, Torcellano et Clugiensi episcopis. » Mandat ut quoad causam inter archiepiscopum Ravennatem et priorem et fratres sanctae Mariae in Portu de Ravenna super exemptione eorum ecclesiae a lege dioecesana, si verum est eam ab Innocentio PP. (III) episcopo Ariminensi fuisse commissam, utramque partem ad ipsum remittant, alioquin ipsi eam decidant. Romae apud Sanctum Petrum XII. Kalendas Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1207. fol. 271.* — « VENERABILIS FRATER. »

1456. — *Romae apud Sanctum Petrum 20 Iunii.*

« Episcopo Novariensi. » Vehementer dolet propter contumaciam civium Novariensium in Ecclesiam, eique concedit ut quamdiu Novarienses praedicti in huiusmodi malitia sua perstiterint, ne perversi sua possint perversitate gaudere, civitatis et dioecesis Novariensium ecclesias de personis idoneis libere ipse valeat ordinare. Romae apud Sanctum Petrum XII. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1216. fol. 272; Mss. Vallicell. I. 53.* — « EXPECTANS EXPECTAVIT. »

1457. — *Romae apud Sanctum Petrum 20 Iunii.*

De Sewen et de Raitenhaslach abbatibus Salzeburgensis dioecesis, et magistro Hugoni canonico Ratisponensi significat, se concedere (Eberhardo) archiepiscopo Salzeburgensi facultatem creandi novum episcopatum in Seccoviensi ecclesia. Mandat eis, provideant ut promissa a dicto episcopo efficaciter impleantur. Romae apud Sanctum Petrum XII. Kal. Iulii anno secundo. — *Pusch Dipl. Styr. I. 303; germanice scripta apud Muchar Gesch. des Herzogth. Steiermark V. 81; cf. Meiller Regest. der Salzburger Erzbisch. 216. n. 204; Potthast 513. n. 5841.* — « QVOD VENERABILIS FRATER. »

1458. — *Romae apud Sanctum Petrum 21 Iunii.*

« Preposito et canonicis Montis Iovis. » Cum sint onere debitorum gravati ob pauperum peregrinorum frequentiam quibus charitatis subsidium exhibent, indulget eis ut a praestatione vicesimae absolvantur. Romae apud Sanctum Petrum XI. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1211. fol. 272.* — « ATTENDENTES VESTRE RELIGIONIS. »

1459. — *Romae apud Sanctum Petrum 21 Iunii.*

« R. Oxomensi et I. de Campis Palentino archidiaconis et M. Petri canonico Palentino. » Mandat, ut in causa inter G. Burgensem episcopum et canonicos sancti Iohannis de Ortega, qui se dicunt collegium Burgensis dioecesis, super libera administratione ipsius ecclesiae et rebus aliis quas ipsi canonici ab eodem episcopo repetebant, recipiant testes quos utraque pars contra personas testium productorum duxerint producendos, ea tamen forma quae in prioribus litteris ad abbatem Vallisoleti et coniudices suos continetur. Romae apud S. Petrum XI. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. ep. 1213. fol. 272.* — « INTER BONE MEMORIE. »

1460. — *Romae apud Sanctum Petrum 22 Iunii.*

« Abbati de Ovila Seguntine diocesis et Archidiacono et Sacriste Oxomensibus. » Deplorat malitiam Conchensis episcopi, qui inquisitionis litteras contra eum a Papa eisdem datas nisus fuit multipliciter revocare: « ita quod etiam Bomerius nuntius et procurator suus, qui super revocatione inquisitionis ipsius apud nos nimis institerat importune, falsas super hoc dicitur litteras reportasse: » eisdem mandat ut iuxta primi mandati tenorem inquirant, et litteras quae falsae dicuntur sibi faciant exhiberi. Romae apud Sanctum Petrum X. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1208. fol. 271; Mss. Vallicell. I. 53.* — « QVIA SECVNDVM. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est super hoc Archiepiscopo Toletano.

1461. — *Romae apud Sanctum Petrum 22 Iunii.*

« Ebraudo (*Potth.* Eberhardo) Salzeburgensi archiepiscopo. » Ipso petenti ut in Sechowensi (*al.* Seccowiensi) ecclesia suae dioecesis possit sedem episcopalem creare, de hac petitione eum eximie laudat, et annuit. Inquit se super hoc litteras misisse Frisingensi episcopo, electo Brixinensi et abbati Adimuntensi ut circumstantias inquirerent; Brixinensem electum crucesignatum in procinctu suae peregrinationis huic inquisitioni interesse non potuisse: episcopum vero et abbatem ad Salzeburgensem ecclesiam personaliter accessisse, et capitulum Salzeburgense nec non capitulum et praepositum Sechowenses in hac re penitus convenire. Terminos inde et redditus novae dioecesis assignat, statuens « quod electio ac investitura Sechowiensis episcopi ad te ac successores tuos absque omni contradictione pertineat. » Romae apud Sanctum Petrum per manum Ranerii Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecanc. X. Kal. Iulii. Ind. VIII.

anno MCCXVIIII (sic) anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1209. fol. 271; Bull. Rom. ed. Taur. III. 361; Lünig Spicil. Eccl. Contin. I. 970; Mezger Hist. Salisb. 995; Pusch Dipl. Styr. I. 299. n. 1; Caesar Annal. Stir. II. 488. n. 45; cf. Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 216. n. 203. cf. 529. n. 84; germanice scripta ap. A. v. Muchar Gesch. des Herzogth. Steiermark V. (1850). 79; et Ankershofen Urk.-Regesten in Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXII. 349. n. 756; Potthast 513. n. 5842; Horoy H-i opp. omn. II. 815. n. 305.* — « QVOD NON TVA. »

1462. — *Romae apud Sanctum Petrum 22 Iunii.*

« Archiepiscopo Bituricensi. » Quaedam privilegia monasterii Dolensis moderatur, videlicet: Primum quo conceditur celebrari divina officia tempore interdicti in prioratibus subiectis eidem monasterio, excommunicatis et nominatim interdictis exclusis, sic modificandum iubet: « ut, videlicet hac determinatione nominatim amota, excommunicati et interdicti sine distinctione seu determinatione qualibet ab ipsis intelligantur ecclesiis excludendi. » Secundum vero, quo indulgetur abbati eiusdem monasterii suorum absolutio et dispensatio monachorum per iniectionem manuum violentam in canonem incidentium, sic modificat: « executionem vero illius qua ut predictum est indulgetur abbati suorum absolutio et dispensatio monachorum aliis committentes dispensatione omnino sublata. » De tertio autem, quo datur eidem abbati facultas exercendi censuram canonicam in quoslibet infra regalis et pontificalis dignitatum officia constitutos, super libertate Burgi Dolensis seu quibuslibet bonis vel hominibus Burgi, violentiam in ipso Burgo vel eius territorio facientibus, ait: « simpliciter revocamus. » Romae apud Sanctum Petrum XI. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1217. fol. 273; Horoy H-i opp. omn. II. 813. n. 303.* — « DOLENSE MONASTERIVM. »

1463. — *Romae apud Sanctum Petrum 22 Iunii.*

« Nobili viro W(ladizlavo) duci de Kalis fundatori ecclesie beati Pauli de Kalis. » Nunciat se eam ecclesiam, personasque in ea Domino famulantes, ac bona praesentia vel futura sub protectione recipere. Romae apud Sanctum Petrum X. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1222. fol. 274; Theiner Mon. Pol. I. 9. n. 18; Potthast 513. n. 5844; Horoy H-i opp. omn. II. 814. n. 304.* — « SOLET ANNVERE. »

1464. — *Romae apud Sanctum Petrum 22 Iunii.*

« Abbati et conventui sancti Iohannis Ambianensis. » Nuntiat se irritare quidquid a iudicibus Atrebatensibus contra ipsos factum fuit super iure patronatus quod ipsi in ecclesia sancti Germani Ambianensis obtinent. Romae apud Sanctum Petrum X. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1225. fol. 274.* — « CVM OLIM AD NOSTRAM. »

1465. — *Romae apud Sanctum Petrum 22 Iunii.*

« Sancti Auberti et sancti Sepulcri abbatibus et sancti Auberti priori Cameracensibus. » Vt observari faciant sententiam latam pro abbate et conventu sancti Iohannis Ambianensis super iure patronatus quod ipsi habent in ecclesia sancti Germani Ambianensis. Dat. ut supra. (Romae apud Sanctum Petrum X. Kal. Iulii anno secundo). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1226. fol. 274.* — « CVM OLIM AD NOSTRAM. »

1466. — *Laterani 25 Iunii.*

« Petro clerico et Landulfo laico fratribus de Ceperano. » Significat se eos

eorumque bona sub protectione beati Petri recipere, ac specialiter domos, terras, vineas, silvas, ortos et molendina quae in castro Ceperano habent, confirmat. Laterani VII. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1212. fol. 272.* — « SOLET ANNVERE. »

1467. — *Laterani 25 Iunii.*

« (Iohanni) Turonensi archiepiscopo. » Rogat et hortatur eum ut subveniat (Stephano) episcopo Nanetensi, qui pro libertate ecclesiastica defendenda multa damna passus fuit a (Petro) comite Britanniae, et « exulare magis decreverat quam pati libertatis ecclesiastice detrimentum. » Laterani VII. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1223. fol. 274; Bouquet Rec. XIX. 660; Gallia Christ. XIV.instr. p. 179; Potthast 513. n. 5845; Horoy H-i opp. omn. II. 820. n. 309.* — « QVI ECCLESIASTICAM IMPVGNANTIBVS. »

1468. — *Laterani 25 Iunii.*

« Episcopo Fernensi. » Iniungit ut ad componendum cum W. marescalco Angliae super causa quae inter ipsos coram archiepiscopo Dublinensi et eius coniudicibus de terris et rebus aliis vertitur, se facilem studeat exhibere. Laterani VII. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1224. fol. 274; Mss. Vallic. I. 53; Theiner Mon. Hiber. 6. n. 12; Potthast 514. n. 5846; Horoy H-i opp. omn. II. 819. n. 307.* — « CVM PACTVM PACIS. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est nobili viro W. marescalco Anglie, verbis competenter mutatis.

1469. — *Laterani 25 Iunii.*

« Eisdem (Magistro et fratribus Domus Hospitalis Ierosolimitanis). » Annuum quingentarum marcarum argenti redditum de proventibus salium in Salech (Saloch *Theiner*) ipsis pia liberalitate concessum ab Andrea rege Vngariae, iuxta litteras regias quae hic referuntur, confirmat. Laterani VII. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1229. fol. 275; Mss. Vallicel. I. 53; Theiner Mon. Hung. I. 14. n. 23; Mon. Hung. hist. dipl. VI. 156; Potthast 514. n. 5848; Horoy H-i opp. omn. II. 823. n. 311.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

1470. — *Laterani 25 Iunii.*

« Eisdem. » Confirmat annuum centum marcarum argenti redditum pro custodia castri quod Margati dicitur, ipsis concessum ab Andrea rege Vngariae de proventibus salium regni sui apud Zolacha, prout constat ex huius litteris quae hic a Papa referuntur. Laterani VII. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1230. fol. 276; Theiner Mon. Hung. I. 15. n. 24; Mon. Hungar. Hist. Dipl. VI. 157; Potthast 514. n. 5849; Horoy H-i opp. omn. II. 821. n. 310.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

1471. — *Laterani 25 Iunii.*

« Archiepiscopo Dublinensi Apost. Sedis Legato et dilectis filiis eius coniudicibus a Sede Apostolica delegatis in causa que inter ven. fratrem nostrum Fernensem episcopum et nobilem virum W. Marescallum Anglie super terris et rebus aliis noscitur agitari. » Iniungit ut ad compositionem prosequendam inter supradictos viros sollicite partes suas interponant. Laterani VII. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. ep. 1259. fol. 280; Theiner Mon. Hiber. 6. in n. 12; Potthast 514. n. 5847; Horoy H-i opp. omn. II. 819. n. 308.* — « CVM CAVSA QVE. »

1472. — *Laterani 25 Iunii.*

« Capitulo Arelatensi. » Adprobat electionem ab eis factam de eorum archiepiscopo; ipsum propriis manibus consecratum palleoque donatum eis remittit: iubet ut eidem reverentiam et obedientiam debitam praestent. Laterani VII. Kal. Iulii anno

secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1268. fol. 281; Mss. Vallicel. I. 53.* — « EXAMINATA ELECTIONE. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est Suffraganeis ecclesiae Arelatensis ut eidem archiepiscopo tamquam patri et metropolitano de cetero intendant.

1473. — *Laterani 26 Iunii.*

« R. Oxomensi et I. de Campis archidiaconis et M. Petri canonico Palentinis. » Mandat ut in controversia inter G. Burgensem episcopum et clericos ecclesiae sanctae Mariae de Castro Soriz Burgensis dioecesis « super eo quod iidem clerici post interdictum ipsius episcopi ut dicebat et excommunicationis sententiam a Venerabili fratre nostro Episcopo Palentino et coniudicibus suis a Sede Apostolica delegatis rationabiliter promulgatam in illos, divina presumpserint officia celebrare, ac super libertate libere sibi eligendi prelatum ac aliis articulis ex parte clericorum propositis, » testes ab utraque parte exhibitos recipiant. Laterani VI. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1220. fol. 273.* — « INTER BONE MEMORIE. »

1474. — *Laterani 26 Iunii.*

« Magistro et fratribus domus hospitalis Ierosolimitanis. » Redditum portae de Supran qui Bobet dicitur, et terram quae est inter Dravam et Chergou cum nemoribus et aliis pertinentiis eisdem ab Andrea rege Vngariae donata nec non libertates, immunitates, et exceptiones saecularium exactionum ab eodem rege iis et hominibus eorum indultas, iuxta litteras authenticas, quae hic a Papa recitantur, confirmat. Laterani VI. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1228. fol. 275; Theiner Mon. Hungariae I. 16. n. 25; Mon. Hung. Hist. Dipl. VI. 158; Potthast 514. n. 5850; Horoy H-i opp. omn. II. 425. n. 312.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

1475. — *Laterani 26 Iunii.*

« Capitulo Sipontino. » Confirmat sententiam latam ab Alatrino subdiacono et capellano Papae in causa inter eos et Andream Papae subdiaconum Basilicae principis apostolorum canonicum super quadam praebenda ecclesiae Sipontinae, qua sententia ab impetitione ipsius Andreae ipsi absolvuntur. Laterani VI. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1257. fol. 280.* — « CVM INTER DILECTVM FILIVM. »

Scriptum est super hoc conservatoribus, archiepiscopo, archipresbytero, et primicerio Tranensibus, ut observari faciant dictam sententiam.

1476. — *Laterani 26 Iunii.*

Hospitali S. Iohannis Baptistae de Ierusalem: donationem eis factam confirmat. Laterani VI. Kal. Iulii anno secundo. — *Fejér Cod. Dipl. III. 1. 244; cf. Potthast 514. n. 5851.*

1477. — *Laterani 27 Iunii.*

« Hugoni Abbati sancti Antimi, et Similiant plebano sancti Salvatoris de Monte Alcino. » Nuntiat eos ab impetitione episcopi Senensis super plebe sancti Salvatoris de Monte Alcino, mediante sententia, absolutos esse. Laterani V. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1210. fol. 272.* — « CVM INTER VENERABILEM FRATREM. »

1478. — *Laterani 27 Iunii.*

« Magistro et fratribus domus hospitalis Ierosolimitanis. » Confirmat annuum redditum centum marcarum argenti de proventibus salium in Scolasche, ad opus castellani et aliorum fratrum eorum custodientium castrum quod Crati dicitur, eisdem ab Andrea rege Vngariae concessum, cuius privilegium per manus magistri Huguerini aulae regiae cancellarii datum an. dom. 1217 Andreae regni an. 13, hic ad verbum a Papa

recitatur. Laterani V. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1227. fol. 275; Theiner Mon. Hung. I. 17. n. 26; Monum. Hung. Hist. Dipl. VI. 159; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1218. nn. 16-17; Fejér Cod. Dipl. III. 1. 244; Potthast 514. n. 5852; Horoy H-i opp. omn. II. 828. n. 313.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

1479. — *Laterani 27 Iunii.*

« Abbati Cisterciensi Cabilonensis diocesis et magistris Columbo subdiacono nostro Matisconensi, et Martino Eduensi archidiacono. » Significat R. de archidiaconatu Lugdunensi contendere contra G. de Turre, quibus P(etrum) tituli sanctae Pudentianae et E(gidium) sanctorum Cosmae et Damiani concessit auditores: dictum R. processum contra se habitum multipliciter impugnare, cuius validitatem substinet procurator G. de Turre; rationes utriusque partis exponit: mandat ut super iis in quibus fieri non potuit fides alii evocentur et audiantur in propositis. Laterani V. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1244. fol. 278; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « IN NOSTRA PRESENTIA. »

1480. — *Laterani 28 Iunii.*

« Nycolao abbati et conventui Saxivivi. » Nuntiat se confirmare sententiam latam a G. sancti Theodori diacono cardinali qui decrevit ut capitulum ecclesiae sancti Apollinaris de Sambro, tamquam monasterio eorum subiectae, obedientiam et reverentiam ipsi eiusque successoribus praestarent. Laterani IIII. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1219. fol. 273.* — « DILECTIS FILIIS. »

Scriptum est super hoc in eundem fere modum conservatoribus, episcopo, priori et Bonoscentr. subdiacono nostro et canonico Fuliginatensibus, ut predictam sententiam observari faciant.

1481. — *Laterani 28 Iunii.*

« (Engelberto) Archiepiscopo, Decano Maiori et Universo Clero Coloniensibus. » Vt si in civitate Coloniensi aliqua praepositura vacat, eam magistro Henrico scolastico sancti Geronis (sic) conferant. Laterani IIII. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1231. fol. 276; Annal. des hist. Vereins f. d. Niederrhein IX. (1861). 252; Potthast 514. n. 5854.* — « DEBITVM NOS QVASI. »

1482. — *Laterani 28 Iunii.*

« Episcopo, Cantori, et Magistro Iuello canonico Cenomanensibus. » Cum magno animi dolore exponit excessus quos P(etrus) Britanniae comes in episcopum totamque ecclesiam Nanetensem commisit: mandat ut sententias in ipsum latas usque ad satisfactionem condignam faciant inviolabiliter observari, et excommunicationis sententiam contra ipsum comitem per totam Turonensem provinciam solemniter publicent, et terram extra Nanetensem dioecesim comiti praedicto subiectam interdicto ecclesiastico supponant. Laterani IIII. Kal. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1237. fol. 277.* — « FREQVENS CLAMOR. »

1483. — *Laterani 2 Iulii.*

« Nobili viro Gaufrido de Villa Arduini principi Achaie. » Indulget ut, cum ipse ad loca quaecumque diverterit quae absque eius culpa interdicto supposita fuerint, clausis ianuis et excommunicatis et interdictis exclusis, divina celebranda audire possit. Laterani VI. Non. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1241. fol. 278.* — « FERVOREM TVE DEVOTIONIS. »

1484. — *Laterani 2 Iulii.*

« Magistro Iohanni Marco. » Eius personam eiusque bona, sub protectione apostolica suscipit, praesertim praebendam Ildesemensis ecclesiae quam ei de eius gratia

restituta fuit, confirmat. Laterani VI. Non. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1245. fol. 279.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

1485. — *Laterani 2 Iulii.*
« Archiepiscopo Cusentino et abbati de Cunctio Marturanensis diocesis. » Nuntiat se in negotio inquisitionis contra archiepiscopum sanctae Severinae, quoad excommunicationis sententiam ab eo latam contra Letum archidiaconum et Nycolaum primicerium sanctae Severinae, abbati de Frigilo ipsum abbatem de Cunctio substituisse. Laterani II. Iulii (sic) anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1250. fol. 279.* — « POSTVLAVIT A NOBIS. »

1486. — *Laterani 3 Iulii.*
« Cusentino archiepiscopo. » Vt inquisitionem revocet contra archiepiscopum sanctae Severinae, qui B. electum Rossanensem, qui plures sententias sanguinis dictaverat et nullum ordinem ecclesiasticum habebat, uno eodemque die usque ad diaconatum ordinaverat; hanc enim offensam ei misericorditer condonavit. Laterani V. Non. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1240. fol. 278.* — « OLIM DILECTI FILII. »

1487. — *Laterani 3 Iulii.*
« Abbati Chantoeni et Nobiliacensi et Castaliensi prioribus Claromontensis et Lemovicensis diocesum. » Exponit, se ex parte canonicorum Aurelianensium ordinis sancti Augustini, qui nempe sunt G. de Quinsac, P. de sancto Martino, P. de Visione, G. de sancto Nycolao, P. Menadarius et G. de Rupe, cognovisse quod eorum ecclesia « propter negligentiam et malitiam prioris et quorundam canonicorum ipsius loci adeo est in utroque collapsa, quod nisi per apostolice provisionis dexteram eidem citius succurratur, vix adiciet ut resurgat. » Quare mandat ut eo personaliter accedentes corrigant et reforment tam in capite quam in membris quae correctionis et reformationis opus habent. Laterani V. Non. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1260. fol. 280; Horoy H-i opp. omn. II. 830. n. 315.* — « DILECTI FILII. »

1488. — *Laterani 3 Iulii.*
(Ianuario) archiepiscopo Turritano mandat, intendat (Vitali) Pisano archiepiscopo tamquam legato apostolicae sedis, cum Sardiniam iuxta tenorem privilegii ecclesiae Pisanae concessi datis temporibus visitet, ut legationis officium in dicta terra valeat exercere. Laterani V. Non. Iulii (anno secundo). — *Vghelli Ital. sacra III. 424; Cod. dipl. Sardin. I. 333. n. 40; Potthast 514. n. 5855; Horoy H-i opp. omn. II. 830. n. 314. (28 Iunii).* — « LICET VENERABILEM FRATREM. »

1489. — *Laterani 4 Iulii.*
« Abbati et conventui sancti Benedicti supra Padum de Larione. » Concedit, ut prioratum sancti Cypriani de Venetiis eorum monasterio subiectum, instituant, si expedire viderint, in abbatiam, sine tamen scandalo et iuris alieni praeiudicio. Laterani IIII. Non. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1239. fol. 278; Cornelius Eccl. Venet. X. IV. 238; Potthast 515. n. 5868. (sub die 12 Iulii).* — « PRECIBVS VESTRIS BENIGNVM. »

1490. — *Laterani 4 Iulii.*
« Eidem (Gaufrido de Villa Arduini principi Achaie). » Concedit, ut crucesignatos terrae suae ad defensionem ipsius terrae, quae plurimum esse utilis Terrae Sanctae comperitur, cum aliter manuteneri non possit, ipsi liceat, quamdiu Papae placuerit, retinere. Laterani IIII. Non. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1242. fol. 278.* — « FERVOR TVE DEVOTIONIS. »

1491. — *Laterani 4 Iulii.*
« Vniversis crucesignatis per universam terram nobilis viri Gaufridi principis Achaie

constitutis. » Huius principis devotionem et fidem erga Papam et Romanam Ecclesiam laudat, et ad eius petitionem mandat ut defensioni terrae supradicti principis ipsi incumbant. Dat. ut supra. (Laterani IIII. Non. Iulii anno secundo). — *Reg. Vat. lib. 2. ep. 1243. fol. 278.* — « FERVOR DONATIONIS. »

1492. — *Laterani 4 Iulii.*

« Priori de Kyriowe et archidiacono Carinthie et magistro Henrico plebano de Ruckerspirc Aquilegensis (sic) et Salzeburgensis diocesum. » Mandat ut causam terminent inter monasterium sancti Michaelis et archiepiscopum Salzeburgensem super retractatione cuiusdam sententiae ab eodem archiepiscopo contra quosdam monachos et alios eiusdem monasterii latae, et super aliis articulis. Laterani IIII. Non. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1246. fol. 279.* — « POSTVLAVIT A NOBIS. »

1493. — *Laterani 4 Iulii.*

« Abbati de Cremsmunster de domo sancti Floriani et de Matse prepositis Pataviensis diocesis. » Nuntiat se scripsisse archiepiscopo Zalzburgensi (*i. e.* Salzeburgensi) ut removeret Wolfketum ab officio abbatis in monasterio sancti Lamberti de Carinthia; quod si praedictus archiepiscopus non fecit, ipsi exequantur. Laterani IIII. Non. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1247. fol. 279.* — « ACCEDENS OLIM. »

1494. — *Laterani 4 Iulii.*

« Wernero nato nobilis viri comitis de Tierstary Basiliensi canonico. » Indulget, ut non obstante constitutione lateranensis concilii, plura beneficia obtinere possit. Laterani IIII. Non. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1251. fol. 279.* — « LICET NVLLI. »

1495. — *Laterani 4 Iulii.*

« B(ertranno) tit. sanctorum Iohannis et Pauli presb. Card. Ap. Sed. Legato. » Vt provideat episcopo et capitulo Massiliensibus qui ob civium culpam populi oblationibus et aliis obventionibus defraudantur, nec in eorum ecclesia commorari et divina celebrare permittuntur. Laterani IIII. Non. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1252. fol. 279.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

1496. — *Laterani 4 Iulii.*

« Abbati et conventui sancti Iohannis Ambianensibus Premonstratensis Ordinis. » Confirmat eis ecclesiam sancti Germani Ambianensis cum pertinentiis suis. Laterani IIII. Non. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1297. fol. 286; Horoy H-i opp. omn. II. 831. n. 316.* — « SOLET ANNVERE. »

1497. — *Laterani 4 Iulii.*

« Priori et Capitulo Tudertinis. » Constitutionem ab ipsis provide et utiliter factam de duodenario canonicorum numero in eorum ecclesia servando confirmat. Laterani III. Non. Iulii anno secundo. — *Ex Arch. secr. Capitolino edidit Coletti: Archivio della Società Romana di Storia Patria vol. X. (1887) fasc. I.-II. p. 244. n. V.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

1498. — *Laterani 5 Iulii.*

« H(erveo) comiti Nivernensi crucesignato. » Indulget, ut ei cupienti cum comite Marchiae ac universis crucesignatis de regnis Franciae, Andegaviae, Britanniae, Bituniae, Aquitaniae et Burgundiae et cum Ianuensibus Aegyptum versus in instantis mensis Augusti passagio transfretare, collectae et vicesima clericorum assignentur; ad eius petitionem R. tit. sancti Stephani in Coelio monte presbyterum cardinalem eidem destinat in Franciam. Laterani III. Non. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1234. fol. 277; Mss. Vallicell. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 661; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 5; Potthast 514. n. 5858; Horoy H-i opp. omn. II. 832. n. 317.* — « RECEPTIS LITTERIS TVIS. »

1499. — *Laterani 5 Iulii.*

« (Giraldo) Archiepiscopo Bituricensi et universis episcopis in quorum diocesibus terra nobilis viri comitis Nivernensis consistit. » Vt elemosinas et vicesimam fideliter colligant et eidem archiepiscopo assignent, ut sic crucesignatis per ipsum provideatur, et concedit ut octo ex crucesignatis ipsis ad custodiam illius terrae remaneant. Dat. ut supra. (Laterani III. Non. Iulii anno secundo). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1235. fol. 277; Bouquet Rec. XIX. 661; Potthast 515. n. 5859; Horoy H-i opp. omn. II. 833. n. 318.* — « Cvm nobili viro. »

1500. — *Laterani 5 Iulii.*

« Abbati de Ebra (*i. e.* Ebracensi) Cisterciensis ordinis Herbipolensis diocesis, decano sancti Stephani et magistro Craftoñ canonico Babembergensibus. » Vt pacem inducant inter Agnetem monialem inferioris monasterii Ratisponensis, et Sophiam monialem Agmontensis coenobii Salzeburgensis dioecesis neptem (filiam, *Manr.*, *Potth. n. 5860*) ducis Bavariae, super institutione in abbatissam abbatiae in Gisenvelt Ratisponensis dioecesis, ad quam utraque, discordantibus eligentibus, electa fuerat, alioquin causam sententialiter terminent. Laterani III. Non. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1236. fol. 277; cf. argum. et sine titulo ap. Deutinger Beyträge II. 152; Manrique Ann. Cist. IV. 143; Potthast 515. nn. 5860. et 5861.* — « Ex parte Agnetis. »

1501. — *Laterani 5 Iulii.*

« (Hamelino) Episcopo, cantori et magistro Ioello (*alias* Iuello) canonico Cenomanensibus. » Narrat plures grassationes ab Alano Lifalconier et Wiomaro ministris P(etri) comitis Brittanniae contra Nanetensem ecclesiam patratas, mandat ut praedictos malefactores singulos excommunicatos publice per totam Turonensem provinciam nuntient, et arctius ipsi evitentur, quousque de damnis illatis satisfecerint competenter. Laterani III. Non. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1238. fol. 277; fragm. apud Morice Mém. à l'hist. de Bretagne I. 835; Bouquet Rec. XIX. 662; Potthast 514. n. 5857; Horoy H-i opp. omn. II. 833. n. 319.* — « Vsqve adeo iam. »

1502. — *Laterani 5 Iulii.*

« Maioris ecclesie et sancti Luthgeri decanis et preposito Monasteriensibus. » Rogatu episcopi Traiectensis mandat ut observari faciant legata, quae canonici et alii clerici Traiectensibus ecclesiis reliquerint, et dictarum ecclesiarum molestatores per censuras ecclesiasticas compescant. Laterani III. Non. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1249. fol. 279; Wilmans Westfäl. UB. III. 67. n. 130; Potthast 514. n. 5856; Horoy H-i opp. omn. II. 834. n. 320.* — « Venerabilis frater noster. »

1503. — *Laterani 5 Iulii.*

Decanum et capitulum Xanctenses cum omnibus bonis protegendos suscipit. Laterani III. Non. Iulii anno secundo. — *Binterim Erzdiöcese Köln III. 169. n. 63; Potthast app. p. 2087. n. 5861 a-26024.* — « Ivstis petentivm desideriis. »

1504. — *Laterani 6 Iulii.*

« Toletano archiepiscopo. » Mandat ut ordinare possit usque ad subdiaconatum P. Dominici clericum, non obstante quod filius sit sacerdotis qui eum in sacerdotio iam constitutus genuit. Laterani II. Non. Iulii anno secundo — *Reg. Vat. lib. 2. ep. 1232. fol. 276.* — « Postvlavit a nobis. »

1505. — *Laterani 6 Iulii.*

« Abbati sancti Martini, thesaurario et cantori Nivernensibus. » Vt denuntient Petrum de Lespaut presbyterum ab excommunicationis sententia absolutum, quam in eum tulit Bituricensis archiepiscopus eo quod putabat ipsum retinere bona Wilelmi de Biolet

presbyteri, et mandat ut eidem Petro bona a suis depositariis restituantur. Laterani II. Non. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. ep. 1248. fol. 279.* — « Coram dilecto filio. »

1506. — *Laterani 6 Iulii.*

« De Salem Cisterciensis Ordinis, Sancti Galli et de Vichinim Abbatibus Constantiensis diocesis. » Vt super electione abbatissae coenobii Turegensis, de qua plures moniales conqueruntur, studeant partes ad pacem inducere, alioquin causam tam super electione quam super processu, si partes consenserint, terminent. Laterani II. Non. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1269. fol. 282.* — « Ex parte M. et A. »

1507. — *Laterani 7 Iulii.*

« (Bertholdo) Archiepiscopo Colocensi in patriarcham Aquilegensem electo. » Vt disponat super petitione Cumani capituli rogantium, ut quidam proventus et decimae inter se pro vestibus dividantur, praesertim cum nolint ex hoc Cumano episcopo vel elemosinae aut ecclesiae fabricae derogari. Laterani Nonis Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1255. fol. 280; Fejér Cod. Dipl. III. I. 264; Theiner Mon. Hungariae I. 18. n. 27; Potthast 515. n. 5863; Horoy H-i opp. omn. II. 838. n. 322.* — « Dilecti filii. »

1508. — *Laterani 7 Iulii.*

« Eidem. » Vt disponat prout viderit expedire super petitione Cumani capituli rogantium, ut pro carnium et piscium ferculis aliquid certi cuilibet canonico solvatur. Laterani Non. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1256. fol. 280; Fejér l. c. 265; Potthast 515. n. 5864; Horoy H-i opp. omn. II. 838. n. 323.* — « Ex parte Cvmanorvm. »

1509. — *Laterani 7 Iulii.*

Soffredo episcopo Pistoriensi postulante, ecclesiam Pistoriensem sub b. Petri et sua protectione suscipit, omniaque eius bona, iura ac privilegia confirmat. Laterani per manum Raynerii S. Rom. Eccl. Vicecancellarii Non. Iulii Indict. VI. incarnationis domin. anno MCCXVIII. pontificatus vero domini Honorii papae tertii anno secundo. — *Mutila apud Vghelli It. sac. t. III. p. 301; Beani Chiesa pistoiese p. 30; Potthast 515. n. 5862; Horoy H-i opp. omn. II. 835. n. 321.* — « Qvoniam omnivm. »

1510. — *Laterani 8 Iulii.*

« Pictavensi Episcopo. » Mandat ne bona Grandimontensis ecclesiae et specialiter libros et ecclesiastica ornamenta clericis vel conversis, pendente visitatione ipsius ecclesiae, distrahi permittat. Laterani VIII. Id. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1266. fol. 281; Horoy H-i opp. omn. II. 818. n. 306. (24 Iunii).* — « Detrimenta qve. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est abbati Tutelensi Lemovicensis diocesis et magistro Durando et Arnaldo archidiaconis Lemovicensibus, ven. fratris nostri episcopi Lemovicensis vicariis, ut episcopo Pictavensi in hiis exequendis assistant.

1511. — *Laterani 8 Iulii.*

« Accurri canonico Sancti Geminiani. » Scribit se improbare statutum a Florentinis civibus editum « ut nullus videlicet ad hereditatem paternam clericus admittatur: » cuius statuti occasione ipse ad haereditatem paternam admitti non poterat: addit se litteras misisse episcopo Senensi ut ei de tot et tantis iniuriis quibus super hoc perculsus fuit iustitiam exhibeat; hunc vero et coniudicem suum interdicti et excommunicationis sententias in potestatem et consiliarios Florentinos promulgasse: se hasce sententias confirmare, et velle, ut usque ad satisfactionem condignam observentur donec ipse in bonorum suorum possessionem inducatur et defendatur. Laterani VIII. Id. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1276. fol. 283.* — « Satis in vanvm. »

In eundem modum scriptum est super hoc Praeposito Senensi, verbis competenter mutatis.

1512. — *Laterani 8 Iulii.*

Praeposito et capitulo Seccowensibus significat, se (Eberhardo) archiepiscopo Salzeburgensi concessisse facultatem erigendi in eorum ecclesia episcopatum Seccowensem. Laterani VIII. Id. Iulii anno secundo. — *Pusch Dipl. Styriae I. 193. cf. 304; Potthast 515. n. 5865; cf. Horoy H-i opp. omn. II. 843. n. 328.* — « QVOD VENERABILIS FRATER. »

1513. — *Laterani 9 Iulii.*

« Episcopo Novariensi. » Indulget ut propter gravamina quae a civibus Novariensibus sustinuit, vicesimam solvere non teneatur. Laterani VII. Id. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1261. fol. 280.* — « CVM VICESIMAM. »

1514. — *Laterani 9 Iulii.*

« Nobilibus viris Hugoni et R. de Bautio. » Nuntiat se comprobare decretum episcopi Massiliensis, qui iussit dissolvendam esse societatem quam cives Massilienses Spiritus Sancti ficto nomine appellabant. Laterani VII. Id. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1262. fol. 280.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

1515. — *Laterani 10 Iulii.*

« De Eberbach, de Hemmenrode abbatibus et preposito de Hegene Maguntine, Treverensis, et Warmatiensis diocesum. » Mandata dat eis de electione Warmatiensis episcopi in magna discordia facta. « Quod si partes nostrum duxerint iudicium eligendum, causam ad nos remittatis. » Laterani VI. Id. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1270. fol. 282; Würdtwein Nova subs. III. 70; Potthast 515. n. 5867; Horoy H-i opp. omn. II. 840. n. 325.* — « EX PARTE G(ERBODONIS). »

1516. — *Laterani 10 Iulii.*

« Patriarche Ierosolimitano et episcopo Acconensi et cantori Acconensi. » Iniungit, ut ab episcopo et capitulo Nymocensibus conferri faciant quoddam beneficium in eorum ecclesia magistro Willelmo clerico b. m. regis Cypri, eique stallum in choro et locum in capitulo assignent: ait « idem magister sue merito probitatis, in cuius receptione huiusmodi, plus eidem ecclesie quam sibi creditur provideri » Laterani VI. Id. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1273. fol. 282.* — « CVM PRO DILECTO. »

1517. — *Laterani 10 Iulii.*

« Cantuariensi archiepiscopo Sancte Romane Ecclesie Cardinali. » Vt Alexandro acolito Papae de aliquo beneficio ecclesiastico provideat. Laterani VI. Id. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1288. fol. 285; Musaeum Brit. add. mss. 15351.* — « INDIGNVM ESSE. »

1518. — *Laterani 10 Iulii.*

« Ferrando illustri regi Castelle. » Confirmat concordiam initam tempore I(nnocentii) PP. (III) inter A(lphonsum) regem Castellae avum suum et A(lphonsum) regem Legionensem patrem suum occasione divortii inter eius parentes, qua ipse Ferrandus a patre suo secundum regni consuetudinem solemniter receptus in filium, suus legitimus successor declaratus fuit. Laterani VI. Id. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1301. fol. 287; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 67; Potthast 515. n. 5866; Horoy H-i opp. omn. II. 839. n. 324.* — « REGIE DIGNITATIS SVBLIMITAS. »

1519. — *Laterani 11 Iulii.*

« De Ricdasgelhusen, de Valle sancte Marie et de Hugesburc abbatibus Halberstadensis diocesis. » Mandat ut in causa quae vertitur inter decanum Hildesemensem et G. praepositum Padeburnensem

super praepositura Novae ecclesiae, observari faciant processum abbatis de Walkenrethe et sociorum eius, alioquin partes ad decanum Sosaciensem et coniudices suos remittant. Laterani V. Id. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1267. fol. 281.* — « DILECTVS FILIVS. »

1520. — *Laterani 12 Iulii.*

« Vniversis episcopis Lombardie. » Mandat ut excommunicent Mediolanenses qui arma adversus Parmenses et Cremonenses contra statutum lateranensis concilii acceperunt, eorumque bona ubicumque fuerint inventa detineri praecipit. Laterani IIII. Id. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1263. fol. 281; Mss. Vallicell. I. 53; Böhmer Acta imper. II. 644. n. 936; Potthast 516. n. 5875. (14 Iul.); Horoy H-i opp. omn. II. 846. n. 331. (14 Iulii); Rodenberg Ep. Sel. 50. n. 71.* — « SPERARI POTERAT. »

In eundem modum scriptum est electo Mediolanensi et Bononiensi, Ferrariensi et Veronensi episcopis. — *Böhmer l. c. 645; in n. 936; Potthast 516. nn. 5877. et 5878. (sub die 21 Iulii).*

1521. — *Laterani 12 Iulii.*

« Eisdem (episcopis Lombardie). » Dolet quod Placentini contra iuramentum Papae exhibitum, Mediolanensibus in bello contra Cremonenses et Parmenses faveant, eisque mandat ut eorum potestatem, consiliarios nec non societatem et magistros civitatis eorum excommunicent. Laterani IIII. Id. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1264. fol. 281; Mss. Vallicell. I. 53; Böhmer Acta imper. II. 643. n. 935; Potthast 516. n. 5874. (13 Iulii); Horoy H-i opp. omn. II. 844. n. 330. (13 Iulii); Rodenberg Epist. Select. 52. n. 72.* — « MISERE CONDITIONIS. »

In eundem modum Praeposito Cremonensi. (*Potth.* Cremensi). — *Böhmer l. c. 644. in n. 935; Potthast 516. n. 5879; (sub die 22 Iulii).*

1522. — *Laterani 12 Iulii.*

« (Alici) Illustri Regine Cypri. » Condolet de morte viri sui H(enrici) regis Cypri, eique scribit: « tanto benignius tibi super huiusmodi dolore compatimur, quanto regem eundem devotiorem Ecclesie Romane cognovimus, et rumor mortis ipsius nos vehementer conturbavit: » in consolationem doloris et angustiarum eius, ipsam, pupillos, et regnum suum sub protectione sucipit. Laterani IIII. Id. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1271. fol. 282; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 19; Potthast 515. n. 5870; Horoy H-i opp. omn. II. 842. n. 327.* — « CREDIMVS IMMO. »

1523. — *Laterani 12 Iulii.*

« Magistro Willelmo Pictavensi clerico (Alicis) Regine Cypri. » Eum cum omnibus bonis suis tam ecclesiasticis quam mundanis, quae in praesentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis praestante Domino poterit adipisci, sub beati Petri protectione suscipit; specialiter autem ducentorum bisantiorum alborum Cypri redditum, qui assisia dicitur, a clarae memoriae H(ugone) Cypri rege concessum, eidem confirmat. Laterani IIII. Id. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1272. fol. 282; Mas Latrie Hist. de Chypre II. 38; Potthast 515. n. 5869; Horoy H-i opp. omn. II. 842. n. 326.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

1524. — *Laterani 12 Iulii.*

« (Pelagio) Albanensi episcopo Apost. Sedis Legato. » Laudat H(ugonis, *Potth.* Henrici) defuncti regis Cypri devotionem erga Romanam Ecclesiam: dolet quod « quidam accensi malignitatis ardore ipsam (reginam) eiusque filios ac regnum predictum temere molestare presumant; » iubet ut eandem cum filiis habeat commendatam, eamque cum filiis et regno suo a malignantium molestationibus defendat. Laterani IIII. Id. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1274.*

fol. 282; Mss. Vallicell. I. 53; Mas Latrie l. c. III. 610. cf. II. 38; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 18; Potthast 515. n. 5872; Horoy H-i opp. omn. II. 843. n. 329. — « Memores devotionis illivs. »

In eundem modum scriptum est Magistro et fratribus Militie Templi. — *Cod. Vat. l. c.; Raynaldi l. c.; Potthast 515. n. 5871. (sine nota chronol.).*

In e. m. magistro et fratribus Hospitalis Ierosolimitanis. — *Cod. Vat. l. c.*

1525. — *Laterani 12 Iulii.*

« Archiepiscopo Cantuariensi Sancte Rom. Eccl. Cardinali. » Vt decidat causam inter magistrum Pandulfum subdiaconum et notarium Papae et magistrum Adam super possessione ecclesiae de Exiministre. Laterani IIII. Id. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1282. fol. 284; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « Cvm olim. »

1526. — *Laterani 13 Iulii.*

« Decano et magistro scolarum Zamorensibus et archidiacono de Tauro Zamorensis diocesis. » Vt cogant per censuram ecclesiasticam decanum Colimbriensem ad satisfaciendum de damnis et iniuriis D. Colimbriensi canonico et restituendum eidem expensas quas propter hoc fecit apud Sedem Apostolicam. Laterani III. Id. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1180. fol. 265.* — « Cvm olim de. »

1527. — *Laterani 13 Iulii.*

« P(elagio) Albanensi Episcopo Apost. Sedis Legato, » Ait se litteras ab episcopo Famaugustano accepisse ubi exponebat Nycosiensem archiepiscopum metropolitanum eius « quedam novam et inaudita » statuisse: videlicet 1° ut episcopi suffraganei sui processionaliter eidem occurrerent quotiescumque ad ecclesiam eorum veniret: 2° quod assisiis omnium ecclesiarum Cypri quandocumque vellent recedere ab ecclesia sua, episcopo non consentiente, liceret, ac post duos vel tres annos ad suam ecclesiam redeuntes redditum assisiarum suarum reciperent, tamquam si personaliter in ecclesia deservissent, quod fecit propter appellationem ad Papam legitime interpositam: 3° ut quilibet archiepiscopus Nycosiensis in sua intronizatione in episcopalibus ecclesiis posset canonicum novum ordinare, volentibus vel invitis episcopis, quod nunquam in Famaugustana ecclesia obtinuit, et de aliis molestiis et gravaminibus: quapropter mandat eidem Legato ut eodem episcopo, sicut iustum est, integre restituto, decidat causam, sententiamque observari faciat. Laterani III. Id. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1277. fol. 283; cf. apud Mas Latrie Hist. de Chypre II. 38; Potthast 516. n. 5873.* — « Venerabilis fratris. »

1528. — *Laterani 13 Iulii.*

« P(elagio) Albanensi Episcopo Apostolice Sedis Legato. » Vt nullam esse declaret sententiam latam a Nycosiensi archiepiscopo in N. Famaugustanum cantorem qui ab officio beneficioque suspensus fuerat. Dat. ut supra. (Laterani III. Id. Iulii anno secundo). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1278. fol. 284.* — « Oblata nobis. »

1529. — *Laterani 14 Iulii.*

« Taurinensi et Yporiensi episcopis et abbati de Stafardo Taurinensis diocesis. » Iniungit, ut inquirant contra abbatem Clusinum de symonia, de bonorum dilapidatione, de periurio, de insufficientia, de negligentia et de sodomitico vitio infamatum. Laterani II. Id. Iulii anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1280. fol. 284.* — « In presentia dilecti filii. »

1530. — *Laterani 14 Iulii.*

« Eisdem. » Iniungit ut monasterium Clusinum reforment, « quod pro negligentia

immo culpa abbatis et D. qui pro-Priore se gerit monasterii supradicti, ordo in eodem monasterio multipliciter est collapsus, obedientia et elemosina annullata, de infirmis cura debita non habetur, dissolvitur religio, hospitalitas deperit, et vestes a sacrista non dantur fratribus prout decet, cameraria insuper devastantur omnino, b. Benedicti regula non observatur, venduntur prioratus, et, domo ipsius coenobii maximis debitis aggravata, abbas de bonis monasterii pecuniam non modicam congregavit, et quia quisque similem sibi querit ideo dilapidatores prioratuum non corrigit prout debet. » Dat. ut supra. (Laterani II. Id. Iulii anno secundo). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1281. fol. 284.* — « INSINVANTIBVS DILECTIS FILIIS. »

1531. — *Laterani 18 Iulii.*

« I(ohanni) tit. sancte Praxedis presbitero cardinali Apost. Sedis Legato. » Vt audiat causam inter decanum et capitulum sancti Michaelis Bucceleonis Constantinopolitanos et canonicos ecclesiae Achirensis super possessionibus et bonis ecclesiae Achirensis, quae praedictum capitulum asserit sibi ab episcopo Albanensi Apost. Sedis Legato provisorie esse concessa. Laterani XV. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1279. fol. 284.* — « DILECTORVM FILIORVM. »

1532. — *Laterani 18 Iulii.*

« Anitiensi episcopo. » Concedit, ut licet Anitiensis civitas supposita sit interdicto, baptismum parvulis et poenitentias morientibus ipse conferre possit. Laterani XV. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1285. fol. 285.* — « LICET ANITIENSIS CIVITAS. »

1533. — *Laterani 18 Iulii.*

« Archidiacono Cumano. » Nuntiat se in causa inter ecclesiam sancti Benedicti et capitulum Cumanum super quadam annua refectione, confirmare id quod pro dicto capitulo contra eamdem ecclesiam pronuntiavit E(aegidius) sanctorum Cosmae et Damiani diaconus Cardinalis, videlicet « ut quatuor prima fercula cum pane ac vino per moderatorem competentem in certam summam pecunie redigantur. » Laterani XV. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1286. fol. 285.* — « CONSTITVTIS IN PRESENTIA NOSTRA. »

1534. — *Laterani 18 Iulii.*

« Episcopo Vercellensi. » Vt electionem abbatis monasterii Bremetensis examinet, et si canonice facta fuerit confirmet, atque electo benedictionis munus impendat. Laterani XV. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1287. fol. 285.* — « DILECTI FILII. »

1535. — *Laterani 19 Iulii.*

« Hugoni archiepiscopo eiusque successoribus et capitulo Arelatensibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Significat se eorum ecclesiam sancti Trophini ad exemplar Anastasii, Vrbani, Coelestini et Innocentii Romanorum Pontificum sub protectione beati Petri recipere, possessiones memorat et confirmat, privilegia amplificat. Laterani per manum Raneri Sancte Rom. Ecclesie Vicecancellarii XIIII. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1284. fol. 285.* — « QVOTIENS A NOBIS. »

1536. — *Laterani 19 Iulii.*

« Archiepiscopo Remensi et suffraganeis eius, Abbatibus et aliis ecclesiarum Prelatis in Remensi provincia constitutis. » Vt defendant S(imonem) comitem Montisfortis in partibus Tolosanis contra R. quondam comitem et filium eius et cives Tolosanos et comites Fuxensem et Convenarum ac filios ipsorum, et eorum complices qui prae-

teritorum immemores et improvidi futurorum, omnia in antiquam confusionem reducere moliuntur contra praefatum comitem, immo contra fidem catholicam, cuius ipse propugnator existit. Laterani XIIII. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1294. fol. 286.* — « Popvlvs Israel. »

In eundem modum scriptum est Turonensi, Rothomagensi, Senonensi, Bituricensi, Auxitano, Burdegalensi, Narbonensi et Lugdunensi archiepiscopis et suffraganeis eorundem.

In eundem fere modum Bisuntino, Viennensi, Ebredunensi, Tarentasiensi, Aquensi et Arelatensi archiepiscopis et suffraganeis eorundem, ita tamen quod unicuique archiepiscopo et suffraganeis eius scribit per se.

1537. — *Laterani 20 Iulii.*

« Magistro et fratribus Nove domus hospitalis sancti Nycolai ante portam claustri Suessionensibus. » Confirmat concessionem eisdem factam ab I. Suessionensis ecclesiae thesaurario de medietate praebendae suae donec vixerit « ut in ea sexaginta pauperibus scolaribus clericis iugiter alimonia ministretur. » Laterani XIII. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1283. fol. 284; Horoy H-i opp. omn. III. 2. n. 1.* — « Ex litteris venerabilis. »

1538. — *Laterani 21 Iulii.*

« Isabelle illustri Regine relicte I(ohannis) Regis Anglorum. » Indulget ut cum eius terra generali supposita fuerit interdicto, ipsi per capellanum suum celebrantem divina officia, clausis ianuis et excommunicatis exclusis, audire liceat. Laterani XII. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1289. fol. 285.* — « Et ratio svggerit. »

1539. — *Laterani 21 Iulii.*

« Archipresbytero et clericis castri sancti Iohannis de Cupellis. » Mandat ut Venefrano episcopo tamquam eorum dioecesano intendant, ita tamen quod Iserniensi episcopo vel eius ecclesiae nullum ex hoc praeiudicium quoad petitorium generetur. Laterani XII. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1290. fol. 285.* — « Venerabilis frater. »

1540. — *Laterani 21 Iulii.*

« (Pelagio) Albanensi episcopo Apost. Sedis Legato. » Mandat ut Venetis volentibus stare iuri restituat possessionem ecclesiae sancti Marci Tyrensis, nisi forsan restitutionis huiusmodi beneficium eisdem propter lapsum temporis de iure fuerit denegandum. Laterani XII. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1291. fol. 285.* — « Cavsam qve inter. »

1541. — *Laterani 21 Iulii.*

« Episcopo et archidiacono Oxomensibus. » Mandat ut nullas esse decernant litteras contra magistrum scolarum Astoricensem a quibusdam suis aemulis ad archiepiscopum Toletanum obtentas pro quatuor dietis et ultra remotis, cum in ipsis litteris mentionem non fecerint de statuto concilii generalis, quo cavetur ne quis ultra duas dietas extra suam dioecesim trahi possit. Laterani XII. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1293. fol. 286.* — « Dilectvs filivs. »

1542. — *Laterani 21 Iulii.*

« (Stephano) Basilice duodecim apostolorum presbytero Cardinali. » Praecipit ut litteras ad Viterbienses missas, convocato populo per aliquem de suis episcopis vel abbatibus convicinis, legi faciat et diligenter exponi, et nisi consules et alii de quibus mandat ad Papae praesentiam accesserint infra terminum in eisdem litteris definitum, ipsos Viterbienses a iuramento quod eisdem consulibus praestiterunt declaret absolutos, eisque praecipiat sub poena mille marcarum

ne eisdem aliquatenus intendant. Laterani XII. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1299. fol. 287; Mss. Vallicell. I. 53.* — « QVALITER POPVLO VITERBIENSI. »

1543. — *Laterani 21 Iulii.*

« Nobili viro H. Comiti Nivernensi Crucesignato. » Eum laudat quod ipse cum comite Marchiae et aliis crucesignatis de regno Franciae velit transfretare, ac mittit ad eos R(obertum) tit. sancti Stephani in Coelio Monte presbyterum Cardinalem ut una cum illis votum quod emiserat exequatur. Laterani XII. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. ep. 1300. fol. 287; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 2. n. 2.* — « RECEPTIS LITTERIS TVIS. »

1544. — *Laterani 23 Iulii.*

« Arelatensi episcopo et Nemausensi et Massiliensi episcopis. » Mandat ut relaxent sententias excommunicationis et interdicti hominibus Villae sancti Aegidii, accepta nihilominus cautione de refactione damnorum quae illata sunt monasterio sancti Aegidii, et deinde audiant quae super hac re homines dictae Villae, monachi et comes Montisfortis proferant. Laterani X. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1292. fol. 286.* — « DILECTIS FILIIS. »

1545. — *Laterani 23 Iulii.*

« Archiepiscopo Pisano. » Eidem postulanti num possit in sua dioecesi laicum delegare, coram quo clerici causas dicant a laicis requisiti iuxta consuetudinem ecclesiae Pisanae, respondet affirmative. Laterani X. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1295. fol. 286.* — « TVA NOBIS FRATERNITAS. »

1546. — *Laterani 23 Iulii.*

« Abbati sancti Michaelis Discalciatorum et priori sancti Petri ad vincula Pisanis. » Mandat, iniungant abbati sanctae Mariae de Serena ordinis Vallis Vmbrosae et episcopo Lucano ut apostolico conspectui se repraesentent pro causa inter ipsos vertente super medietate castri montis Castelli terminanda. Laterani X. Kal. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib 2. epist. 1302. fol. 287.* — « A. ABBAS SANCTE MARIE. »

1547. — *Laterani....*

« Hiis Episcopis, Abbatibus exemptis scriptum est abbatibus exemptis (sic) per regnum Francie constitutis. » Vt colligant vicesimam monasteriorum et ecclesiarum eis pleno iure subiectarum, in subsidium Terrae Sanctae. Laterani. (Absque signo chronologico). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 933. fol. 228.* — « PRESENTIVM VOBIS. »

In eundem modum scriptum est Decano et Capitulo sancti Martini Turonensibus, Episcopis et Abbatibus per Lombardiam constitutis. Tusciam. Ducatum Spoleti. Per Marchiam. Per Romaniam Ravennat. Per Apuliam, et Terram Laboris. Per Calabriam. Per Yspaniam. Per regnum Angliae. Per Yberniam. Per Franciam. Per Burgundiam. Per Sardiniam. Per Guasconiam.

1548. — *Laterani....*

« Abbati et monachis Farfensibus. » Ne cives Farfenses ecclesiastico suppositos interdicto ad divina vel ad ecclesiasticam sepulturam admittant. Dat. Laterani. (Sine nota chronologica). — *Reg. Vat. lib. 2. ep. 941. fol. 229.* — « A VESTRA MEMORIA. »

1549.

« Episcopo et capitulo Astoricensibus. » Vt permittant villam quamdam ad Astoricensem ecclesiam pertinentem, a Iohanne nepote P. Albanensis episcopi pacifice possideri. Datum. (et nihil aliud Cod. Vat. refert, nec de loco, nec de die). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1205. fol. 270.* — « VENERABILEM FRATREM. »

1550.

« Episcopo Redonensi, et de Bochiã Cistercensis ordinis et Campereligensi abbatibus Briocensis et Corisopitensis diocesum. » Vt moneant episcopum Nanetensem relaxet excommunicationis et interdicti sententias ab eo in P(etrum) ducem Brittanniae et in terram eius auctoritate propria promulgatas, alioquin accepta a dicto duce iuratoria et idonea cautione, eas relaxent. Datum. (*et nihil aliud, nec de loco, nec de die*). — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1206. fol. 271; Mss. Vallic. I. 53.* — « Nobilis vir. »

1551.

Iohanni abbati S. Bertini concedit « privilegium omnium bonorum nostrorum; et aliud salvegardiae plurium et singulorum bonorum nostrorum. » (1217. 24 Iulii-1218. 23 Iulii). anno secundo. — *Iperii chron. S. Bertini ap. Martene Thes. anecd. III. 701; Potthast 516. n. 5880.*

REGESTA

DOMINI HONORII PAPAE III

ANNVS TERTIVS

[1218-1219]

[An. 1218]

1552. — *Laterani 24 Iulii.*

« Preposito Sistericensi. » Indulget ut resignata sacristia Massiliensis ecclesiae, liceat ei aliam in eadem ecclesia recipere dignitatem. Laterani VIIII. Kal. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1296. fol. 286; Horoy H-i opp. omn. II. 848. n. 332.* — « CONSIDERATIS QVALITATIBVS. »

1553. — *Laterani 25 Iulii.*

« Populo Viterbiensi. » Obiurgat eos ob facinora a consulibus et consiliariis suis contra archipresbyterum sancti Xisti, et sancti Lucae et sancti Angeli et sancti Martini Priores perpetrata: quod videlicet « preter alia que ad presens sub silentio preterimus, priores predictos quasi in oculis nostris presumptione sacrilega permiseritis immo verius feceritis verberari, quosdam eorum quasi deprehensos in furto per civitatem trahi non absque flagellorum ignominia substinentes, et dicto Priore sancti Luce spoliato bonis suis et ab ecclesia violenter eiecto. » Mandat sub debito fidelitatis qua erga Romanam Ecclesiam tenentur, ac poena mille marcarum argenti, ut « Consules ipsos et Consiliarios et iudices et omnes qui temerarias manus iniecerunt in Priores predictos vel iniici preceperunt infra octo dies » ad Papae praesentiam trasmittant ac Priori sancti Lucae restitui faciant ecclesiam suam, alioquin usque ad satisfactionem condignam excommunicentur. Laterani VIII. Kal. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 1298. fol. 286; Rodenberg Ep. Sel. 52. n. 73.* — « SI AGEREMVS VOBISCVM. »

1554. — *Laterani 25 Iulii.*

« (Andreae) Pragensi episcopo. » Datur ei potestas spoliandi beneficiis suis canonicos Pragenses eo quod interdictum ab ipso episcopo prolatum non observarunt. Laterani VIII. Kal. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 3. fol. 2; Mss. Vallic. I. 53; cf. Erben Reg. Bohem. I. 281. n. 600; Palacky Reise 22. n. 71; Potthast 516. n. 5881; Rodenberg Epist. Select. 53. n. 74.* — « CVM SICVT TE. »

1555. — *Laterani 26 Iulii.*

« Procuratoribus monasterii Sancti Egidii. » Mandat, provideant ut parvulis bapti-

sma et in extremis laborantibus poenitentia non denegetur, licet villa sancti Aegidii interdicto supposita sit. Laterani VII. Kal. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 28. fol. 7.* — « LICET VILLA. »

1556. — *Laterani 27 Iulii.*

« Egidio tit. Sanctorum Cosme et Damiani Diacono Cardinali. » Vt supersedeat in causa episcopi Florentini qui « olim ecclesiam de Gangalandi constituit baptismalem, cum ipsius loci homines ad plebem de Signa, in cuius plebatu erant, tum propter inundationem interiacentis fluvii, tum propter discordiam quae erat inter utriusque loci homines illuc interdum ire absque discrimine non valerent: » quae causa olim ab Innocentio PP. (III) L(othario) archiepiscopo Pisano, Ranerio S. R. E. Vicecancellario tunc sancti Fridiani priori, et magistro R. Pisano canonico commissa fuerat. Laterani VI. Kal. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 27. fol. 7.* — « VENERABILIS FRATER. »

1557. — *Laterani 27 Iulii.*

« Archiepiscopo Brundusino. » Vt rationes afferat in controversia quae vertitur inter ipsum et monasterium sancti Andreae de Insula Brundusina super statu ipsius monasterii, quod ipse archiepiscopus asserit sibi lege dioecesana subesse, et abbas ipsius e contrario affirmat esse liberum et exemptum: interim vero monasterium ipsum indebite non molestet. Laterani VI. Kal. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 30. fol. 7.* — CVM INTER TE. »

1558. — *Laterani 28 Iulii.*

« Archiepiscopo Burdegalensi, Parisiensi et Andegavensi episcopis, et nobilibus viris Nivernensi et Marchiae comitibus ac magnatibus aliis et crucesignatis omnibus de partibus Gallicanis apud Ianuam consistentibus. » Vt habeant unitatem et praedicationis verbum humiliter et devote recipiant a R(oberto) tituli sancti Stephani in Coelio monte; in hiis vero quae spectant ad legationis officium recurrant ad (Pelagium) Al-Albanensem episcopum Apost. Sedis Legatum. Laterani V. Kal. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 1. fol. 1; Mss. Vallicel. I. 53; fragm. apud Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 5; cf. Potthast 516. n. 5882.* — « ESSE NON POTEST. »

1559. — *Laterani 29 Iulii.*

« Dilectis in Christo filiabus Maurine Abbatisse Blessillensis Monasterii eiusque sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Declarat eorum monasterium specialiter beati Petri iuris existere, ut constat ex privilegiis Romanorum Pontificum Sergii, Calixti et Lucii, et ex rescripto fundationis ipsius monasterii sanctae recordationis Alexandri PP. manifeste innotuit: possessiones, ecclesias, iura et privilegia confirmat. Laterani per manum Ranerii Sancte Rom. Ecclesie Vicecancellarii IIII. Kal. Aug. Indict. VI. incarnationis dominice anno MCCXVIII. pontif. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 2. fol. 1.* — « PRVDENTIBVS VIRGINIBVS. »

1560. — *Laterani 29 Iulii.*

« Militibus et populo de Aricia. » Vt praestent iuramentum Malebrancae et Iacobo nepoti eius civibus Romanis, salvandi personas suas et filiorum suorum ac Balivi quem pro tempore in castro Ariciae posuerint, et rationes et iura quae in eodem castro ipsi concessit. Laterani IIII. Kal. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 29. fol. 7.* — « PRESENTIVM VOBIS. »

1561. — *Laterani 31 Iulii.*

« Nobili viro (Petro) Comiti Brittannie spiritum consilii sanioris. » Eum redarguit propter excessus in (Stephanum) episcopum Nanetensem commissos, et mandat ut sententia excommunicationis contra ipsum a

(Iohanne) Turonensi Archiepiscopo et suffraganeis eius promulgata inviolabiliter observetur, donec praefato episcopo et clericis eius de damnis et iniuriis illatis satisfaciat. Laterani II. Kal. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 13. fol. 3; Mss. Vallicel. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 662; Potthast 516. n. 5883; Horoy H-i opp. omn. III. 3. n. 3.* — « Si qvisqve immo. »

In eundem modum scriptum est (Hamelino) Episcopo, Decano et (Iuello) Magistro scolarum Aurelianensibus. — *Cod. Vat. l. c.; Bouquet l. c. 663; Potthast 516. n. 5884.*

1562. — *Laterani 2 Augusti.*

« Abbati et Conventui Monasterii Montis Sacri. » Confirmat compositionem quae inter b. m. Antonium abbatem et conventum eorum monasterii et Goffridum archiepiscopum Sipontinum intervenit super quibusdam possessionibus, ecclesiis, oblationibus et rebus aliis. Laterani IIII. Non. Aug. anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 4. fol. 2.* — « Cvm a nobis petitvr. »

1563. — *Laterani 3 Augusti.*

« Priori et conventui Ordinis de Sempingham. » Mandat eis ut si ecclesiam sancti Sixti de Vrbe cupiunt retinere, quatuor de ipsorum fratribus ad ipsam pro divino servitio transmittant, alioquin in ea personas alius Ordinis statuet, et de vicesima pro subsidio Terrae Sanctae P(andulfo) Norwicensi electo. respondeant. Laterani III. Non. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 5. fol. 2; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « Dilectos filios. »

1564. — *Laterani 3 Augusti.*

« Capitulo Lincolniensi. » Confirmat praebendam in eorum ecclesia institutam a Philippo de Kimbe. Laterani III. Non. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 7. fol. 2; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « Ivstis petentivm. »

1565. — *Laterani 3 Augusti.*

« Ratisponensi Episcopo. » Indulget ut sororem episcopi Pabembergensis quondam monialem monasterii sancti Theodori Pabembergensis de griseo habitu transferat ad monasterium de Kitigen nigri ordinis ubi electa fuit abbatissa, dummodo electionem ipsam invenerit de persona idonea canonice celebratam, si episcopus Herbipolensis huiusmodi inquisitionem neglexerit adimplere. Laterani III. Non. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 9. fol. 3.* — « Venerabilis frater noster. »

In eundem modum scriptum est super hoc (Ottoni) episcopo Herbipolensi.

1566. — *Laterani 3 Augusti.*

« Geraldo de Burgo Clerico. » Concedit ut si ad aliquem personatum canonice vocetur, illum recipere et tenere valeat non obstante quod iam obtineat quaedam beneficia quibus cura animarum est coniuncta. Later. III. Non. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 17. fol. 4.* — « Et si nvlli sit. »

1567. — *Laterani 4 Augusti.*

« Archiepiscopo Amalfitano. » Mandat, ut personam idoneam praeficiat in episcopum et pastorem ecclesiae Capritanae, cum eius capitulum ad electionem procedere neglexerit. Laterani II. Non. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 6. fol. 2.* — « Cvm Ecclesia Capritana. »

1568. — *Laterani 4 Augusti.*

« Petro Priori Monasterii Sancte Marie de Insulis Arearum eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Ad exemplar Romani Pontificis Alexandri, eorum monasterium sub apostolica protectione recipit, statuens ut ordo canonicus secundum beati Augustini regulam ibidem perpetuo observetur; possessiones et privilegia confirmat, aliaque de novo concedit. Laterani per ma-

num Ranerii Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarii II. Non. Aug. Indict. VI. incarnationis dominicae anno MCCXVIII Pontificatus vero domini Honorii PP. III anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 8. fol. 2.* — « RELIGIOSAM VITAM ELIGENTIBVS. »

1569. — *Laterani 4 Augusti.*

« Episcopo Aquinati et Abbati de Ferraria Theanensis diocesis et L. subdiacono nostro canonico Aquinati. » Vt inquirant et referant super electione episcopi Calinensis, qui dicitur usurarius manifestus et ob praepotentiam comitissae Casertanae electus, de quo ipse Innocentius Papa inquisitionem fieri demandaverat. Laterani II. Non. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 10. fol. 3.* — « SIGNIFICANTIBVS DILECTIS FILIIS. »

1570. — *Laterani 4 Augusti.*

« (Ottoni) episcopo Herbipolensi. » Ne teneatur accedere ad concilium provinciale si a (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino metropolitano suo in loco sibi suspecto celebrabitur, cum eius sanguis appetatur ab illis qui C(onrado) praedecessori suo necem intulerunt. Laterani II. Non. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 25. fol. 6; Mss. Vallicel. I. 53. et I. 51; Würdtwein nova subs. III. 82; Potthast 516. n. 5886; Horoy H-i opp. omn. III. 6. n. 5. Rodenberg Epist. Sel. 54. n. 76;* — « CVM HII QVI. »

1571. — *Laterani 7 Augusti.*

« Abbati Cluniacensi et Archipresbytero Trimorchiensi et Magistro G. canonico Belleville Matisconensis, Cabilonensis et Lugdunensis diocesum. » Quod si episcopus Matisconensis non probaverit infra certum terminum archidiaconum Matisconensem esse de sodomitico vitio diffamatum, ipsum inducant in possessionem praebendae Matisconensis de qua privatus fuerat. Laterani VII. Id. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 14. fol. 4.* — « DILECTIS FILIIS. »

1572. — *Laterani 7 Augusti.*

« Plebano et Capitulo de Caprilia. » Statuit ut ecclesia sancti Laurentii de Monte Guarchi habeat fontes baptismales in quibus pueri de monte Guarchi tantum et Villae sancti Thomae in necessitatis articulo et occasione inundationum aquarum hiemali tempore baptizentur, ita tamen ut eorum ecclesiae in omnibus suis iuribus, honoribus et consuetudinibus plene respondeat, recipiens ab eis oleum atque chrisma. Laterani VII. Id. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 15. fol. 4.* — « DVDVM PER APOSTOLICAM SEDEM. »

1573. — *Laterani 8 Augusti.*

« Episcopo Brixiensi. » Vt revocet excommunicationis sententiam contra Thol. Brixiensem praepositum latam, alioquin dat litteris in mandatis praeposito sancti Michaelis et Hugoni canonico Cremonensibus et archipresbytero de Platina Cremonensis dioecesis ut id exequantur. Laterani VI. Id. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 12. fol. 3.* — « LICET IN QVESTIONE. »

In eundem modum scriptum est super hoc eisdem.

1574. — *Laterani 8 Augusti.*

(Radulfo) episcopo Atrebatensi nunciat, se petitioni quarundam mulierum diocesis Atrebatensis, quae domum Cistercien. ord. iuxta Duacum construere statuerant, aurem benevolum praebuisse, ideoque ei mandat ut illis absque praeiudicio iuris alieni licentiam concedat construendi ecclesiam et habendi proprium capellanum. Laterani VI. Id. Aug. anno (secundo *sed legas*) tertio. — *Manrique Ann. Cist. IV. 119; Potthast 516. n. 5887.* — « SIGNIFICANTIBVS OLIM NOBIS. »

1575. — *Laterani 9 Augusti.*

« Abbati et Conventui Malmundariensibus. » Inhibet ne redditus et bona ad eorum mensam spectantia in praebendam vel beneficium alicui saeculari personae in

praeiudicium dicti monasterii conferre praesumant. Laterani V. Id. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 13. fol. 4.* — « VOLENTES MONASTERII. »

1576. — *Laterani 11 Augusti.*

« Episcopo Xantonensi et Abbati Albaterrensi Petragoricensis diocesis. » Vt relaxent excommunicationis sententiam contra W. de Marolio crucesignatum occasione cuiusdam fideiussionis ab archiepiscopo Burdegalensi pronunciatam, et audiant causam quae inter ipsum W. et praedictum archiepiscopum vertitur. Laterani III. Id. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 16. fol. 4.* — « ACCEDENS AD SEDEM APOSTOLICAM. »

1577. — *Laterani 11 Augusti.*

« Archiepiscopis et episcopis, Abbatibus, Prioribus et aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint. » Mandat ut, quum W(illelmus) de Baucio princeps genere clarus a nefandis Avenionensibus non solum occisus sed in frusta concisus sit, auxilium praestent et praestari faciant Aymerico filio (Simonis) comitis Montisfortis et aliis qui cum eo pro fide christiana decertant. Laterani III. Id. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 20. fol. 5; Mss. Vallicel. I. 53. et I. 51; Bouquet Rec. XIX. 664; Teulet Layettes I. 466. n. 1301. (30 Iulii); Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 55; Potthast 517. n. 5888; Horoy H-i opp. omn. III. 10. n. 7.* — « POPVLVS ISRAEL. »

Cod. Vat. addit: In eundem fere modum scriptum est abbati Cisterciensi, episcopo Tolosano, episcopo Carcasonensi, cuilibet istorum per se.

In e. f. m. archiepiscopo Coloniensi et suffraganeis eius, abbatibus et aliis ecclesiarum prelatis per Coloniensem provinciam constitutis. Sic in Treverensi, Maguntina, Salzeburgensi, Bisuntina, Taretasiensi (*sed leg.* Tarentasiensi), Ebredunensi, Aquensi, Arelatensi, Viennensi, Lugdunensi, Senonensi, Remensi, Rotomagensi et Turonensi provinciis, cuilibet istarum provinciarum per se.

In e. m. Suffraganeis et capitulo ecclesie Bituricensis, abbatibus et aliis ecclesiarum prelatis per Bituricensem provinciam constitutis.

In e. m. Burdegalensi archiepiscopo et suffraganeis eius, abbatibus et aliis etc. per Burdegalensensem provinciam constitutis. Sic per Auxitanam et Narbonensem provincias constitutis, cuilibet per se.

1578. — *Laterani 12 Augusti*

Philippum regem Francorum certiorêm facit Papa de innovatis a se indulgentiis pro Amalrico Simonis comitis Montisfortis primogenito aliisque fidei christianae defensoribus contra haereticos adiuturis; simul eum hortatur, ut ad eorum succursum Ludovicum primogenitum suum cum digno apparatu dirigat. Laterani II. Id. Aug. anno tertio. — *Duchesne Hist. Franc. scr. V. 851. n. 2; Bouquet Rec. XIX. 666; Potthast 517. n. 5889; Horoy H-i opp. omn. III. 14. n. 9.* — « AD AVRES REGIAS. »

1579. — *Laterani 13 Augusti.*

« I(ohanni) tit. Sancte Praxedis presb. Cardinali Ap. Sed. Legato. » Committit ei ut audiat querelas super quibusdam abbatiis quas sibi appropriavit patriarcha Constantinopolitanus, et detinet in praeiudicium et scandalum plurimorum, quas quidem abbatias quidam qui ecclesiae Constantinopolitanae tempore schismatis praefuerunt sibi occupare volentes crucem ibi praefixere pro signo, ut hoc quasi titulo illas perpetuo retinere possent. Laterani Idib. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 23. fol. 6.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

1580. — *Laterani 13 Augusti.*

« Ven. fratri (Radulfo) Patriarche, et Karissimo in Cristo filio Iohanni Regi Ierosolimitanis, (E.) Nycosiensi Archiepiscopo, et

(Iacobo) Acconensi, et (Regnerio) Bethelemitano episcopis, et nobilibus viris (Leopoldo) Duci Austrie, et (Guerino) Hospitalis ac (Guilelmo) Militie Templi, et (Hermanno) Sancte Marie Teutonicorum magistris, ac universis baronibus ac toto clero et populo in obsidione Damiate consistentibus. » Nuntiat: « receptis igitur litteris vestris et nuntiis.... continuo Ianuam, Venetias ac per alios Italie portus litteras nostras direximus, crucesignatos qui ad portus ipsos convenerant et convenire debebant attentius exhortantes ac monentes terrarum episcopis ac rectoribus ut diligenter exhortentur eosdem ut ad succursum vestrum celeriter festinantes versus civitatem Damiatam in nomine Domini sabaoth dirigant iter suum. » Laterani Idib. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 39. fol. 10; Mss. Vallicel. I. 53; fragm. ap. Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 10; Bouquet Rec. XIX. 666; Potthast 517. n. 5891; Horoy H-i opp. omn. III. 12. n. 8; Rodenberg Epist. Select. I. 56. n. 78.* — « MVLTIS DIVINE SCRIPTURE. »

1581. — *13 Augusti?*
« Archiepiscopo Burdegalensi, et Parisiensi et Andegavensi episcopis et dilectis filiis R(oberto) tituli Sancti Stephani in Celio Monte presbytero Cardinali ac nobilibus viris (Herveo) Niverniensi et (Hugoni) Marchie comitibus ac universo crucesignatorum exercitui apud Ianuam existenti. » Mittit eis exemplar epistolae sibi missae a crucesignatis Damiatam obsidentibus, qua bona spes datur de tota Aegypto obtinendo; et tam ipsi quam alii crucesignati ad portum Ianuensem conveniant et versus Damiatam dirigant celeriter iter suum. (Sine nota chronologica, sed ex superiore epistola videtur scripta die 13 Augusti vel circiter). — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 38. fol. 9; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 6; Bouquet Rec. XIX. 663; Potthast 517. n. 5892; Rodenberg Epist. Sel. 55. n. 77; Horoy H-i opp. omn. III. 7. n. 6.* — « LITTERAS FIDELIVM. »

1582. — *Laterani 13 Augusti.*
Ludovico (Philippi) regis Francorum primogenito scribit de innovatis a se indulgentiis pro Amalrico Simonis comitis Montisfortis primogenito, aliisque etc. eumque rogat et monet, ut ad illorum subsidium cum digno apparatu proficiscatur. Laterani Id. Aug. anno tertio. — *Duchesne Hist. Franc. scr. V. 852. n. 3; Potthast 517. n. 5890.* — « AD AVRES TVAS. »

1583. — *Laterani 17 Augusti.*
« Amalrico (*al.* Aymerico) primogenito clare memorie S(imonis) Comitis Montisfortis. » Confirmat ei terras quas Innocentius Papa (III.) concesserat patri suo inclitae recordationis, ac praesertim Biterrensem, Carcasonensem et Albigensem civitates. Laterani XVI. Kal. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 21. fol. 5; Mss. Vallicel. I. 53; cf. Manrique Ann. Cisterc. IV. 129; Bouquet Rec. XIX. 667; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 54; Federici Ist. de' Caval. Gaudenti II. Cod. dipl. 3; Potthast 517. n. 5893; Horoy H-i opp. omn. III. 15. n. 10.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

1584. — *Laterani 17 Augusti.*
Monasterii S. Mariae de Caramania protectionem suscipit, bonaque et possessiones confirmat. Laterani XVI. Kal. Sept. indict. VI. pont. anno tertio. — *Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1226; Potthast 517. n. 5894; Horoy H-i opp. omn. III. 16. n. 11.* — « PRVDENTIBVS VIRGINIBVS QVAE. »

1585. — *Laterani 18 Augusti.*
« Patriarche Constantinopolitano. » Eum ita reprehendit « quod tu Legatos tuos mittis per totum Imperium Romanie qui, quasi eis conferre possis quam non habes plenitudinem potestatis, causas passim audiunt etiam non delatas per appellationem ad

ipsos, alias multipliciter excedentes. Tu quoque quibus ius deferendi ante se crucem attemptans concedere potestatem et approbans exemptiones ac alia illicite facta per Patriarchas Constantinopolitanos qui temere inconsutilem Christi tunicam scindere molientes et precidentes ab ecclesiastica unitate seipsos respuebant magisterium Apostolice Sedis, que disponente Domino mater est cunctorum fidelium et magistra. » Monet ut ab hiis se abstineat, alioquin I(ohannes) tituli sanctae Praxedis Ap. Sed. Legatus, ut ab hiis quae ei nec communi iure competunt nec privato ipsum compescat. Laterani XV. Kal. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 24. fol. 6; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 26. ubi incipit sicut ex relatione; cf. Potthast 516. n. 5885. (Augusti initio).* — « SI HONOREM QVEM. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est eidem I(ohanni) tituli sancte Praxedis Presbytero Cardin. Apost. S. L.

1586. — *Laterani 18 Augusti.*

« I(ohanni) tit. Sancte Praxedis presbytero Card. Ap. Sed. Legato. » Ei postulanti quid agendum contra Graecos clericos qui furtive sacros ordines a non suis episcopis receperunt, vel excommunicati celebrant in ecclesiis interdictis, graecis ritibus pertinaciter inhaerentes, et quid contra laicos graecos qui uxores suas secundum motum propriae voluntatis dimittunt etc., mandat ut cum iura canonica et civilia edita sint fere super omnibus praemissis, procedat in hiis secundum canonicas et legitimas sanctiones, et possit etiam ad componendum interponere partes suas, et interdum aliquid severitati detrahere. Laterani XV. Kal. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 31. fol. 7; Mss. Vallicell. I. 53; Decretal. Honorii III. lib. I. tit. 20.* De transact. *c. 1. ed. Cironius 79; Decretal. Gregorii IX. lib. I. tit. 36.* De transact. *c. 11; cf. Raynaldi l. c. n. 24; Richter Corp. II. 202; Boehmer Corp. II. 193. (an. 1220); Potthast 512. n. 5834 (15 Iunii 1218); Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. I. tit. XXXVI. c. XI. p. 210.* — « EX PARTE TVA. »

1587. — *Laterani 19 Augusti.*

« Ferrando illustri regi Castelle. » Eum eiusque regnum sub apostolica et sua protectione suscipit. Laterani XIIII. Kal. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 18. fol. 4; Mss. Vallicel. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 65. (male sub die 19 Iulii anno secundo); Potthast 516. n. 5876. (19 Iulii); Horoy H-i opp. omn. II. 848. n. 333. (19 Iulii ut alii)* — « AD IMPENDENDAM. »

1588. — *Laterani 19 Augusti.*

« Archiepiscopo Toletano, Palentino et Burgensi episcopis. » Ne molestari permittant Ferrandum regem Castellae donec in minori sit aetate constitutus, molestatores vero per censuras ecclesiasticas compescant. Dat. ut supra. (Laterani XIIII. Kalend. Sept. anno tertio). — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 19. fol. 5; Mss. Vallicel. I. 53. et I. 51; fragm. apud Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 4.* — « AD IMPENDENDAM. »

1589. — *Laterani 19 Augusti.*

« Consulibus et Populo Pisanis. » Vt revocent Vbaldum et omnes alios cives Pisanos ab occupatione regni Sardiniae ac specialiter a terra Domicellae Benedictae, alioquin consules et consiliarii civitatis Pisanae excommunicationis sententia plectentur, et ipsa civitas ecclesiastico interdicto ab archiepiscopo Pisano supponetur. Laterani XIIII. Kal. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 32. fol. 7; Mss. Vallicell. I. 53.* — « SI MELIVS NOTASSETIS. »

In eundem modum scriptum est super hoc archiepiscopo Pisano.

1590. — *Laterani 19 Augusti.*
« Decano, Magistro Martino Archidiacono et W(illelmo) de Lesiaco canonico Eduensibus. » Mandat eis, ut observari faciant ordinationes quasdam personarum quas ex mandato apostolico in ecclesia Matisconensi fecit episcopus. Laterani XIIII. Kal. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 35. fol. 8.* — « Exhibita nobis. »

1591. — *Laterani 21 Augusti.*
« Episcopo Marturanensi et Abbati sancti Iuliani Catacensis diocesis. » Vt inquirant de electione abbatis monasterii sanctae Mariae de Carra quae in persona Nisi abbatis Veteris Squillacii facta est, eamque si de persona idonea canonice facta fuerit confirment, iuxta litteras super hac re iam datas episcopo Militensi; postea vero si episcopus et canonici Neocastrenses adversus dictum monasterium aliquid quaestionis habent, ipsi ac praefatus abbas coram Pontifice deducant iura sua. Laterani XII. Kal. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 34. fol. 8.* — « Olim dilecti. »

1592. *Laterani 22 Augusti.*
« Petro Priori et Conventui Monasterii sancti Saturni in Kalaritana diocesi constituti, tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Ipsum monasterium, in quo beati Benedicti regula observatur, sub protectione recipit, possessiones, iura et privilegia confirmat, et alia de novo concedit. Laterani per manum Ranerii Sancte Rom. Ecclesie Vicecancellarii XI. Kal. Sept. indict. VI. MCCXVIII anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 22. fol. 6.* — « Pie postvlatio. »

1593. — *Laterani 22 Augusti.*
« Hugoni subdiacono et Orlando (*al.* Rolando) capellanis nostris Apost. Sedis Legatis. » Vt revocent alienationes a domicella Benedicta factas in Sardinia in Romanae Ecclesiae praeiudicium. Laterani XI. Kal. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 33. fol. 8; Mss. Vallic. I. 53.* — « Dilecta in Christo filia. »

1594. — *Laterani 23 Augusti.*
« Hugoni et Rolando capellanis nostris Apostolice Sedis Legatis. » Quod nullum denuncient esse iuramentum quoddam a domicella Benedicta et a vassallis suis factum, ut ipsa Vbaldum in virum reciperet, et castra sua immo Ecclesiae Romanae, ad quam principaliter pertinent, assignaret eidem, cum a Lamberto fratre Vbaldi et quibusdam aliis viris Pisanis in vinculis posita ad hoc coacta fuisset. Laterani X. Kal. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist.26. fol. 6; Mss. Vallicel. I. 53.* — « Dilecta in Christo filia. »

1595. — *Laterani 24 Augusti.*
« B(ertranno) tituli Sanctorum Iohannis et Pauli Presbytero Cardinali Ap. Sed. Legato. » Vt audiat partes circa electionem in Aquensi ecclesia celebratam, et quod canonicum fuerit decernat. Laterani VIIII. Kal. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 41. fol. 10.* — « Cvm cavsa electionis. »

1596. — *Laterani 24 Augusti.*
« G(ualae) tit. Sancti Martini Presbytero Cardinali Ap. Sedis Legato. » Audita relatione de statu Carleolensis ecclesiae Henrici regis Anglorum, Dublinensis et Eboracensis archiepiscoporum, et Londoniensis, Wintoniensis, Bathoniensis et Wigorniensis episcoporum, decernit ut in dicta ecclesia Carleolensi, amotis canonicis solo nomine regularibus, instituat canonicos saeculares, si pensatis rerum et temporum circumstantiis hoc magis viderit expedire. Laterani VIIII. Kal. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 43. fol. 10; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « Malitia personarvm. »

1597. — *Laterani 25 Augusti.*

« I(ohanni) tituli sancte Praxedis presbytero Cardinali Ap. Sedis Legato. » Concedit ei quaedam privilegia ac praesertim deponendi episcopos de crimine solemniter incusatos, cessiones episcoporum recipiendi, translationes eorum faciendi, excommunicatos et Sedis Apostolicae auctoritate interdictos absolvendi. Laterani VIII. Kal. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 61. fol. 14; Mss. Vallicel. I. 53.* — « SPERAMVS IN DOMINO. »

1598. — *Laterani 25 Augusti.*

Vicariis episcoporum, in quorum dioecesibus domus ecclesiae Grandimontensis subiectae consistunt, mandat ut, « cum illi quorum vices geritis sint absentes pro subsidio Terrae Sanctae » provideant, ne bona prioris et clericorum Grandimontensis ecclesiae quos abbas Pontiniacensis Cisterc. ord. et prior S. Victoris Parisiensis propter discordiam inter eos et conversos ipsius ecclesiae ab eadem in domibus sui ordinis moraturos duxerint, interim temere distrahantur. Laterani VIII. Kal. Sept. anno tertio. — *Martene Thes. Anecd. I. 866; Potthast 517. n. 5895; Horoy H-i opp. omn. III. 19. n. 12.* — « DETRIMENTA QVAE GRANDIMONTENSIS. »

1599. — *Laterani 27 Augusti.*

« (Hugolino) Hostiensi Episcopo Apost. Sed. Legato. » Pro virginibus et aliis mulieribus, quae ad fugiendas pompas et divitias mundanas aliqua domicilia cum ecclesiis adnexis fabricari sibi petierant, gratiam impertitur, ita tamen ut huiusmodi domicilia et ecclesias soli Sedi Apostolicae subesse decernat, et nullus dioecesanus vel alia saecularis persona in eis possit sibi ius aliquod vindicare. Laterani VI. Kal. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 37. fol. 9; Sbaralea Bull. Francisc. I. 1. n. 1; Potthast 517. n. 5896; Horoy H-i opp. omn. III. 20. n. 13.* — « LITTERE TVE NOBIS. »

1600. — *Laterani 27 Augusti.*

« I(ohanni) tituli Sancte Praxedis Presbytero Cardinali Apost. Sedis Legato. » Concedit ut ea exequi possit quae speciali privilegio sunt ipsi Papae reservata. Laterani VI. Kal. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 62. fol. 14; Mss. Vallicel. I. 53.* — « CVM TE IN IMPERIO. »

1601. — *Laterani 28 Augusti.*

« I(ohanni) tituli Sancte Praxedis Presbytero Cardinali Ap. Sed. Legato. » Concedit ei facultatem ordinandi in ecclesia Patracensi personas saeculares vel regulares prout ipse viderit secundum datam a Domino prudentiam expedire, ut eius status fluctuare amplius non contingat. Laterani V. Kal. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 36. fol. 9.* — « CVM IN PATRACENSI ECCLESIA. »

1602. — *Laterani 28 Augusti.*

« Abbati Sancti Stephani Bononiensis. » Vt iniungat episcopo Liviensi et abbati Vallis Vmbrosae ad comparendum coram Papa audituri declarationem sententiae in causa inter ipsos vertente super monasterio sancti Mercurialis Liviensis, cuius executio episcopo Ariminensi et abbati sancti Proculi Bononiensis comissa fuerat. Laterani V. Kal. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 44. fol. 11.* — « CVM EXECVTIONEM. »

1603. — *Laterani 28 Augusti.*

Abbati et Conventui Casaenovae Cisterc. ord., quibus monasterium S. Bartholomaei de Sactione reformandum commisit et secundum statuta Cisterciensis ordinis informandum, mandat, ut tam in instituendo abbate quam modis aliis bene intendant. Laterani V- Kal. Sept. anno (secundo *sed legas*) tertio. — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 118; Potthast 518. n. 5898; Horoy H-i opp. omn. III. 21. n. 14.* — « CVM MONASTERII SANCTI. »

1604. — *Laterani 29 Augusti.*

« Episcopo Florentino. » Vt nullum ordinet clericum donec Florentini non revocent editam constitutionem qua clerici ab haereditate paterna excluduntur. Laterani IIII. Kal. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 40. fol. 10; Mss. Vallicel. I. 53.* — « CVM CIVES FLORENTINI. »

1605. — *Laterani 29 Augusti.*

« Decano et Conventui Sancti Iohannis in Lamis. » Concedit ut cassata electione quam de Guillelmo in abbatem improvide fecerant, aliam personam idoneam in pastorem regulariter sibi eligant. Laterani IIII. Kal. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 45. fol. 11.* — « CVM ELECTIONEM. »

1606. — *Laterani 30 Augusti.*

« W. Malcherĩ (*al.* Malclerc̃) canonico Suwellensi. » Confirmat nemus de Neuhaya ab archiepiscopo Eboracensi eius praebendae concessum, quod ad suam mensam pertinebat. Laterani III. Kal. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 46. fol. 11; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

1607. — *Laterani 31 Augusti.*

« Archiepiscopo, Decano et Capitulo Eboracensibus. » Confirmat ordinationem ab eis factam in eorum ecclesia, ut thesauraria et archidiaconatus de Estringdinḡ., qui uni personae consueverant assignari, dividantur. Laterani II. Kal. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 47. fol. 11; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « LITTERE VESTRE. »

1608. — *Laterani 31 Augusti.*

« Episcopo Alatrino. » Concedit ut in ecclesia sancti Petri de Warchino in qua hactenus fuerunt monachi et clerici saeculares, eam sive de clericis saecularibus sive de monachis tantum ordinare possit. Laterani II. Kal. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 48. fol. 11.* — « CVM SICVT TVE. »

1609. — *Laterani 1 Septembris.*

« Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, decanis, prioribus et aliis ecclesiarum prelatis per regnum Anglie constitutis. » Nuntiat se P(andulfo) Norwicensi electo et camerario suo legationis officium per Angliam commisisse; eisque mandat ut eum humiliter recipiant et irrefragabiliter observent. Laterani Kal. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 55. fol. 13; Mss. Vallicel. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 62; cf. Potthast 518. in n. 5905. (12 Sept.)* — « HVMANE CONDITIONIS NATVRA. »

« *Cod. Vat. addit:* In eundem modum scriptum est Archiepiscopo Cantuariensi et Suffraganeis eius.

In e. m. Archiepiscopo Eboracensi et Suffraganeis eius.

In e. m. Comitibus Baronibus et Nobilibus universis per regnum Anglie constitutis.

1610. — *Laterani 3 Septembris.*

« Archidiacono et Archipresbytero Reginis. » Ne permittant molestari abbatissam et moniales sanctae Margaritae Bononiensis a Martha quondam abbatissa ipsius loci, quae propter flagitia sua per episcopum Bononiensem a regimine abbatiae remota fuerat, et declarat irritas et inanes quasdam litteras ab eadem Martha impetratas ad episcopum Ymolensem. Laterani III. Non. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. ep. 53. fol. 12.* — « EX PARTE.. ABBATISSE. »

1611. — *Laterani 3 Septembris.*

Lucae Cusentino archiepiscopo mandat, ut contra quendam inquirat, qui per simoniam et potentiam laicalem se in episcopatum fecerat intrudi. — Laterani III. Non. Sept. anno (quarto

sed legas) tertio. — *Vghelli Ital. Sacra IX. 209; Potthast 518. n. 5899.* — « Cvm nemo. »

1612. — *Laterani 4 Septembris.*

« Wintoniensi, Saresbiriensi et Cicestrensi episcopis. » Vt litteras apostolicas contra P(andulfum) Norwicensem electum Papae camerarium Ap. Sed. Legatum et contra eius ecclesiam, eo irrequisito et inscio, impetratas, prout subrepticias viribus carere decernant. Laterani II. Non. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 59. fol. 13; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « Dilectvs filivs. »

1613. — *Laterani 4 Septembris.*

« Saresbiriensi et Cicestrensi Episcopis. » Mandat ut dimittant P(andulfo) Norwicensi electo camerario Papae et Ap. Sed. Legato redditus super beneficiis quae in eorum ecclesiis obtinet, praesertim ante consecrationem suam, cum enim beneficia ipsa pro multis obsequiis Ecclesiae Romanae fideliter et prudenter impensis fuerit assecutus. Dat. ut supra. (Laterani II. Non. Sept. anno tertio). — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 60. fol. 13; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « Licet indvbitanter. »

1614. — *Laterani 5 Septembris.*

« Philippo Regi francorum illustri. » Laudat eum quod negotio fidei in partibus Tolosanis velit incumbere, et eius personam, regnum suum, nec non personas et terras fidelium suorum et aliorum per quos succurret memorato negotio, suscipit in protectionem. Laterani Non. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 49. fol. 11; Mss. Vallicel. I. 53. et I. 51; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 56; Duchesne Hist. Franc. scrip. V. 854. n. 8; Bouquet Rec. XIX. 671; Potthast 518. n. 5900; Horoy H-i opp. omn. III. 28. n. 17.* — « Ex eo conicitvr. »

Cod. Vat. addit: In eundem fere modum scriptum est conservatoribus videlicet Noviomensi et Meldensi episcopis et abbati Cisterciensi, verbis competenter mutatis, ut eiusdem regis vel suorum bonorum molestatores per censuras ecclesiasticas compescant. Dat. ut supra.

1615. — *Laterani 5 Septembris.*

« Philippo Regi francorum illustri » Quasdam vicesimas ei concedit pro substinendo negotio fidei in partibus Tolosanis, hortaturque eum ut eidem negotio potenter intendat. Laterani Non. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 50. fol. 11; Mss. Vallicel. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 56; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 856. n. 11; Bouquet Rec. XIX. 669; Potthast 518. n. 5904. (7 Sept.); Horoy H-i opp. omn. III. 24. n. 16.* — « Deo in cvivs. »

Ex Cod. Vat.: In eundem fere modum scriptum est Noviomensi et Meldensi episcopis et abbati Cisterciensi ut colligant et distribuant dictam vicesimam, medietatem nempe pro subsidio Terrae Sanctae, et aliam medietatem dicto regi assignent pro negotio Tolosano. Laterani Non. Sept. anno tertio.

In e. m. Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus et clericis omnibus per regnum Franciae constitutis. — *Duchesne l. c. 855. n. 10; Potthast 518. n. 5901.*

1616. — *Laterani 5 Septembris.*

« Archiepiscopis et episcopis, Abbatibus, Prioribus et clericis omnibus per Viennensem, Arelatensem, Narbonensem, Auxitanam, Ebredunensem et Aquensem provincias constitutis. » Vt vicesimam pro subsidio Terrae Sanctae colligendam convertant in subventionem negotii Tolosani, eamque tradant B(ertranno) tituli sanctorum Iohannis et Pauli presbytero Cardinali Apost. Sedis Legato, ut per manus eius ac Amalrici comitis Tolosani pro dicto negotio expendatur. Laterani Non. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 51. fol. 12; Mss.*

Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 57; Bouquet Rec. XIX. 671; Potthast 518. n. 5902; Horoy H-i opp. omn. III. 29. n. 19. — « CVM HERETICOS DETERIORES. »

1617. — *Laterani 5 Septembris.*

« B(ertranno) tit. Sanctorum Iohannis et Pauli presbytero Cardinali Apost. Sedis Legato et nobili viro Amalrico (*in e. l.* Almalrico) comiti Tolosano. » Vt vicesima Narbonensis, Auxitanae, Aquensis, Ebredunensis, Viennensis et Arelatensis provinciarum per personas ad hoc utiles et idoneas diligenter colligi faciat ipse Legatus et per eos provide distribuatur pro negotio pacis et fidei. Laterani Non. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 52. fol. 12; Mss. Vallic. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 672; Potthast 518. n. 5903; Horoy H-i opp. omn. III. 29. n. 18.* — « QVID PRO VESTRO. »

1618. — *Laterani 5 Septembris.*

« Pandulfo Norwicensi Electo Camerario Nostro Ap. Sedis Legato. » Indulget ut magistro Aegidio germano suo subdiacono Papae in sua dioecesi congrue providere possit, non obstante quod in ecclesia Thesalonicensi archidiaconatum iam obtineat. Laterani Non. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 56. fol. 13; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « ATTENDENTES OBSEQVIA. »

1619. — *Laterani 5 Septembris.*

« Eidem. » Concedit ut absolvere possit a voto crucis pauperes, debiles et infirmos clericos et laicos, ita tamen ut aliquid de bonis suis mittant in subsidium Terrae Sanctae iuxta proprias facultates. Dat. ut supra. (Laterani Non. Sept. anno tertio.) — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 57. fol. 13; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « VT IN HONORE. »

1620. — *Laterani 5 Septembris.*

« Eidem. » Concedit ut metropolitano suo nullo nexu obedientiae se astringat donec in episcopum fuerit consecratus. Dat. ut supra. (Laterani Non. Sept. anno tertio). — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 58. fol. 13; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Shirley Royal letters I. 533. n. 6; Potthast App. p. 2087. n. 5903a — 26025.* — « VT INIVNCTA TIBI. »

1621. — *Laterani 12 Septembris.*

« Pandulfo Norwicensi electo Camerario nostro Apost. Sedis Legato. » Deputatur Legatus in Anglia in locum G(ualae) tituli sancti Martini presbyteri Cardinalis qui continuis fatigatus laboribus redeundi licentiam impetraverat. Laterani II. Id. Sept. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. ep. 54. fol. 13; Mss. Vallicel. I. 53. et I. 51; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 62; Potthast 518. n. 5905. (cum initio:* Cum dilectus filius); *Horoy H-i opp. omn. III. 30. n. 20.* — « HVMANE CONDITIONIS. »

1622. — *Laterani 17 Septembris.*

« Thome tituli Sancte Sabine Presbytero Cardinali. » Vt vice sua provideat super negotio electionis Oderisii in abbatem monasterii sancti Vincentii de Wlturno, pro eo quod defectum pati videbatur aetatis licet probatus sit agere vicesimum sextum annum. Laterani XV. Kal. Oct. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 63. fol. 14.* — « TVE AC CONVENTVS. »

1623. — *Laterani 22 Septembris.*

« Cusentino Archiepiscopo. » Vt inquirat contra Squillacensem episcopum de periurio, adulterio, symonia, homicidio, et aliis multis criminibus accusatum. Laterani X. Kal. Oct. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 64. fol. 14; Mss. Vallicel. I. 53; Vghelli Italia Sac. IX. 209; cf. Potthast 518.*

n. 5897. (sub die 27 Aug.) — « DILECTVS FILIVS. »

1624. — *Laterani 24 Septembris.*
« Episcopo Caturcensi, et Magistris Arnaudo espero Lemovicensi et B. portario sancti Aredii Lemovicensis diocesis canonicis. » Vt reforment monasterium sancti Augustini Lemovicensis quod dicitur valde esse collapsum propter insufficentiam et negligentiam Hugonis abbatis eiusdem. Laterani VIII. Kal. Oct. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 65. fol. 14.* — « SIGNIFICANTIBVS DILECTIS. »

1625. — *Laterani 27 Septembris.*
« (Pontio) Episcopo et capitulo Matisconensibus. » Prohibet alienationes sive commutationes aut concessiones bonorum eorum ecclesiae absque ipsius episcopi consensu. Laterani V. Kal. Oct. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 67. fol. 15; Horoy H-i opp. omn. III. 31. n. 21. ex mss. du Theil.* — « CVM SICVT NOSTRIS. »

1626. — *Laterani 27 Septembris.*
« Abbati et Priori Sancti Samuelis Premonstratensis Ordinis Tranensis diocesis. » Vt tribuant licentiam abbati et conventui sancti Spiritus de Golfiniano Cisterciensis ordinis se transferendi ad monasterium sanctae Mariae Coronatae, si consensus accesserit episcopi et capituli Troianorum, cum utrumque monasterium in dioecesi Troiana consistat. Laterani V. Kal. Oct. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 73. fol. 16.* — « SVPPLICARVNT NOBIS. »

1627. — *Laterani 28 Septembris.*
« Abbati et Conventui Sancti Meletii de Monte Miopoleos. » Eos ad exemplar Innocentii PP. (III.) praedecessoris sui sub protectione recipit, eorumque bona, libertates et immunitates confirmat. Laterani IIII. Kal. Oct. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 66. fol. 15.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

1628. — *28 Septembris.*
Honorius III an den Prior von Columberia etc. in Sachen des Abtes von S. Sisto in Piacenza gegen Cremona. — *Göttinger gel. Anzeigen 1874. p. 167; Potthast Append. p. 2087. n. 5905 a-26026.*

1629. — *Laterani 1 Octobris.*
« (Henrico) electo, Archidiacono et Abbati Sancti Vincentii Mediolanensibus. » Vt super controversia inter abbatem et conventum sancti Xisti Placentinos et abbatem sancti Roberti Casae Dei Claromontensis dioecesis qui dictum conventum sancti Xisti ad se asserebat pertinere, hinc inde rationes audiant, et causam sufficienter instructam ad Papam transmittant terminandam, quia contra sententiam episcopi Mutinensis abbas et conventus sancti Xisti praedicti appellarunt. Laterani Kal. Oct. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 68. fol. 15.* — « EX PARTE DILECTORVM. »

1630. — *Laterani 1 Octobris.*
« Abbati et Conventui monasterii Domni Meletii. » Ad exemplar Innocentii PP. (III.) praedecessoris sui concedit « ut cum Greci usque ad hec tempora decimas solvere minime consueverint, laborum vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis, de possessionibus habitis usque ad concilium generale, vel de nutrimentis animalium nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. » Laterani Kal. Oct. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 69. fol. 15.* — « NE VEL PIETAS. »

Cod. Vat. notat: In eundem modum scriptum est Abbati et monachis sancti Angeli de Kypolusto de Montepentello, excepto quod non ponitur *ad exemplar.*

In e. m. Abbati et monachis sancti Nycolai de Kalisscia de Montepentello; non ponitur *ad exemplar.*

In e. m. Abbati et monachis sancti Salvatoris de Platania de Montepentello; non ponitur *ad exemplar*.

1631. — *Laterani 1 Octobris.*

« (Pandulfo) electo Norwicensi camerario nostro Apost. Sedis Legato. » Vt ecclesiam de Writele modo vacantem iuxta dispositionem I(ohannis) regis Angliae Hospitali sancti Spiritus in Saxia ad usum pauperum et hospitum assignet. Laterani Kal. Oct. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 70. fol. 15; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « CVM FELICIS RECORDATIONIS. »

1632. — *Laterani 1 Octobris.*

« Rectori et fratribus Sancti Spiritus in Xaxia. » Eos certiores facit se ecclesiam de Vritele (sic) ad opus eorum et confluentium inibi miserabilium personarum concessisse. Laterani Kal. Oct. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 72. fol. 16; Mss. Vallicel. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « CVM QVICQVID. »

1633. — *Laterani 5 Octobris.*

« Mariano Episcopo Sultiensi (*in e. l.* Sulciensi) eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. » Sultiensem ecclesiam ad exemplar Pascalis Papae sub beati Petri et sua protectione suscipit, bona et ecclesias enumerat et confirmat, statuens ut episcopatus sui sedes iuxta morem antiquum apud beati Antiochi ecclesiam habeatur, totaque dioecesis Triconiae, quae dicitur Sulci, Triconiae etiam quae dicitur de Sikerri, in sua suorumque successorum provisione, cura et episcopali dispositione consistat. Laterani per manum Ranerii Sancte Rom. Eccl. Vicecancellarii. III. Non. Oct. Indict. VII. Incarn. Domin. anno MCCXVIII Pontif. vero Domni Honorii PP. III. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 71. fol. 15.* — « IN EMINENTI APOSTOLICE SEDIS. »

1634. — *Laterani 5 Octobris.*

« Archiepiscopis et episcopis, Abbatibus, Prioribus ac Prelatis et clericis universis tam exemptis quam aliis per Yspaniam constitutis. » Mittit eis Huguicionem subdiaconum et capellanum suum et magistrum Cintium presbyterum Basilicae Principis Apostolorum canonicos, ut colligant vicesimam et census Rom. Eccl. pro subsidio Terrae Sanctae, cum Patriarcha et I(ohannes) rex Hierosolymitani et universi principes et barones existentes in partibus transmarinis « suis nobis litteris intimarunt, quod tam importabiles expensas facere compelluntur tum in machinis et galeis tum in alio bellico apparatu, quod nisi ad eas faciendas subveniamus eisdem, eas nullatenus poterunt substinere, sed non absque confusione quod Deus avertat desistere compellentur. Cum autem pro navigio Romanorum in quo ultra viginti milia marcharum argenti expendimus, Camera nostra pene penitus sit exausta, nec de illa possimus eisdem oportunum subsidium ministrare, Yspaniarum vicesimam secundum ordinationem concilii generalis providimus aggregandam. » Laterani III. Non. Oct. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 74. fol. 16; Mss. Vallic. I. 53; Bullar. Vat. III. Append. 55; Potthast 518. n. 5906; Horoy H-i opp. omn. III. 31. n. 22.* — « ILLE SOLVS QVI. »

1635. — *Laterani 5 Octobris.*

« Archiepiscopo Terraconensi. » Vt inducat regem Aragoniae ad solvendum censum Ecclesiae Romanae pro comitatu Barchinonensi sub poena excommunicationis balivorum suorum et interdicti comitatus praedicti. Laterani III. Non. Oct. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 75. fol. 16; Mss. Vallicel. I. 53. et I. 51; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 71.* — « CVM TEMPORE QVO. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est eidem Regi.

1636. — *Laterani 6 Octobris.*

« Pontis Alti et Silve late Abbatibus Adurensis et Lascurensis diocesum et magistro Ade canonico Aq.... » Vt accedant ad monasterium Generense, in quo quidam ex monachis ac aliis subditis rebellionis spiritum absumpserunt in abbatem, ibique corrigant et reforment quae correctionis et reformationis officio ipsi noverint indigere. Laterani II. Non. Oct. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 76. fol. 17; Horoy H-i opp. omn. III. 33. n. 23. ex mss. du Theil.* — « Ex insinvatione. »

1637. — *Laterani 6 Octobris.*

Abbatibus de Oratorio et Bellabranca committit correctionem et reformationem monasterii S. Petri de Burgolio. Laterani II. Non. Oct. anno tertio. — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 139; Potthast 518. n. 5907.*

1638. — *Laterani 9 Octobris.*

« (Waldemaro) illustri regi Danorum. » Concedit ut terram, quam suis laboribus et expensis de manibus eripuerit Paganorum (in Estonia), regno suo et eius ecclesiis applicare possit. Laterani VII. Id. Oct. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 77. fol. 17; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 71; Suhm Hist. af Danmark IX. 750; Bunge Livländ. UB. III. 4. n. 41 a; cf. Dahlmann Gesch. Dänemarks I. 369; Potthast 519. n. 5908; Horoy H-i opp. omn. III. 33. n. 24.* — « Magnitvdinis tve litteras. »

1639. — *Laterani 11 Octobris.*

« Archiepiscopo Beneventano. » Vt inducat O. subdiaconum et capellanum Papae in possessionem ecclesiae sancti Iohannis, quam habuit I. Cabalcasolo quondam canonicus Anagninus nuper vita functus. Laterani V. Id. Oct. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 78. fol. 17. Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 71.* — « Et si ex invncto. »

1640. — *Laterani 15 Octobris.*

« Capitulo Dertusensi. » Confirmat quod ipsi in eorum ecclesia ordinarunt super collatione dignitatum et honorum et institutione canonicorum et clericorum. Laterani Idib. Oct. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 80. fol. 18; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « Cvm a nobis petitvr. »

1641. — *Laterani 17 Octobris.*

« Berengario de Ozin decano in Montanis Siuranis. » Personam eius cum omnibus bonis sub protectione suscipit, specialiter autem decanatum in Montanis Siuranis cum decimis, ecclesiis et aliis pertinentiis suis a bonae memoriae Terraconensi archiepiscopo ei collatum confirmat. Laterani XVI. Kal. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 81. fol. 18.* — « Ivstis petentivm. »

1642. — *Laterani 17 Octobris.*

« Preposito et Capitulo Sancti Eusannii Furconensis spiritum consilii sanioris. » Citantur ut praepositus ipse cum quatuor canonicis ad Papam veniant, poenam quam eorum exigunt merita recepturi, quia in contemptum praeceptorum Papae beneficium non assignarunt O. clerico nepoti Gualterii ipsius Papae familiaris, licet ob hanc causam excommunicationis mucrone perculsi fuisset. Laterani XVI. Kal. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 103. fol. 22.* — « Si vestram contvmaciam. »

Scriptum est super hoc comitibus Celanensibus ne eos foveant sed tamquam excommunicatos et suspensos arctius evitent. Dat. ut supra.

1643. — *Laterani 18 Octobris.*

« Abbati Sanctarum Crucum et Sanctarum Crucum et Scale Dei Prioribus Terraconensis diocesis. » Vt inquirant contra (Pontium) episcopum Dertusensem qui ad pontificale fastigium per laicalem poten-

tiam evectus et periurus, symoniacus ac dilapidator esse dicitur. Laterani XV. Kal. Novembris anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 79. fol. 17; Mss. Vallicel. I. 53; cf. Manrique Ann. Cistercien. IV. 140; Potthast 519. n. 5909; Horoy H-i opp. omn. III. 35. n. 26.* — « CONTRA VENERABILEM. »

1644. — *Laterani 18 Octobris.*

« Eisdem (Episcopo Olorensi *in e. l.* Olerensi Abbati Sancti Severi et Priori de Monte Marchano Adurensis diocesis). » Vt poenam canonicam infligant in canonicos Baionensis ecclesiae qui sub excommunicationis sententia in eos lata ab archiepiscopo Auxitano divina tamen praesumpserunt officia celebrare. Laterani XV. Kal. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 87. fol. 18.* — « SIGNIFICAVIT NOBIS. »

1645. — *Laterani 19 Octobris.*

« Decano et Capitulo Silvanectensis ecclesie. » Confirmat ordinationem factam ab iisdem cum eorum episcopi consensu, ut dimidium praebendae ad eorum dotationem pertinentis in usus et distributiones quae fiunt in nocturnis et diurnis officiis ad cultum divini nominis ampliandum convertatur. Laterani XIIII. Kal. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 82. fol. 18; Horoy H-i opp. omn. III. 34. n. 25. (17 Octobris) ex mss. du Theil.* — « EX PARTE VESTRA. »

1646. — *Laterani 23 Octobris.*

« Abbati de Fontibus Cisterciensis Ordinis et Priori de Martoñ Eboracensis diocesis et Magistro I. Romano canonico Eboracensi. » Vt inquirant contra Robertum de Lelleia clericum Eboracensis dioecesis qui ecclesiam de Tarecastre et plures alias ecclesias curam animarum habentes, quarum regimine penitus est indignus, iniuste detinere praesumit. Laterani X. Kal. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 83. fol. 18; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « DILECTI FILII. »

1647. — *Laterani 23 Octobris.*

« Abbati Strirpensi, Priori de Nantornio et Willelmo preposito Vsercensi Lemovicensis diocesis. » Vt procedant in negotio eis iam commisso ordinationis et reformationis ecclesiae sancti Iuniani Lemovicensis dioecesis, alioquin in negotio ipso procedent prior de Artigia Lemovicensis dioecesis et magister D. archidiaconus et Iohannes de Barmont canonicus Lemovicenses. Laterani X. Kal. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 104. fol. 23.* — « MIRAMVR PLVRIMVM. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est super hoc eisdem.

1648. — *Laterani 23 Octobris.*

« Episcopo et Capitulo Constantiensibus. » Iterum mandat ut Henrico de Cadomo clerico in praebendali beneficio provideant, alioquin a thesaurario et archidiacono de Caleto et officiali Rothomagen. per censuras ecclesiasticas ad id compellentur. Laterani X. Kal. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 150. fol. 33.* — « SI QVAM DETESTABILE. »

In eundem modum scriptum est super hoc eisdem executoribus, verbis competenter mutatis.

1649. — *Laterani 23 Octobris.*

Landensem abbatem Robertus de Saleya in Anglia experitur iudicem. Laterani X. Kal. Nov. anno (secundo, *sed corrigas*) tertio. — *Cf. Manrique Ann. Cisterc. IV. 144; Potthast 519. n. 5910.*

1650. — *Laterani 24 Octobris.*

« Gottifredo clerico nato nobilis viri Theobaldi Prefecti. » Personam suam cum omnibus bonis sub protectione recipit, specialiter autem ecclesiam de Longaichitoñ, quam G(uala) tituli sancti Martini pres-

byter Cardinalis Ap. Sed. Legatus eidem contulit, confirmat. Laterani VIIII. Kal. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 85. fol. 18.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

1651. — *Laterani 25 Octobris.*
« Archiepiscopo Salernitano, Abbati de Rubillano Surrentine diocesis et archidiacono Amalfitano. » Vt personaliter accedant ad monasterium Positanum et personam idoneam in abbatem ibi eligi faciant, cum « Iohannes, Placidus et Sergius, eiusdem monasterii monachi Amalfitane diocesis, quendam monachum nomine Benedictum claudum, improbo more versatum, de levitate notabilem, et alias insufficientem ad regimen abbatie, in prefatum monasterium, minis, terroribus ac favore ven. fratris nostri Amalfitani archiepiscopi nec non pro pravitate symoniaca intrudere moliuntur. » Laterani VIII. Kal. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 84. fol. 18.* — « WILLELMVS PRIOR. »

1652. — *Laterani 25 Octobris.*
« Abbati et Priori de Alcobatia Vlixbonensis diocesis et cantori Colimbriensi. » Vt inquirant contra magistrum Vincentium quondam Vlixbonensem decanum qui multas iniurias (Suario) episcopo Vlixbonensi irrogavit, et licet a decanatu amotus fuisset, A. regis Portugalensis innisus auxilio, non solum res ad decanatum spectantes sed alia bona canonicorum occupavit, quo in negotio cognita penitus veritate, quidquid canonicum fuerit statuant. Laterani VIII. Kal. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 89. fol. 19; Manrique Ann. Cisterc. IV. 140; Potthast 519. n. 5911.* (*cum initio:* Persequutionum venerabilis); *Horoy H-i opp. omn. III. 35. n. 27.* — « NOLVMVS PRETERITARVM. »

1653. — *Laterani 26 Octobris.*
« (Bernardo) Episcopo Olorensi, (*in e. l.* Olerensi) Abbati Sancti Severi et Priori de Monte Marchano Adurensis diocesis. » Vt observari faciant sententias excommunicationis et interdicti ab archiepiscopo Auxitano in quosdam cives Baionenses, « exigentibus culpis eorum, » promulgatas, qui pretextu appellationis frustatoriae quam emiserant easdem sententias contemnentes, ad Generensem, Casae Dei et Pontis Alti Abbates Tarviensis et Adurensis dioecesum per expressum mendacium litteras apostolicas impetrarunt. Laterani VII. Kal. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 86. fol. 18; Horoy H-i opp. omn. III. 36. n. 28. ex mss. du Theil.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

1654. — *Laterani 27 Octobris.*
« R. Cancellario Campanie. » Cum eo dispensat super irregularitate natalium, cum ipsum rex Navarrae solutus e muliere soluta genuerit, ita ut retinere ecclesiastica beneficia et ad sacros ordines promoveri possit. Laterani VI. Kal. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 90. fol. 19; Horoy H-i opp. omn. III. 36. n. 29. ex mss. du Theil.* — « DEBITVM QVODAMODO. »

1655. — *Laterani 27 Octobris.*
« (Oddoni de Chésy) Decano, Preposito et R. de Codun canonico Suessionensibus. » Nuntiat se decanatum Ambianensis ecclesiae contulisse magistro Iohanni de Abbatisvilla, eisque mandat ut a sententia excommunicationis absolvant canonicos illos Ambianenses qui E. de Roia elegerunt, si dictam sententiam invenerint post appellationem ad Papam legitime interpositam esse latam, et inquirant super processu totius negotii et informent. Laterani VI. Kal. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 107. fol. 23; Notices et extraits XXI. n. 168; Potthast 519. n. 5912; Horoy H-i opp. omn. III. 37. n. 30.* — « EX PARTE DILECTORVM. »

1656. — *Laterani 29 Octobris.*

« (Lucae) Archiepiscopo Cusentino. » Mandat ut convocatis aliquot ex episcopis convicinis, electo Rossanensi munus consecrationis impendat, cum ex inquisitione inventus fuerit immunis ab hiis quibus super iudicio sanguinis accusabatur. Laterani IIII. Kal. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 92. fol. 19; cf. Vghelli Ital. Sac. IX. 209; Potthast 519. n. 5914.* — « Per tvas nobis. »

1657. — *Laterani 29 Octobris.*

« Pandulfo Norwicensi electo Camerario nostro Ap. Sed. Legato. » Vt electionem Lucae de Nutreville archidiaconi ecclesiae Armachanae in archiepiscopum eiusdem ecclesiae, quam magister Radulfus de Pincebeh ad Sedem Apostolicam veniens diutius institit confirmandam, si de persona idonea invenerit canonice celebratam confirmet. Laterani IIII. Kal. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 94. fol. 21; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « Ecclesie Armachane. »

1658. — *Laterani 29 Octobris.*

« I(ohanni) tituli sancte Praxedis Presbytero Cardinali Apost. Sedis Legato. » Cum in generali concilio provida sit deliberatione statutum ut Constantinopolitanae Sedis antistiti, postquam a Romano Pontifice receperit palleum, quod est plenitudinis officii pontificalis insigne, praestito sibi fidelitatis et obedientiae iuramento, liceat suis suffraganeis palleum largiri; mandat, ut Corinthiensis archiepiscopus possit uti palleo a Constantinopolitano patriarcha recepto. Laterani IIII. Kal. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. ep. 95. fol. 21; Mss. Vallicel. I. 53; fragm. apud Raynaldi Ann. Eccl. 1218. nn. 24, 25; Potthast 519. n. 5913.* (*cum falso titulo:* Constantinopolitano Patriarchae, *et incipit* « Cum in Generali Concilio » *quod est initium fragmenti); Horoy H-i opp. omn. III. 39. n. 31.* — « Oblata nobis. »

1659. — *Laterani 29 Octobris.*

« Eisdem. (Episcopo Nivernensi et Virziliacensi et de Bonoradio Abbatibus Eduensis et Autisiodorensis diocesum.) » Mittit eis formulam iuramenti exhibendi a Willelmo filio Andreae de Calviniaco domino castri Radulfi pro custodia et defensione Burgi Dolensis. Laterani IIII. Kal. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 98. fol. 21; Mss. Vallic. I. 53. et I. 51. p. 324. integra.* — « Formam fidelitatis. »

1660. — *Laterani 29 Octobris.*

« Eisdem. » Vt (Willelmus) dominus castri Radulfi Bituricensis dioecesis satisfaciat pro damnis illatis monasterio Dolensi, utpote qui boves, animalia et res alias monasterii et hominum eius temeritate propria ceperat, et ipsos quoque homines talliis et aliis indebitis exactionibus molestaverat. Dat. ut supra. (Laterani IIII. Kal. Nov. anno tertio). — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 99. fol. 21.* — « Gravem dilectorvm. »

1661. — *Laterani 30 Octobris.*

« (Manassi) Episcopo, Decano et Subdecano Aurelianensibus. » Vt observari faciant Papae sententiam, qui absolvit I. super investitura archidiaconatus ecclesiae Senonensis et in hac re archiepiscopo Senonensi perpetuum silentium imposuit. Laterani III. Kal. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 91. fol. 19; Horoy H-i opp. omn. III. 40. n. 32. ex mss. du Theil.* — « Cvm svper prebenda. »

1662. — *Laterani 30 Octobris.*

« Abbati et Conventui Dolensibus. » Confirmat donationem quam Guilielmus (sic) de Calviniaco dominus castri Radulfi cum consensu Andreae et Radulfi fratrum suorum eidem monasterio fecerat de iuribus

quae idem dominus in terris, pratis, vineis et aliis locis Burgo Dolensi adiacentibus habebat, et instrumentum donationis refert. Laterani III. Kal. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 93. fol. 20.* — « CVM A SEDE APOSTOLICA. »

1663. — *Laterani 30 Octobris.*

« Iohanni de Tebaldo Clerico. » Recipit eum cum omnibus suis bonis in protectionem, specialiter autem ecclesiam de Lamhee a G(uala) presbytero Cardinali Ap. Sed. Legato ei collatam confirmat, et tenorem litterarum ipsius Cardinalis refert. Laterani III. Kal. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 153. fol. 34; Mss. Vallicel. I. 53; Musaeum Britann. add.. mss. 15351.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

1664. — *Laterani 31 Octobris.*

« B(ertranno) tituli Sanctorum Iohannis et Pauli Presbytero Cardinali Apost. Sedis Legato. » Ad petitionem I(acobi) regis Aragonum concedit ut comitatus Amilianus ab eodem rege possit nobili mulieri A(lienorae) amitae suae uxori R(aimundi) quondam comitis Tolosani commendari, dummodo id absque praeiudicio Romanae Ecclesiae ac iuris alieni fiat. Laterani II. Kal. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 96. fol. 21; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 71; Bouquet Rec. XIX. 672; Potthast 519. n. 5915.* — « KARISSIMVS IN CHRISTO. »

1665. — *Laterani 3 Novembris.*

« Guillelmo episcopo Nivernensi, et Virziliacensi et de Bonoradio abbatibus Eduensis et Autisiodorensis diocesum. » Vt inducant Guilelmum (*alias* Willelmum) de Calviniaco dominum castri Radulfi Bituricensis dioecesis ad exhibendum ipsi Papae iuramentum pro custodia castri Dolensis, eidemque nobili viro sub debito iuramenti iniungant ut abbati Dolensi, qui Burgum nomine Sedis Apostolicae pleno iure possidet, quotiens eidem necesse fuerit, sit in eiusdem Burgi custodia fidelis coadiutor. Laterani III. Non. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 97. fol. 21; Mss. Vallicel. I. 53. et I. 51. p. 322. integra.* — « GRATVM GERIMVS. »

1666. — *Laterani 3 Novembris.*

« Capitulo Bituricensi. » Confirmat electionem ab eis factam S(imonis) cantoris ecclesiae Bituricensis in eorum archiepiscopum, ipsumque electum magnis laudibus prosequitur. Laterani III. Non. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 101. fol. 22; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 42. n. 34. ex mss. du Theil.* — « CONGAVDEMVS EX HIIS. »

Cod. Vat. addit: In eundem fere modum scriptum est Bituricensi Electo. « Tu itaque commissam tibi sollicitudinem Bituricensis ecclesie ita laudabiliter exercere procures ut videaris prodesse potius quam preesse. » Dat. ut supra.

1667. — *Laterani 3 Novembris.*

« P(andulfo) Norwicensi electo, camerario nostro Ap. Sed. Legato » Vt nuntio Petri de Alatro Sabinensis episcopi clerico assignet beneficium quod in Anglia habebat Roffridus Scoctus canonicus Anagninus clericus Ostiensis episcopi. Laterani III. Non. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 174. fol. 37; Musaeam Britann. add. mss. 15351.* — « NON DEBENT ESSE. »

1668. — *Laterani 5 Novembris.*

« Capitulo et universo clero et populo Moraviensibus. » Absolvit a vinculo excommunicationis eorum episcopum pro eo perculsum quia tempore turbationis regnorum Angliae et Scotiae graviter Romanam Ecclesiam in multis offenderat. Laterani Non. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 102. fol. 22; Mss. Vallicel. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Theiner*

Mon. Hibern. 6. n. 14; Potthast 519. n. 5916; Horoy H-i opp. omn. III. 43. n. 35. — « Et verbera patris. »

1669. — *Laterani 6 Novembris.*

« Mauziacensi, Rionensi et Ebroilensi abbatibus Claromontensis diocesis. » Vt terminent causam inter nobilem virum Archembaudum dominum Borbonensem et officialem Bituricensem et coniudices suos super sententia excommunicationis latam ab episcopo Anitiensi in dictum nobilem virum et super eo quod dicti officialis Bituricensis et coniudices eum, nec monitum nec citatum tamquam si esset excommunicatus citari fecissent, revocantes interim in statum debitum quidquid post appellationem ad Papam invenerint attemptatum. Laterani VIII. Id. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 152. fol. 33.* — « Sva nobis nobilis vir. »

1670. — *Laterani 7 Novembris.*

« Abbati Sublacensi. » Vt Romam veniat. Laterani VII. Id. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 100. fol. 22.* — « Presentivm tibi. »

1671. — *Laterani 7 Novembris.*

« Castaliensi et de Porta Dei Prioribus Lemovicensis diocesis et I. subdiacono nostro canonico Lemovicensi. » Vt accedant ad monasterium Vsercense quod propter negligentiam et malitiam B. abbatis dicitur valde esse collapsum, ipsumque corrigant et reforment. Laterani VII. Id. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 105. fol. 23; Horoy H-i opp. omn. III. 44. n. 36. ex mss. du Theil.* — « Significantibvs dilectis filiis. »

1672. — *Laterani 8 Novembris.*

« Archiepiscopo Pisano. » Mandat ut, si consules et populus Pisani non revocent Vbaldum, Lambertum fratrem eius et alios eorum cives ab impugnatione Sardiniae, excommunicationis sententiam in dictos consules et populum promulget, alioquin Papae conspectui se repraesentet de inobedientia responsurus, cum iam alias se super hoc in exequendo apostolico mandato negligentem exhibuerit: et Vbaldum et Lambertum fratrem eius ac quoslibet ad occupandam Sardiniam eis subsidium impendentes excommunicatos sine ulla dilatione publice nuntiet, faciens sententiam ipsam singulis diebus dominicis et diebus festivis candelis accensis et pulsatis campanis solemniter publicari. Laterani VI. Id. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 119. fol. 26; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Consvles popvlvsqve Pisanvs. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est super hoc Consulibus et Populo Pisanis.

1673. — *Laterani 10 Novembris.*

« Pandulfo Norwicensi Electo camerario nostro Ap. Sed. Legato. » Vt iuxta petitionem Alexandri regis Scotorum confirmet vel infirmet compositionem super diversis articulis olim pro bono pacis initam inter cl. mem. W(illelmum) patrem suum et incl. rec. I(ohannem) regem Angliae, sicut de iure viderit expedire. Laterani IIII. Id. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 111. fol. 24; Mss. Vallicel. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Rymer Foedera I. 1. 79; Theiner Mon. Hibern. 7. n. 15; Potthast 519. n. 5918; Horoy H-i opp. omn. III. 46. n. 38.* — « Karissimvs in Christo filivs. »

1674. — *Laterani 10 Novembris.*

« Vniversis Christi fidelibus per Mediolanensem provinciam constitutis. » Eos monet et obsecrat ut Mariano iudici Turritano contra Vbaldum et Lambertum fratrem eius cives Pisanos terram Sardiniae, quae est iuris et proprietatis Apostolicae Sedis, in-

vadentes, et excommunicatos, bellatorum succursum in instante Martio mittant. Laterani IIII. Id. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 117. fol. 26; Mss. Vallicell. I. 53; Cocquelines Bull. Rom. (ed. Rom. 1740.) III. 200. n. 27; Cod. Dipl. Sardin. I. 334. n. 42; Bull. Roman. ed. Taurin. III. 345. n. 27; Potthast 519. n. 5917; Horoy H-i opp. omn. III. 45. n. 37.* — « CVM ECCLESIARVM OMNIVM. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est universis Christi fidelibus per Ianuensem provinciam constitutis.

1675. — *Laterani 12 Novembris.*

« (Miloni) Belvacensi electo. » Datur ei licentia transfretandi in subsidium Terrae Sanctae, et quia eum, comitum, baronum, magnatum, militum et aliorum quam plurium non solum suae dioecesis sed etiam aliarum quamplurium regionum comitatur honorabilis multitudo, conceditur ei vicesima Belvacensis et Remensis dioecesum. Laterani II. Id. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 108. fol. 24; Mss. Vallicel. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 5; Bouquet Rec. XIX. 672; Potthast 519. n. 5920; Horoy H-i opp. omn. III. 48. n. 40.* — « QVOD ZELO FIDEI. »

1676. — *Laterani 12 Novembris.*

« Episcopo Geneocastrensi (*idest* Neocastrensi), de Curatio et de Frigilo Abbatibus Marturanensis et Sancte Severine diocesum. » Vt accedant ad monasterium sanctae Mariae Novae de Calabria ipsumque reforment, cum referatur quod Ylarion eiusdem monasterii dictus abbas Ysaiam quondam abbatem ipsius coenobii virum religiosum, providum et honestum, qui per annos triginta et amplius monasterium rexit memoratum, circumveniens fraudulenter ipsum cedere ac se in locum eius intrudi fecit per symoniacam pravitatem, et deinde monasterium eundem delapidavit et multa enormia patravit. Laterani II. Id. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 109. fol. 24.* — « SIGNIFICANTIBVS DILECTIS. »

1677. — *Laterani 12 Novembris.*

« Willelmo de Bosco Cancellario karissimi in Christo filii nostri A(lexandri) regis Scotorum illustris. » Absolvit eum a vinculo excommunicationis quo a G(uala) presbytero Cardinali Ap. Sed. Legato astrictus fuerat pro eo quod Alexandro regi Scotorum contra regem Angliae consilium praestiterat. Laterani II. Id. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 110. fol. 24; Mss. Vallicel. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Theiner Mon. Hibern. 7. n. 16; Potthast 519. n. 5919; Horoy H-i opp. omn. III. 46. n. 39.* — « ETSI NONNVLLE. »

Cod. Vat. et Potth. l. c.: In eundem modum scriptum est super hoc episcopo sancti Andreae ut ipsum denuntiet restitutum, nec patiatur eum super hiis ab aliquibus indebite pergravari. Dat. ut supra.

1678. — *Laterani 12 Novembris.*

« Abbati et conventui Aremarensibus. » Vt possint recipere in religionem suam sancti Benedicti pueros infra decem et octo annos existentes, non obstante inhibitione quam edidit R. tit. sancti Stephani in Coelio Monte praesbyter cardinalis dum in partibus Gallicanis legationis officio fungebatur. Laterani II. Id. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 112. fol. 25.* — « VESTRA NOBIS. »

1679. — *Laterani 13 Novembris.*

« P(andulfo) Norwicensi electo Camerario nostro Ap. Sed. Legato. » Vt statuat quod secundum Dominum viderit expedire super eo quod canonici Cantuariensis provinciae praetendunt, ut canonici Eboracensis provinciae ad suum capitulum extra propriam provinciam veniant. Laterani Idib. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 106.*

fol. 23; Musaeum Brit. add. mss. 15351. — « Dilecti filii. »

1680. — *Laterani 13 Novembris.*

« Pandulfo Norwicensi electo camerario nostro Apost. Sed. Legato. » Vt non obstante inhibitione regis Anglorum terminet causam quae vertitur inter priorem et canonicos sanctae Fredeswidae ex parte una, et W. filium Riccardi clericum Lincolniensis dioecesis ex altera super ecclesia de Acleia, quam ad se pertinere iidem prior et canonici asserunt. Laterani Idib. Nov. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 116. fol. 25; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Shirley Royal letters I. 533. n. 7; Potthast Append. p. 2087. n. 5920 a-26027.* — « Ex litteris abbatis. »

1681. — *Laterani 14 Novembris.*

« Mediolanensi electo. » Scribit se non posse eum exaudire super facto vicesimae, « pro eo quod super hoc dudum generalis ordinatio facta fuit contra quam nos facere non deceret; » pro ipsa vero colligenda dirigit litteras apostolicas singulis provinciae Mediolanensis episcopis; ad subventionem autem Novariensis episcopi declarat se nolle ut invitus compellatur. Laterani XVIII. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 122bis. fol. 27.* — « Preces qvas nobis. »

1682. — *Laterani 15 Novembris.*

« (Roberto) episcopo, maiori Archidiacono et cantori Atrebatensibus. » Vt procedant in negotio magistri B. custodis Peronensis et comitissae Flandriae Cameracensis dioecesis super quodam feudo et eius fructibus, et sententia excommunicationis in eandem comitissam promulgata. Laterani XVII. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 173. fol. 37.* — « Constitvtvs in presentia nostra. »

1683. — *Laterani 16 Novembris.*

« Petro de Capua, W(illelmo) de Ponte Arce et Riccardo Anglico doctoribus Parisiensibus. » Vt diligenter examinent magistrum Mathaeum de Scotia et si eum in theologica facultate idoneum repererint ad docendum, moneant cancellarium Parisiensem ut eidem licentiam concedat ascendendi cathedram magistralem. Laterani XVI. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 113. fol. 25; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Notices et extraits XXI. II. 174; Theiner Mon. Hibern. 7. n. 17; Potthast 520. n. 5921; Horoy H-i opp. omn. III. 49. n. 42.* — « Si abscondens talentvm. »

1684. — *Laterani 16 Novembris.*

« Sancte Marie in Basilica et Sancte Marie de Caritate Abbatibus, et Priori Sancte Marie de Caritate Pennensis et Teatine diocesum. » Vt inquirant contra abbatem sancti Iohannis in Venere qui olim super nonnullis ab I(nnocentio PP. III) correctus, peiora commisit, et de homicidiis et de pluribus excessibus accusatur. Laterani XVI. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 114. fol. 25; Mss. Vallic. I. 53. et I. 51. p. 335. integra.* — « Sicvt gentilis. »

1685. — *Laterani 16 Novembris.*

« (Guilelmo) Episcopo, Cantori et Priori Sancti Ylarii de Cella Pictavensibus. » Ne permittant abbatem et conventum monasterii Dolensis super libertatibus, immunitatibus, possessionibus, redditibus, consuetudinibus, iuribus in pratis, vineis, terris et aliis bonis tam in Burgo Dolensi quam extra a Guillelmo domino castri Radulfi vel eius fratribus, vel a quocumque alio indebite molestari. Laterani XVI. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 123. fol. 27; Horoy H-i opp. omn. III. 49. n. 41, ex mss. du Theil.* — « Cvm dolense monasterivm. »

1686. — *Laterani 17 Novembris.*

« Abbati et Priori de Tilieto (*in e. l.* de Tileieto) Aquensis diocesis. » Vt cives Alexandrinos absolvant ab excommunicationis et interdicti sententiis quae in ipsos promulgatae fuerant pro eo quod resistentibus parti regiae contra prohibitionem apostolicam adhaeserunt, iuramentum fidelitatis ab eis recipiant, et annuum censum viginti quinque librarum papiensium pro tredecim annis quibus in eius solutione cessarunt exigant. Later. XV. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 115. fol. 25; Mss. Vallic. I. 53; Ghilini Ann. di Alessandria 27; Moriondus Mon. Aquens. I. 169; Potthast 520. n. 5923.* — « VOBIS DEDISSE RECOLIMVS. »

1687. — *Laterani 17 Novembris.*

« Priori et Conventui Camaldulensibus. » Vt sollicite et diligenter intendant reformationi monasterii de Candiculis, quod, referente (Hugolino) Hostiensi episcopo Ap. Sed. Legato, « adeo in spiritualibus dissolutum et in temporalibus annullatum quod dissolutiones, infamationes et obprobria (sic) que de illo exierant totam fere provinciam corruperant. » Laterani XV. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 118. fol. 26; Mittarelli Ann. Camald. IV. append. 386; Potthast 520. n. 5922; Horoy H-i opp. omn. III. 50. n. 43. (18 Nov.)* — « PRESENTATE NOBIS. »

1688. — *Laterani 20 Novembris.*

« Episcopo Xantonensi. » Concedit ei ut, cum cogatur exulare propter tyramnidem nobilis viri Hugonis de Leziniaco, possit quamdiu durabit huiusmodi persecutio apud se pro suis negotiis canonicos retinere, qui licet absentes praebendarum fructus percipiant. Laterani XII. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 121. fol. 27; Mss. Vallicel. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 52. n. 45. ex mss. du Theil.* — « CVM VBDITI PRELATIS. »

1689. — *Laterani 21 Novembris.*

« G. militi vasallo monasterii de Dunfermelin. » Confirmat villam de Baloero ei ab abbate et conventu monasterii de Dunfermelin sub annuo quodam censu concessam. Laterani XI. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 122. fol. 27.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

1690. — *Laterani 21 Novembris.*

« Karissimo in Christo filio Alexandro illustri Scotorum Regi, eiusque successoribus in perpetuum. » Nuntiat se inhibere « ut cum Scoticana ecclesia Sedi Apostolice sicut filia specialis nullo medio sit subiecta, in qua hee sedes episcopales esse noscuntur, ecclesia videlicet sancti Andree, Dumblenensis, ecclesia Glascuensis, Dunkeldensis, (*Potthast* Dumkeldensis), Brecinensis (*sic*), ecclesia Aberdensis, ecclesia Murevensis, ecclesia Rosensis et ecclesia Katensis, nemini liceat nisi Romano Pontifici vel Legato ab ipsius latere destinato in regnum Scotie interdicti vel excommunicationis sententiam promulgare; » aliaque privilegia concedit. Laterani per manum Ranerii Sanctae Rom. Eccl. Vicecancellarii XI. Kal. Dec. Ind. VII. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 124. fol. 27; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 62; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Registrum episc. Brechinensis II. 387. n. 410; Theiner Monum. Hibern. 8. n. 18; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 345; Rymer Foed. I. 1. 76; Potthast 520. n. 5924. et repet. anglica lingua scripta ad seq. n. 5925; Horoy H-i opp. omn. III. 53. n. 46.* — « CVM VNIVERSI FIDELES. »

1691. — *Laterani 22 Novembris.*

« Abbati Sancte Genovefe et maiori archidiacono Parisiensibus et magistro Petro de Capua doctori theologie Parisius commoranti. » Vt, sublato cuiuslibet contradictionis obstaculo, inducant magistrum I(o-

hannem Halgrin de Abbatisvilla) in possessionem decanatus Ambianensis. Laterani X. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 120. fol. 26; Notices et extraits de la Bibliothèque du roi. Paris 1787-1874 XXI. II. 171; Potthast 520. n. 5926; Horoy H-i opp. omn. III. 54. n. 47.* — « Cvm ex parte. »

1692. — *Laterani 22 Novembris.*

« (Henrico) episcopo Bononiensi. » Ne molestari permittat B. clericum ecclesiae sancti Martini de Aposa Bononiensis circa possessionem beneficii quod in dicta ecclesia habebat Henrigettus qui ex sententia archiepiscopi Ravennatis omni officio et beneficio ecclesiastico perpetuo privatus fuerat. Laterani X. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 127. fol. 28.* — « Dilecto filio. »

1693. — *Laterani 22 Novembris.*

« (Gregorio) episcopo Aquinati, Abbati de Ferraria Theanensis diocesis et Landoni subdiacono nostro canonico Aquinati. » Vt procedant ne bona ecclesiae Calinensis, pendente causa inquisitionis, sub dilationis dispendio dilapidari contingat « facientes interim ipsi episcopo in expensis congrue provideri. » Laterani X. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 128. fol. 28.* — « Vtilitati ecclesie. »

1694. — *Laterani 23 Novembris.*

« Episcopo Ambianensi. » Vt super servitio et cotidianis distributionibus Ambianensis ecclesiae, deliberatione adhibita diligenti, emendet et statuat quod secundum Dominum honestati et utilitati ecclesiae supradictae viderit expedire. Laterani VIIII. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 125. fol. 27.* — « Ex parte tva. »

1695. — *Laterani 23 Novembris.*

« Priori et Capitulo ecclesie Wastinensis. » Vt iuxta priora mandata recipiant Iohannem pauperem diaconum in canonicum et fratrem, alioquin dat litteris in mandatis episcopo, decano et succentori Aurelianensibus ut eos per censuras ecclesiasticas ad id compellant. Laterani VIIII. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 129. fol. 28.* — « Qve pietatis inchoamvs. »

Scriptum est super hoc eisdem.

1696. — *Laterani 23 Novembris.*

Strigoniensi et Iauriensi praepositis et archidiacono Iauriensi mandat, ut causam abbatis et conventus S. Martini de Pannonia conquerentium, quod populi Bissenorum de villa Nogholm Vesprim. dioc. decimas vini ad eos de iure spectantes contra iustitiam detinent, audiant partibus convocatis et fine debito terminent. Laterani IX. Kal. Dec. anno tertio. — *Mon. Hungar. Hist. dipl. VI. 160; Potthast 520. n. 5927; Horoy H-i opp. omn. III. 55. n. 48.* — « Ex parte dilectorvm. »

1697. — *Laterani 24 Novembris.*

« Abbati et Conventui Ville Magni. » Deficiente rectore, curam committit eis ecclesiae sanctae Secundinae sitae in monte Iuliani. Laterani VIII. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 126. fol. 28.* — « Ne pro defectv. »

1698. — *Laterani 24 Novembris.*

« Abbati Vrsicampi Cisterciensis ordinis Noviomensis diocesis et Drogoni de Cardolio et Guidoni de Cinciniaco canonicis Noviomensibus. » Ne permittant Raynerium Scliniensem canonicum molestari circa possessionem suae praebendae, molestatoresque per censuras ecclesiasticas compescant, revocato in irritum si quid contra dictum R(aynerium) postquam idem iter arripuit ad Sedem Apostolicam veniendi illicite invenerint attemptatum. Laterani VIII. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 130. fol. 28; Horoy H-i opp. omn. III. 57. n. 50. ex mss. du Theil.* — « Constitvtvs in presentia nostra. »

1699. — *Laterani 24 Novembris.*

« Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis per Syciliam constitutis. » Notum eis facit quod ex inquisitione facta ab Albanensi episcopo Ap. Sed. Legato constat de bonis actibus et innocentia Hospitalariorum et Templariorum, et quod mala iis imputata frivola et inventicia sunt, ipsosque habeant more solito commendatos, eorum innocentiam in ecclesiis praedicando singulis diebus dominicis et festivis. Laterani VIII. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 131. fol. 29; Mss. Vallic. I. 53. et I. 51. p. 316. integra; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 15; Rodenberg Epist. Select. I. 57. n. 79.* — « HVMANI GENERIS. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est multis aliis.

1700. — *Laterani 24 Novembris.*

« (Garsiae) Archiepiscopo Auxitano et B(ertranno) tituli sanctorum Iohannis et Pauli presbyt. Cardinali Ap. Sed. Legato. » Vt excommunicatos denuntient Nunonem filium comitis Sanctii et Willelmum Raymundum de Monte Catano et eorum complices, qui castrum de Lurda per satellites suos munitum tenentes Ecclesiae Dei et negotio pacis et fidei adversantur, nisi ab eis moniti non desistant. Laterani VIII. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 134. fol. 30; Mss. Vallicell. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 673; Potthast 520. n. 5928; Horoy H-i opp. omn. III. 56. n. 49.* — « PRESENTIVM VOBIS AVCTORITATE. »

1701. — *Laterani 26 Novembris.*

« B(ertranno) tituli sanctorum Iohannis et Pauli presb. Cardinali Ap. Sed. Legato. » Scribit de indulgentiis eis concessis qui negotio (Tolosano) ei commisso succurrunt, et de vicesima pro eodem negotio colligenda, qua re « pro castris de Oppeda et de Mornatio ecclesias, cum immineat eis vicesimam solvere, alia collecta non duximus aggravandas.... Comitatum Malgoriensem Magalonensi Ecclesie auferri posse decenter et licite non videmus cum a fel. memorie I(nnocentio) PP. predecessore nostro illum noscatur in feudum non absque gravi dispendio recepisse. » Laterani VI. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 133. fol. 29; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « ANTEQVAM LITTERE TVE. »

1702. — *Laterani 26 Novembris.*

« (Guilelmo) episcopo Albiensi. » Vt castrum Scuriae, quod est speciale et proprium Apostolicae Sedis, et ipse perfidis Tolosanis dederat, B(ertranno) tit. sanctorum Iohannis et Pauli presbytero cardinali Papae Legato assignet. Laterani VI. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 135. fol. 30; Mss. Vallicell. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 674; Potthast 520. n. 5930; Horoy H-i opp. omn. III. 58. n. 51.* — « GRAVE GERIMVS. »

1703. — *Laterani 27 Novembris.*

« Abbati et Priori Karoliloci Silvanectensis diocesis et cantori Sancti Frambaudi Silvanectensi. » Ne permittant molestari magistrum Guidonem Morinensem archidiaconum super praebenda cancelleriae Meldensis ecclesiae quam, eiusdem possessore in Ierosolimitana peregrinatione vita functo, eidem contulit, et si episcopus et capitulum eiusdem ecclesiae id adimplere neglexerint, per censuram ecclesiasticam eos compellant. Laterani V. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 136. fol. 30; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 12; Horoy H-i opp. omn. III. 59. n. 53. ex mss. du Theil.* — « NON EST REPREHENSIBILE. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est eisdem Episcopo et Capitulo Meldensibus, verbis competenter mutatis.

1704. — *Laterani 27 Novembris.*

« Capitulo Metensi. » Vt provideant Bartholomaeo pauperi clerico, qui iam a viginti annis et amplius in eorum ecclesia inserviit, de praebenda vel alio ecclesiastico beneficio. Laterani V. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 137. fol. 31; Horoy H-i opp. omn. III. 59. n. 52. ex mss. du Theil.* — « Non solvm divina. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est super hoc abbati et Priori Castellionis Cisterciensis ordinis Virdunensis diocesis et P. canonico sancte Marie ad Moniales Metensi ut dictum capitulum diligentius moneant et inducere procurent. Dat. ut supra.

1705. — *Laterani 27 Novembris.*

« (Garsiae) Archiepiscopo Auxitano et episcopo Consurano (*idest* Conserano *vel* Conseranensi) et Abbati Bonifontis diocesis Convenarum. » Committit eis inquisitionem super sanctitate vitae et miraculis Bertrandi Convenarum episcopi. Laterani V. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 141. fol. 32; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 330. integra; Horoy H-i opp. omn. III. 60. n. 54. ex mss. du Theil.* — « Venerabilis frater noster. »

1706. — *Laterani 27 Novembris.*

« Elemosine Cisterciensis ordinis et Beate Marie Blesensis Abbatibus, Haymoni fratri Milicie Templi Parisiensi et T. de Corbolio canonico Carnotensi executoribus testamenti clare memorie Th(eobaldi) Blesensis comitis. » Notum facit se confirmare testamentum cl. mem. Th(eobaldi) comitis Blesensis. Laterani V. Kalendas Decembris anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 149. fol. 33; fragm. apud Manrique Ann. Cisterc. IV. 260; cf. Jubainville Comtes de Champagne V. 133. n. 1164; Potthast 520. n. 5931.* — « Cvm a nobis petitvr. »

1707. — *Laterani 28 Novembris.*

« T. Comiti Celanensi. » In irritum vocata electione fratris Oderisii, praeficit Iohannem de sancto Liberatore monachum Casinensem in abbatem sancti Vincentii de Vulturno, quare eum hortatur eique mandat auxilium et favorem impendat episcopo Venefrano in reprimenda, si occasione huius electionis acciderit, rebellione, ut monasterium ipsum debita valeat tranquillitate potiri. Laterani IIII. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 132. fol. 29.* — « Cassata electione. »

In eundem modum scriptum est super hoc eidem episcopo Venefrano.

In e. m. hominibus monasterii sancti Vincentii de Vulturno.

In e. m. Decano et Conventui sancti Vincentii de Vulturno.

In e. fere m. fratri Iohanni de sancto Liberatore monacho Casinensi.

1708. — *Laterani 28 Novembris.*

« Eidem Cardinali (Bertranno tituli Sanctorum Iohannis et Pauli Presbytero Cardinali Apost. Sed. Legato). » Vt hortetur (Guilelmum) episcopum Albiensem ad cedendum episcopatum quem indigne tempore iam longo rexerat, et si cesserit, eius cessionem recipiat, alioquin circa eum inquisitionem faciat diligentem, et quae invenerit sub suo sigillo inclusa Papae transmittat. Laterani IIII. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 134bis. fol. 30; Mss. Vallicell. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 673; Potthast 520. n. 5932; Horoy H-i opp. omn. III. 62. n. 56.* — « Tot et tanta. »

1709. — *Laterani 28 Novembris.*

« (Hugoni) episcopo, Decano et archidiacono Leodiensibus. » Vt annuant votis Sigeri militis de Liemelet̃ Leodiensis diocesis, petentis ut decima quam ipse habet in parrochia ecclesiae de Monstirs gaudeant duo sui filii clerici, et post eorum obitum

ipsi ecclesiae devolvatur. Laterani IIII. Kalendas Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 142. fol. 32.* — « Sva nobis Sigervs. »

1710. — *Laterani 28 Novembris.*

« Sancti Petri de Rodis et Sancti Stephani de Balneolis Abbatibus Gerundensis dioecesis. » Vt accedant ad monasterium sancti Petri de Bisilduno et confirment electionem G. de Chirao monachi sancti Michaelis de Cocxano in abbatem dicti monasterii de Bisilduno, si eam de persona idonea canonice factam invenerint. Laterani IIII. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 151. fol. 33.* — « Ex parte dilectorvm. »

1711. — *Laterani 28 Novembris.*

« Fontis Frigidi et Sancti Poncii Tomeriensis Abbatibus et I. Archidiacono Redensi Narbonensis diocesis. » Mandat ut inquirant contra abbatem Crassensis monasterii qui de periurio, dilapidatione aliisque pluribus criminibus accusatur, ac praesertim cum haereticis illius provinciae, qui Faiditi dicuntur, communionem habere. Laterani IIII. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 155. fol. 34; Mss. Vallic. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 61. n. 55. ex mss. du Theil.* — « Sva nobis P. prepositvs. »

1712. — *Laterani 28 Novembris.*

« Episcopo Cozeranensi, Priori Boni fontis et magistro Willelmo de Bochols canonico sancti Gaudentii diocesis Convenarum. » Vt inquirant contra episcopum Lascurrensem, qui, archiepiscopo Auxitano referente, praeter id quod circa officium pastorale negligens est enormiter et remissus, de trangressione fidei et aliis pluribus excessibus accusatur. Laterani IIIJ. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 252. fol. 51.* — « Et dolore confodimvr. »

1713. — *Laterani 29 Novembris.*

« Abbati de Salebi et de Wartria Eboracensis diocesis et sancti Andree Eboraracensis Prioribus. » Vt attentis gravibus conditionibus regni Angliae supersedeant in causa quae vertitur inter abbates et conventus de Fontibus et de Rievallis Cisterciensis ordinis Eboracensis dioecesis ex parte una, et capitulum Eboracense ex altera, ad formam litterarum Innocentii PP. (III) dat. Laterani IIII. Kal. Nov. an. XIII. Quod si partes duxerint litigandum, eas ad Papam transmittant. Laterani III. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 140. fol. 32; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Walbran Mem. of Fountains 172; Potthast 521. n. 5933; Horoy H-i opp. omn. III. 64. n. 58.* — « Presentatas nobis felicis. »

1714. — *Laterani 29 Novembris.*

« Episcopo, Scolastico et Magistro Galfrido de Heu canonico Ambianensibus. » Vt recipiant magistrum W. pauperem clericum in canonicum ecclesiae sancti Audomari, de cuius vita et scientia laudabile a multis testimonium perhibetur, ac interim praepositum dictae ecclesiae ad solutionem cuiusdam pensionis eidem promissam per censuram ecclesiasticam compellant. Laterani III. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 143. fol. 32; Horoy H-i opp. omn. III. 63. n. 57. ex mss. du Theil.* — « Cvm bene meritos. »

1715. — *Laterani 30 Novembris.*

« Leonardo Presbytero de castro Sancti Helie ac fratribus suis et Iohanni Grasso de Sancto Germano. » Confirmat eis concessionem bonorum quondam Şymeonis Iohannis de Palatio et Mariae uxoris eius a bonae memoriae Roffrido et Stephano abbatibus Casinensibus eisdem factam, nec non divisionem tenimenti de Alaneto quod de ipsis bonis esse dinoscitur ac compositionem super eodem inter ipsos amicabi-

liter initam. Laterani II. Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 154. fol. 34.* — « Ivstis petentivm. »

1716. — *Laterani .... Novembris.*

« (Petro de Corbolio) archiepiscopo Senonensi et Suffraganeis eius ac universis Christi fidelibus tam crucesignatis quam aliis per eorum dioceses constitutis. » Vt Christianis in obsidione Damiatae consistentibus et in maxima positis necessitate, ut ex litteris receptis a patriarcha et rege Ierosolimitanis, ab episcopo Albanensi Ap. Sedis Legato et ab aliis magnatibus christianis inter quos a principe exercitus Romanorum patet, celeriter succurrant, et proximo Martio vel saltem Madio crucesignati transfretent. Laterani anno tertio (sine die et mense). — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 136 bis. fol. 30; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 318; Bouquet Rec. XIX. 668; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 12. fin. et 13; Potthast 521. n. 5934. (sub mense Novembris); Rodenberg Epist. Sel. 58. n. 80. (menss. Nov.-Dec.); Horoy H-i opp. omn. III. 21. n. 15. (mensib. Aug. vel Sept.)* — « Rem aggressvs est. »

Cod. Vat. et Potth. l. c.: In eundem modum scriptum est universis Archiepiscopis et eorum suffraganeis per regnum Franciae constitutis. Similiter per regnum Angliae.

1717. — *Laterani 1 Decembris.*

« Decano et Capitulo Sancti Quintini Noviomensis diocesis. » Commendat hiis magistrum Mathaeum pauperem clericum, atque praecipit ut ei, cui scolarum regimen collatum est, in beneficio praebendali provideant. Laterani Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 138. fol. 31; Horoy H-i opp. omn. III. 65. n. 59. ex mss. du Theil.* — « Ordinata caritas. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est super hoc Decano, Cantori et magistro Petro canonico Tornacensibus, ut eos ad id moneant et efficaciter inducant. Dat. ut supra.

1718. — *Laterani 1 Decembris.*

« Ieronimo presbytero monasterii Sancti Andree de Insula Brundusina. » Ei procurationem dicti monasterii, quod archiepiscopus Brundusinus ad se pertinere proponit, committit. Laterani Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 139. fol. 32.* — « Licet conventvs. »

1719. — *Laterani 1 Decembris.*

« Decano et magistris Hugoni de Sarchai Archidiacono et Girardo canonico Remensibus. » Mandat, decidant causam inter Nycolaum monachum Letiensis monasterii Cameracensis dioecesis, et Petrum eiusdem loci monachum, utrumque asserentem se esse abbatem dicti monasterii Letiensis. Laterani Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 144. fol. 32; Horoy H-i opp. omn. III. 66. n. 61. ex mss. du Theil.* — « Dilectvs filivs. »

1720. — *Laterani 1 Decembris.*

« (Stephano) episcopo Nanetensi. » Absolvit eum propter gravamina quae ipse et clerici sui a comite Brittanniae patiebantur a praestatione vicesimae quam solvere tenebatur. Laterani Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 146. fol. 33; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Compatientes tibi. »

1721. — *Laterani 1 Decembris.*

« Abbati et Conventui Cisterciensibus. » Sensum declarat constitutionis editae in concilio generali prohibentis ne quis exigere vel extorquere possit ab eis decimas de novalibus. Laterani Kal. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 167. fol. 38; Manrique Ann. Cisterc. IV. 145. (24 Nov.); Potthast 520. n. 5929. (24 Nov.); Horoy H-i opp. omn. III. 66. n. 60. ex mss. du Theil.* — « Qvia eivs est. »

1722. — *Laterani 3 Decembris.*

« (Andreae) Episcopo Pragensi. » Concedit ei facultatem spoliandi beneficiis praelatos et clericos suae dioecesis qui interdictum ab ipso prolatum violarunt, divinis officiis se temere immiscendo. Laterani III. Non. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 145. fol. 33; cf. Erben Reg. Bohem. I. 281. n. 602; Palacky Reise 22. n. 72; Potthast 521. n. 5935.* — « CVM SICVT TE. »

1723. — *Laterani 4 Decembris.*

« (Theoderico) Archiepiscopo Treverensi. » Vt absolutum habeat a sententia excommunicationis abbatem Werdensem qui dudum crucesignatus fuit in partibus transmarinis, eumque benigne recipiat et habeat commendatum, in quam sententiam inciderat eo quod comitem Hollandiae de mandato magistri Oliverii scolastici Coloniensis predicatoris crucis ab excomunicationis vinculo quo erat astrictus absolvit. Laterani II. Non. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 147. fol. 33; Rodenberg Epist. Sel. 60. n. 81.* — « REDIENS DE PARTIBVS. »

1724. — *Laterani 4 Decembris.*

« Verdensi, Sibergensi, et Tuitiensi Abbatibus Coloniensis diocesis. » Supplicationibus abbatis Werdensis monasterii annuens, concedit ut in reformatione ipsius monasterii coadiutores adiungantur Sibergensis et Tuitiensis abbates, et iuxta litterarum I(nnocentii III) tenorem secundum Dominum sublato appellationis obstaculo procedant. Laterani II. Non. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 148. fol. 33.* — « CVM FELICIS RECORDATIONIS. »

1725. — *Laterani 7 Decembris.*

« (Petro) Senonensi Archiepiscopo et Suffraganeis eius. » Vt singuli eorum excommunicatum publice nuntient et arctius evitari faciant comitem Brittanniae ob ea quae in ecclesiam Nanetensem patraverat « ut idem inter homines positus et eorum carens solatio ad Christum ecclesie sponsum qui eum genuit et quem deseruit intuitum erigens tenebrosum, desistere a tanta ipsius ecclesie persecutione cogatur. » Laterani VII. Id. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 157. fol. 34; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 58; Bouquet Rec. XIX. 674; Potthast 521. n. 5936; Horoy H-i opp. omn. III. 68. n. 63.* — « VOLENTES NOBILEM VIRVM. »

Cod. Vat. et Potth. l. c.: In eundem modum scriptum est Turonensi (sic) et Suffraganeis eius.

In e. m. Bituricensi et suffraganeis eius. »

In e. m. Rothomagensi et suffraganeis eius.

1726. — *Laterani 7 Decembris.*

« Electo, Archidiacono et Abbati sancti Vincentii Mediolanensibus. » Vt examinent, et infirment vel confirment, prout de iure, sententiam latam a Mutinensi episcopo et coniudicibus suis in causa quae vertitur inter abbatem et conventum sancti Xisti Placentini ex una parte, et abbatem et conventum Casae Dei Claromontensis dioecesis ex altera, super subiectione quam ipse abbas et conventus Casae Dei exigunt a monasterio sancti Xisti. Laterani VII. Id. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 158. fol. 34; Horoy H-i opp. omn. III. 70. n. 66. ex mss. du Theil.* — « DILECTI FILII. »

1727. — *Laterani 7 Decembris.*

« Electo Belvacensi. » Eum in protectionem recipit cum transfretare disposuerit in subsidium Terrae Sanctae, ut ex quo iter fuerit peregrinationis aggressus, nemini liceat ipsi ecclesiae (Belvacensi) questionem movere super hiis quorum ei possessionem reliquerit pacificam et quietam. Laterani VII. Id. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 159. fol. 35; Mss. Vallicell.*

I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 69. n. 65. ex mss. du Theil. — « Te talem per Dei gratiam. »

1728. — *Laterani 7 Decembris.*
« Eidem » (*in Cod.* Eisdem). Vt consecrationem differre possit usque ad reditum de partibus transmarinis, cum per manus Papae consecrari desideret. Laterani VII. Id. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 160. fol. 35.* — « Cvm de manibvs nostris. »

1729. — *Laterani 7 Decembris.*
« Decano et capitulo Belnensibus. » Vt augere possint numerum canonicorum, ita tamen ut, cum non omnes qui secundum statutum in eorum ecclesia sunt recepti residentiam faciant in eadem et unus solummodo sit sacerdos, aliquos assumant presbyteros vel saltem tales qui velint et possint in proximo ad presbyteratus ordinem promoveri. Laterani VII. Id. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 161. fol. 35.* — « Per vestras nobis. »

1730. — *Laterani 7 Decembris.*
« Decano Tervisino. » Ad instantiam tam Castellani episcopi quam clericorum ecclesiae sancti Nicolai de Venetiis, et intercessione R. sanctae Mariae in Cosmidin diaconi Cardinalis, committit eidem regimen dictae ecclesiae sancti Nicolai, decanatum nihilominus ecclesiae Tervisinae retinenti. Laterani VII. Id. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 162. fol. 35.* — « Tam ex litteris. »

1731. — *Laterani 7 Decembris.*
« Episcopo Baionensi. » Vt inquirat super excessibus canonicorum suae ecclesiae, qui, referente archiepiscopo Auxitano, non sunt nisi septem et de symonia, incontinentia et aliis enormibus vitiis infamantur, et quod canonicum fuerit decernens iuxta facultates ipsius ecclesiae personarum numerum instituat in eadem. Laterani VII. Id. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 163. fol. 35.* — « Significavit nobis. »

1732. — *Laterani 7 Decembris.*
« B(ertranno) tituli sanctorum Iohannis et Pauli presbytero Cardinali Ap. Sed. Legato. » Vt conferat idoneis personis quasdam praebendas et parrochiales ecclesias in civitate et dioecesi Narbonensi, quae tanto iam tempore vacarunt ut ad Papam earum donatio devoluta sit. Laterani VII. Id. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 164. fol. 35; Horoy H-i opp. omn. III. 69. n. 64. ex mss. du Theil.* — « Nostris fvit avribvs. »

1733. — *Laterani 8 Decembris.*
« Archiepiscopo Corinthiensi. » Vt provideat in beneficio I. archidiacono Corinthiensi, cum ipse nunc archidiaconi obtineat nudum nomen, alioquin ab archiepiscopo Atheniensi ad id compelletur. Laterani VI. Id. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 156. fol. 34.* — « Dilectvs filivs. »
Scriptum est super hoc eidem Atheniensi archiepiscopo.

1734. — *Laterani 8 Decembris.*
Honorius informe (Jean) abbé de Sainte-Geneviève de Paris, le prieur de la même abbaye et le chantre de Paris que, si André d'Epoisse était croisé quand il a pris les armes contre Blanche de Navarre, (Milon) évêque de Beauvais, délégué par le pape pour l'absoudre ne peut lui donner d'absolution valable, et qu'en ce cas André devra s'adresser au pape lui-même. Laterani *(sine die).* — *Jubainville Comtes de Champagne V. 133. n. 1168; Potthast 521. n. 5937.*

1735. — *Laterani 9 Decembris.*
« Abbati Wldensi. » Eum in Abbatem Wldensis monasterii confirmat, ita ut etiam Elewacense monasterium, cui diu laudabiliter praefuit et cupiat retinere, ad

instantiam Friderici regis Siciliae in Romanorum imperatorem electi habeat commendatum. Laterani V. Idus Decembris anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 165. fol. 35; Mss. Vallicell. I. 53; Rodemberg Epist. Select. 61. n. 82.* — « GAVDEMVS IN DOMINO. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum Conventui Elewacensi.

1736. — *Laterani 9 Decembris.*

« Decano, Subdecano et Cantori Aurelianensibus. » Ad instantiam episcopi Cenomanensis mandat eis, cogant rectores et patronos ecclesiarum suae dioecesis ut ipsi episcopo sicut pastori obediant et intendant, nisi privilegium vel aliquid rationabile poterunt exhibere per quod ab episcopali se iurisdictione ostendant exemptos. Laterani V. Id. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 168. fol. 36; Horoy H-i opp. omn. III. 71. n. 67. ex mss. du Theil.* — « VENERABILI FRATRE NOSTRO. »

1737. — *Laterani 9 Decembris.*

« Cenomanensi episcopo. » Ne abbates priores et alii ecclesiastici compelli possint dicere causas suas coram iudicibus saecularibus. Laterani V. Idus Decembris anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 169. fol. 36; Horoy H-i opp. omn. III. 71. n. 68. ex mss. du Theil.* — « AD AVRES NOSTRAS. »

1738. — *Laterani 10 Decembris.*

« De Tyron. de Iosaphath Abbatibus et G. de Alneolo canonico Carnoten. » Vt compellant abbatem et conventum de Cultura Cenomanensis dioecesis ad novas probationes exhibendas in causa quam habent cum episcopo Cenomanensi super procurationibus quas idem episcopus ab eis petit. Laterani IIII. Id. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 167. fol. 36.* — « VENERABILI FRATRE NOSTRO. »

1739. — *Laterani 10 Decembris.*

Rectori et fratribus hospitalis Noviomensis regulam et instituta eis a Stephano Noviomensi episcopo data super numero fratrum hospitalis ipsius, modo recipiendi eos *etc.* confirmat. Laterani IV. Id. Dec. anno tertio. — *Achery Spicil. III. 585; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 346; Potthast 521. n. 5938; Horoy H-i opp. omn. III. 72. n. 69.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

1740. — *Laterani 11 Decembris.*

« Preposito et Capitulo Ariensibus Morinensis diocesis. » Vt magistrum Symonem de Aria ad regimen scolarum Ariensium admittant eique provideant iuxta alias litteras eis missas, alioquin ab abbate de Capella, preposito et decano Wateniensibus Morinensis dioecesis ad id per censuras ecclesiasticas compellentur. Laterani III. Id. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 211. fol. 43.* — « DILECTVS FILIVS. »

In eundem modum scriptum est super hoc eisdem executoribus.

1741. — *Laterani 12 Decembris.*

« Decano et Capitulo Rosetensibus diocesis Laudunensis. » Vt recipiant P. clericum germanum R(ainerii) sanctae Mariae in Cosmidin diaconi Cardinalis in canonicum, eique praebendae fructus assignent, alioquin a decano et magistris Gr. et Radulfo canonicis Remensibus ad id compellentur. Laterani II. Id. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 170. fol. 36.* — « VT SINCERE CARITATIS. »

Scriptum est super hoc eisdem executoribus, verbis competenter mutatis.

1742. — *Laterani 12 Decembris.*

« Premonstratensi Laudunensis diocesis et sancti Iohannis in Vineis Suessionensi Abbatibus et decano sancti Gervasii Suessionensi. » Vt visitent et reforment monasterium sancti Amandi Tornacensis dioecesis, quod per incuriam immo malitiam

abbatis loci eiusdem in temporalibus et spiritualibus valde est collapsum. Laterani II. Id. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 171. fol. 36; Mss. Vallicell. I. 53.* — « INSINVANTIBVS DILECTIS FILIIS. »

1743. — *Laterani 13 Decembris.*
« Iacobo clerico. » Consideratis eius vitae et scientiae meritis, eum dispensat a defectu natalium ut id ipsi quoad spiritualia nihil obsit. Laterani Id. Dec. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 175 fol. 37.* — « HII MERITO SVNT. »

1744. — *Laterani 14 Decembris.*
« (Hartwico) Eistetensi Episcopo. » Vt decanum, archidiaconum et quosdam canonicos Pragensis ecclesiae, aliarum ecclesiarum praelatos et alios clericos privet beneficiis ecclesiasticis, eo quod sententias suspensionis et excommunicationis latas in eosdem a Pragensi episcopo contemnentes, in eorum pertinacia remanserunt, nec ad Apostolicam Sedem citati, se praesentaverunt. Laterani XVIIII. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 166. fol. 36; Mss. Vallic. I. 53; Erben Reg. Bohem. I. 281. n. 603; cf. Palacky Reise 22. n. 73; Boczek Cod. Dipl. Morav. II. 107. n. 96; Potthast 521. n. 5939;* (*cum initio:* ex litteris); *Rodenberg Epist. Sel. 61. n. 83.* — « NON SINE CAVSA. »

1745. — *Laterani 15 Decembris.*
« Electo Belvacensi. » Praeter vicesimas Remensis et Belvacensis dioecesum concedit ei in subsidium expensarum suarum et eorum qui secum ibunt in Terrae Sanctae succursum, truncorum quoque pecuniam. Laterani XVIII. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. ep. 172. fol. 37.* — « CVM VICESIMAM. »

1746. — *Laterani 15 Decembris.*
« Abbati Cisterciensi et universis Coabbatibus eius et fratribus sub eodem Ordine Deo servientibus. » Vt nemo ab eis exigere vel extorquere possit decimas de novalibus a tempore concilii excultis vel in posterum propriis manibus vel sumptibus excolendis. Laterani XVIII. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 176. fol. 37; Mss. Vallic. I. 53; Manrique Ann. Cisterc. IV. 185; Potthast 521. n. 5941. (20 Dec.). Qui hanc epist., diversos auctores sequutus, rep. in n. 5946. (20 Dec.), n. 6236. (27 Apr. 1220), n. 6396. (10 Nov. 1220), n. 6447. (17 Dec. 1220), n. 6769. (19 Ian. 1222), n. 6786. (8 Febr. 1222), n. 6823. (7 Maii 1222); Horoy H-i opp. omn. III. 73. n. 71. (18 Dec. 1218).* — « CONTINGIT INTERDVM. »

1747. — *Laterani 15 Decembris.*
« Episcopo Sancti Andree. » Vt confirmet electionem Gregorii archidiaconi ecclesiae Brechinensis in episcopum eiusdem ecclesiae, si electionem ipsam de persona idonea, quae tanto congruat oneri et honori, et canonice celebratam invenerit. Laterani XVIII. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 179. fol. 38; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Theiner Mon. Hiber. 8. n. 19; Reg. episc. Brechinensis II. 387. n. 411. (male ad an. 1219); Potthast 521. n. 5940; Horoy H-i opp. omn. III. 73. n. 70.* — « PRESENTATE NOBIS DILECTORVM. »

1748. — *Laterani 17 Decembris.*
« Decano et Capitulo Sancti Gaugerici Cameracensibus. » Vt admittant magistrum Nycolaum Scarsum Papae scriptorem ad praebendam quam in eorum ecclesia obtinebat magister Alardus qui nuper monasterium ingressus eandem resignavit, eumque in canonicum et fratrem habeant. Later. XVI. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 186. fol. 39.* — « NON DECET NOSTRE. »

1749. — *Laterani 17 Decembris.*
« Episcopo, Cantori et Priori Astoricensibus. » Vt inquirant contra Iohannem Petri

abbatem monasterii Cauriensis de simonia, de homicidio et de pluribus aliis excessibus infamatum, et quod canonicum fuerit statuant. Laterani XVI. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 213. fol. 44; Mss. Vallic. I. 53.* — « SIGNIFICANTIBVS DILECTIS FILIIS. »

1750. — *Laterani 18 Decembris.*

« Nob. mulieri (Blancae) Comitisse Campanie ac nobili viro Th(eobaldo) Comiti nato eius. » Vt exigant debita ab uxoratis praetendentibus se excusatos esse ratione primae tonsurae, quam non obtentu religionis sed in fraudem subtrahendi servitia resumpsisse vel accepisse videntur. Laterani XV. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 218. fol. 45.* — « EX PARTE VESTRA. »

1751. — *Laterani 19 Decembris.*

« Episcopo Sancti Andreae eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. » Ecclesiam suam ad exemplar Alexandri et Innocentii Romanorum Pontificum sub protectione recipit, possessiones enumerat et confirmat, privilegia amplificat. Laterani per manum Ranerii Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarii XIIII. Kal. Ian. Indict. VI. Incarn. Domin. MCCXVIII. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 180. fol. 38; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Theiner Mon. Hiber. 8. n. 20; Potthast 522. n. 5945.* (*cum initio:* Ideo sumus); *Horoy H-i opp. omn. III. 76. n. 74.* — « LICET INSVFFICIENTIBVS. »

1752. — *Laterani 19 Decembris.*

« (Petro) Abbati et Conventui sancti Remigii Remensis. » Prohibet ne cogantur ad testimonium perhibendum extra monasterium, nisi ex Ap. Sed. mandato, sed intra septa monasterii super hiis de quibus requisiti fuerint, deponant. Laterani XIIII. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. ep. 187. fol. 39; Mss. Vallic. I. 53; Varin Archiv. admin. de Reims I. 11. 506. n. 74; Potthast 521. n. 5943; Horoy H-i opp. omn. III. 75. n. 73.* — « CVM MONACHI AD HOC. »

1753. — *Laterani 19 Decembris.*

« Eisdem. » Indulget ne quis in eos vel eorum monasterium sine manifesta et rationabili causa, canonica monitione praemissa, excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias promulgare praesumat, alioquin irritas et inanes habeantur. Laterani XIIII. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 189. fol. 40; Varin l. c. 506; Potthast 521. n. 5942; Horoy H-i opp. omn. III. 74. n. 72.* — « VT IMPROBORVM TEMERITAS. »

1754. — *Laterani 19 Decembris.*

Vniversis abbatibus Cisterciensis ordinis indulget, ne apostolicae sedis legati procuratoresve pecuniarias exactiones ab eorum monasteriis exigere vel extorquere praesumant. Laterani XIIII. Kal. Ian. anno tertio. — *Dreger Cod. Pomer. I. 95. n. 50. g.; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 273. n. 119; Potthast 521. n. 5944. A quo, secundum diversos auctores, repetitur in n. 6170. (2 Dec. 1219), n. 6397. (10 Nov. 1220), n. 6678. (9 Iunii 1221), n. 6772. (19 Ian. 1222), n. 6788. (9 Febr. 1222), n. 6839. (21 Maii 1222), et in Append. p. 2091. n. 6724a-26076. (2 Dec. 1221); Horoy H-i opp. omn. III. 67. n. 62. (2 Dec. 1218).* — « CVM PRETER PAVPEREM. »

1755. — *Laterani 20 Decembris.*

« De Altunovali, et Valle Dei et de Erola Abbatibus Cisterciensis Ordinis Legionensis, Ovetensis et Zamorensis diocesum. » Vt personaliter accedant ad ecclesiam sancti Isidori Legionensis, eamque propter insolentiam et insufficentiam G. abbatis in spiritualibus et temporalibus valde collapsam corrigant et reforment. Laterani XIII. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 181. fol. 39.* — « DILECTI FILII. »

1756. — *Laterani 20 Decembris.*
« (Richerio) Melfiensi et (Matthaeo) Monopolitano Episcopis et Abbati de Galasso Tarentine diocesis. » Vt accedant ad Neritonense monasterium in quo, ut fertur, multa committuntur et enormia, et corrigant et reforment ibidem tam in capite quam in membris quae secundum Dominum et beati Benedicti regulam correctionis et reformationis officio indigent. Laterani XIII. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 183. fol. 39.* — « Ad avres nostras. »

1757. — *Laterani 20 Decembris.*
« De Sordoa et de Vrdas Abbatibus et Priori de Izuat Aquensis et Baiocensis diocesum. » Vt accedant ad hospitale Roschidevallis et confirment electionem Fernandi in priorem ipsius hospitalis quam fratres ipsi, regis Navarrae patroni et episcopi Pampilonensis eiusdem loci dioecesani accedente consensu concorditer peregerunt, dummodo electionem ipsam invenerint de persona idonea legitime celebratam. Laterani XIII. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 193. fol. 40.* — « Exhibita nobis. »

1758. — *Laterani 20 Decembris.*
« (Haimardo) episcopo, (Rodulfo) Abbati Sancti Iohannis in Vineis, et (Guidoni) decano Suessionensibus. » Mandat ut cum relaxaverint sententiam excommunicationis in Symonem de Iomvilla et Symonem de Castrovillano Cathalaunensis et Lingonensis dioecesum, eo quod ad homagium et fidelitatem redierunt B(lancae) comitissae et Th(eobaldi) nati eius comitis Campaniae, id ratum habeatur et firmiter observetur. Laterani XIII. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 217. fol. 44; Mss. Vallic. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 674; cf. Jubainville Comtes de Champagne V. 134. n. 1172; Potthast 522. n. 5947; Horoy H-i opp. omn. III. 78. n. 76.* — « Significavnt nobis. »

1759. — *Laterani 20 Decembris.*
Abbati Sancti Iohannis in Vineis, priori Castri Theodorici Suessionen. dioc. et decano Suessionensi mandat ut sententiam in homines comitissae de Campania ab abbate sancti Dyonisii latam revocent. Laterani XIII. Kal. Ian. anno tertio. — *Mss. de la Bibl. Nat. de Paris ancien fonds latin, 5993. A; cf. Jubainville Comtes de Champagne V. 134. n. 1171; cf. Potthast 522. n. 5948; integra apud Horoy H-i opp. omn. III. 77. n. 75.* — « Dilecta in Christo filia. »

1760. — *Laterani 21 Decembris.*
« Nobili viro Matheo Comiti Alesino. » Confirmat compositionem amicabiliter initam inter ipsum et bonae memoriae Gualterium archiepiscopum et capitulum Tarentinos super castro Saleti, quae sine pravitate in utilitatem ecclesiae dinoscitur esse facta. Laterani XII. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 182. fol. 39.* — « Ea qve ivdicio. »

1761. — *Laterani 21 Decembris.*
« Archiepiscopo Auxitano. » Cum eius persona sit in suis partibus necessaria, absolvit eum a voto peregrinationis, hortaturque ut negotio pacis ac fidei in partibus Tolosanis incumbat. Laterani XII. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 184. fol. 39; Mss. Vallic. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 79. n. 77. ex mss. du Theil.* — « Attendentes personam tvam. »

1762. — *Laterani 21 Decembris.*
« Abbati Cassinensi. » Concedit « ut usque ad proximum venturum festum Resurrectionis Dominice monachi eiusdem monasterii proprium habentes contra felicis recordationis Innocentii Pape predecessoris nostri et regularis ordinis instituta, tibi valeant confiteri et a te ab excommunicatione

qua propter hoc tenentur iuxta formam ordinis absoluti consilium recipere salutare.» Laterani XII. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 185. fol. 39.* — « Petitioni tve. »

1763. — *Laterani 22 Decembris.*

« Abbati Cisterciensi et universis coabbatibus eius et fratribus sub eodem ordine Deo servientibus. » Ne possint excommunicari, suspendi vel interdici a Sedis Apostolicae Legatis sine speciali Papae iussu. Laterani XI. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 178. fol. 38; Mss. Vallic. I. 51. p. 330. integra; Manrique Ann. Cisterc. IV. 146; Dreger Cod. Pomer. I. 93. n. 50 f.; Hasselbach Cod. Pomer. I. 274. n. 120; Potthast 522. n. 5950. A quo, secundum diversos auctores, repetitur in n. 5953.* (*29 Dec.*), *n. 6171. (2 Dec. 1219), n. 6770. (19 Ian. 1222), n. 6787. (8 Febr. 1222), n. 6822. (6 Maii 1222), n. 6855. (10 Iunii 1222); Horoy H-i opp. omn. III. 80. n. 79. et 357. n. 58.* — « Cvm ordinis vestri. »

1764. — *Laterani 22 Decembris.*

« Capitulo Coloniensi. » Irritam declarat collationem praepositurae ab eis factam in personam Conradi eorum decani cum eam donationi apostolicae ipse reservasset; concedit tamen, ut de praepositura ipsa per electionem canonicam libere disponant, eamque praedicto decano conferant, qui non tam ad promotionem suam quam ad statum eorum ecclesiae in Papae praesentia laboravit. Laterani XI. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 190. fol. 40; Rodenberg Ep. Sel. 62. n. 84.* — « Reprehensibile valde. »

1765. — *Laterani 22 Decembris.*

« Cantori, Custodi et Scolastico Herbipolensibus. » Vt audiant causam super collatione praepositurae ecclesiae Warmatiensis, cuius canonici, alii B. de Hirersberch eorum decanum, alii vero Arnoldum archidiaconum Treverensem elegerunt, et quod canonicum fuerit statuant. Laterani XI. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 191. fol. 40.* — « Sva nobis E. »

1766. — *Laterani 22 Decembris.*

Priori Sancti Martini de Campis et magistris G. Cornuto Parisiensi et Ph. Senonensi mandat ut audiant causam inter B(lancham) comitissam Campaniae et (Petrum) abbatem ac conventum Pontiniacenses. Laterani XI. Kal. Ian. anno tertio. — *Jubainville Comtes de Champagne V. 135. n. 1172bis; cf. Potthast 522. n. 5949; integra habetur in Mss. lat. Bibl. Nat. Parisien. 5993. A; et apud Horoy H-i opp. omn. III. 79. n. 78.* — « Dilecti filii abbas. »

1767. — *Laterani 23 Decembris.*

« Abbati Cisterciensi et universis Coabbatibus eius et fratribus sub eodem ordine Deo servientibus. » Vt valeant libere recipere personas e saeculo effugientes non obstante detestabili consuetudine, qua capellani eorum ingressum eis impedire conabantur, donec ab ipsis pecuniam quam mortuarium appellabant extorquerent. Laterani X. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 192. fol. 40; Mss. Vallic. I. 53; Manrique Ann. Cisterc. IV. 146; Dreger Cod. Pomer. I. 92. n. 50 d; Hasselbach Cod. Pomer. I. 275. n. 121; non integra inter Decret. Honorii III. lib. 3. tit. 17.* De Regularibus *c. 2. ed. Cironius 217; Potthast 522. n. 5951. A quo repetitur in n. 6234. (27 Apr. 1220), n. 6768. (19 Ian. 1222), n. 6785. (8 Febr. 1222), n. 6824. (7 Maii 1222); Horoy H-i opp. omn. III. 81. n. 80.* — « Constitvti ivxta verbvm. »

1768. — *Laterani 23 Decembris.*

« (Pandulfo) Norwicensi electo Apostolice Sedis Legato. » Inhibet ne episcopus Dunkeldensis et coniudices sui excommunicationis vinculo innodati ad instantiam

Eustatii canonici sancti Andreae, qui pariter est excommunicatione astrictus, procedere possint contra episcopum sancti Andreae. Laterani X. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 196. fol. 41; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Theiner Mon. Hiberniae 9. n. 21; Potthast 522. n. 5952; Horoy H-i opp. omn. III. 81. n. 81.* — « LICET SEDES APOSTOLICA. »

1769. — *Laterani 23 Decembris.*

« (Bonaventurae) Ariminensi Episcopo. » Vt colligat attestationes aliaque acta super causa quae inter Ravennatem et Portuensem ecclesias quoad subiectionem ipsius ecclesiae Portuensis vertitur, praefigens partibus terminum quo cum probationibus, defensionibus et omnibus rationibus suis se Papae conspectui repraesentent. Laterani X. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 198. fol. 41.* — « CVM SVPER CAVSA. »

1770. — *Laterani 29 Decembris.*

« Electo Belvacensi. » Praeter vicesimam Belvacensis et Remensis dioecesum et pecuniam collectam et colligendam in truncis ei iam concessam, pecuniam quoque pro redemptione votorum concedit, salvo eo quod Francorum regi iam concessum fuit. Laterani IIII. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 210. fol. 43; Mss. Vallic. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 84. n. 83. ex mss. du Theil.* — « VICESIMAM ET BELVACENSIS. »

1771. — *Laterani 29 Decembris.*

Cisterciensi, Clarevallensi et Quinciaci abbatibus Cistercirciensis ordinis, Lingonensis et Catalaunensis dioecesum. Ad instantiam Erardi de Brena et Ph(ilippinae) uxoris ipsius et nuntiorum (Blancae) comitissae Campaniae et (Theobaldi) nati sui, mandat ut relaxent excommunicationis et interdicti sententiam in ipsum Erardum et Philippinam promulgatas. Laterani IV. Kal. Ian. anno tertio. — *Jubainville Comtes de Champagne V. 135. n. 1173; Potthast 522. n. 5954; Mss. lat. Bibl. Nat. Parisien. 5994. A. p. 21; Horoy H-i opp. omn. III. 84. n. 84.* — « EX PARTE NOBILIS VIRI. »

1772. — *Laterani 30 Decembris.*

« (Haimardo) Episcopo, (Radulpho) Abbati Sancti Iohannis in Vineis et (Guidoni) decano Suessionensibus. » Vt Erardum de Chastenaio inducant ad praestandam fidelitatem B(lancae) comitissae Campaniae et Th(eobaldo) nato eius, et in huiusmodi fidelitate perseveret, alioquin ipsum una cum terra sua in pristinas sententias, appellatione postposita, reducant. Laterani III. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 216. fol. 44; Mss. Vallic. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 675; cf. Jubainville Comtes de Champagne V. 135. n. 1174; Potthast 522. n. 5955; Horoy H-i opp. omn. III. 85. n. 85.* — « EX LITTERIS NOBILIS. »

1773. — *Laterani 30 Decembris.*

« Archiepiscopis et Episcopis in quorum diocesibus terra Comitatus Campanie et Brie consistit, et dilectis filiis Decanis, Capitulis, Officialibus et aliis ecclesiarum Prelatis in eisdem diocesibus constitutis. » Dolet quod foveant quosdam uxoratos, qui sub tonsurae praetextu quam olim receperunt, negant iustitias debitas et servitia B(lancae) comitissae Campaniae et T(heobaldo) nato eius. Laterani III. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 218 b. fol. 45.* — « EX PARTE DILECTE. »

1774. — *Laterani 30 Decembris.*

« Nobili mulieri (Blancae) Comitisse Campanie et nobili viro Th(eobaldo) comiti nato eius. » Vt procedant ad ultionem eorum, qui abiecto clericali habitu delinquunt, et ad vitandam ultionem illum resumunt. Laterani III. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 219. fol. 45; Mss. Vallic. I. 53.* — « EX PARTE VESTRA. »

1775. — *Laterani 31 Decembris.*
« Archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis aliis ecclesiarum Prelatis ad quos littere iste pervenerint. » Vt monachos Cisterciensis ordinis habeant commendatos, eisque privilegia et indulgentias Apost. Sedis observent et observari faciant, salva constitutione concilii generalis, videlicet ut de alienis terris a tempore praedicti concilii acquisitis et de caetero acquirendis exsolvant decimas ecclesiis quibus ratione praediorum antea solvebantur. Laterani II. Kal. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 194. fol. 40; Mss. Vallic. I. 53. et I. 51. p. 331. integra; Bull. Rom. ed. Taur. III. 347; Dreger Cod. Pomer. I. 93. n. 50 e; Hasselbach Cod. Pomer. I. 276. n. 122; Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. 1. 23. n. 15; Potthast 523. n. 5957. (2 Ian. 1219); et repet. n. 6235. (27 Apr. 1220), n. 6667. (27 Maii 1221), n. 6771. (19 Ian. 1222), n. 6789. (10 Febr. 1222), n. 6829. (17 Maii 1222); Horoy H-i opp. omn. III. 87. n. 87.* — « BENEFACIENS DOMINVS. »

1776. — *Laterani...*
Petro Firmano episcopo eiusque successoribus bullam concedit prohibens, ne quis praeter ecclesiae Romanae legatum in civitate Firmana vel castellis inibi expressis exactiones facere, tenere placitum vel causas tractare praesumat; sed omnia, quae de placito, banno, mercato, plateis vel portubus extra civitatem per episcopatum, vel ceteris regalibus in civitate Firmana vel extra proveniunt, sibi persolvant. Laterani anno domini 1218. (sine die et mense.) — *Cronache della città di Fermo 343. n. 64; Marangoni Delle Mem. Sagre e Civili di Civitanova p. 260. all'anno 1219; Potthast App. p. 2087. n. 5955 a-26028.* — « ET SI VNIVERSIS. »

[An. 1219.]

1777. — *Laterani 2 Ianuarii.*
« Iacobo archidiacono Ravennati. » Archiepiscopo Gnegnensi (*sic*) et episcopo Wratislaviensi adprecantibus, indulget ut cantoriam Wratislaviensis ecclesiae non habentem curam animarum, et ab episcopo Wratislaviensi concessam, licet existens in Italia retinere possit. Laterani IIII. Non. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 195. fol. 41.* — « VENERABILES FRATRES. »

1778. — *Laterani 2 Ianuarii.*
« Conventui monasterii Sancte Marie de Carra. » Vt Nifum abbatem de monasterio Veteris Squillacii, qui ad eorum monasterium auctoritate ipsius Papae translatus fuit, tamquam patrem et pastorem animarum suarum recipiant, honorifice et honeste tractent, eiusque monita et mandata recipiant humiliter et inviolabiliter observent, alioquin sententiam quam idem abbas rite tulerit in rebelles, ratam habebit. Laterani IIII. Non. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 204. fol. 43.* — « DILECTVM FILIVM. »

1779. — *Laterani 2 Ianuarii.*
(Gerhardo) archiepiscopo Bremensi mandat, ut vicesimam ecclesiasticorum proventuum subsidio Terrae Sanctae destinatam diligenter colligat eamque necnon pecuniam in truncis collectam Martino cubiculario et Iohanni marescalco suis, militiae Templi et hospitalis Hierosolimitani fratribus, propter hoc ad partes Alamanniae transmissis, assignet. Laterani IV. Non. Ian. anno tertio. — *Lappenberg Hamb. UB. I. 367. n. 421; Potthast 523. n. 5956; Horoy H-i opp. omn. III. 86. n. 86.* — « EXERCITVS CHRISTIANVS REM. »
In eundem modum eodemque die Alberto episcopo Rigensi. — *Potthast l. c.*

1780. — *Laterani 3 Ianuarii.*
« Abbati et Priori Sancti Albini et magistro scolarum Andegavensibus. » Vt accedant ad ecclesiam beati Georgii Vindocinensis, et inquirant et reforment quae ibidem reformationis officio indigent, super eo quod dicunt aliquos canonicos et clericos

simoniace ibi receptos esse, et abbatem Blesensem et collegas suos, R(oberti) tituli sancti Stephani in Coelio Monte presbyteri Card. tunc Legati Apostolicae Sedis delegatos quaedam minus canonice statuisse. Laterani III. Non. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 197. fol. 41; Horoy H-i opp. omn. III. 89. n. 88. ex mss. du Theil.* — « DILECTVS FILIVS. »

1781. — *Laterani 3 Ianuarii.*

« Decano et capitulo Auriensibus. » Vt A. Petri clerico Aegidii tituli sanctorum Cosmae et Damiani diaconi Cardinalis de eorum partibus oriundo praebendam si qua vacet in eorum ecclesia assignent. Laterani III. Non. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 208. fol. 43.* — « LICET APOSTOLICE SEDIS. »

1782. — *Laterani 4 Ianuarii.*

« Archiepiscopis et Episcopis, Potestatibus, Consulibus et Rectoribus tam civitatum quam aliorum locorum Lombardie. » Confirmat foedus pacis auctoritate (Hugolini) episcopi Hostiensis Apostolicae Sedis Legati inter Mediolanenses et Cremonenses initum. Laterani II. Non. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 199. fol. 41; Mss. Vallic. I. 53.* — « CVM NOS ILLIVS VICEM. »

1783. — *Laterani 4 Ianuarii.*

« (Sigfrido) Archiepiscopo Maguntino. » Cum quinque milia marcarum et milleducentas libras proveniensium propter naulum et crucesignatos Romanos expendiderit, mandat ut tradat Martino cubiculario et Iohanni marescalco ipsius Papae, vicesimam tam suorum quam dioecesis suae proventuum necnon pecuniam in truncis et aliam pro redemptione votorum collectam in subsidium Terrae Sanctae. Laterani II. Non. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. ep. 200. fol. 42; Mss. Vallic. I. 53; Würdtwein Nova Subs. III. 76; Potthast 523. n. 5959.* — « EXERCITVS CHRISTIANVS. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum omnibus archiepiscopis, episcopis et exemptis abbatibus per Alemanniam constitutis.

Ad eiusdem Cod. marginem haec nota legitur: « Require litteram super eodem negotio in sexto folio in antea que sic incipit: SICVT OLIM VIVA VOCE » *(epist. 236. fol. 48; cf. 19 Ianuarii 1219, huius Reg. n. 1815).*

1784. — *Laterani 4 Ianuarii.*

« Th. quondam Coloniensi Archiepiscopo, B. Verdensi Coloniensis diocesis, et plebano Sancte Brigide Coloniensi. » Vt inducant magistrum Henricum scolasticum sancti Gereonis Coloniensis in possessionem praepositurae ecclesiae sanctae Mariae ad Gradus Coloniensis. Laterani II. Non. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 201. fol. 42.* — « GAVDEMVS TALES. »

1785. — *Laterani 4 Ianuarii.*

« Dragonensi et Lucerino episcopis. » Vt accedant ad monasterium sancti Iohannis in Lamis Sipontinae dioecesis, quod ad Sedem Apostolicam nullo pertinet mediante, et examinata diligenter electione Stephani in abbatem eiusdem monasterii, si eam invenerint de persona idonea, videlicet honesta, litterata et provida, et canonice celebratam, ipsam confirment, alioquin ea rite cassata, eidem monasterio de persona idonea in abbatem provideant. Laterani II. Non. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 203. fol. 43.* — « FRATERNITATI TVE. »

1786. — *Laterani 4 Ianuarii.*

« Episcopo Nanetensi (*in eod. l.* Nannetensi). » Vt, quum propter molestias (Petri) comitis Britanniae exulare coactus sit, possit duos ex canonicis suis secum retinere, qui licet absentes percipere possint beneficia sua quemadmodum ea perciperent si in ecclesia in qua ea obtinent personaliter residerent. Laterani II. Non. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist 205. fol. 43; Mss. Vallicel. I. 53;*

Horoy H-i opp. omn. III. 90. n. 89. ex mss. du Theil. — « Compatientes tibi. »

1787. — *Laterani 4 Ianuarii.*

Archiepiscopo Sipontino. » Vt beneficia Garganicae ecclesiae quae archidiaconus, archipresbyter et quidam alii eiusdem ecclesiae canonici auctoritate propria suis nepotibus conferre praesumpserunt, amotis illicitis detentoribus, ad suam donationem revocet, si eorum collatio ipsi revera pleno iure pertineat. Laterani II. Non. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 207. fol. 43.* — « Ad avres nostras. »

1788. — *Laterani 7 Ianuarii.*

« Archidiacono, Cantori et Magistro P. de Sūpuis canonico Cathalaunensibus. » Mandat, confirment electionem abbatissae monasterii Iotrensis favore priorissae eiusdem monasterii, si huiusmodi electionem a maiore et saniore parte conventus et canonicorum ipsius lòci invenerint canonice de persona idonea celebratam, cassata prius nominatione Herm. eiusdem monasterii monialis. Laterani VII. Id. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 202. fol. 42; Horoy H-i opp. omn. III. 90. n. 91. ex mss. du Theil.* — « Ex parte monialivm. »

1789. — *Laterani 7 Ianuarii.*

« Potestati et universis tam civitatis quam diocesis Nucerine. » Indulget ut « donec de ipso decanatu plenarie disponamus, nobili mulieri uxori quondam ducis Spoletani de hiis que de civitate vestra ac comitatu ipsius ad curiam pertinent intendatis, episcopi, clericorum et ecclesiarum per omnia iure salvo. » Laterani VII. Id. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 209. fol. 43; Theiner Cod. dipl. Dom. Tempor. I. 49. n. 69; Potthast 523. n. 5960; Rodenberg Epist. Select. 64. n. 87; Horoy H-i opp. omn. III. 90. n. 90.* — « Presentivm vobis. »

1790. — *Laterani 7 Ianuarii.*

« B(lancae) comitisse Campanie ac Th(eobaldo) Comiti nato eius. » Concedit « ut si feoda que a vobis tenentur, vos in pignus contingat recipere, fructus quos perceperitis ex eisdem in sortem non teneamini computare, dum modo iidem feodatarii a servitio quo vobis pro feodis ipsis tenentur, interim sint immunes. » Laterani VII. Id. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 214. fol. 44; Horoy H-i opp. omn. III. 91. n. 92. ex mss. du Theil.* — « Cvm sepe contingat. »

1791. — *Laterani 7 Ianuarii.*

« Nobili viro R(aynaldo) nato clare memorie Ducis Spoletani. » Nuntiat se cum B. fratre eius diligentem habuisse tractatum super facto ducatus Spoletani, et quod inter Papam et ipsum B. conventum est, in scriptis redigi fecisse ad cautelam, et paratum esse ducere ad effectum, « dummodo ex parte tua quod conventum est sit observare paratus. » Laterani VII. Id. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 223. fol. 46; Mss. Vallicel. I. 53; Rodenberg Epist. Select. 65. n. 88.* — « Ad profectvm tvvm. »

1792. — *Laterani 8 Ianuarii.*

« (Iordano) episcopo, et Iordano Priori Sancti Benedicti Paduanis. » Vt si episcopus Castellanus purgationem non receperit infra quindecim dies Albergetii de Venetiis, uxoris et filiae eius, qui malitiose a quibusdam de haeresi accusati sunt, ipsi purgationem huiusmodi recipiant. Laterani VI. Id. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 206. fol. 43.* — « Qverelam Albergetii. »

1793. — *Laterani 8 Ianuarii.*

« Capitulo Carnotensi. » Privat eligendi potestate aliquos eorum, qui Hugonem de Feritate indignum ob defectum literaturae bis in episcopum elegerunt. Laterani VI. Id. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3.*

epist. 221. fol. 46; Mss. Vallicel. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 92. n. 93. ex mss. du Theil. — « Exhibita nobis. »

1794. — *Laterani 9 Ianuarii.*

« (Conrado) Vallis Secrete Premonstratensis ordinis Suessionensis (*Potthast* Laudunensis) diocesis et (Radulfo) Sancti Iohannis in Vineis Suessionensis Abbatibus et Decano Suessionensi. » Mandat, ut iniungant Erardo de Brena et Philippinae uxori eiusdem ad comparendum per se vel per procuratores coram Papa, ut definiatur causa super iure natalium ipsius Philippinae, neque interim Campaniae comitatum perturbent; alioquin eosdem in pristinam excommunicationis sententiam, qua pro B(lanca) comitissa Campaniae et Th(eobaldo) nato eius astricti fuerant et postea absoluti, iterum ipsi reducant. Laterani V. Idus Ianuarii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 215. fol. 44; Mss. Vallicel. I. 53. et I. 51. p. 336; Bouquet Rec. XIX. 675; Teulet Layettes I. 474. n. 1330; cf. Jubainville Comtes de Champagne V. 136. n. 1177; Potthast 523. n. 5961; Horoy H-i opp. omn. III. 95. n. 95.* — « Cvm ad svpplicationem. »

1795. — *Laterani 9 Ianuarii.*

« Abbati monasterii Sancti Quintini in Insula et Decano Sancti Quintini Noviomensis diocesis et Archidiacono Cameracensi. » Vt absolvant ad cautelam abbatem ecclesiae sancti Rimigii (sic) Remensis et complices suos ab excommunicationis sententia quam in eos Belvacensis electus vices gerens archiepiscopi Remensis protulerat, eo quod ordinationi ipsius se subiicere recusarunt, et audita causa, quod iustum fuerit statuant. Laterani V. Idus Ianuarii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 220. fol. 45; Horoy H-i opp. omn. III. 93. n. 94. ex mss. du Theil.* — « Dilectvs filivs. »

1796. — *Laterani 10 Ianuarii.*

« Abbati et conventui Sancti Remigii Remensis. » Indulget ut Remensis archiepiscopus visitationis officium in eorum monasterio exercens « nullos de cetero seculares in capitulum nisi duos vel tres canonicos de canonicis ecclesie sue in decenti habitu, viris aliis quot expedire viderit religiosis, adiunctis, secum visitationis tempore introducat. » Laterani IIII. Id. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 226. fol. 47; Mss. Vallicell. I. 53; Marlot Metropol. Remens. I. 349. (an. 1219). II. 496. (an. 1220); Decretal. Honorii III. ed. Cironius 65; Decretal. Gregorii IX. lib. I. tit. 31.* De officio Iudicis ordin. *c. 17; apud Boehmer Corp. II. 176; Richter Corp. II. 187; cf. Varin Arch. Admin. de Reims I. II. 510. n. 78; Potthast 523. n. 5962; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. I. tit. XXXI. c. XVI. p. 193.* — « Vt ivxta illivs. »

1797. — *Laterani 10 Ianuarii.*

« Eisdem. » Indulget « ut intra terminos infra quos decimas ante generale concilium percepistis, novalium decimas percipere valeatis, salvis aliorum privilegiis a Sede Apostolica impetratis. » Laterani IIII. Id. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 227. fol. 47; Horoy H-i opp. omn. III. 96. n. 96. ex mss. du Theil.* — « Cvm a nobis petitvr. »

1798. — *Laterani 12 Ianuarii.*

« Arie Petri clerico dilecti filii nostri Egidii Sanctorum Cosme et Damiani diaconi Cardinalis. » Suam personam cum omnibus bonis sub protectione suscipit, specialiter autem concessionem annui redditus centum solidorum Legionensis monetae in redditibus Auriensis civitatis percipiendorum a bonae memoriae F(erdinando) Auriensi episcopo ei factam confirmat. Laterani II. Id. Ian. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 222. fol. 46.* — « Sacrosancta romana ecclesia. »

1799. — *Laterani 14 Ianuarii.*
« Autisiodorensi et Cabilonensi Episcopis et Priori Sancti Leonardi Eduensis diocesis. » Vt accedant ad monasterium Virziliacense et cogant abbatem ad resumendam administrationem abbatiae quam sine licentia Papae renuntiaverat eo quod corporis imbecillitate confractus soli Domino vacare desiderabat, vel si expedire viderint, cessione ab ipso recepta, alium eligi faciant. Laterani XVIIII. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 228. fol. 47; Horoy H-i opp. omn. III. 97. n. 97. ex mss. du Theil.* — « Et si ecclesiarvm. »

1800. — *Laterani 16 Ianuarii.*
« Episcopo Carnotensi. » Eius precibus annuit ut circa canonicos Carnotenses privatos eligendi potestate et beneficiorum perceptione suspensos, eo quod Hugonem de Feritate in episcopum elegerant contra lateranensis concilii statuta, statuat prout sibi viderit statuendum. Laterani XVII. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 229. fol. 47; Horoy H-i opp. omn. III. 98. n. 98. ex mss. du Theil.* — « Licet qvidam canonici. »

1801. — *Laterani 16 Ianuarii.*
« Decano et Capitulo Beati Stephani Trecensibus. » Mandat ut ad formam statuti concilii generalis correctio canonicorum et clericorum eorum ecclesiae peragant, praesertim cum huiusmodi consuetudo ibidem hactenus viguerit. Laterani XVII. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 230. fol. 47; Mss. Vallicel. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 98. n. 99. ex mss. du Theil.* — « Cvm in concilio generali. »

1802. — *Laterani 16 Ianuarii.*
« Vniversis presentes litteras inspecturis. » Testificat Papa Gualterium Carnotensem episcopum constituisse magistrum Stephanum de sancto Iuliano procuratorem suum in curia ad agendum et componendum in causa quam ipse episcopus habet cum Angelo Iohannis Iudei, Iacobo Scarso, Giraldo Iohannis Nycolai, Gualtero Manerio, Angelo Cathelino, Romano Malialardi et eorum sociis mercatoribus Romanis et Florentinis super quadam pecuniae summa eis debita. Laterani XVII. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 240. fol. 49.* — « Cvm dilecti filii. »

1803. — *Laterani 17 Ianuarii.*
« Archiepiscopo Senonensi et Suffraganeis eius. » Vt procuratores decani et capituli sancti Stephani Trecensis ad comprovincialia concilia sine disceptatione qualibet iuxta formam praescriptam admittant. Laterani XVI. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 231. fol. 47; Horoy H-i opp. omn. III. 101. n. 102. ex mss. du Theil.* — « Cvm olim tam. »

1804. — *Laterani 17 Ianuarii.*
« (Pandulfo) Norwicensi electo Ap. Sedis Legato. » Mandat, inhibeat episcopo Dunkeldensi et coniudicibus suis ne inquirant contra episcopum sancti Andreae ad instantiam Eustatii canonici sancti Andreae, si vere constiterit eosdem Eustatium et Dunkeldensem episcopum et coniudices esse excommunicationis vinculo astrictos; « quod si partes in hoc forsitan non consenserint, cum tu maiorem quam nos in regno Scotie habere valeas notitiam personarum, id exequendum auctoritate nostra in regno eodem discretis viris neutri parti merito suspectis iniungas. » Laterani XVI. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 232. fol. 47.* — « Licet Sedes Apostolica. »

1805. — *Laterani 17 Ianuarii.*
« Abbati Sancti Lupi, Cantori Maioris ecclesie et Decano Sancti Stephani Trecensibus. » Ne permittant abbatem et conventum sancti Remigii Remensis contra

indulgentiarum et privilegiorum tenorem indebite molestari, molestatoresque per censuras ecclesiasticas compescant, « post duos annos presentibus litteris minime valituris. » Laterani XVI. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 233. fol. 48; Horoy H-i opp. omn. III. 100. n. 101. ex mss. du Theil.* — « NOBIS PRINCIPALITER. »

1806. — *Laterani 17 Ianuarii.*

« Fratribus Militie Templi. » Concedit « ne quis de terris ante generale concilium acquisitis quas propriis manibus vel sumptibus colitis decimas a vobis exigere vel extorquere presumat. De prediis vero post prefatum concilium usque nunc acquisitis et amodo acquirendis si ea etiam propriis manibus aut sumptibus colueritis decimas solvatis ecclesiis quibus ratione prediorum antea solvebantur, nisi cum ipsis ecclesiis aliter duxeritis componendum. » Laterani XVI. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 234. fol. 48.* — « VOLENTES ILLIS. »

1807. — *Laterani 17 Ianuarii.*

« Episcopo Vercellensi. » Vt si utilitas suae ecclesiae manifesta exigat, possit cum consensu et consilio capituli sui aliqua de bonis ad suam mensam spectantibus pignori obligare. Laterani XVI. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 235. fol. 48.* — « SIGNIFICASTI NOBIS. »

1808. — *Laterani 17 Ianuarii.*

« (Iohanni) Strigoniensi Archiepiscopo. » Cum pro subsidio Terrae Sanctae nuper destinaverit quinque milia marcarum et mille ducentas libras provenensium, praeter naulum et alias multas expensas quas Romanis crucesignatis dedit, et haec sint modica, ideo mittit in Hungariam Accontium subdiaconum et Papae capellanum ad colligendam vicesimam in subsidium Terrae praedictae. Mandat ut dictam pecuniam in sua dioecesi colligat et ipsi Accontio assignet. Laterani XVI Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 242. fol. 49; Mss. Vallicel. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 2; Fejèr Cod. dipl. III. 1. 275; Theiner Mon. Hungar. I. 18. n. 28; Potthast 523. n. 5963; Horoy H-i opp. omn. III. 99. n. 100.* — « DILECTI FILII EXERCITVS. »

Cod. Vat. et Potthast l. c.: In eundem modum scriptum est super hoc archiepiscopis, episcopis et abbatibus per Vngariam constitutis.

1809. — *Laterani 17 Ianuarii.*

« Episcopo Suessionensi. » Ne cogatur per quasdam litteras apostolicas ad providendum Suessionensis, Laudunensis et Noviomensis dioecesum clericis qui sub spe beneficiorum recipiendorum ibidem sacros ordines susceperunt. Laterani XVI. Kal. Febr. anno. tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 248. fol. 50.* — « EX PARTE TVA. »

1810. — *Laterani 18 Ianuarii.*

« Episcopo Saresbiriensi, Priori de Ambesbiry Saresbiriensis diocesis et Cancellario Saresbiriensi. » Vt silentium imponant A. sacristae monasterii sancti Eadwardi in Saftonia super electione sua in abbatissam, cum iam confirmata fuerit electio I. cui ipsa quoque consensit, alioquin partes ad abbatem de Warduno et eius coniudices remittant. — Laterani XV. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 238. fol. 48; Musaeum Brit. add. mss. 15351.* — « DILECTA IN CHRISTO FILIA. »

1811. — *Laterani 18 Ianuarii.*

« Clericis sancte Prisce de Vrbe. » Inhibet eis ne bona ipsius ecclesiae alienent vel locent, ac praesertim « ne quisquam vestrum de portionibus que debentur monachis in ipsa ecclesia substitutis vel substituendis in posterum loco decedentium clericorum seu etiam de possessionibus emptis ab eisdem

monachis vel emendis defraudare vel usurpare presumat. » Laterani XV. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 241. fol. 49; Mss. Vallicell. I. 53.* — « AVCTORITATE VOBIS PRESENTIVM. »

1812. — *Laterani 18 Ianuarii.*

« De Zuetla et de Valdrabach (*Potthast* Zuetula et de Ebrach) Abbatibus et Priori de Zuetla Pataviensis diocesis. » Vt diligentius inquirant contra R(obertum) Olomucensem episcopum qui de gravibus excessibus accusatur, praesertim quod dua homicidia perpetravit, duas sorores Cunicensis monasterii moniales et plures mulieres alias coniugatas cognovit carnaliter et quandam virginem defloravit. Laterani XV. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 249. fol. 50; Mss. Vallic. I. 53; Manrique Ann. Cisterc. IV. 159; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 108. n. 97; Erben Reg. Bohem. I. 283. n. 606; cf. Palacky Reise 22. n. 74; Potthast 523. n. 5964; Rodenberg Ep. Sel. 65. n. 90.* — « AD AVRES NOSTRAS. »

1813. — *Laterani 18 Ianuarii.*

« Abbati Vindocinensi. » Confirmat ei ecclesiam sanctae Priscae de Vrbe sitam in Aventino monte, cum omnibus pertinentiis suis et Cardinali etiam dignitate, quam ex concessione plurimorum Pontificum Romanorum eius monasterio pertinet, ita ut decedentibus vel recedentibus clericis in eorum locum monachi substituantur. Laterani XV. Kalendas Februarii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 257. fol. 53; Mss. Vallicell. I. 53.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

1814. — *(Laterani) 18 Ianuarii.*

Inhibet ne quisquam archidiaconorum vel praelatus a Vindocinensibus monachis occasione diocesanae visitationis procurationes exigere praesumat. (Laterani) XV. Kal. Febr. anno tertio. — *Choppin de sacra politia 445; cf. Potthast 523. n. 5965; Horoy H-i opp. omn. III. 102. n. 104.* — « AVCTORITATE PRESENTIVM. »

1815. — *Laterani 19 Ianuarii.*

« Centio Presbytero et Vguicioni Subdiacono et Capellano nostro Basilice principis Apostolorum canonicis. » Vt censum Romanae Ecclesiae et vicesimam, nec non ea quae a crucesignatis pro redemptione votorum suorum per ecclesiarum praelatos recepta sint, colligant, et collectam pecuniam transmittant in Terrae Sanctae subsidium. Laterani XIIII. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 236. fol. 48. Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 2; Bouquet Rec. XIX. 676; Potthast 524. n. 5966; Horoy H-i opp. omn. III. 102. n. 105.* — « SICVT OLIM VIVA VOCE. »

Ex Cod. Vat. et Potth. l. c.: In eundem modum scriptum est fratri Stephano et socio eius in Francia *(sic)* destinatis.

In e. m. scriptum est fratri Iohanni Hospitalario et fratri Martino Templario in in Alemanniam destinatis.

1816. — *Laterani 19 Ianuarii.*

« Thesalonicensi, Setrensi, Larisseo, Neopatrensi, Thebano, Atheniensi, Corinthiensi et Patracensi Archiepiscopis et eorum suffraganeis. » Confirmat quamdam concordiam inter ipsos et imperatorem ac barones Constantinopolitanos confirmatam iam ab Innocentio PP. (III) X. Kal. Februarii anno pont. octavo decimo, et epistolam Innocentii, in qua instrumentum concordiae habetur, hic refert. Laterani XIIII. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 254. fol. 52; Mss. Vallicel. I. 53.* — « IN REGESTO FELICIS RECORDATIONIS. »

1817. — *Laterani 20 Ianuarii.*

« Preposito et Capitulo Brugensibus. » Vt conferant magistro Iohanni civitatis Antinae Papae scriptori praebendam quae iam fuit Petri Insulensis electi, eumque in

canonicum recipiant, alioquin archidiaconis et cantori Atrebatensibus dat litteris in mandatis ut eos ad id per censuras ecclesiasticas compellant. Laterani XIII. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 269. fol. 56; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 7.* — « MEMINIMVS NOS. »

1818. — *Laterani 20 Ianuarii.*

Decano et capitulo B. Stephani Trecensis concedit ut canonicorum et clericorum ecclesiae suae excessus ipsi corrigant. Laterani XIII. Kal. Febr. anno tertio. — *Martene Ampl. coll. I. 1136; Potthast 524. n. 5967.* — « CVM IN CONCILIO. »

1819. — *Laterani 21 Ianuarii.*

« Archiepiscopo, Decano et Archidiacono Thessalonicensibus. » Ad instantiam Corinthiensis, Patracensis, Larisseni, Neopatrensis archiepiscoporum et eorum suffraganeorum et capituli Thebani confirmat excommunicationis sententiam latam a I(ohanne) tituli sanctae Praxedis presbytero Cardinali Sedis Apost. Legato in G. principem Achaiae et O. dominum Athenarum eorumque consiliarios et fautores pro bonis ecclesiasticis iniuste occupatis. Laterani XII. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 237. fol. 48; Mss. Vallicel. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 22.* — « VENERABILES FRATRES. »

1820. — *Laterani 22 Ianuarii.*

« (Fulconi) Tholosano, (Guidoni) Carcasonensi, (Arnaldo) Bigorritano, et (Grimoaldo) Convenarum episcopis. » Vt volentes crucesignari contra infideles in partibus Tholosanis excommunicatos pro iniectione manuum violenta vel etiam pro incendiis, eos absolvere possint, postquam vero passis iniuriam satisfecerint competenter. Laterani XI. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 246. fol. 50; Mss. Vallicel. I. 53; Duchesne Hist. franc. scr. V. 853. n. 5; Bouquet Rec. XIX. 676; Teulet Layettes I. 475. n. 1331; Potthast 524. n. 5969; Horoy H-i opp. omn. III. 104. n. 107.* — « CVM AD SVBVENTIONEM. »

1821. — *Laterani 22 Ianuarii.*

Decano Trecensi mandat, ut compositionem inter Guillelmum de S. Antonio, Beneincasam matrem Iohannis Zache et Martinam uxorem quondam Scarlacci cives Romanos ex parte una et b. m. Gerardum praepositum S. Mariae ad Gradus in Colonia et magistrum Iohannem scolasticum Carpensem procuratores (Engelberti) Coloniensis archiepiscopi ex altera super debito 17 marcarum sterlingorum initam faciat observari. Laterani XI. Kal. Febr. anno tertio. — *Ficker Engelbert d. Heilige 328; Ennen Quellen II. 76. n. 63; Potthast 524. n. 5968; Horoy H-i opp. omn. III. 103. n. 106.* — « CVM INTER DILECTOS. »

1822. — *Laterani 23 Ianuarii.*

« Archiepiscopo et capitulo Beneventanis. » Vt observent compositionem factam inter B. monachum nuntium et procuratorum eorum, et P. capellanum L. tituli sanctae Crucis presbyteri Cardinalis super provisione ipsius P. cum ad instantiam dicti nuntii facta, et consensu apostolico roborata fuerit. Laterani X. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 239. fol. 49.* — « COMPOSITIONEM INTER B. »

1823. — *Laterani 23 Ianuarii.*

« Preposito et Capitulo Quinqueecclesiensibus. » Vt pecuniam a bon. mem. (Calano) eorum episcopo relictam in subsidium Terrae Sanctae, Accuntio subdiacono et capellano Papae integre tradant, alioquin ab episcopo Cenadiensi per censuras ecclesiasticas ad id compellentur. Laterani X. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 243. fol. 49; Mss. Vallicell. I. 53; Koller Episc. Quinqueecclesien. I. 356; Katona Hist. crit. V. 327; Fejér Cod. dipl. III. 1. 277; Theiner Mon. Hungar. I. 19. n. 29; Potthast 524. n. 5970; Horoy H-i opp.*

omn. III. 105. n. 108. — « Cvm sicvt nobis. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est eidem episcopo.

1824. — *Laterani 23 Ianuarii.*

« Magistro Domus Militie templi Ierosolimitano. » Mittit ei pecuniam in subsidium Terrae Sanctae expendendam sive in galeis sive in machinis aliis seu in alio apparatu secundum providentiam (Pelagii) episcopi Albanensis Ap. Sed. Legati. Laterani X. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 244ª. fol. 50.* — « Ad terre sancte svbsidivm. »

In eundem modum scriptum est Episcopo Albanensi Ap. Sed. Legato.

In e. m. Magistro Hospitalis Ierosolimitani.

1825. — *Laterani 23 Ianuarii.*

« Priori et fratribus sancti Angeli de Monte Foliano. » Indulget eis ut regulam sancti Benedicti iuxta morem ordinis Cisterciensis suscipiant. Laterani X. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 245. fol. 50; Mss. Vallic. I. 53.* — « Gavdemvs in Domino. »

1826. — *Laterani 23 Ianuarii.*

« Preposito et Magistro Pellizaro Canonico Mantuanis. » Vt accedant ad monasterium sancti Zenonis Veronensis ibique corrigant et reforment tam in capite quam in membris quae correctionis et reformationis officio viderint indigere. Laterani X. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 247. fol. 50.* — « Dilecto filio. »

1827. — *Laterani 23 Ianuarii.*

« (Angelo) Patriarche Gradensi. » Vt omnes crucesignatos et nautas existentes in portu Venetorum, qui ad partes Ierosolimitanas transfretare disponuntur, ad Damiatam dirigat. Laterani X. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 250. fol. 50; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 338. integra; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 11; cf. Potthast 524. n. 5971; Rodenberg Ep. Sel. 66. n. 91.* — « De excelso misit. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est episcopo Castellano, episcopo Anconitano, archiepiscopo Ianuensi, archiepiscopo Pisano, archiepiscopo Messanensi, episcopo Siracusano et Episcopo Gaietano.

1828. — *Laterani 23 Ianuarii.*

« Archiepiscopo Rothomagensi. » Vt Lucae diacono, qui per plures annos ipsi Papae inserviit in officio Notariae, de praebendali beneficio in Rothomagensi ecclesia provideat. Laterani X. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 345. fol. 73.* — « Et si ecclesiastica. »

Scriptum est super hoc pro eodem R. archidiacono, succentori et I. Ruffo canonico Baiocen. ut ipsi dictum archiepiscopum ad hoc attentius et efficaciter moneant et inducant. Dat. ut supra.

1829. — *Laterani 24 Ianuarii.*

« Vniversis prelatis ecclesiarum ecclesie Romane censualium per Vngariam constitutis. » Vt censum Ecclesiae Romanae debitum magistro Accuntio subdiacono et capellano Papae ad hoc destinato singuli persolvant. Laterani VIIII. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 144. fol. 50; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 2; Fejèr Cod. dipl. III. 1. 277; Theiner Mon. Hung. I. 19. n. 30; Potthast 524. n. 5971a. (absque initio, et ad diem 25 Ian.); Horoy H-i opp. omn. III. 106. n. 109.* — « Vniversitatem vestram. »

1830. — *Laterani 24 Ianuarii.*

« Vniversis Xti fidelibus, nobilibus et aliis per Angliam constitutis. » Eos monet ut die festivitatis quo S(tephanus) Cantuariensis episcopus Sanctae Romanae Eccle-

siae Cardinalis sacratissimum corpus sancti Thomae Cantuariensis de terra sublevabit ipsumque translatum honorabiliter collocabit, pacem mutuam et concordiam in charitatis vinculo conservantes et conscientias perversitatibus expiantes in occursum properent sanctissimi martyris et patroni nec non honorificentia debita ipsum venerentur. Laterani VIIII. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 266a. fol. 55; Musaeum Britann. add. mss. 15351; cf. Manrique Ann. Cisterc. IV. 173. Martene Thes. anecd. I. 938; Potthast 568. n. 6528. (male ad diem 25 Ian. 1221). et in Append. p. 2091.* (*ubi male quoque corrigit* Viterbii: 25 Ian. 1220). — « Rex celestis dominvs. »

1831. — *Laterani 25 Ianuarii.*

« Nifo Abbati et fratribus monasterii Sancte Marie de Carra. » Confirmat privilegium Alexandri Papae dat. Laterani Nonis Aprilis, quod hic ad verbum refert, transmisso Nycolao Heremitae et fratribus de Lucarra, quo eorum ecclesiam construendam in territorio eis a W. rege Siciliae collato, et omnia eorum bona sub protectione suscipit, eisque concedit ut solummodo Romano Pontifici subiaceant, ita tamen ut marabotinum unum Sedi Apostolicae annis singulis debeant persolvere. Laterani VIII. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 224. fol. 46; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Litteras felicis recordationis. »

1832. — *Laterani 25 Ianuarii.*

« Eisdem. » Confirmat aliud privilegium Alexandri Papae dat. Ferentini IIII. Kal. Ianuarii, quo, non obstantibus praetentionibus episcopi Neocastrensis super monasterio de Carra, declarat quod dictum monasterium ad ius et proprietatem beati Petri pertinet unde se eorum electo benedictionis munus impendisse eique virgam pastoralem concessisse. Laterani VIII. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 225. fol. 46; Mss. Vallicell. I. 51. p. 337. integra.* — « Litteras felicis recordationis. »

1833. — *Laterani 25 Ianuarii.*

« (Stephano) Cantuariensi Archiepiscopo Sancte Romane Ecclesie Cardinali. » Indulget ut quartam partem ex oblationibus post translationem corporis sancti Thomae ad ecclesiam perventuris in qua eius corpus requiescit, in eiusdem ecclesiae instaurationem faciat erogari. Laterani VIII. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 267. fol. 56; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. pag. 343. integra; Musaeum Britann. Add. mss. 15351; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 41.* — « Cvm Cantvariensis. »

1834. — *Laterani 28 Ianuarii.*

« B(ertranno) tituli Sanctorum Iohannis et Pauli Presbytero Cardinali Ap. Sed. Legato. » Vt interdicti sententiam relaxet in certa parte civitatis Massiliensis, proviso tamen ut illi qui absoluti fuerint excommunicatos evitent: quod si per hostiles incursus aut etiam locorum distantiam sive propter negotiorum multiplicitatem illuc accedere nequiverit, iniungat Ebredunensi et Aquensi archiepiscopis et episcopo Nemausensi ut ad eundem locum personaliter accedentes id exequantur. Laterani VII. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 252. fol. 51; Horoy H-i opp. omn. III. 109. n. 114. ex mss. du Theil.* — « Ex parte venerabilis. »

1835. — *Laterani 26 Ianuarii.*

« Abbati et Conventui sancti Syri Ianuensis. » Notum eis facit se « de consensu fratrum nostrorum » eorum procuratorem absolvere a praestanda iuratoria obedientia quam archiepiscopus et chorus Ianuenses ab ipso abbate petebant. Laterani VII. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 256. fol. 53.* — « Sententia qvam. »

1836. — *Laterani 26 Ianuarii.*
« Abbati et Conventui de Savineio (*Potthast* Sabigniaco) Cisterciensis ordinis et Decano de Lovigneio Abrincensis et Redonensis diocesum. » Vt in causa inter episcopum et archidiaconum Cenomanenses super iurisdictione archidiaconatus Cenomanensis procedant iuxta priorum continentiam litterarum. Laterani VII. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 259. fol. 54; cf. Manrique Ann. Cisterc. IV. 166; Potthast 524. n. 5974.* — « VENERABILI FRATRE. »

1837. — *Laterani 26 Ianuarii.*
« De Oratorio Cisterciensis ordinis et de Merlineis Abbatibus et Priori de Oratorio Andegavensis diocesis. » Vt accedant ad ecclesiam Cenomanensem et inducant archidiaconum ipsius ecclesiae ut, archidiaconatu retento, archipresbyteratum dimittat. Laterani VII. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 260. fol. 54; cf. Manrique Ann. Cisterc. IV. 166; Potthast 524. n. 5975; Horoy H-i opp. omn. III. 108. n. 112. ex mss. du Theil.* — « VENERABILI FRATRE. »

1838. — *Laterani 26 Ianuarii.*
« Cenomanensi episcopo. » Confirmat ipsius ordinationem qua parrochia ecclesiae de Largo Campo in duas dividit, quarum una apud ipsam ecclesiam de Largo Campo resideat, alia vero apud ecclesiam de monte Audeni quae capella eiusdem ecclesiae hactenus existit. Laterani VII. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 261. fol. 54; Horoy H-i opp. omn. III. 108. n. 113. ex mss. du Theil.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

1839. — *Laterani 26 Ianuarii.*
« Episcopo et Capitulo Aretinis. » Vt per se vel per procuratorem ad Papam se praesentent exhibituri et recepturi quod postulat ordo iuris super petitione Matthaei archipresbyteri, sindici et procuratoris Senensis ecclesiae exponentium quod ipse episcopus quasdam plebes, monasteria et alias ecclesias ad Senensem ecclesiam pertinentes detinebat. Laterani VII. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 262. fol. 54.* — « OBLATA NOBIS. »

1840. — *Laterani 26 Ianuarii.*
« (Stephano) Cantuariensi Archiepiscopo Sancte Romane Ecclesie Cardinali. » Vt sublevet de terra corpus sancti Thomae Cantuariensis, ipsumque translatum honorabiliter collocet. Laterani VII. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 266. fol. 55; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 340. integra; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 41; cf. Manrique Ann. Cisterc. IV. 173; Martene Thesaur. Anecd. I. 938. (absque nota chronol.); Horoy H-i opp. omn. III. 82. n. 82. (26 Dec. 1218); Potthast 569. n. 6529. ad diem 26 Ian. 1221) et in Append. p. 2051. ubi male quoque corrigit. Viterbii 25 Ian. an. 1220.* — « REX CELESTIS. »

1841. — *Laterani 26 Ianuarii.*
« Vniversis Christi fidelibus ad Ecclesiam Sancti Thome martyris Cantuariensis infra diem octavum translationis eiusdem martyris personaliter accedentibus. » Indulgentiam hiis quadraginta dierum concedit. Laterani VII. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 267. fol. 56; Mss. Vallic. I. 51. p. 343. integra; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « QVONIAM VT AIT. »

1842. — *Laterani 26 Ianuarii.*
« (Pandulfo) Norwicensi electo Camerario nostro Apost. Sed. Legato. » Mandat ut dispensare possit cum Huberto de Burgo Iustitiario H(enrici) regis Angliae a voto transfretandi in Terram Sanctam, cum incumbere debeat gubernio quorumdam castrorum et munitionum regni, specialiter

castri Dorobnie, et paratus sit congruum numerum bellatorum de bonis suis iuxta facultates proprias in eiusdem subsidium transmittere. Laterani VII. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 388. fol. 81; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « DILECTVS FILIVS. »

1843. — *Laterani 26 Ianuarii.*

Abbatem et conventum S. Thomae martyris de Abirbrothoc cum omnibus bonis protegendos suscipit, specialiter autem ecclesias de Monifod, de Stradechtyn, de Kerimo etc. eis confirmat. Laterani VII. Kal. Febr. anno tertio. — *Liber S. Thome de Aberbrothoc 156. n. 222; Potthast 524. n. 5972; Horoy H-i opp. omn. III. 106. n. 110.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

1844. — *Laterani 26 Ianuarii.*

Eisdem terram de Balfeth, terram de Glaskeler, batellum de Munros etc. et alia bona confirmat. Laterani VII. Kal. Febr. anno tertio. — *Liber S. Thome l. c. n. 223; Potthast 524. n. 5973; Horoy H-i opp. omn. III. 107. n. 111.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

1845. — *Laterani 27 Ianuarii.*

« Iacobo Tormello subdiacono nostro, Archidiacono Novariensi et A. de Fara canonico Pergamensi. » Vt causam inter episcopum Cumanum et quosdam homines de Tellio Cumanae dioecesis super decimis novalium ac rebus aliis, si id de partium voluntate fieri potest, terminent, alioquin sufficienter instructam ad Papam remittant. Laterani VI. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 276. fol. 58.* — « EX PARTE VENERABILIS. »

1846. — *Laterani 27 Ianuarii.*

(Iohanni) Abbati sanctae Genovefae et eiusdem conventus et (Iohanni) Sancti Martini de Campis prioribus mandat ut inhibeant archiepiscopo Senonensi et suffraganeis suis ne indebite vexent homines et villanos (Blanchae) comitissae Campaniae. Laterani VI. Kal. Febr. anno tertio. — *Cf. Jubainville Comtes de Champagne V. 136. n. 1180; cf. Potthast 524. n. 5976; integra in Mss. lat. Bibl. Nat. Parisien. n. 5992. apud Horoy H-i opp. omn. III. 110. n. 115.* — « CVM OLIM DILECTA. »

1847. — *Laterani 28 Ianuarii.*

« Abbati et conventui Sancte Genovefe Parisiensibus. » Ne nimium severe tractent homines de Roonio qui a dominio regum Franciae ad eorum dominium, regum ipsorum donatione, transierant; alioquin ab episcopo, cantore et magistro Alano canonico Ebroicensibus, quod secundum eorum Ordinis honestatem viderint expedire, vice Papae statuetur. Laterani V. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 251. fol. 51; Mss. Vallicell. I. 53.* — « HOMINES DE ROONIO. »

Ex Cod. Vat.: In eundem fere modum scriptum est super hoc eisdem, verbis competenter mutatis.

1848. — *Laterani 28 Ianuarii.*

« Episcopo Cenomanensi. » Eum absolvit ab impetitione Iohannis Malirati presbyteri quem ipse ex sententia privaverat omni ecclesiastico beneficio quod in Cenomanensi dioecesi obtinebat, suamque sententiam firmiter observari mandat. Laterani V. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 255. fol. 53.* — « AVDITIS ET INTELLECTIS. »

1849. — *Laterani 29 Ianuarii.*

« Senonensi et Meledunensi Senonensis diocesis archidiaconis et Raynaldo canonico Senonensi. » Vt per censuras ecclesiasticas compellant abbatem Compendiensem ad providendum G. thesaurario sanctae Mariae de Mosterolo in praebendali beneficio, non obstante quod cum thesauraria praebendam aliam iam obtineat. Laterani IIII. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 268. fol. 56.* — « OLIM OFFICII NOSTRI. »

1850. — *Laterani 30 Ianuarii.*

« Cenomanensi Episcopo. » Cum in locis religiosis et saecularibus suae dioecesis circa praelatos et subditos sint plurima corrigenda eo quod ipsi clericalis ordinis dignitatem et professionis sue disciplinam non sicut expedit attendunt et multa perperam attemptare praesumunt quae committere et laici abhorrerent, mandat ut quae sunt corrigenda corrigat. — Laterani III. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 258. fol. 53; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CVM EX APOSTOLICA. »

1851. — *Laterani 30 Ianuarii.*

« Decano, Succentori et Priori Sancti Martini Laudunensibus. » Vt, relaxata sententia qua episcopus et capitulum Suessionenses a quibusdam iudicibus suspensi fuerant a collatione praebendarum, moneant dictos iudices ne amplius in negotio praedicto praebendarum procedant « donec iidem episcopus et capitulum ab oppressione civium suorum recuperata tranquillitate respirent. » Laterani III. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 263. fol. 55.* — « REFERENTIBVS VENERABILI FRATRE. »

1852. — *Laterani 30 Ianuarii.*

« De Cupre, de Scoñ. et de Dumfermelin Abbatibus Sancti Andree diocesis. » Vt inquirant contra episcopum Moraviensem qui, referentibus archidiacono et cancellario Moraviensis ecclesiae, suos subditos iniustis exactionibus et collectis aggravat et male collectam pecuniam cum mulierculis quarum est contubernio infamatus prodigat, legitima matrimonia propter pecuniam dissolvit et peccata subditorum propter pecuniam dissimulat; de hiis omnibus referant, praefigentes ipsi episcopo terminum quo se apostolico conspectui repraesentet mercedem pro meritis recepturus. Laterani III. Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 275. fol. 58; Theiner Mon. Hiber. 9. n. 22; Potthast 554. n. 5977; Horoy H-i opp. omn. III. 111. n. 116.* — « DILECTI FILII ARCHIDIACONVS. »

1853. — *Laterani 30 Ianuarii.*

Potestati et populo Cremonensibus gratiarum actiones uberes exsolvit, quod monitis et mandatis (Hugonis) Hostiensis episcopi paruerunt. Laterani III. Kal. Febr. anno tertio. — *Böhmer Acta Imperii II. 826. n. 1140; Potthast Append. p. 2087. n. 5977a-26029.* — « DEVOTIONEM VESTRAM DIGNIS. »

1854. — *Laterani (Decembris 1218 Ianuarii 1219).*

« (Nicolao) episcopo Salernitano. » Mandat ut electionem B. abbatis monasterii Positani Amalfitanae dioecesis si de persona idonea canonice facta fuerit confirmet, alioquin ea cassata, monachis eiusdem monasterii iniungat ut infra mensem de alia persona per electionem canonicam sibi provideant, quibus id omittentibus, ex tunc ipse de gubernatore eis providere non postponat, « non obstantibus litteris ad te ac... Abbatem de Rubiliano Surrentinae dioecesis et Archidiaconum Amalfitanum super hoc a Sede Apostolica impetratis. » Laterani... Ianuarii anno tertio (deest dies). — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 212. fol. 43.* — « CVM AD NOS. »

1855. — *Laterani 1 Februarii.*

« A. de Borna preposito Sancti Gereonis Coloniensis. » Cum I(nnocentius III) quoad praeposituram sancti Gereonis, silentium imposuisset T. unde ipse A. eam canonice fuisset adeptus, confirmat ei dictam praeposituram eiusdem ecclesiae. Laterani Kalendis Februarii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 264. fol. 55.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

1856. — *Laterani 1 Februarii.*

« Decano Sancte Marie ad Gradus, C. et G. canonicis Coloniensibus. » Vt inhibeant

praeposito sancti Cuniberti et eius coniudicibus ne procedant contra A. de Borna super praepositura ecclesiae sancti Gereonis Coloniensis, cuius ratione a T. quondam praeposito dictae ecclesiae molestatur. Laterani Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 265. fol. 55.* — « DILECTVS FILIVS. »

1857. — *Laterani 1 Februarii.*

« Abbati et Conventui Vindocinensibus. » Concedit ne quisquam archidiaconus vel praelatus nec a monachis qui in eorum villis et grangiis pro agricultura exercenda et administratione deputantur, nec ab ipsis procurationes exigere vel extorquere praesumant. Laterani Kal. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 348. fol. 75.* — « NOBIS HVMILITER. »

1858. — *Laterani 5 Februarii.*

Abbatem et conventum de Tepla Praemonstr. ord. sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem villa de Tepla cum theloneo et villam de Lyhtenstat (Lischtenstall *Hugo*) cum foro et silva, et de Sandou (Sandau *H.*), de Cribse... villas etc. libertates quoque et immunitates eis confirmat. Laterani Non. Febr. anno tertio. — *Hugo Annal. Praemonstr. II. prob. 579; Erben Reg. Bohem. I. 284. n. 607. omisso initio; Potthast 525. n. 5978; Horoy H-i opp. omn. III. 112. n. 117.* — « CVM A NOBIS. »

1859. — *Laterani 6 Februarii.*

« Episcopo, decano et S. Archidiacono Cabilonensibus. » Vt Od. subdiaconum Papae, in quem maior pars capituli consensit, recipi faciant in canonicum Vergiacensis ecclesiae Eduensis dioecesis, nisi decanus et sui qui sunt numero pauciores aliquid rationabile obiecerint et probaverint. Laterani VIII. Id. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 277. fol. 59; Horoy H-i opp. omn. III. 113. n. 118. ex mss. du Theil.* — « DILECTI FILII. »

1860. — *(Laterani) 6 Februarii.*

Le pape confirme le concordat conclu aimablement entre les chanoines de Saint-Pierre et les évêque et chapitre du Mans au sujet des soumission, obéissance et revérence que ces derniers prétendaient pouvoir exiger du dit chapitre de Saint-Pierre. (Laterani) VIII. Id. Febr. anno tertio. — *Bilard Docum. historiq. 7. n. 43; Potthast 525. n. 5979.*

1861. — *Laterani 7 Februarii.*

« Vniversis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis. » Pactiones foederis quas ipse Papa facerat inter Tudertinos et Yterampnenses ex una parte, et Narnienses et homines de sancto Gemino ex altera confirmat, eorumque procuratoribus quaedam observanda praescribit. Laterani VII. Id. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 270. fol. 56; memorat mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 344. integra; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 48; Dissert. della Pontif. Accad. d'Archeologia XV. 238. n. 54; Potthast 525. n. 5980; Angeloni Ist. di Terni 699. (ed. Pisa 1878: latine et italice scripta, et posita ad diem 6 Febr.).* — « CVM SVPER GVERRA. »

1862. — *Laterani 8 Februarii.*

« F(riderico) illustri Regi Sicilie in Romanorum imperatorem electo. » Significat se mittere ad eum priorem sanctae Mariae Novae de Vrbe ut, eo mediante, Henricus dux Saxoniae ipsi resignet coronam imperialem; si hic vero iussa respuerit, certiorem facit datum (Friderico) Halberstadensi et (Sigfrido) Hildesemensi episcopis mandatum, ut ipsum anathemate percellant ac villam Brunsvich ecclesiastico interdicto subiiciant. Laterani VI. Id. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 273. fol. 58; Mss. Vallic. I. 53; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1219.. n. 23; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. II. 591; Potthast 525. n. 5981; Rodenberg Ep. Sel. 66. n. 92.* — « CVM TAM LITTERIS. »

1863. — *Laterani 9 Februarii.*

« Archiepiscopo Cusentino. » Mandat, confirmet electionem Theodosii in abbatem monasterii sanctae Mariae Veteris Squillacii si electionem ipsam invenerit de persona idonea canonice celebratam, eique munus benedictionis impendat. Laterani V. Id. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 271. fol. 57.* — « DILECTI FILII. »

1864. — *Laterani 9 Februarii.*

« Archiepiscopo Toletano Ap. Sed. Legato. » Vt medietatem vicesimae Toletanae et Segobiensis dioecesum possit retinere pro defensione fidelium et expugnatione Maurorum in Yispania, alteram vero medietatem in subsidium Terrae Sanctae assignet. Laterani V. Idus Februarii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 274. fol. 58; Mss. Vallicell. I. 53.* — « AD EXAVDIENDVM PRECES. »

1865. — *Laterani 9 Februarii.*

Dat securitatem, ne legati apostolici sine speciali mandato excommunicationis sententiam in monasterium Waldsassense proferre audeant. Laterani V. Id. Febr. anno tertio. — *Lang Regesta II. 92; Potthast 525. n. 5982.*

1866. — *Laterani 9 Februarii.*

Privilegia monasterii in Waldsassen confirmat. Laterani V. Id. Febr. anno tertio. — *Lang Regesta IV. 330. ubi Honorio IV. male tribuitur; Potthast Append. p. 2087. n. 5982a-26030.*

1867. — *Laterani 11 Februarii.*

« F(riderico) illustri regi Sicilie in Romanorum imperatorem electo. » Laudat eius propositum crucem suscipiendi, et ideo eum, eius coniugem, filium et regnum Siciliae sub protectione complectitur. Laterani III. Id. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 278. fol. 59; Mss. Vallicell. I. 53; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 7; Raumer Gesch. der Hohenst. (ed. 2.ª) III. 175; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. II. 592; Potthast 525. n. 5983; Rodenberg Epist. Select. 67. n. 93.* — « DEO IN CVIVS. »

1868. — *Laterani 11 Februarii.*

« Archiepiscopo Zalzeburgensi, et Herbipolensi et Traiectensi episcopis. » Ad tuendum regnum Friderici qui crucem suscipere disposit, eius personam, coniugem, filium et regnum Siciliae sub protectione Beati Petri suscipit; si qui vero in Theutonia constituti contra hoc Apostolicae Sedis privilegium quid attemptaverint, eos per censuras ecclesiasticas compescant. Dat. ut supra. (Laterani III. Id. Febr. anno tertio). — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 279. fol. 59; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 7; Rodenberg Ep. Sel. 67. n. 94.* — « DEO IN CVIVS. »

1869. — *Laterani 11 Februarii.*

« F(riderico) illustri regi Sycilie in Romanorum imperatorem electo, et universis principibus ecclesiasticis ac mundanis, nec non Comitibus, Baronibus tam crucesignatis quam aliis per Theutoniam constitutis. » Vt ipse rex cum crucesignatis ad proximum sancti Iohannis Baptistae festum Damiatam versus transfretare non differant, alioquin per archiepiscopum Salzeburgensem et Herbipolensem et Traiectensem episcopos denuncientur excommunicati. Laterani III. Id. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 281. fol. 59; Mss. Vallic. I. 53. et I. 51. p. 348. integra; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 7; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. II. 592; Potthast 525. n. 5984; Rodenberg Ep. Sel. 68. n. 95.* — « IVSTA DOLORIS ET ANXIETATIS. »

1870. — *Laterani 12 Februarii.*

« Episcopo Engolismensi. » Vt ad ordinem sacerdotii promoveat Thomam monachum sancti Amantii de Buxia cui in

pollice dextrae manus ungula avulsa est, si ad frangendam Eucharistiam sit in pollice ipso potens et aliud canonicum impedimentum propter deformitatem non obsistat. Laterani II. Id. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 405. fol. 84; Horoy H-i opp. omn. III. 119. n. 120. ex mss. du Theil.* — « THOMAS MONACHVS. »

1871. — *Laterani 12 Februarii.*

Raynerio Interamnensi episcopo concessiones, redditus, iura et omnia quae Interamnensis communitas episcopatui assignavit in dotem, confirmat, tenore ipsius instrumenti inde 1218 Febr. 6 confecti hic inserto. Laterani II. Id. Febr. anno tertio. — *Vghelli Ital. sacra I. 757; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 348. n. 31; Potthast 525. n. 5985; Horoy H-i opp. omn. III. 114. n. 119.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

1872. — *Laterani 13 Februarii.*

« Preposito et Capitulo ecclesie Sancti Salvii Albiensibus. » Eorum personas, locum in quo sunt divino obsequio mancipati, cum omnibus bonis et possessionibus, quas enumerat, sub protectione recipit. Laterani Idib. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 280. fol. 59; Horoy H-i opp. omn. III. 124. n. 122. ex mss. du Theil.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

1873. — *Laterani 13 Februarii.*

« (Hugoni) Decano, Thesaurario et Sacriste Nivernensibus. » Scribit ut colligant vicesimam ac elemosynam in truncis collectam, et ad (Herveum) comitem Nivernensem in transmarinis partibus laborantem ipsas integre transmittant, pro quo iterum litteras suas eisdem Papa direxerat. Laterani Idib. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 282. fol. 60; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 2; Bouquet Rec. XIX. 677; Potthast 525. n. 5987; Horoy H-i opp. omn. III. 125. n. 123.* — « CVM DILECTVS FILIVS. »

1874. — *Laterani 13 Februarii.*

« Guidoni de Caravate Subdiacono nostro Regio Capellano canonico de Clavennis. » Eius personam cum omnibus suis bonis sub protectione beati Petri suscipit. Laterani Idib. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 283. fol. 60.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

1875. — *Laterani 13 Februarii.*

« Preposito et Io. Bruxato canonico Novariensibus. » Vt statuant modum quo canonici Cumani decimas suae ecclesiae vel divisim vel communiter colligere valeant. Laterani Idib. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 284. fol. 60.* — « DILECTI FILII. »

1876. — *Laterani 13 Februarii.*

« Nobili viro Petro Saraceno militi Romano. » Confirmat annuum redditum quadraginta librarum sterlingorum quem Riccardus Dunelmensis episcopus ipsi et suis haeredibus contulit, et tenor privilegii hic refertur. Laterani Idib. Febr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 400. fol. 83; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

1877. — *(Laterani) 13 Februarii.*

Abbatem et conventum monasterii S. Mariae de Volkolderod Cisterc. ord. protegendos suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. « Literarum. » (Laterani) id. (iel. *legit Rud.*) Febr. ind. 61 (!) incarn. dom. anno 1218 pont. anno tertio. — *Frid. Rudolphi Gotha diplomatica (Frankfurt et Leipz. 1717. fol.) II. 267; Potthast 525. n. 5986; Horoy H-i opp. omn. III. 120. n. 121.* — « RELIGIOSAM VITAM ELIGENTIBVS. »

1878. — *Laterani 15 Februarii.*

« Abbati et fratribus Sancti Victoris Massiliensibus. » Ad exemplar Clementis Papae indulget ut etiam sine comitatu ca-

nonicorum et clericorum matricis ecclesiae possint de mortuorum domibus ad eorum coenobium corpora deportare, eorum scilicet qui se apud eos devoverint sepeliri, quatinus si canonici ab ipsis commoniti secundum antiquam consuetudinem ad obsequia malitiose convenire noluerint requisiti. Laterani XV. Kal. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 335. fol. 71; Belzunce Antiq. de Marseille II. 82; Potthast 525. n. 5988; Horoy H-i opp. omn. III. 126. n. 124.* — « CVM HOMINVM NON SIT. »

1879. — *Laterani 16 Februarii.*

« Aczoni Abbati Sancti Benedicti supra Padum. » Concedit ei et successoribus suis usum mitrae. Laterani XIIII. Kal. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. ep. 285. fol. 60; Mss. Vallic. I. 53. et I. 51. p. 251. integra; Horoy H-i opp. omn. III. 126. n. 125. (17 Febr.).* — « AD HOC IN ECCLESIA. »

1880. — *Laterani 18 Februarii.*

« Scolaribus Parisiensibus. » Concedit eis ut qui cupit ascendere cathedram magistralem postquam regendi licentiam ab eo ad quem ipsius collatio pertinet fuerit assecutus, libere possit in eadem regere facultate, obitu vel cessione concedentis non obstante, nisi a successore forte aliquid obiectum fuerit et probatum propter quod a regendi regimine sit merito repellendus. Laterani XII. Kal. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 308. fol. 64.* — « DIGNVM EST VT. »

1881. — *Laterani 18 Februarii.*

Decano et capitulo Parisiensibus indulget decimas novalium de nemoribus suis propriis, quae habuerunt ante concilium generale, prout redigentur in posterum ad culturam. Laterani XII. Kal. Martii anno tertio. — *Guérard Cartul. de l'égl. Notre-Dame de Paris I. 228; Potthast 525. n. 5990; Horoy H-i opp. omn. III. 128. n. 127.* — « CVM A NOBIS. »

1882. — *Laterani 18 Februarii.*

. Praemonstratensi abbati omnibusque coabbatibus et fratribus Praemonstr. ord. concedit, ut decimas de novalibus a tempore concilii generalis excultis solvere non teneantur. Laterani XII. Kal. Martii anno tertio. — *Le Paige Bibl. Praemonstr. 650; Potthast 525. n. 5991; Horoy H-i opp. omn. III. 127. n. 126.* — « CONTIGIT INTERDVM QVOD. »

1883. — *Laterani 18 Februarii.*

Eisdem significat, se, licet statutum fuerit in concilio Lateranensi ut fratres ordinis Praemonstratensis de alienis terris et a tempore praedicti concilii acquirendis, si eas propriis manibus aut sumptibus excoluerint, solvant decimas ecclesiis, quibus ratione praediorum ante solvebantur, statuere, ut de novalibus Praemonstratensium excultis a tempore dicti concilii nullus ab eis decimas exigere praesumat. Laterani XII. Kal. Martii anno tertio. — *Le Paige l. c. 651; Potthast 525. n. 5992; Horoy H-i opp. omn. III. 128. n. 128.* — « QVIA EIVS EST. »

1884. — *Laterani 19 Februarii.*

« Richardo de Marisco Episcopo Dunelmensi. » Cancellariae officium in regno Angliae, quod rex Iohannes constantem fidem et fidelem constantiam suam recognoscens eidem contulerat, confirmat. Laterani XI. Kal. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 288. fol. 60a; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 352. integra; Musaeum Brit. add. mss. 15351.* — « INVICTE FIDEI. »

1885. — *Laterani 20 Februarii.*

« Episcopo Neocastrensi. » Ei praefigit terminum perentorium apostolico conspectui comparendi pro causa quae vertitur inter ipsum et abbatem et conventum monasterii de Carra hoc praecipiens « cum autem huiusmodi terminum peremptorium assignamus, ius ecclesiae Romanae super hoc competens quod prosequendum certe persone commisimus dissimulare nolentes, efficere studeas ut in nullo appareat ex tua

parte defectus. » Laterani X. Kal. Martii anno tertio — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 286. fol. 60 a.* — « LICET IN CAVSA. »

1886. — *Laterani 20 Februarii.*

« Nifo Abbati Monasterii Sancte Marie de Carra. » Conceditur ei personaliter usus mitrae. Laterani X. Kal. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 289. fol. 60a; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 49.* — « AD ECCLESIASTICI DECORIS. »

1887. — *Laterani 20 Februarii.*

« Willelmo Abbati Monasterii Sancti Albani eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Ob reverentiam beati Albani gloriosi Anglorum protomartyris, cuius sacratissimum corpus in loco ipsorum requiescere dinoscitur, ad exemplar Calixti, Caelestini, Eugenii, Adriani, Alexandri, Lucii, Clementis et Caelestini III Romanorum Pontificum eorum monasterium sub beati Petri protectione recipit, bona possessionesque enumerat et confirmat, iura et privilegia amplificat. Laterani, per manum Ranerii Sanctae Rom. Ecclesiae Vicecancellarii X. Kal. Martii ind. VI. Incar. Domin. anno MCCXVIII (sic) anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 291. fol. 60a; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 353. integra; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Dugdale Monast. Anglic. II. 232. n. 21; Potthast 526. n. 5993; Horoy H-i opp. omn. III. 129. n. 729.* — « RELIGIOSAM VITAM ELIGENTIBVS. »

1888. — *Laterani 22 Februarii.*

« Fanensi, Senogaliensi et Esinati episcopis. » Vt obediant Nicolao Falconis subdiacono et capellano Papae cui rectoriam Massae et legationis officium in eorum partibus commisit, eique tamquam Apostolicae Sedi Legato humiliter et devote intendant. Laterani VIII. Kal. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 287. fol. 60a; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CVM DILECTO FILIO. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum fuit Eugubino, Castellano, Aretino, Ariminensi, Forosimphroniensi, Callensi, Vrbinati et Pisauriensi episcopis.

1889. — *Laterani 22 Februarii.*

« Episcopo Dunelmensi. » Cum nobilis vir Petrus Saracenus miles Romanus nuntius suus, ex parte sua et capituli Dunelmensis supplicasset ut a voto transfretationis propter ecclesiae suae necessitates ipse absolveretur, annuit ut Pandulfus Norwicensis electus Papae Camerarius et Apost. Sedis Legatus, inspectis rerum circumstantiis, votum suum pro certo bellatorum numero in subsidium Terrae Sanctae mittendo commutet. Laterani VIII. Kal. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 290. fol. 60a; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « OLIM PER DILECTVM. »

Ex Cod. Vat.: Scriptum est super hoc eidem Pandulfo Norwicensi electo.

1890. — *Laterani 23 Februarii.*

« Magistro Helye de Derham. » Ad instantiam Lodovici primogeniti regis Francorum, poenitentiam quam ei iniunxerat, videlicet ut Angliam absque Papae licentia non intraret, eidem relaxat, et ad servitium Stephani Cantuariensis archiepiscopi Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis ut libere revertatur permittit. Laterani VII. Kal. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 303. fol. 63.* — « VOLENTES DILECTVM. »

1891. — *Laterani 23 Februarii.*

« Vincentio et Roberto presbyteris, Egidio et Rad. Reginis. magistris Martino et Thome, Egidio et W(illelmo) clericis. » Indulget ut contra Provinciales haereticos cum Lodowico Philippi regis Francorum primogenito proficiscentes, fructus suorum bene-

ficiorum percipere possint per annum ac si in eorum ecclesiis residerent. Laterani VII. Kal. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 304[2]. fol. 63.* — « Cvm proposveritis. »

1892. — *Laterani 23 Februarii.*

« Vincentio et Roberto Presbyteris, Egidio, Rad. Reginis, Magistris Martino, Thome, Egidio et Willelmo clericis. » Ad instantiam Lodowici primogeniti regis Francorum indulget, ut non obstante publica poenitentia, quam eis G(uala) Cardinalis Ap. Sedis Legatus iniunxerat, eo quod in Angliam intraverant, possint ad superiores ordines et ecclesiasticas dignitates promoveri. Laterani VII. Kal. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 306. fol. 64; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Brit. add. mss. 15351; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 39; cf. Potthast 526. n. 5994.* — « Volentes dilectvm. »

1893. — *Laterani 23 Februarii.*

« Electo, decano et officiali Bituricensibus. » Narrat graves excessus patratos in priorem Grandimontensem a conversis eiusdem prioratus, qui dicti prioris cameram et ipsam Grandimontensem ecclesiam ausu sacrilego confringentes eundem priorem et alios eiusdem loci clericos detinebant inclusos et alias iniuriis et contumeliis gravibus afficere praesumebant: mandat ut excommunicationis sententiam in eos prolatam a Carnotensi episcopo tunc Pontiniacensi abbate et a priore sancti Victoris Parisiensi et quae in Papae privilegio continentur, invocato etiam auxilio brachii saecularis, observari faciant. Laterani VII. Kal. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 310. fol. 66; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 57; Horoy H-i opp. omn. III. 135. n. 130. ex mss. du Theil.* — « Cvm olim gravis. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est universis Archiepiscopis et Episcopis per regnum Francie constitutis.... quatenus tam ea que premissa sunt quam que in nostro privilegio continentur faciant in domibus ipsius ordinis per eorum dioceses constitutis illibata servari.

In e. m. Archiepiscopis et Episcopis in quorum diocesibus Domus Grandimontenses consistunt.

In e. m. Vicariis Episcopi Lemovicensis.

In e. m. Regi Francie et Comitibus, Baronibus et Nobilibus viris per regnum Francie, et Bituricensem, Narbonensem, Burdegalensem et Auxitanam provincias, Amalrico comiti Tholosano, Lemovicensi et Turenensi comitibus, Hugoni de Laziniaco, Helye de Reses et aliis Nobilibus per Lemovicensem et Pictavensem dioceses constitutis.

1894. — *Laterani 26 Februarii.*

« Abbati Sancti Benedicti supra Padum. » Cum ipse licentiam impetrasset ut monasterii sui et ecclesiarum suarum vicesimam inter homines suae iurisdictionis divideret, ac tres milites et quatuor pedites cum equis, armis et victualibus trium annorum in expensis ipsius vicesimae transmiserit in subsidium Terrae Sanctae, aliisque vassallis suis illuc transfretantibus centum imperialium libris datis, et viginti libras imperialium et quinque libras venetorum quae inde remanserant ad Papae praesentium destinaverit, si quid omisit in collectione dictae vicesimae misericorditer indulget. Laterani IIII. Kal. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 304. fol. 63.* — « Ex parte tva. »

1895. — *Laterani 26 Februarii.*

« Rad. Subdiacono. » Ad preces Lodovici primogeniti regis Francorum inhibet ne quis eum quandiu Papae placuerit, ad suscipiendos superiores ordines vel in capella sancti Boni Parisiensis, quam canonice assecutus est et curam non habet animarum, ad residentiam faciendam compellat. Laterani IIII. Kal. Martii anno tertio. —

Reg. Vat. lib. 3. epist. 305. fol. 64; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 138. n. 131. ex mss. du Theil. — « Precibvs dilecti filii. »

1896. — *Laterani 26 Februarii.*

« (Hugolino) episcopo Hostiensi Apost. Sed. Legato. » Vt in causa quae vertitur inter monasterium sancti Sixti Placentinum ex parte una et communitatem Cremonensem ex altera super curtibus Guastalle et Luciarie, praefigat partibus terminum quo per procuratores suos idoneos cum instrumentis *etc.* coram Papa compareant. Laterani IIII. Kal. Marti anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 324. fol. 69; Affò Ist. di Guastalla I. 361. n. 51. (27 Februar.), quem sequuntur Potthast 526. n. 5995, et Horoy H-i opp. omn. III. 139. n. 132.* — « Cvm cavsa qve. »

1897. — *Laterani 27 Februarii.*

« (Philippo) Feltrensi et Belunensi episcopo. » Vt sententiam suspensionis ab Aquilegensi patriarcha prolatam et a bon. m. electo Concordiensi confirmatam contra episcopum Polensem de simonia, periurio et dilapidatione accusatum firmiter observari faciant. Laterani III. Kal. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 302. fol. 63; Vghelli Ital. Sacr. V. 479; Potthast 526. n. 5997; Horoy H-i opp. omn. III. 139. n. 134.* — « Gvalfridvs presbyter. »

1898. — *Laterani 27 Februarii.*

« Prelatis et Clericis et Laicis Plebium Sancte Marie de Cese (*Potth.* de Fese), Sancti Georgii, Sancti Damiani, Sancti Erasmi, Sancti Andree de Portaria (*Potth.* Porcacio), Sancti Blasii de Macerino, (*Potth.* de Macrino), Sancti Iuvenalis de Agiano, Sancti Gregorii de Prachia, Sancti Laurentii de Castillone, Sancte Marie de Strictura, Sancte Marie de Oliveto, Sancte Marie de Colle Stracto, Sancti Valentini Castelli latii, Sancti Angeli de Petano, Sancte Marie de Echu, Sancte Marie de Cassia, Sancti Venantii de Tertone, Sancti Donati de Turre, Sancte Marie de Sala, Sancti Maximi de Fortamelone, Sancti Venancii de Melice, Sancti Spiritus et universis capellanis capellarum ad easdem plebes pertinentium. » Mandat eis ut Iterampnensi episcopo (*Vghelli* priori: *cf. Potth.*) et non episcopo Spoletano obediant, alioquin sententiam quam ipse episcopus tulerit in rebelles ratam habebit, eamque observari faciet. Laterani III. Kal. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 312. fol. 67; Vghelli Ital. Sac. I. 757; Potthast 526. n. 5996; Horoy H-i opp. omn. III. 139. n. 133.* — « Grave gerimvs et. »

1899. — *Laterani 28 Februarii.*

« Atrebatensi Episcopo. » Praecipit R. militem suae dioecesis, qui tonsuram in minori aetate constitutus susceperat, utpote qui modice scit legere vel cantare, cogendum non esse habitum clericalem deferre. Laterani II. Kal. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 313. fol. 67.* — « Vt consvltationi tve. »

1900. — *Laterani 28 Februarii.*

« Abbati Aquicintensi. » Absolvit eum a voto in subsidium Terrae Sanctae transfretandi cum non sine gravi sui monasterii dispendio votum adimplere nequeat, ita tamen ut orationibus et aliis Deo placitis operibus studiosus insistat et aliqua de bonis monasterii sine ipsius gravamine praeter vicesimam mittat in subsidium Terrae Sanctae. Laterani II. Kal. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 314. fol. 67.* — « Cvm sicvt ex litteris. »

1901. — *Laterani 28 Februarii.*

« Episcopo Morinensi. » Vt clericos uxoratos, si uxorem ceperunt in sacris ordinibus constituti, compellat eas dimittere, si vero uxores in minoribus constituti ordinibus

acceperunt, compellat dimittere beneficia. Laterani II. Kal. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 321. fol. 68; Mss. Vallicell. I. 53.* — « AD AVRES NOSTRAS. »

1902. — *Laterani 28 Februarii.*

« N. Cantori, E. Archidiacono, et Ph. cancellario Parisiensibus. » Vt procedant in causa quam Martinus diaconus habet adversus Rothomagensem archiepiscopum super praebenda Rothomagensis ecclesiae, in qua iam datum fuit apostolicum rescriptum ad iudices Ebroicenses procedendi « nisi forsan in litteris ad ipsos Ebroicenses iudices directis ex probabilibus causis fuerit signanter expressum ut procederent in dicto negotio non obstante quod idem de consensu partium vobis erat ab Apostolica Sede commissum. » Laterani II. Kal. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 322. fol. 68; Horoy H-i opp. omn. III. 141. n. 135. ex mss. du Theil.* — « LITTERE VESTRE. »

1903. — *Laterani 1 Martii.*

« Magistro Richardo de Lassewade clerico. » Concedit ut non obstantibus lateranensis concilii statutis possit de novo unum aliud beneficium habere etiam si curam habeat animarum adnexam propter eius specialia merita litteraturae et generis nobilitatis. Laterani Kal. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 307. fol. 64.* — « QVI BENE MERITOS. »

1904. — *Laterani 1 Martii.*

« Priori Grandimontensi eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Ad sopienda iurgia, quae eorum religionem longo iam tempore turbaverant, multitudinem indulgentiarum et privilegiorum eis a Romanis Pontificibus concessorum nunc ad compendium redigit, et sic observanda ipsis praesentibus litteris praescribit. Laterani per manum Ranerii Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarii. Kal. Martii Indict. VII. Incar. Domin. an. MCCXVIII. (sic) Pontif. Honorii III anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 309. fol. 64; Mss. Vallic. I. 53; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 351. n. 32; Potthast 526. n. 5998; Horoy H-i opp. omn. III. 143. n. 136.* — « AD SOPIENDAM MATERIAM. »

1905. — *Laterani 1 Martii.*

« Margarite relicte Imperatoris Constantinopolitani. » Ad preces A(ndreae) regis Vngariae suam eiusque natorum personas cum omnibus bonis sub protectione suscipit. Laterani Kal. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 311. fol. 67; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 22; Fejér Cod. dipl. III. I. 284; cf. Potthast 526. n. 5999; Horoy H-i opp. omn. III. 150. n. 137.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

1906. — *Laterani 1 Martii.*

« Abbati et Conventui Aquicintensibus. » Vt nulli eorum monasterii monachorum liceat accipere mutuo pecuniam sine litteris et assensu conventus, et si forsan quisquam contra hanc inhibitionem acceperit, monasterium minime obligatum existat. Laterani Kal. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 315. fol. 67.* — « QVIA MELIVS. »

1907. — *Laterani 2 Martii.*

« Rectori et clericis ecclesiae Sancti Petri de Foro Placentinis. » Confirmat quaternarium clericorum numerum olim in eorum ecclesia per ecclesiae Placentinae capitulum, ad quos eandem proponunt pertinere, institutum, nisi adeo ipsius excreverint facultates quod plures institui valeant in eadem. Laterani VI. Non. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 320. fol. 68.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

1908. — *Laterani 3 Martii.*

« Episcopo et Capitulo Ebroicensibus. » Manerium de Branford cum suis pertinen-

tiis nec non libertates et immunitates eorum ecclesiae ab Henrico seniore rege Angliae concessas et a suis successoribus roboratas, confirmat. Laterani V. Non. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 387. fol. 81; Musaeum Britann. Add. mss. 15351.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

1909. — *Laterani 4 Martii.*

« Archiepiscopis et episcopis per regnum Francie constitutis. » Vt sibi ipsis, Ecclesiae Romanae nomine, assignari faciant omnia tam mobilia quam immobilia quae domus Grandimontensis et eius cellae in eorum dioecesibus consistentes obtinent contra suae regulae instituta. Laterani IIII. Non. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 316. fol. 67; Horoy H-i opp. omn. III. 150. n. 138. ex mss. du Theil.* — « PRESENTIVM VOBIS. »

1910. — *Laterani 4 Martii.*

« Archiepiscopis et episcopis, Abbatibus, Prioribus et aliis ecclesiarum Prelatis ad quos littere iste pervenerint. » Vt bona Grandimontensis domus eiusdem Priori restituant, facientes singuli per eorum ecclesias publice nuntiari ut quicumque aliqua de bonis supradictae domus vel cellarum ipsius, nomine depositi, vel violenter vel alio modo illicito aut custodienda etiam receperint, ea infra quadraginta dies dicto priori restituant. Laterani IIII. Non. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 319. fol. 68; Mss. Vallic. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 152. n. 141. ex mss. du Theil.* — « SATAGENTES SOPIRE. »

1911. — *Laterani 4 Martii.*

« Colocensi et Bachiensi Capitulis. » Significat se A. praepositum sancti Laurentii et B. archidiaconum de Bodrog eorum nuntios benigne recepisse: non tamen ad praesens annuit electioni in eorum episcopum V. (*Potth.* de Cleto) regni Hungariae cancellarii, cum plura, quae non sunt in hoc negotio postponenda, plane non liqueant, et ideo aliquos ex ipsis, qui super pastoris provisione omnium vices gerat, una cum praedicto electo ad Curiam destinent. Laterani IIII. Non. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 323. fol. 69; Fejér Cod. dipl. III. I. 278; Theiner Mon. Hungar. I. 19. n. 31; Potthast 526. n. 6000; Horoy H-i opp. omn. III. 151. n. 140.* — « LITTERAS VESTRAS ET. »

Cod. Vat. addit: Super hoc scriptum est (Andreae) Regi Vngarie.

1912. — *Laterani 4 Martii.*

« A(ndreae) regi Vngarorum illustri. » Adprobat matrimonium inter filium ipsius et filiam L(eonis) regis Armeniae ita pactum ut eidem regi Armeniae ratione filiae prout haeres succedat in regnum. Laterani IIII. Non. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 325. fol. 69; Mss. Vallic. I. 53. et I. 51. p. 365. fragm.; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 33; Katona Hist. crit. V. 319; Fejér Cod. dipl. III. I. 279; Theiner Mon. Hung. I. 21. n. 33.* (5 Martii.) *Potthast 526. n. 6001; Horoy H-i opp. omn. III. 151. n. 139.* — « CVM SICVT TAM. »

Cod. Vat. addit: In eundem fere modum scriptum super hoc L(eoni) Armenie regi illustri.

1913. — *Laterani 5 Martii.*

« Magistro Guidoni Archidiacono Lemovicensi. » Vt thesaurum monasterii Grandimontensis et alia si qua de bonis ipsius et cellarum eius custodienda nomine depositi eidem concessa fuerant propter discordias quae in eo erant monasterio, restituat priori eiusdem monasterii, quia nunc praedictae discordiae sopitae sunt. Laterani III. Non. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 317. fol. 68; Horoy H-i opp. omn. III. 155. n. 144.* (5 Martii.) *ex mss. du Theil.* — « SATAGENTES SOPIRE. »

1914. — *Laterani 5 Martii.*

« Priori et fratribus Grandimontensis Ordinis. » Decernit ut licet ipse apostolico privilegio mandaverit quod sint contenti stare eorum regulae et alia privilegia et indulgentias non tenere, tamen quoad privilegium Clementis Papae, ipsis super exemptione concessum, quantum ad exemptionis articulum nihil immutetur. Laterani III. Non. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 318. fol. 68; Horoy H-i opp. omn. III. 154. n. 143. ex mss. du Theil.* — « LICET IN NOSTRO PRIVILEGIO. »

1915. — *Laterani 5 Martii.*

Archiepiscopis, episcopis aliisque ecclesiarum praelatis praecipit, ut fratrum Praemonstratensium privilegia conservent, praesertim quae ad exemptionem novalium pertineant. Laterani III. Non. Martii anno tertio. — *Le Paige Bibl. Praemonstr. 651; De Paepe Summaria chronolog. ecclesiae Parchensis 75; Sanderus abbatia Parchensis 19, et Chorographia sacra Brabantiae I. 175; cf. Wauters Table chronologique III. 510; Potthast 526. n. 6002. et in Append. p. 2087.* — « BENEFACIENS DOMINVS BONIS. »

1916. — *Laterani 5 Martii.*

Monasterium monialium de Valle s. Georgii (Salzinnes) Cisterc. ord. tuendum suscipit eiusque privilegia ac bona confirmat. Laterani III. Non. Martii anno tertio. — *Analectes p. s. à l'hist. ecclés. de la Belgique III. 190; Potthast 526. n. 6003.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

1917. — *Laterani 7 Martii.*

Priori et conventui Vallis Scholarum vivendi formam, quam iuxta b. Augustini regulam elegerant observandam et ad quam de approbatis religionibus quasdam institutiones proinde assumpserant, confirmat eosque protegendos suscipit. Laterani Non. Martii anno tertio. — *Gallia christ. IV. instr. p. 202; Bull. Rom. ed. Taur. III. 355; Potthast 526. n. 6004; Horoy H-i opp. omn. III. 155. n. 145.* — « EXHIBITA NOBIS EX. »

1918. — *Laterani 8 Martii.*

« Amalrico Comiti Tolosano. » Cum nonnulli aemuli sui per litteras apostolicas ipsum faciant ad diversa loca citari ad quae sine gravi periculo nec ire potest nec procuratores idoneos destinare quatinus in ipsum quasi ob contumaciam excomunicationis sententiam faciant promulgari; et cum sua virtus et devotio multos ei pepererit inimicos, indulget ut coram nullo teneatur dicere causam suam nisi coram Papae Legato. Laterani VIII. Id. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 350. fol. 75; Mss. Vallicell. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 678; Potthast 526. n. 6005; Horoy H-i opp. omn. III. 156. n. 146.* — « EX PARTE TVA. »

1919. — *Laterani 11 Martii.*

« Archiepiscopo Cretensi. » Concedit ei ad tempus episcopatum sancti Miri ut suis necessitatibus subveniat, quem P(elagius) Albanensis episcopus dum legationis officio in partibus Romaniae fungebatur ipsi concesserat donec ab Apostolica Sede aliter de eodem disponeretur. Laterani V. Id. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 330. fol. 70; Horoy H-i opp. omn. III. 158. n. 148.* — « NOBIS EXPONERE PROCVRASTI. »

1920. — *Laterani 11 Martii.*

« Eidem. » Indulget ut absolvere possit incidentes in canonem latae sententiae tam laicos quam clericos Cretensis insulae, nisi Legatus Ap. Sedis fuerit in partibus Romaniae. Laterani V. Id. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 332. fol. 70.* — « NOBIS HVMILITER. »

1921. — *Laterani 11 Martii.*

« Abbatisse et monialibus Fontis Ebraudi. » Earum monasterium, quod « et magne religionis odore prefulget, et nimia paupertate gravatur, » a solutione vicesimae impositae pro subsidio Terrae Sanctae eximit, non obstante quod comiti Marchiae de terra

sua et S. de Maloleone crucesignato vicesimam Pictavensis dioecesis, in qua eorum monasterium situm est, concessisset. Laterani V. Id. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 333. fol. 70; Bouquet Rec. XIX. 679; Potthast 526. n. 6006; Horoy H-i opp. omn. III. 157. n. 147.* — « Etsi fverit in. »

1922. — *Laterani 11 Martii.*

« Cathalaunensi episcopo. » Concedit ut non cogatur providere de beneficiis clericis promotis ad sacros ordines a praedecessore suo, nisi aliqua duarum ecclesiarum quae ad ipsum spectant vacare contigerit, vel aliorum beneficiorum donatio ad manus suas devenerit. Laterani V. Id. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 354. fol. 75; Horoy H-i opp. omn. III. 158. n. 149. ex mss. du Theil.* — « Nobis hvmiliter. »

1923. — *Laterani 12 Martii.*

« Furconensi et Aprutino episcopis et abbati de Carpineto diocesis Pennensis. » Cum monachos monasterii sancti Clementis de Piscaria, exigentibus culpis suis, eligendi sibi abbatem ista vice privaverit et diversas electiones ab ipsis minus canonice attemptatas cassaverit, mandat ut accedant ad dictum monasterium eique de persona idonea canonice in abbatem provideant. Laterani IIII. Id. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 326. fol. 69.* — « Cassatis diversis electionibvs. »

1924. — *Laterani 12 Martii.*

« Vigintimiliensi Episcopo. » Vt vicesimam proventuum ecclesiasticorum suae diocesis colligat ferendam ultra mare per crucesignatos civitatis et dioecesis Vigintimiliensis et distribuendam ibidem iuxta tenorem generalium litterarum quae dudum fuerunt per singulas provincias destinatae. Laterani IIII. Id. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 336. fol. 71; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 2.* — « Presentivm tibi. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum universis episcopis per Lombardiam constitutis.

1925. — *Laterani 13 Martii.*

« (Iordano) Episcopo Paduano. » Vt observari faciat sententias excommunicationis et interdicti contra Tervisinos a patriarcha Gradensi latas eo quod quaedam castra et villas Feltrensi et Bellunensi episcopo usurpaverant, qui etiam stare mandatis (Hugolini) Hostiensis et Vellentrensis episcopi Apost. Sedis Legati contumaciter contempserunt, praefigentes eis terminum ut apostolico conspectui se praesentent, quod autem super hoc duxerit faciendum suis litteris Papae intimet. Laterani III. Id. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 328. fol. 69.* — « Venerabilis fratris nostri. »

1926. — *Laterani 14 Martii.*

« Capitulo Tarentino. » Cassata electione in eorum ecclesia facta (post Gualterii episcopi obitum) quia contra formam legesque laterani concilii in eadem processum fuerat, eisque hac vice eligendi potestate privatis, mandat ut ea quae ad archiepiscopale ius pertinent, salvis eorum iustitiis, faciant diligenter custodiri quousque illi fuerit a se de idonea persona provisum. Laterani II. Id. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 327. fol. 69; Vghelli Ital. sac. IX. 137; cf. Potthast 527. n. 6008.* — « Examinata electione. »

1927. — *Laterani 14 Martii.*

« Episcopo, Decano et magistro Alberico canonico Carnotensibus. » Mandat, observari faciant sententiam latam ab A. subdiacono et capellano Papae, ut Bartholomaeus presbyter Cenomanensis, qui ab abbate et conventu de Cultura Cenomanensibus ad ecclesiam sancti Rigomeri de Bosco

fuerat praesentatus, praesentationis litteras archipresbytero et archidiacono Cenomanensibus iuxta consuetudinem offerat, ipsumque presbyterum praesentatum ab illis episcopus Cenomanensis admittat. Laterani II. Id. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 329. fol. 70; Horoy H-i opp. omn. III. 159. n. 151. ex mss. du Theil.* — « DILECTVS FILIVS. »

1928. — *Laterani 14 Martii.*
Praeposito de Selbold ecclesiam de Grinda a Friderico rege Siciliae in Romanorum imperatorem electo praepositurae eius libere in augmentum praebendarum collatam confirmat. Laterani II. Id. Martii anno tertio. — *Würdtwein Dioec. Mogunt. III. 165; Potthast 526. n. 6007; Horoy H-i opp. omn. III. 159. n. 150. (11 Martii).* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

1929. — *Laterani 15 Martii.*
« Archiepiscopo Cretensi. » Vt corrigat et reformet excessus episcoporum suffraganeorum, abbatum et clericorum, tam graecorum quam latinorum, qui per suam proprovinciam sunt constituti et contradictores per censuras ecclesiasticas compescat. Laterani Idib. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 331. fol. 70.* — « NE VENERABILES FRATRES. »

1930. — *Laterani 15 Martii.*
« (Roderico) Archiepiscopo Toletano. Ap. Sedis Legato. » Indulget ut crucesignatorum possit commutare vota, ita ut ad pugnandum eant contra Mauros in Ispania, magnatibus et militibus dumtaxat exceptis, quos a voto, quod de ipsius Terrae subsidio emiserunt, nolit aliquatenus excusari, nisi forsan aliqui essent ita infirmi vel pauperes quod eorum accessus ad dictam Terram inutilis videretur. Laterani Idib. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 334. fol. 71; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 45.* — « SVPPLICASTI NOBIS. »

1931. — *Laterani 15 Martii.*
« Vniversis Christi fidelibus per Yspaniam constitutis. » Vt una cum Toletano archiepiscopo Apost. Sedis Legato ac magnatibus Yspaniae qui contra Mauros in illis partibus existentes signum crucis assumpserunt, viriliter procedant, eisque et omnibus aliis personis qui subsidium pro eodem negotio impertiti fuerint, indulgentias concedit. Laterani Idib. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 338. fol. 71; Mss. Vallicel. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 45.* — « DIVINI ALTITVDO CONSILII. »

1932. — *Laterani 15 Martii.*
« Monopolitano, Litiensi et Castrensi episcopis. » Vt secundum interrogationes quas R(ainerius) sanctae Mariae in Cosmidin diaconus Cardinalis suis eis litteris dirigit interclusas testes recipiant super quaestione inter archiepiscopum et monachos monasterii sancti Andreae de Insula Brundusina, quae olim tempore bonae memoriae Th. abbatis eiusdem monasterii mota fuit super iure confirmandi et benedicendi priorem eiusdem monasterii. Laterani Idib. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 342. fol. 72.* — « VENERABILI FRATRE. »

1933. — *Laterani 15 Martii.*
« Eidem (Amalrico comiti Tolosano). » Permittit ut in castris suis capellas construere possit, sine iuris praeiudicio alieni, requisito et habito dioecesanorum episcoporum consilio et consensu. Laterani Idib. Martii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 351. fol. 75; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 37.* — « VOLENTES PRECIBVS TVIS. »

1934. — *Laterani 15 Martii.*
Eistetensi capitulo confirmat possessionem pacificam ecclesiae de Hemesfurte (Heinsfurt prope Oettingam) ipsi ab (Hartwico) episcopo Eistetensi collatam. Laterani Id. Martii anno tertio. — *Lang Regesta II. 92; Potthast 527. n. 6010.*

1935. — *Laterani 15 Martii.*

B(ertranno) tit. SS. Iohannis et Pauli presbytero card. apostolicae sedis legato mandat, ut ecclesias suae legationis incastellatas excastellari faciat neque incastellari de cetero permittat. Laterani Id. Martii anno tertio. — *Duchesne hist. Franc. scr. V. 853. n. 6; Bouquet Rec. XIX. 678; Potthast 527. n. 6011; Horoy H-i opp. omn. III 161. n. 152.* — « PRAESENTIVM TIBI AVCTORITATE. »

1936. — *Laterani 16 Martii.*

« Capitulo Sancte Marie Vercellensi. » Vt Iacobum A(ldebrandini) tit. sancti Eustachii diaconi Cardinalis clericum, cui morum honestas et talentum scientiae suffragantur, in canonicum et fratrem recipiant, alioquin ab abbate sancti Petri in Coelo Aureo, Henrico et Willelmo canonicis canonicae S. Walerii Papien. per censuras ecclesiasticas compellentur. Laterani XVII. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 337. fol. 71.* — « QVANTO VIM NOSTRE. »

In eundem modum scriptum est super hoc eisdem abbati et canonicis, verbis competenter mutatis.

1937. — *Laterani 16 Martii.*

« Archiepiscopo Toletano Apost. Sed. Legato. » Concedit ad triennium ut recipiat medietatem tertiae decimarum suae provinciae, quae ornamentis ecclesiarum et fabricis destinatae a quibusdam laicis tenentur et eas in proprios usus pro magna parte convertuntur, eamque dividat inter crucesignatos qui secum contra Mauros militant. Laterani XVII. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 373. fol. 79; Mss. Vallicell. I. 53.* — « EX PARTE TVA. »

1938. — *Laterani 16 Martii.*

Abbati et conventui Caesariensi (Kaisersheim) arbitrium, quod inter eos et conventum Elwacensem praepositus Eistetensis cum arbitris suis ab utraque electis super decima de Aicheim protulit, confirmat. Laterani XVII. Kalendas Aprilis anno tertio. — *Wirtemb. UB. III. 76. n. 613; Potthast 527. n. 6013; Horoy H-i opp. omn. III. 162. n. 154.* — « CVM A NOBIS. »

1939. — *Laterani 17 Martii.*

« Ysabelle illustri regine Anglie. » Vt nemo in eam sine speciali Papae mandato valeat excommunicationis sententiam proferre, sententia excommunicationis quam Xanctonensis episcopus vel alius in eam dicitur promulgasse nequaquam obstante quominus praesens indulgentia suam imposterum obtineat firmitatem. Laterani XVI. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 339. fol. 72; Mss. Vallic. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 60; Horoy H-i opp. omn. III. 166. n. 156. ex mss. da Theil.* — « ETSI DIGNVM. »

1940. — *Laterani 17 Martii.*

« Abbati Sancti Florentii de Salmurio Andegavensis diocesis et Decano et Cancellario Carnotensibus. » Audita relatione G(regorii) sancti Theodori diaconi Cardinalis, mandat ut relaxent sententiam suspensionis ab administratione, quam episcopus Cenomanensis post interpositam appellationem promulgavit in abbatem sancti Georgii de Nemore, et ad dictum monasterium accedentes inquirant, et quod canonicum fuerit statuant. Laterani XVI. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 344. fol. 73; Horoy H-i opp. omn. III. 163. n. 155. ex mss. du Theil.* — « VENERABILI FRATRI NOSTRO. »

1941. — *Laterani 18 Martii.*

« Henrico Preposito et fratribus Richerspergensibus Ordinis Sancti Augustini Pataviensis diocesis. » Eorum personas, ecclesiam, bona et possessiones, quas enumerat, confirmat. Laterani XV. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 346. fol. 74; Mon. Boica IV. 428; UB. ob der Enns II. 600; Potthast 527. n. 6014; Horoy H-i*

opp. omn. III. 166. n. 197. — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

1942. — *Laterani 20 Martii.*

« Abbati et Conventui Sancti Xisti Placentinis. » Vt per se vel per procuratorem idoneum compareant coram Papa pro causa terminanda quam habent cum abbate et conventu Casae Dei, qui asserit illorum monasterium sibi subesse, alioquin cum causa super hoc per triennium et amplius, sicut praedicti abbas et conventus asserunt, iam fuerit protracta, ipse Papa quantum de iure poterit procedet. Laterani XIII. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 343. fol. 72.* — « EX PARTE ABBATIS. »

In eundem fere modum scriptum est Electo et Abbati sancti Vincentii et Archidiacono Mediolanensibus, quos de superiori epistola certiorat, ut eidem negotio, in quo erant iudices, supersedeant. Dat. ut supra.

1943. — *Laterani 20 Martii.*

« (Roderico) Archiepiscopo Toletano Ap. Sed. Legato. » Vt supersedeat ab executione mandati editi in concilio generali, ut iudaei in regno Castellae constituti signum ferant, cum tam ipse tam Fernandus rex Castellae referant Iudaeos hoc adeo graviter ferre, ut nonnulli eorum potius eligant ad Mauros confugere quam signa huiusmodi baiulare, et huius rei occasione conspirationes et conventicula facientibus, grave posset dispendium generari et in ipso regno scandalum suboriri. Laterani XIII. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 349. fol. 75; Mss. Vallicel. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 46.* — « EX PARTE KARISSIMI. »

1944. — *Laterani 20 Martii.*

Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut fratrum ordinis Praemonstratensis privilegia et indulgentias ab apostolica sede eisdem concessas inviolabiliter conservent. Laterani XIII. Kal. Apr. anno tertio. — *Erben Reg. Bohem. I. 284. n. 608; Potthast 527. n. 6015; cf. n. 6002 ad diem 5 Martii, in hoc reg. n. 1915.*

1945. — *Laterani 20 Martii.*

Priorissae ac monialibus monasterii S. Mariae de Rocca Vercellens. dioc. confirmat sententiam, quam abbas S. Petri in Coelo aureo Papiensi pro eis contra Lotarium plebanum ecclesiae s. Germani de Palagolo super decimis possessionis cuiusdam quae Braida de Stafila dicitur, protulit. Laterani XIII. Kal. Apr. anno tertio. — *Hist. patr. monum. Chart. II. 1292. n. 1762. perperam ad an. 1218; Potthast App. p. 2087. n. 6015 a-26031.* — « CVM A NOBIS. »

1946. — *Laterani 20 Martii.*

Eisdem confirmat sententiam, quam praepositus maioris ecclesiae et prior S. Salvatoris Papienses pro eis contra Vercellensem episcopum monasterium illarum subicere sibi volentem protulerunt. Laterani XIII. Kal. Apr. anno tertio. — *Hist. patr. monum. Chart. II. 1292. n. 1763. male ad a. 1218; Potthast App. p. 2088. n. 6015 b-26032.* — « CVM A NOBIS. »

1947. — *Laterani 20 Martii.*

Iohanni abbati S. Trinitatis Militensis ac abbati S. Mariae Iosaphat et Gaspari priori S. Clementis Messanae mandat, ut transgressores compositionis inter Lucam archimandritam Messanensem et Bernardum magistrum fratresque Domus leprosorum de Cathana super eadem domo *etc.* initae excommunicent. Laterani XIII. Kal. Apr. anno tertio. — *Pirrus Sicil. sacra 982; Potthast App. p. 2088. n. 6015 c-26033.*

1948. — *Laterani 21 Martii.*

« Decano Bumensi, Preposito de Lacu sancte Marie, et magistro Cimoni canonico nove ecclesie de Huxaria, Coloniensis, Mindensis et Palderburnensis (sic) diocesum. » Mandat ut decidant causam inter Thomam electum in praepositum, et decanum et ca-

pitulum ecclesiae Susatiensis ex una parte, et archiepiscopum Coloniensem ex altera super validitate electionis dicti praepositi, et super eo quod electus Monasteriensis in eiusdem praepositurae Susatiensis administrationem se ingesserat, bona dissipaverat et synodum ibidem celebrans electum ipsum de facto ab officio beneficioque suspenderat, eisque articulos super quibus a partibus litis contestatio facta fuit transmittit sub sigillo R(ainerii) sanctae Mariae in Cosmidin diaconi Cardinalis qui in hac causa fuit auditor. Laterani XII. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 347. fol. 74.* — « OLIM CORAM DILECTO. »

1949. — *Laterani 22 Martii.*

« Abbati et Conventui Sancti Victoris Massiliensibus. » Confirmat possessionem bonorum de patrimonio Rochelini (*Potth.* Roncalini) quondam eorum monasterii monachi, quae de mandato I(nnocentii) Papae eisdem assignata fuerant. Laterani XI. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 340. fol. 72; cf. Belzunce Antiq. de l'égl. de Marseille II. 71; cf. Potthast 527. n. 6016. (23 Martii); Horoy H-i opp. omn. III. 167. n. 158. ex mss. du Theil.* — « GAVDEMVS MANDATA. »

Cod. Vat. addit: Scriptum est super hoc conservatoribus Preposito Tolonensi et Isnardo canonico Regensi, ne permittant supradictos abbatem et conventum in possessione dictorum bonorum indebite molestari, molestatoresque per censuras ecclesiasticas compescant. Laterani XI. Kal. Apr. anno tertio.

1950. — *Laterani 23 Martii.*

« Priori Sancte Marie de Cructaris Cretensis diocesis, preposito Rivensi et Petro canonico Gerapetrensi. » Mandat ut, cum ab archiepiscopo Cretensi requisiti fuerint, compellant molestatores ipsius archiepiscopi in Constantinopolitana et insula Cretensi constitutos ab indebita molestatione desistere. Laterani X. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 341. fol. 72.* « QVONIAM NIMIS. »

1951. — *Laterani 26 Martii.*

« Eidem (Bertranno tituli sanctorum Iohannis et Pauli Presbytero Cardinali Ap. Sed. Legato). » Vt concedat A(malrico) comiti Tolosano licentiam alio transferendi capellas quibus, cum nimium vicinae sint castris suis, pericula evenire possunt, proviso ut ecclesiis quas transferri contigerit ita provideatur tam loco opportuno quam possessionibus parrochianis et aliis, ut detrimentum occasione translationis huiusmodi non incurrant. Laterani VII. Kalendas Aprilis anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 353. fol. 75; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 37; Bouquet Rec. XIX. 678; Potthast 527. n. 6012. (16 Martii); Horoy H-i opp. omn. III. 101. n. 153. (17 Martii).* — « DILECTVS FILIVS NOBILIS. »

1952. — *Laterani 26 Martii.*

« Priori ecclesie Sancti Petri, Leopardo, Obertino et Vmberto germanis, Andree et Petro germanis, Raynaldo et Angelo dominis Castri Montis Sancti Petri eorumque heredibus Ecclesie Romane fidelibus. » Ad exemplar Coelestini (II) et Innocentii (III) Romanorum Pontificum confirmat donationem de castro Montis sancti Petri posito in comitatu Auximano a Benedicto Papa (X) eorum praedecessoribus factam, et privilegium Benedicti Pape refertur. Laterani VII. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 365. fol. 77; Mss. Vallicell. I. 53; Compagnoni Mem. della Chiesa di Osimo V. 44. n. 21; Theiner Cod. dipl. Domin. Temporal. S. Sedis I. 50. n. 72; Potthast 527. n. 6017. Append. p. 2088; Horoy H-i opp. omn. III. 168. n. 159.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

1953. — *Laterani 26 Martii.*

« Priori ecclesiae sancti Petri, Iohanni Leopardo, Obertino et Humberto germanis, Andree et Petro germanis, Raynaldo et Angelo Dominis Castri Montis Sancti Petri. » Concedit ut agere possint contra aliquos molestatores suos qui tenent aliqua de bonis castri Montis sancti Petri coram episcopo Auximano, vel potestate vel consulibus Auximanae civitatis, eaque sibi, salvo iure et annuo censu Apostolicae Sedis, revocare. Laterani VII. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 366. fol. 78; Compagnoni l. c. 45. n. 22; Theiner l. c. n. 73; Potthast 527. n. 6018. (26 Martii.) et in Append. p. 2088; Horoy H-i opp. omn. III. 170. n. 160. (27 Martii).* — « SIGNIFICANTIBVS VOBIS. »

1954. — *Laterani 26 Martii.*

« Vniversis Rectoribus, Decanis, Presbyteris et Vicariis ecclesiarum Archidiaconatus de Novo Burgo Ebroicen. » Vt obediant et debitam reverentiam impendant magistro Ricc(ardo) eorum archidiacono, alioquin sententiam quam ipse tulerit in rebelles ratam habebit et inviolabiliter observari faciet. Laterani VII. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 391. fol. 82.* — « PRESENTIVM VOBIS AVCTORITATE. »

1955. — *Laterani 27 Martii.*

« B(ertranno) tituli sanctorum Iohannis et Pauli presbytero Cardinali Ap. Sed. Legato. » Vt circa poenam et absolutionem ac mitigationem poenae illorum qui in Septam et Bugiam ac etiam ad partes orientales cum mercimoniis navigarunt contra constitutionem concilii generalis, libere faciat prout ei viderit expedire, et alia eidem committit circa clericos qui sacros ordines extra statuta tempora vel excommunicati susceperunt, et circa praestationem vicesimae ad quam fratres Hospitalis Ierolimitani et monachi Cisterciensis et Praemonstratensis ordinum tenentur. Laterani VI. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 352. fol. 75; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 37.* — « ABSOLVTIONEM ET PENAM. »

1956. — *Laterani 27 Martii.*

« Archiepiscopis et Episcopis per regnum Francie constitutis. » Non obstante concessione facta de quadam parte vicesimae eorum ecclesiarum Ph(ilippo) regi Francorum pro negotio pacis et fidei in Provinciae partibus, mandat ne vicesimam a monasterio Cluniacensi exigant, nec exigi ab aliquo permittant, cum pro relevatione debitorum quibus gravissime premebatur, tam I(nnocentius) Papa praedecessor suus, quam ipse illud absolverunt. Laterani VI. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 359. fol. 76; Mss. Vallicel. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 679; Potthast. 527. n. 6020; Horoy H-i opp. omn. III. 173. n. 164.* — « LICET QVANDAM PARTEM. »

1957. — *Laterani 27 Martii.*

« Abbati de Scarpio et Scale Dei Cartusiensis ordinis et sanctarum Crucum Prioribus Ilerdensis et Terraconensis diocesum. » Vt inquisitionem faciant de vita et actibus Oscensis episcopi qui, referente archiepiscopo Terraconensi, cuius suffraganeus existit, adeo est dilapidationis et incontinentiae vitiis publice diffamatus, ut haec absque scandalo nequeant indiscussa relinqui, et praefigant dicto episcopo terminum comparendi coram Papa. Laterani VI. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 367. fol. 78; Mss. Vallicell. I. 53.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

1958. — *Laterani 27 Martii.*

« Sancti Rufi et Scale Dei Prioribus et Magistro Vitali subdiacono nostro Archidiacono Terraconensi, Terraconensis et Ilerdensis diocesum. » Mandat, inquirant super

vita et actibus episcopi Vrgellensis suffraganei archiepiscopi Terraconensis, qui de simonia, dilapidatione et incontinentia accusatur. Dat. ut supra. (Laterani VI. Kal. Apr. anno tertio). — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 368. fol. 78; Mss. Vallicell. I. 53.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

1959. — *Laterani 27 Martii.*

« P(andulfo) Norwicensi electo Camerario nostro Apost. Sedis Legato. » Ad instantiam Henrici regis Angliae, mandat ut dispenset super voto crucis cum quibusdam nobilibus et fidelibus suis crucesignatis, qui de bonis propriis iuxta eorum facultates pro subsidio Terrae Sanctae idem votum affectant redimere. Laterani VI. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 395. fol. 82; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Brit. add. mss. 15351; Horoy H-i opp. omn. III. 172. n. 162. ex mss. du Theil.* — « KARISSIMVS IN CHRISTO. »

1960. — *Laterani 27 Martii.*

« Eidem. » H(enrico) rege Angliae adprecante, mandat ut compellat Luwelinum principem Walliae ad conservanda castra, redditus, dignitates et alia iura, quae iuramento interposito conservare fideliter tenetur pro rege praedicto. Laterani VI. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 396. fol. 83; Mss. Vallic. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 40; Horoy H-i opp. omn. III. 171. n. 161.* (*cum titulo:* ad Bertrannum Cardinalem Apostolicae Sedis Legatum). — « CVM SICVT. »

1961. — *Laterani 27 Martii.*

« Eidem. » Mandat compellat iustitiarium Hyberniae, ut de redditibus et aliis quae de bonis H(enrici) regis Angliae perceperat, coram eodem rege rationem reddat, qui consilio inconsulto seductus non solum accedere hactenus contempsit ad eum, verum etiam praesumpsit eidem multipliciter adversari. Dat. ut supra. (Laterani VI. Kal. Apr. anno tertio). — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 397. fol. 83; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Theiner Mon. Hiber. 9. n. 23; Potthast 527. n. 6019; Horoy H-i opp. omn. III. 172. n. 163.* — « MIRARI COGIMVR. »

1962. — *Laterani 28 Martii.*

« Abbati et Priori sancti Godardi Georiensis diocesis et preposito Georiensi. » Vt decidant causam inter priorem et conventum sancti Martini de Pannonia ex una parte et (Robertum) Vesprimiensem episcopum ex altera super quadam compositione, mediante Innocentio Papa praedecessore, inter ipsum episcopum et (Vriam) abbatem eiusdem monasterii, sine tamen ipsorum prioris et conventus assensu, inita. Laterani V. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 355. fol. 76; Fejér Cod. dipl. VII. V. 220; Potthast 527. n. 6022.* — « CVM PRIOR ET CONVENTVS. »

1963. — *Laterani 28 Martii.*

« Bertholoto et Bartholomeo canonicis Ianuensibus. » Vt restitui faciant per capitulum Albiganense eorum episcopo quasdam ecclesias, quas Albiganensis episcopus praedecessor suus eidem capitulo ex illicita pactione cum eo inita ante promotionem suam contulit, et a quibus L. episcopus Vercellensis et abbas de Tillieto visitatores ecclesiarum Lombardiae, super hiis inquisita et cognita veritate, dictum capitulum penitus excluserunt. Laterani V. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 358. fol. 76.* — « SIGNIFICAVIT NOBIS. »

1964. — *Laterani 28 Martii.*

« Sancte Radegundis et Sancti Ylarii Prioribus, et subdecano Sancti Ylarii Pictavensibus. » Vt ad officia et beneficia restituant canonicos Beatae Mariae Maioris Pictavensis, quos inobedientiae causa episcopus

Pictavensis excommunicaverat, et archiepiscopus Burdegalensis in sua pertinacia perdurantes in concilio provinciali officio beneficioque privaverat donec redeuntes ad cor, inobedientiae vitio per subsequentem obedientiam expiato, a Sede Apostolica restitui mererentur. Laterani V. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 360. fol. 76; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 174. n. 166. ex mss. du Theil.* — « VENERABILIS FRATER. »

1965. — *Laterani 28 Martii.*

« Archiepiscopo Terraconensi. » Vt provideat clericis suae dioecesis qui plures ecclesias parrochiales obtinebant et ibidem non residentes eas personis inutilibus et indignis committebant: pro quorum defectu quasi oves sine pastore aberrant populi earumdem et non solum in alia vitia verum etiam in haereses aliquando prolabuntur. Laterani V. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 369. fol. 78; Mss. Vallicell. I. 53.* — « EX PARTE TVA. »

1966. — *Laterani 28 Martii.*

« Clero et Populo Civitatis et diocesis Bononiensis. » Vt magistro Gratiae capellano Papae et eorum archidiacono vel ipsius vicario obediant in iis quae ad officium et iurisdictionem archidiaconatus pertinent secundum canonica instituta et approbatam consuetudinem, alioquin sententiam quam idem archidiaconus tulerit in rebelles ratam habebit. Laterani V. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 372. fol. 78; Sarti de Archig. Bonon. prof. II. 175; Savioli Ann. Bologn. II. 11. 402; Potthast 527. n. 6023; Horoy H-i opp. omn. III. 175. n. 167.* — « CVM DILECTO FILIO. »

1967. — *Laterani 28 Martii.*

Abbate et conventu S. Portus Cisterc. ord. postulantibus statuit, ut festivitas dedicationis ecclesiae suae III. Non. Oct. annis singulis perpetuo celebretur. Laterani V. Kal. Apr. anno tertio. — *Martene Thes. anecd. I. 872; Potthast 527. n. 6021; Horoy H-i opp. omn. III. 173. n. 165.* — « POSTVLASTIS A NOBIS. »

1968. — *Laterani 28 Martii.*

(Robertum) episcopum Vesprimiensem ab itinere Romam suscipiendo dispensat, et litem inter ipsum et (Vriam) abbatem de Monte Pannoniae arbitrio abbatis et prioris S. Gothardi et praepositi Geuriensis decidi iubet. Laterani V. Kal. Apr. anno tertio. — *Fejér Cod. dipl. III. 1. 284; Potthast 527. n. 6024.*

1969. — *(Laterani) 28 Martii.*

Prohibet, ne bona monasterii s. Petri ad Aram (Neapoli) in alios quam canonicorum ibi servientium usus convertantur. (Laterani) V. Kal. Apr. anno tertio. — *Pennottus Cleric. canon. historia 668; Potthast 528. n. 6025.* — « INCVMBIT NOBIS. »

1970. — *Laterani 29 Martii.*

« Priori et fratribus Scale Dei Cartusiensis ordinis. » Confirmat quasdam decimas eis ab archiepiscopo Terraconensi concessas quae infra terminos eorum ad ipsum spectabant. Laterani IIII. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 356. fol. 76.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

1971. — *Laterani 29 Martii.*

« Magistro et fratribus Militie Templi Massiliensibus. » Ne molestent magistrum Rolandum qui aemulans carismata meliora, petita a Magistro licentia nec obtenta, ex eadem militia se transtulit ad monasterium sancti Victoris Massiliensis. Laterani IIII. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 375. fol. 79; Horoy H-i opp. omn. III. 176. n. 169. ex mss. du Theil.* — « DILECTI FILII. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est Magistro et fratribus Militie Templi de Rua pro W. de Taulano.

1972. — *Laterani 29 Martii.*

« Leodiensi Episcopo. » Vt moneat praepositum Lovaniensem et magistros A. et P. canonicos Leodienses et I. de Nivella, quibus dispensandi cum crucesignatis et distribuendi ea quae dantur ab ipsis crucesignatis pro subsidio Terrae Sanctae in dioecesi Leodiensi cura est commissa, ut Th. domino de Rupeforti transfretare volenti sint auxilio prout ipse et illi viderint expedire. Laterani IIII. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 382. fol. 80; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Nobilis vir Th. »

1973. — *Laterani 29 Martii.*

« (Pandulfo) Norwicensi electo, Camerario nostro Apost. Sed. Legato. » Vt ad instantiam H(enrici) regis Angliae destrui faciat adulterinas munitiones et quascumque constructas tempore guerrae, ad formam pacis initae prout a praelatis et magnatibus terrae coram G(uala) tituli sancti Martini presbytero Cardinali tunc Apost. Sedis Legato approbatum fuit. Laterani IIII. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 393. fol. 82; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* « Karissimvs in Christo. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum rectori et consiliariis Regis ut eidem Legato super hoc impendant consilium et auxilium oportunum.

1974. — *Laterani 29 Martii.*

« Eidem. » Vt praelatos ecclesiarum de Hybernia cogat exhibere debita servitia in quibus ob regalia et feuda H(enrico) regi Anglorum tenentur, quae ei iamdiu maxime toto tempore guerrae indebite subtraxerant. Laterani IIII. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 398. fol. 83; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 40; Theiner Mon. Hibern. 10. n. 24; Pothast 528. n. 6026; Horoy H-i opp. omn. III. 175. n. 168.* — « Svam ad nos. »

1975. — *Laterani 29 Martii.*

« Eidem. » Vt iuramenta a magnatibus regni Angliae coram G(uala) tit. sancti Martini Ap. Sedis Legato exhibita de honoribus et iuribus regis Anglorum promovendis, prout ex instrumento confecto exinde dicitur plenius contineri, observari faciat. Dat. ut supra. (Laterani IIII. Kal. Apr. anno tertio). — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 399. fol. 83; Mss. Vallic. I. 53. et I. 51. p. 366. integra; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 40; Horoy H-i opp. omn. III. 210. n. 200. (23 Apr.) ex mss. du Theil.* — « Cvm cavsam Karissimi. »

1976. — *Laterani 30 Martii.*

« (Roberto) Archiepiscopo, (Rogerio) Decano et Cantori Rothomagensibus. » Vt revocent sententiam excommunicationis quam O(do) b. m. praedecessor suus et O(ctavianus) Hostiensis episcopus quondam Apost. Sed. Legatus tulerunt, et episcopus Parisiensis modo innovavit in magistros et scolares Parisienses de conspirationibus et coniurationibus minime faciendis, nec consimiles sententias in eosdem nemo audeat de cetero sine Romani Pontificis conscientia promulgare. Laterani III. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 357. fol. 76; Mss. Vallicell. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 679; Potthast 528. n. 6027; Horoy H-i opp. omn. III. 177. n. 171.* — « Dilecti filii. »

1977. — *Laterani 30 Martii.*

« Archiepiscopo Capuano. » Vt inquirat super postulatione Ieronimi Casertani electi et totius negotii circumstantiis et causis etiam de illis quae ad eandem postulationem admittendam archiepiscopum ipsum moverunt puram et plenam curet Papae scribere veritatem, et testes quos idem electus et adversarii eius infra mensem post susceptionem praesentium super reprobatione testium produxerint, diligenter examinet, depositionesque ad Papam transmittat. Laterani III. Kal. Apr.

anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 361. fol. 77.* — « Cvm decisio qvestionis. »

1978. — *Laterani 30 Martii.*

« Episcopo, Decano et Capitulo Cathalaunensibus. » Vt recipiant in canonicum in eorum ecclesia Nycolaum canonicum sancti Nycolai Cathalaunensis. Laterani III. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 362. fol. 77; Horoy H-i opp. omn. III. 178. n. 171. ex mss. du Theil.* — « Inter alios. »

Cod. Vat. addit: Scriptum est super hoc Sancti Mennini et omnium sanctorum de Insula abbatibus Cathalaunensibus ut dictos episcopum, decanum et capitulum ad id moneant attentius et efficaciter inducere non postponant.

1979. — *Laterani 30 Martii.*

« Episcopo Cathalaunensi. » Vt associatis sibi viris boni testimonii et honestis, visitet et reformet monasteria et ecclesias conventuales iure sibi dioecesano subiectas, in quibus referunt esse nonnullos tam subditos quam praelatos qui vitam ducunt adeo dissolutam ut, nisi eorum corrigantur excessus et malitia reprimatur, religionis decorem turpiter dehonestent in suae salutis dispendium et scandalum aliorum. Laterani III. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 363. fol. 77; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 180. n. 173. ex mss. du Theil.* — « Cvm nonnvlli. »

1980. — *Laterani 30 Martii.* .

« Decano, Thesaurario Belvacensibus et Cantori Noviomensi. » Vt visitent et referant super statu monasterii sancti Medardi Suessionensis, quod, cum ad Sedem Apostolicam nullo pertineat mediante, adeo consuevit benedictionibus abundare, ut nonulli famae ipsius fragrantia persentita in odorem religionis eius undique concurrerent, num vero dicitur in spiritualibus et temporalibus esse valde collapsum. Laterani III. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 364. fol. 77; Mss. Vallic. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 179. n. 172. ex mss. du Theil.* — « Ad nostram avdientiam. »

1981. — *Laterani 30 Martii.*

« Abbati Sancti Eadmundi Norwicensis diocesis. » Mandat, liberet magistrum Riccardum archidiaconum Ebroicensem a solutione annui decem marcharum redditus favore priorissae et monialium de Tesford, ad quem illum astute induxit donec in aequivalenti beneficio provideret, alioquin ab abbate et priore de Straford Cisterciensis ordinis dioecesis Londoniensis et ab archidiacono Londoniensi id facere cogetur. Laterani III. Kal. Apr. anno tertio — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 389. fol. 81; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « Etsi fallendi stvdivm. »

Ex Cod. Vat.: Scriptum est super hoc eisdem.

1982. — *Laterani 30 Martii.*

Abbati et conventui Novi Castri (Cisterc. ord.) concessionem ecclesiae de Dochendorff ab Argentinensi episcopo factam confirmat. Laterani III. Kal. Apr. anno tertio. — *Würdtwein Nova subsid. X. 257; Potthast 528. n. 6028.*

1983. — *Laterani 31 Martii.*

« De Fiscanno, Sancti Wandregisilii et de Vlteriori Portu Abbatibus Rothomagensis diocesis. » Mandat ut provideant monasterium de Longavilla de priore, salvo iure W. comitis Pembrocensis regii marescalci eiusdem monasterii patroni, et prioris de Caritate Autisiodorensis, qui curam habens correctionis monasterii praedicti vult, nullo penitus requisito, ibidem priorem pro suae arbitrio voluntatis instituere. Laterani II. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 385. fol. 81.* — « Dilectvs filivs. »

1984. — *Laterani 31 Martii.*

« (Pandulfo) electo Norwicensi Camerario nostro Apostolice Sedis Legato. » Vt compescat illos qui regem Angliae et eius subditos molestant de damnis quae Iohannes rex Angliae pater illius ob discordiam olim subortam inter ipsum et ecclesiam viris ecclesiasticis irrogaverat cum, quia secundum taxationem apostolicam satisfecerit, quaestio iam supita fuerit. Laterani II. Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 392. fol. 82; Mss. Vallic. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 40; Horoy H-i opp. omn. III. 180. n. 174. ex mss. du Theil.* — « Karissimvs in Christo. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est in Normannia, Abbati de Fiscanno et coniudicibus eius contra episcopum Abrincensem et quosdam alios.

1985. — *(Laterani) 31 Martii.*

Vlrico praeposito eiusque fratribus postulantibus monasterium S. Petri in Augia (Weissenau) Praemonstr. ord. patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima propriis exprimit vocabulis, iura ac privilegia confirmat. (Laterani) II. Kal. Apr. indict. VII. incarn. dom. anno 1219 pont. anno..... — *Hugo Annal. Praemonstr. I. 2. prob. 151; Lünig Reichs-Arch. XVIII. 771 b: Wirtemb. UB. III. 77. n. 614; Potthast 528. n. 6029; Horoy H-i opp. omn. III. 181. n. 175.* — « Religiosam vitam eligentibvs. »

1986. — *Laterani 1 Aprilis.*

« H. Archidiacono, Decano et Magistro G. Goi canonico Remensibus. » Vt ecclesiam de Sarto, quae quondam fuerat ordinis sancti Augustini Leodiensis dioecesis, ordinet de monachis Lobiensibus vel canonicis regularibus, prout ei magis viderit expedire. Laterani Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 377. fol. 79; Horoy H-i opp. omn. III. 188. n. 179. ex mss. du Theil.* — « Cvm in ecclesia de Sarto. »

1987. — *Laterani 1 Aprilis.*

« (Guillelmo) Episcopo Cathalaunensi. » Huic adversus Albigenses, qui tamquam magistri erroris maculare vel offuscare potius satagunt christiani nominis claritatem, profecturo indulget ut vicesimam ad eius mensam spectantem possit pro haereticorum expugnatione secum conferre. Laterani Kal. Aprilis anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 378. fol. 80; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 36; Bouquet Rec. XIX. 681; Potthast 528. n. 6030; Horoy H-i opp. omn. III. 185. n. 176.* — « Ad colligendvm zizania. »

1988. — *Laterani 1 Aprilis.*

« Potestati et populo Asisinatibus. » Vt assignent eorum episcopo regalia vel manualia quae Apostolica Sedes obtinet in monte Subasio et in Torcella, Curia Podii et Stirpeti. Laterani Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 380. fol. 80; Theiner Cod. dipl. Dom. Temp. S. Sedis I. 51. n. 75; Potthast 528. n. 6031; Horoy H-i opp. omn. III. 186. n. 177.* — « Cvm venerabili fratri. »

1989. — *Laterani 1 Aprilis.*

« Philippo regi Francorum illustri. » Eum rogat et obsecrat ut attendens «quantum pax regni tui necessaria sit hiis qui citra et hiis qui ultra mare pro fide Christi decertant » treguas proroget ad quinquennium iam cum incl. rec. Iohanne rege Angliae anno 1214 mense septembris initas. Laterani Kal. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 394. fol. 82; Mss. Vallicell. 2. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Bouquet Rec. XIX. 680; Potthast 528. n. 6032; Horoy H-i opp. omn. III. 187. n. 178.* — « Animo desideranti non. »

1990. — *Laterani 2 Aprilis.*

« Regino et Antipolitano episcopis et Abbati Floregie Foroiuliensis diocesis. »

Vt iuxta aliud mandatum terram assignatam ab Innocentio Papa pro relevandis debitis monasterii sancti Victoris Massiliensis de manibus Massiliensium, qui eam contra iustitiam detinere dicuntur, ad opus praedicti monasterii legitime revocent. Laterani IIII. Non. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 374. fol. 79; Horoy H-i opp. omn. III. 189. n. 180. ex mss. du Theil.* — « DILECTI FILII. »

1991. — *Laterani 2 Aprilis.*

« Cantori et Magistris Iuello et Roherio (*Potth.* Raher) canonicis Cenomanensibus. » Vt sententias excommunicationis et interdicti a (Stephano) episcopo Nanetensi latas et ab eius metropolitano confirmatas contra comitem Brittanniae de damnis et iniuriis tam circa libertates quam alias perpetratis in ecclesiam et subditos eius, si emendam et deinde sufficientem cautionem praestiterit, relaxent, eidem concedentes ut contra ortodoxae fidei subversores proficiscatur. Laterani IIII. Non. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 376. fol. 79; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 58; Bouquet Rec. XIX. 680; Potthast 528. n. 6033; Horoy H-i opp. omn. III. 190. n. 181.* — « PETENTE VENERABILI FRATRE. »

1992. — *Laterani 2 Aprilis.*

« Fratribus Hospitalis Roscidevallis. » Indulget eisdem ut, cum provincia in qua ipsi commorantur subiecta fuerit sine eorum culpa ecclesiastico interdicto, celebrare possint in eorum ecclesia divina officia, excommunicatis et nominatim interdictis exclusis. Laterani IIII. Non. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 386. fol. 81.* — « AVCTORITATE VOBIS. »

1993. — *Laterani 2 Aprilis.*

Hominibus de Collepardo sub poena banni praecipit, nolens sustinere ut monasterium s. Bartholomaei de Trisulto super silva Eici ulterius indebite molestetur, ne quis eorum sive masculus sive foemina in silva ipsa incidere vel animalia pascere vel quidquam de illa capere praesumat. Laterani IIII. Non. Apr. anno tertio. — *Liverani Spicil. Liber. 722. n. 16; Potthast 528. n. 6034; Horoy H-i opp. omn. III. 191. n. 182.* — « NVNTIIS VESTRIS AD. »

1994. — *Laterani 2 Aprilis.*

Praepositum et conventum S. Mariae de Insula (Marienwerder) protegendos suscipit, specialiter autem agros, prata, silvas etc. et alia bona, quae Conradus comes de Rothen et alii fundatores monasterii eis contulerant, auctoritate apostolica eis confirmat. Laterani IIII. Non. Apr. anno tertio. — *v. Hodenberg Calenberger UB. Abth. VI. 6; Potthast 528. n. 6035.* — « CVM A NOBIS. »

1995. — *Laterani 4 Aprilis.*

« (Guilelmo) Episcopo Cathalaunensi. » Quum is contra perfidos Albigenses ire proposuerit, volens Papa eius propositum congruo subsidio adiuvare, ei dimidiam partem reliquae vicesimae in sua dioecesi pro Terrae Sanctae subsidio collectae donat, quae adhuc superest, salva dimidia parte vicesimae iam Philippo Francorum regi eadem ratione concessae. Laterani II. Non. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 381. fol. 80; Mss. Vallic. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 681; Potthast 528. n. 6037; Horoy H-i opp. omn. III. 197. n. 184.* — « CVM SICVT PER. »

Scriptum est super hoc (Stephano) Noviomensi et (Guillelmo) Meldensi episcopis et fratribus Aimaro Domus Militie Templi Parisiensis Thesaurario, et Stephano Panectario Papae. Dat. Laterani II. Non. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. l. c.; Bouquet Rec. XIX 682; Potthast 528. n. 6038.*

1996. — *Laterani 4 Aprilis.*

« Archidiacono Blesensi, Subdecano et Nicolao de Flescot canonico Carnotensibus. » Mandat, compellant Ricc(ardum) dominum

de Harchort Ebroicensis dioecesis, ut ab omni praesumptione desistens causas ecclesiasticas coram ecclesiasticis iudicibus secundum iuris ordinem tractari et terminari permittat. Laterani II. Non. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 390. fol. 82.* — GRAVEM AD NOS. »

1997. — *Laterani 4 Aprilis.*

« Abbati et Conventui Casinensibus. » Quaedam capitula, quae Innocentius PP. (III) ad reformationem eorum monasterii iam statuerat, innovat, et quaedam alia ipsis adiungit, praecipiens ut omnia singulis mensibus in abbatis et fratrum praesentia recitentur. Laterani II. Non. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 431. fol. 89; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. pag. 369. integra; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 48; Bull. Roman. ed. Taur. III. 356. n. 34; Potthast 528. n. 6036; Horoy H-i opp. omn. III. 192. n. 183.* — « CVM BONE MEMORIE. »

1998. — *Laterani 5 Aprilis.*

« (Stephano) Noviomensi et (Guillelmo) Meldensi episcopis. » Laudat eos quod iuxta papae mandatum duorum praeteritorum annorum vicesimam et pecuniam truncorum ac pro redemptione votorum exhibitam collegerant, quam mandat ut Aymardo thesaurario domus Militiae Templi Parisiensis et St. hospitalario et Hen(rico) templario nuntiis Papae assignent ad transmarinas partes destinandam ab episcopo Albanensi Ap. Sed. Leg. et Patriarchae Ierosolimitano, per eos cum conscientia Principis Romanorum aliorumque magnatum expendendam. Laterani Non. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 379. fol. 80; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 2; Bouquet Rec. XIX. 682; Potthast 529. n. 6039; Horoy H-i opp. omn. III. 197. n. 185.* — « INTELLECTO EX LITTERIS. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est Aymaro (*alias* Aymardo) thesaurario domus Templi Parisiensis et St. hospitalario et Hen. templario, ut predicta fideliter exequantur.

1999. — *Laterani 10 Aprilis.*

« Abbati Sancti Lupi Trecensis. » Cum nisi gravi dispendio monasterii sui nequeat exequi votum crucis, absolvitur, idemque monasterium, quod pro subsidio Terrae Sanctae centum libras destinavit, a praestatione vicesimae eximitur. Laterani IIII. Id. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 383. fol. 81; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 199. n. 186. ex mss. du Theil.* — « DILECTI FILII. »

2000. — *Laterani 11 Aprilis.*

« Abbati sancti Lupi, Decano sancti Stephani et R. canonico Maioris ecclesiae Trecensibus. » Vt magistrum Nycolaum recipi faciant in canonicum ecclesiae Cathalaunensis, si episcopus et decanus cum maiori et saniori parte capituli consenserint et aliud canonicum non obstiterit, cum paratus sit praebendam sancti Nycolai quam obtinet resignare. Laterani III. Id. Apr. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 384. fol. 81; Horoy H-i opp. omn. III. 199. n. 187. ex mss. du Theil.* — « VENERABILIS FRATER. »

2001. — *Laterani 11 Aprilis.*

(Bertholdum) abbatem Staingadensem monet et hortatur, ut ecclesiam b. Iohannis bapt. de Staingaden Praemonstr. ord. — quam dux Gwelpho construxerat et dotaverat — in ea libertate conservet, in qua praedecessores ipsius eandem « usque ad tua tempora » conservaverint. Laterani III. Id. Apr. anno tertio. — *Scheid Origg. Guelf. II. 658; Potthast 529. n. 6040.* — « CHARISSIMVS IN CHRISTO. »

2002. — *Laterani 11 Aprilis.*

Abbati Praemonstratensi mandat, ut privilegia ecclesiae Staingadensis conservet. Laterani III. Id. Apr. anno tertio. — *Hund Metrop. Salisb.*

III. 362; Mon. Boic. VI. 510; Potthast 529. n. 6041; Horoy H-i opp. omn. III. 200. n. 188. — « Carissimvs in Christo. »

2003. — *Laterani 11 Aprilis.*

Simoni abbati Aquicinetensi dioecesis Arelatensis et eius successoribus dat usum pontificalium et facultatem minores ordines conferendi monachis Aquicinetensibus. Laterani III. Id. Apr. anno tertio. — *Ex cartulario Abbatissae Sancti Salvatoris Aquicinetensis; Bibl. Nation. de Paris fonds Moreau t. 125. p. 141 apud Horoy H-i opp. omn. III. 201. n. 189.* — « Vt in spe gerere. »

2004. — *Laterani 11 Aprilis.*

Le Pape H. confère à l'Abbé d'Anchin le droit de porter l'anneau et la mitre etc. Laterani III. Id. Apr. anno tertio. — *Escallier l'Abbaye d'Anchin 142; Potthast App. p. 2088. n. 6041 a-26035.*

2005. — *Laterani 1-15 Aprilis.*

Strigoniensi archiepiscopo mandat, ut in provincia sua quatuor viros opinionis sincerae ac litteraturae probatae vel tres seu saltem duos cuiuscunque religionis vel ordinis, et Cisterciensis praesertim eligat, ac ipsos usque ad festum b. Martini ad sedem apostolicam transmittat ad solitudinem diversarum gentium destinandos, ut eas verbo doctrinae illuminent. Laterani (sine anno, mense et die). — *Theiner Vet. mon. Hungar. I. 27; Mon. Hungar. hist. dipl. VI. 163; Potthast 529. n. 6042; Horoy H-i opp. omn. III. 202. n. 190. (sine die: post 11 Aprilis).* — « Ne si secvs. »

In eundem modum Colocensi archiepiscopo et in singulis terris et provinciis et regnis Archiepiscopis etc. — *Potthast l. c.*

2006. — *Romae apud Sanctum Petrum 15 Aprilis.*

« P(andulfo) Norwicensi electo Camerario nostro Apost. Sedis Legato. » Vt Robertum Passaleiwe clericum H(enrici) regis Angliae, qui laudabile testimonium plurimorum exhibet et fide et devotione sua eidem regi assistit, admittant ad ecclesiam de Badingheam a vero patrono canonice praesentatum, nonobstantibus aliis beneficiis quae ipse iam obtinet. Romae apud Sanctum Petrum XVII. Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 408. fol. 84; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « Dignvm est erga eos. »

2007. — *Romae apud Sanctum Petrum 17 Aprilis.*

« H. de Bria Thesaurario Engolismensi. » Indulget ut ipse cum thesauraria Engolismensis ecclesiae curam animarum habente quasdam ecclesias quas ante generale concilium obtinebat et quarum redditus annuatim ei summam viginti librarum Turonensium non transcendunt, retinere possit. Romae apud Sanctum Petrum XV. Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 406. fol. 84; Horoy H-i opp. omn. III. 205. n. 192. ex mss. du Theil.* — « Postvlasti a nobis. »

2008. — *Romae apud Sanctum Petrum 17 Aprilis.*

« Decano et Capitulo sancti Audemari. » Mandat ut admittant magistrum Iacobum scriptorem Papae in canonicum, prout semel et iterum eorum praeposito dedit in mandatis, alioquin a cantore Noviomensi et collegis suis ad id compellentur. Romae apud Sanctum Petrum XV. Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 463. fol. 98; Horoy H-i opp. omn. III. 204. n. 191. ex mss. du Theil.* — « Olim dilecto. »

Ex Cod. Vat.: Scriptum est super hoc eisdem cantori et collegis ipsius.

2009. — *Romae apud Sanctum Petrum 18 Aprilis.*

« Priori Sancti Hylarii de Cella, subdecano Sancti Hylarii, et magistro Stephano canonico Pictavensibus. » Vt observari faciant sententiam excommunicationis latam ab abbate Aureaevallis ordinis sancti Augustini Pictaviensis dioecesis contra quosdam

ecclesiae suae canonicos qui cum huiusmodi excommunicatione astricti sint aliorum communioni irreverenter se immiscent, et licet idem abbas eorum salutem sitiens ipsis velit absolutionis beneficium impertiri, ipsi tamen eandem excommunicationis sententiam vilipendunt. Romae apud Sanctum Petrum XIIII. Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 402. fol. 84; Horoy H-i opp. omn. III. 206. n. 193. ex mss. du Theil.* — « DILECTVS FILIVS. »

2010. — *Romae apud Sanctum Petrum 19 Aprilis.*

« Conventui Medilicensi. » Vt Conrado quondam abbati monasterii Garstensis, quem, ipsis postulantibus, in eorum abbatem praefecit, obediant. Romae apud Sanctum Petrum XIII. Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 401. fol. 83.* — « CVM DILECTVM FILIVM. »

2011. — *Romae apud Sanctum Petrum 20 Aprilis.*

« Potestati et populo Alexandrie. » Eorum civitatem et personas recipit in protectionem, inhibens ne quis eos vel civitatem ipsam indebite molestare praesumat. Romae apud Sanctum Petrum XII. Kal. Maii (*omissum ap. Morion.*) anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 403. fol. 84; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 49; Moriondus Mon. Aquens. I. 170; Ghilini Ann. d'Alessandria 27. (male ad ann. pont. IV); Potthast 529. n. 6043; Horoy H-i opp. omn. III. 207. n. 195.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

2012. — *Romae apud Sanctum Petrum 20 Aprilis.*

« Potestati et populo Alexandrinis. » Commendat eos quod « memores qualiter pro Apostolice Sedis honore fuit civitas vestra constructa, unde a felicis recordationis Alexandro Papa predecessore nostro cuius tempore facta est Alexandria nomen assumpsit, et eidem Sedi postmodum se constituit censualem, recognoscentes eandem specialem Ecclesie Romane filiam, nunc fidelitatis iuramentum nobis et eidem Ecclesie praestitistis: » eosque rogat et hortatur, ut in devotione ac fidelitate Sedis Apostolicae persistant, ac nulli absque speciali eiusdem mandato fidelitatem de cetero faciant. Romae apud Sanctum Petrum XII. Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 404. fol. 84; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 49; Moriondus l. c. I. 168; Ghilini l. c. 27. (ubi male ponit. ad pont. ann. IV); Potthast 529. n. 6044; Horoy H-i opp. omn. III. 208. n. 196.* — « DEVOTIONEM VESTRAM IN. »

2013. — *Romae apud Sanctum Petrum 20 Aprilis.*

« Primicerio et Clericis Scole cantorum de Vrbe. » Praeter duodecim libras annuas « quas Coelestinus Papa de portione oblationum altaris Beati Petri quae contigit Romanum Pontificem » eis concessit, decem alias libras pro tempore tantum sui pontificatus eisdem largitur. Romae apud Sanctum Petrum XII. Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 407. fol. 84; Mss. Vallicell. I. 53; fragm. apud Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 49; Bullar. Vatican. I. 105; Potthast 529. n. 6045; Horoy H-i opp. omn. III. 207. n. 194.* — « DIGNVM EST VT. »

2014. — *Romae apud Sanctum Petrum 22 Aprilis.*

« Magistro Gratie capellano nostro Archidiacono Bononiensi. » Ipsi eiusque successoribus indulget ut libere ac plenarie exequi valeant officium et iurisdictionem archidiaconatus, sicut ad eos secundum canonum instituta et approbatam consuetudinem dinoscitur pertinere, non obstante aliqua consuetudine quae canonicis obviat vel derogat institutis. Romae apud Sanctum Petrum X.

Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 370. fol. 78; Sarti De Archigymn. Bonon. profess. II. 176; Potthast 529. n. 6049.* — « AVCTORITATE PRESENTIVM TIBI. »

2015. — *Romae apud Sanctum Petrum 22 Aprilis.*

« (Henrico) episcopo Bononiensi. » Ne causas ecclesiasticas et alia quae secundum canonica instituta et approbatam consuetudinem per archidiaconum Bononiensem expediri debent, cuiquam expedienda committat, nec per alios eas exequatur non obstante super hoc aliqua consuetudine, alioquin ab episcopo Ymolensi et a Faventino et Ymolensi praepositis ad id per censuras ecclesiasticas compescetur. Dat. ut supra. (Romae apud Sanctum Petrum X. Kal. Maii anno tertio). — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 371. fol. 78; Sarti l. c. 176; Potthast 529. n. 6050.* — « PRESENTIVM TIBI AVCTORITATE. »

2016. — *Romae apud Sanctum Petrum 22 Aprilis.*

« Magistro Gracie Capellano nostro, Archidiacono Bononiensi. » Concedit ei plenam et liberam administrationem spiritualium et temporalium etiam pro suis successoribus in ecclesia Bononiensi, si non sit qui specialiter habeat curam eius in capitulo eiusdem ecclesiae, ita ut ipse et successores sui in eadem ecclesia si necesse fuerit corrigant, reforment et statuant. Romae apud Sanctum Petrum X. Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 410. fol. 85; Sarti l. c. 175; Savioli Ann. Bologn. II. 11. 403; Potthast 529. n. 6047; Horoy H-i opp. omn. III. 208. n. 197.* — « NE IVRA BONONIENSIS. »

2017. — *Romae apud Sanctum Petrum 22 Aprilis.*

« Magistro Gracie Capellano nostro archidiacono et Capitulo Bononiensibus. » Vt facultatem habeant instituendi, destituendi et corrigendi in capellis plebatus Bononiensis et plebatus Medicinae ac sanctae Mariae de Monte Ovolo, sanctae Mariae de castro sancti Petri, sancti Petri de Castagnolo Minore, et sancti Michaelis de Argelata ecclesiis, dioecesis Bononiensis, ita tamen ut archidiaconus qui pro tempore fuerit, cum ibidem residentiam fecerit, praedicta exerceat ipsius vice capituli. Romae apud Sanctum Petrum X. Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 411. fol. 85; Sarti l. c. 176; Potthast 529. n. 6048.* — « EX PARTE VESTRA. »

2018. — *Romae apud Sanctum Petrum 22 Aprilis.*

« Abbati Fiscanensis Monasterii eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Eorum monasterium ad exemplar Alexandri, Vrbani et Coelestini Romanorum Pontificum sub protectione recipit, possessiones et privilegia enumerat et confirmat. Romae apud Sanctum Petrum per manum Ranerii Sanctae Rom. Ecclesiae Vicecancellarii X. Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 460. fol. 97.* — « LICET EX INIVNCTO. »

2019. — *Romae apud Sanctum Petrum 22 Aprilis.*

Abbati de Crembsmünster et de domo s. Floriani et de Ardakkar praepositis Pataviens. dioc. mandat, ut causam inter abbatem conventumque Medlicenses et V. de Draskirchen et H. de Medlico plebanos Pataviens. dioc. super quodam censu et rebus aliis vertentem fine debito terminent. Romae apud Sanctum Petrum X. Kal. Maii anno tertio. — *Schramb Chron. Mellic. 111; Hueber Austria 14; Potthast 529. n. 6046.* — « EXHIBITA NOBIS DILECTORVM. »

2020. — *Romae apud Sanctum Petrum 22 Aprilis.*

Papst H. bestätigt dem Nonnenkloster zu Ibengen (Eibingen) den Besitz seiner sämmtlichen Güter, namentlich auch derer zu Geisenheim u.

Lorch. Romae apud Sanctum Petrum. X. Kal. Maii anno tertio. — *Orig. in archivio Idsteinensi; Potthast Append. p. 2088. n. 6050a-26036.* — « Cvm a nobis. »

2021. — *Romae apud Sanctum Petrum 23 Aprilis.*

« W. Comiti Pembrocensi Regio Marescalco. » Attenta eius fide et devotione erga H(enricum) regem Anglorum quam in sua tribulatione servavit et servat, cuius regis tranquillitatem ipse Papa propriam reputat, concedit ut super rebus quas tenet in feudum nulli teneatur exhibere de se iustitiam nisi coram domino feudorum, regis tamen Angliae per omnia iure salvo. Romae apud Sanctum Petrum VIIII. Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 409. fol. 85.* — « Pvritas et constantia. »

2022. — *Romae apud Sanctum Petrum 23 Aprilis.*

« Wintoniensi Episcopo. » Vt reformet ecclesiam suam « si quando ad corrigendum monachorum tuorum excessus vel statum ecclesie in melius reformandum disponis procedere », non obstante appellatione dictorum monachorum, et sententias quas tulerit in rebelles (Pandulfus) Norwicensis electus Apostolicae Sedis Legatus observari faciet. Romae apud Sanctum Petrum VIIII. Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 423. fol. 87.* — « Etsi svperflvvm. »

Scriptum est super hoc Norwicensi electo Ap. Sed. Legato.

2023. — *Romae apud Sanctum Petrum 23 Aprilis.*

« P(andulfo) Norvicensi (sic) electo Camerario nostro Ap. Sedis Legato. » Mandat, provideat ut G. de Kauz diaconus, in negotio Henrici regis Anglorum implicatus, a voto Ierosolimitanae peregrinationis absolvatur, ita tamen ut illuc mittat certum numerum bellatorum, vel conferat ea quae in illis expenderet, in Terrae Sanctae subsidium convertenda. Romae apud Sanctum Petrum VIIII. Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 424. fol. 88; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « Attendentes fidem. »

2024. — *Romae apud Sanctum Petrum 23 Aprilis.*

« G. de Kauz diacono rectori ecclesie de Camel̄. » Attentis laboribus et curis quibus se exposuit pro Henrico regi Anglorum et (Iohanni) patri eius, ecclesiae Romanae fideliter obsequendo, indulget ut praeter beneficia non habentia curam animarum retinere possit ecclesiam parrochialem Omnium Sanctorum de Wethineves. Romae apud Sanctum Petrum VIIII. Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 425. fol. 88; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « Apostolice sedis. »

2025. — *Romae apud Sanctum Petrum 23 Aprilis.*

« P(andulfo) Norwicensi electo Apost. Sed. Legato. » Vt ad H(enrici) regis Anglorum demanium revocet castra, dominia, possessiones et alia bona eidem ab aliquibus usurpata. Dat. ut supra. (Romae apud Sanctum Petrum VIIII. Kal. Maii anno tertio). — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 427. fol. 88; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 40; Horoy H-i opp. omn. III. 209. n. 198. ex mss. du Theil.* — « Cvm Karissimvs. »

2026. — *Romae apud Sanctum Petrum 23 Aprilis.*

« Eidem. » Ne praelati et capitula ecclesiarum Angliae contra iura regia et consuetudines approbatas procedant ad electiones pastorum, nisi prius ipsius regis licentia praecesserit. Romae apud Sanctum Petrum VIIII. Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 428. fol. 88; Mss. Vallicell. I. 53;*

Musaeum Brit. add. mss. 15351; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 40; Horoy H-i opp. omn. III. 209. n. 199. ex mss. du Theil. — « KARISSIMVS IN CHRISTO. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum contra Prelatos et Capitula Ybernie.

2027. — *Romae apud Sanctum Petrum 23 Aprilis.*

« Vniversis capitulis Cathedralium ecclesiarum in Anglia et Wallia consistentium. » Mandat ut vacantibus eorum ecclesiis, si praelatorum electiones contigerit celebrari, ius et honorem regium reverenter per omnia conservantes, eos eligere procurent qui regis et Ecclesiae Romanae sint fideles. Dat. ut supra. (Romae apud Sanctum Petrum VIIII. Kalendas Maii anno tertio). — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 429. fol. 88; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « IN LIBRIS EXPERIENTIE. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum capitulis ecclesiarum per Yberniam constitutis.

2028. — *Romae apud Sanctum Petrum 24 Aprilis.*

« Capitulo Lingonensi. » Vt eligant sibi episcopum in locum Willelmi, quem capitulum Remense unanimiter sibi postulavit, eorumque postulationem admittens eis in pontificem concessit. Romae apud Sanctum Petrum VIII. Kalendas Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 412. fol. 85; Horoy H-i opp. omn. III. 214. n. 203. ex mss. du Theil.* — « CVM REMENSE CAPITVLVM. »

2029. — *Romae apud Sanctum Petrum 24 Aprilis.*

« Remensi Capitulo. » Confirmat in eorum pontificem Willelmum olim Lingonensem episcopum ab eis unanimiter electum, et praecipit ut ipsi obediant. Dat. ut supra. (Romae apud Sanctum Petrum VIII. Kal. Maii anno tertio). — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 413. fol. 85; Horoy H-i opp. omn. III. 213. n. 202. ex mss. du Theil.* — « LITTERAS VESTRAS. »

2030. — *Romae apud Sanctum Petrum 24 Aprilis.*

« L(amberto) Abbati Sancti Bartholomei, Priori Sancti Eligii et Cantori Noviomensibus. » Vt excommunicationis sententiam in B(ochardum) de Avesnis apostatam, dudum subdiaconum et cantorem ecclesiae Laudunensis latam, per singulas circumadiacentes provincias *etc.* singulis diebus dominicis *etc.* pulsatis campanis *etc.* solemniter publicent, omnia loca in quibus ipse B(ochardus) moram fecerit et M(argaretam) sororem Iohannae Flandriae et Haynoniae comitissae detineri contigerit, ecclesiastico supponentes interdicto, donec idem scelestus vir dictam M(argaretam) ipsi restituerit comitissae, et ad ordinis clericalis observantiam revertatur. Romae apud Sanctum Petrum VIII. Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 419. fol. 86; Mss. Vallicell. I. 53; Innoc. III. epist. ed. Balutius II. 592; Opp. ed. Migne III. 531; Bouquet Rec. XIX. 683; Teulet Layettes I. 478. n. 1342; Potthast 529. n. 6051; Horoy H-i opp. omn. III. 211. n. 201.* — « SI DIVINE PIETATIS. »

2031. — *Romae apud Sanctum Petrum 25 Aprilis.*

« Decano et Capitulo Antiochenis. » Reiecta eorum postulatione de (Pelagio) Albanensi episcopo Apost. Sedis Legato, praeficit eis in patriarcham Petrum de Capua subdiaconum suum, doctorem Parisiensem, scientia, vita et fama praeclarum. Romae apud Sanctum Petrum VII. Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 417. fol. 86; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 20.* — « POSTVLATIONEM QVAM. »

2032. — *Romae apud Sanctum Petrum 25 Aprilis.*

« Magistris I. de Ambianis Maioris ecclesie, G. et B. sancti Gaugerici canonicis Cameracensibus. » Vt reforment monasterium Hamense Noviomensis dioecesis, quia, referentibus Willelmo priore aliisque presbyteris canonicis eiusdem monasterii, abbas periurii crimine irretitus excommunicatis communicare non metuit et helemosinas pauperibus deputatas in proprios et illicitos usus convertit. Romae apud Sanctum Petrum VII. Kalendas Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 421. fol. 87.* — « DILECTI FILII. »

2033. — *Romae apud Sanctum Petrum 26 Aprilis.*

« Vniversis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis. » Mandat ut nemo audeat vexare magistrum Anselmum canonicum Antiochenum super eo quod olim in presbyterum quemdam manus iniecerat violentas, cum iam a P. patriarcha Antiocheno ab excommunicationis sententia absolutus fuerit. Romae apud Sanctum Petrum VI. Kalendas Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 414. fol. 85.* — « DILECTVS FILIVS. »

2034. — *Romae apud Sanctum Petrum 26 Aprilis.*

« Magistro Anselmo, David et Erardo canonicis Antiochenis. » Declarat ipsos non teneri iuramento fidelitatis R. principi Antiochiae exhibito, quum is timens conspirationes aliquas contra se fieri illud ab eis extorserit, et adversus ipsam ecclesiam frequentes habeat quaestiones; quin ipsi pro iuribus et honoribus ipsius ecclesiae ac etiam spiritualibus eorum legitime defendendis contra ipsum principem stare libere valeant. Romae apud Sanctum Petrum VI. Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 416. fol. 85; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 22.* — « PETITIO VESTRA NOBIS. »

2035. — *Romae apud Sanctum Petrum 26 Aprilis.*

« Decano, Cantori et Thesaurario Ebroicensibus. » Vt silentium imponant episcopo et archidiacono et decano sancti Marcelli Parisiensibus qui, occasione quarumdam litterarum Innocentii Papae, praetendunt se habere perpetuam iurisdictionem in causis inter archiepiscopum Rothomagensem et abbatissam monasterii Villaris. Romae apud Sanctum Petrum VI. Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 422. fol. 87; Horoy H-i opp. omn. III. 215. n. 205. ex mss. du Theil.* — « VENERABILIS FRATER. »

2036. — *Romae apud Sanctum Petrum 26 Aprilis.*

« P(andulfo) Norwicensi electo Camerario nostro Ap. Sedis Legato. » Vt litteras ab Apostolica Sede impetratas a quibusdam clericis super beneficiis quibus a G(uala) Cardinali Ap. Sedis Legato privati fuerant, denunciet nullas esse, nisi plenam de privatione ac collatione nec non de personis quae illa obtinent fecerint mentionem. Romae apud Sanctum Petrum VI. Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 436. fol. 91; Musaeum Brit. add. mss. 15351.* — « QVIA MELIVS EST. »

2037. — *Romae apud Sanctum Petrum 26 Aprilis.*

(Laurentio) episcopo et capitulo Wratislaviensibus mandat, ut domui de Novo Castro (Naumburg ad Bober) ord. S. August. Wratislav. dioc. decimas centum viginti mansorum cuiusdam nemoris, quos Henricus dux Silesiae eidem daturus sit, concedant. Romae apud Sanctum Petrum VI. Kal. Maii anno tertio. — *Würdtwein Subs. dipl. XII. 146; Worbs Neues Archiv II. 148; Potthast 530. n. 6052; Horoy H-i opp. omn. III. 215. n. 204.* « DILECTVS FILIVS NOBILIS. »

2038. — *Romae apud Sanctum Petrum 27 Aprilis.*

« Decano Antiocheno. » Concedit ei ut visitans beatorum Petri et Pauli et Iacobi limina fructus suorum beneficiorum possit percipere, deductis vicariorum expensis quos sui personatus debito tenetur in Antiochena ecclesia substentare. Romae apud Sanctum Petrum V. Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 415. fol. 85.* — « SVPPLICASTI NOBIS. »

2039. — *Romae apud Sanctum Petrum 27 Aprilis.*

« (Roberto) episcopo, Preposito et Decano Attrebatensibus. » Vt inquirant et informent de quadam compositione inita inter monachos sancti Andreae de Castello et I. archidiaconum Laudunensem super curte de Besni cum pertinentiis suis, quae dicitur valde esse damnosa eidem monasterio. Romae apud Sanctum Petrum V. Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 420. fol. 87; Horoy H-i opp. omn. III. 218. n. 207. (28 Apr.).* — « SVA NOBIS. »

2040. — *Romae apud Sanctum Petrum 27 Aprilis.*

« S(tephano) Cantuariensi Archiepiscopo Sancte Romane Ecclesie Cardinali, et Episcopo Conventrensi et Abbati de Fontibus Cisterciensis Ordinis Eboracensis diocesis. » Committit eis ut super causa canonizationis Hugonis Lincolniensis episcopi, de vita et miraculis eiusdem diligenter inquirant, et quae invenerint, fideliter ad Sedem Apostolicam remittant. Romae apud Sanctum Petrum V. Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 430. fol. 88; Mss. Vallicel. I. 53. et I. 51. pag. 368. integra; Musaeum Brit. add. mss. 15351; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 42; Manrique Ann. Cisterc. IV. 156; fragm. in Bullar. Rom. ed. Taur. III. 359; Tromby Storia V. App. 82. n. 70; Potthast 530. n. 6053; Horoy H-i opp. omn. III. 216. n. 206.* — « VT (*Potthast* QVVM) IVVENTVS ECCLESIE. »

2041. — *Romae apud Sanctum Petrum 29 Aprilis.*

« (Roberto) Archiepiscopo Rothomagensi. » Concedit ut tam monasteria quam alias ecclesias suae dioecesis lege ipsi dioecesana subiectas vacantes ultra tempus a canone difinitum de personis idoneis ordinare valeat, ibique corrigat et reformet quae correctionis et reformationis officio indigent. Romae apud Sanctum Petrum III. Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 418. fol. 86; Horoy H-i opp. omn. III. 218. n. 208. ex mss. du Theil.* — « CVM INSTANTIA NOSTRA. »

2042. — *Romae apud Sanctum Petrum 30 Aprilis.*

« Episcopo et Capitulo Massanensibus. » Praecipit ut iuxta aliud mandatum, quo de Mentiano et de Gerfalco plebanos Wlteranae dioecesis monitores deputavit, inducant in possessionem canonicatus Symonem clericum, alioquin a praeposito sancti Geminiani et de Cellulis et de sancto Ypolito plebanis Wlteranae dioecesis ad id appellatione postposita compellentur. Romae apud Sanctum Petrum II. Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 433. fol. 90.* — « PIETAS QVE PRESENTIS. »

Scriptum est super hoc eisdem executoribus.

2043. — *Romae apud Sanctum Petrum 30 Aprilis.*

« Iohanni Buccamugello civi Salernitano. » Confirmat quamdam sententiam quam archiepiscopus et Vrsus subdiaconus Papae canonicus Salernitani pro eo tulerunt contra Paganum Buderca (*al.* Budert) crucesignatum super quadam vinea, quam postea Nicolaus Tusculanus episcopus confirmavit; ac tenor sententiae diei 19 Aprilis

hic refertur. Romae apud Sanctum Petrum II. Kal. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 441. fol. 92.* — « Ea qve ivdicio. »

2044. — *Romae apud Sanctum Petrum 2 Maii.*

« (Roberto) episcopo et Capitulo Attrebatensibus. » Mandat eis ut recipiant Gottifridum clericum comitissae Flandrensis in canonicum. Romae apud Sanctum Petrum VI. Non. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. ep. 432. fol. 90; Horoy H-i opp. omn. III. 219. n. 209. ex mss. du Theil.* — « Dignvm est. »

Cod. Vat. addit: Scriptum est super hoc sancti Auberti et Sancti Sepulcri abbatibus et cantori Cameracensibus ut predictos episcopum et capitulum ad id attentius moneant et efficaciter inducere non postponant.

2045. — *Romae apud Sanctum Petrum 3 Maii.*

« Archipresbytero et Capitulo Veronensibus. » Concedit ut cum vacaverint praebendas quas in eorum ecclesia obtinent Mantuanus et Veronensis episcopi, libere eas personis idoneis conferre possint. Romae apud Sanctum Petrum V. Non. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 434. fol. 91.* — « Volentes vobis et ecclesie. »

2046. — *Romae apud Sanctum Petrum 5 Maii.*

« Episcopo Karleolensi. » Indulget ut pensiones introductas vel etiam augmentatas contra statuta concilii lateranensis in ecclesiis suae dioecesis possit legitime revocare. Romae apud Sanctum Petrum III. Non. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 446. fol. 94.* — « Cvm in lateranensi. »

2047. — *Romae apud Sanctum Petrum 6 Maii.*

« (Hamardo) Suessionensi episcopo et (Gervasio) abbati Premonstratensi. » Vt tradant palleum (Willelmo) archiepiscopo Remensi, ei per W. catorem Remensem et magistros A. Cathalaunensem et W. Lingonensem canonicos missum, et ab eo recipiant fidelitatis iuramentum. Romae apud Sanctum Petrum II. Non. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 437. fol. 91; Hugo Sacrae Antiq. monum. I. 11; Potthast 530. n. 6054; Horoy H-i opp. omn. III. 220. n. 210.* — « Licet apostolica sedes. »

2048. — *Romae apud Sanctum Petrum 6 Maii.*

« W(illelmo) Remensi archiepiscopo. » Nuntiat se palleum a Remensis capituli et suis nuntiis postulatum, plenitudinis scilicet officii pontificalis insigne, episcopo Suessionensi et abbati Praemonstratensi misisse ut ipsum ei tradant, sub forma quam eis sub bulla apostolica mittit interclusam, fidelitatis iuramentum nomine Papae recipientes; quo palleo ipse infra suam ecclesiam diebus expressis in privilegiis ei concessis uti possit. Romae apud Sanctum Petrum II. Non. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 438. fol. 91; Horoy H-i opp. omn. III. 221. n. 211. ex mss. du Theil.* — « Benigne admissa postvlatione. »

2049. — *Romae apud Sanctum Petrum 7 Maii.*

« Saresbiriensi episcopo et P(andulfo) Norwicensi electo camerario nostro Ap. Sed. Legato. » Mandat ut episcopo Wintoniensi licentiam concedant transferendi quoddam monasterium monialium positum in medio civitatis, in quo moniales vagis transeuntium oculis et vanis colloquiis nonnumquam expositae salutis et famae subiacent detrimentis, ad ecclesiam sanctae Crucis sitam in eiusdem latere civitatis. Romae apud Sanctum Petrum Nonis Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 439. fol. 91; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Mss. Vall. I. 51. p. 376. integra.* — « Ex parte. »

2050. — *Romae apud Sanctum Petrum 7 Maii.*

« Eidem (P[andulfo] Norwicensi electo camerario nostro Ap. Sed. Legato). » Ne permittat episcopum Wintoniensem et Ganfridum de Cautio, Robertum de Clintap̃ et Iohannem de Chiñ clericos commensales ipsius conveniri in iudicium nisi coram se. Dat. ut supra. (Romae apud Sanctum Petrum Nonis Maii anno tertio.) — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 440. fol. 91; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « VENERABILIS FRATER. »

2051. — *Romae apud Sanctum Petrum 7 Maii.*

« (Eberhardo) Salzeburgensi Archiepiscopo. » Conquerente Theodora uxore Luipoldi ducis Austriae, mandat ut revocet quae fecerat in ecclesia de Secchowe in praeiudicium ipsius ducis quum ipsi ea conditione facultatem Papa dedisset episcopalis sedis in memorata ecclesia Secchowiensi excitandae, ut nullum ex hoc damnum in Romanam Ecclesiam ac praefatum Austriae ducem redundaret. Romae apud Sanctum Petrum Nonis Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 444. fol. 93; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 28; Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 568. n. 11; Potthast 530. n. 6055; fragm. ap. Horoy H-i opp. omn. III. 221. n. 212.* — « DILECTA IN CHRISTO. »

2052. — *Romae apud Sanctum Petrum 7 Maii.*

« (Iohanni) Episcopo, Archipresbytero et Priori Sancti Laurentii Florentinis. » Hiis inlungit ut tradant possessionem canonicatus in Lucana ecclesia existentis magistro Guido clerico Lucano iuxta priorum litterarum continentiam decernentes irritum et inane si quid interim in ecclesia Lucana in praeiudicium praedicti clerici praesumptum fuit. Romae apud Sanctum Petrum Nonis Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 462. fol. 98; Lami Eccl. Florent. mon. III. 1789; Potthast 530. n. 6056; Horoy H-i opp. omn. III. 222. n. 213.* — « SI SEMPER HII. »

2053. — *Romae apud Sanctum Petrum 8 Maii.*

« Iacobo Aragonum regi illustri. » Attentis meritis ipsius et inclitae recordationis M. reginae Aragonum matris suae, sub beati Petri et sua protectione recipit personam suam, regnum Aragoniae, terram Cathaloniae, villam et terram Montis Pessulani cum omnibus aliis bonis et possessionibus. Romae apud Sanctum Petrum VIII. Id. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 455. fol. 96; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 381. integra; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 45; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 360. n. 36; Potthast 530. n. 6057; Horoy H-i opp. omn. III. 223. n. 214.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

2054. — *Romae apud Sanctum Petrum 8 Maii.*

Abbati et conventui de Beinwilre ecclesiam de Ergiswilre (Erschwyl) eis ab (Henrico) Basiliensi episcopo de capituli sui assensu concessam confirmat. Romae apud Sanctum Petrum VIII. Id. Maii anno tertio. — *Solothurn. Wochenbl. f. 1826. 200; Potthast 530. n. 6058.* — « IVSTA PETENTIVM DESIDERIIS. »

2055. — *Romae apud Sanctum Petrum 10 Maii.*

« (Tello) episcopo Palentino. » Ad preces Aegidii sanctorum Cosmae et Damiani diaconi Cardinalis mandat ut dispenset cum Bartholomaeo clerico super defectu natalium, qui a patre subdiacono et matre soluta genitus fuit, ut beneficium ecclesiasticum obtinere possit. Romae apud Sanctum Petrum VI. Id. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 442. fol. 92.* — « DILECTVS FILIVS. »

2056. — *Romae apud Sanctum Petrum 10 Maii.*

« (Philippo) Regi Francorum. » Gratias agit, quod pro Terrae Sanctae necessitatibus et negotio Albigentium treugas quas ipse firmaverat cum cl. mem. Iohanne rege Angliae per quadriennium, ultra terminum ad quem firmatae fuerant, duxerit prorogandas. Romae apud Sanctum Petrum VI. Id. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 443. fol. 93; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 39; Bouquet Rec. XIX. 684; Potthast 530. n. 6060; Horoy H-i opp. omn. III. 225. n. 216.* — « Deo in cvivs. »

2057. — *Romae apud Sanctum Petrum 10 Maii.*

« Eidem (Iacobo Aragonum regi illustri). » Confirmat ei villam Montispessulani et de Latis et de Omelaz (*Potth.* Omelar) castra cum omnibus terris et pertinentiis ad iurisdictionem praedictae villae spectantibus, quae ad eum haereditario iure pertinere noscuntur. Romae apud Sanctum Petrum VI. Id. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 456. fol. 96; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 45; Teulet Layettes I. 480. n. 1345; Potthast 503. n. 6059; Horoy H-i opp. omn. III. 224. n. 215.* — « Ivstis petentivm. »

2058. — *Romae apud Sanctum Petrum 11 Maii.*

« (Herveo) Episcopo, (Stephano) Decano et Cantori Trecensibus. » Cognitis cancellarii Parisiensis contra Parisiensem universitatem iniuriis, mandat ut denuncient scolares Parisienses non esse ligatos sententia excommunicationis lata in eos ab episcopo, et nihil esse in posterum attemptandum sine Papae licentia contra eandem universitatem: mandat praeterea ut iamdictus cancellarius vel ab obiectis sibi criminibus se purget, si possit, vel poenam subeat qua sit constringendus. Romae apud Sanctum Petrum V. Id. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 445. fol. 93; Mss. Vallicell. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 685; non integra ap. Bulaeum Hist. Vniv. Paris. III. 93; Potthast 530. n. 6061; Horoy H-i opp. omn. III. 226. n. 217.* — « Si doctorvm et discipvlorvm. »

2059. — *Romae apud Sanctum Petrum 11 Maii.*

« S(tephano) Archiepiscopo Cantuariensi Sancte Romane Ecclesie Cardinali et Saresbiriensi episcopo ac P(andulfo) Norwicensi electo Camerario nostro Ap. Sed. Legato. » Cassatis electionibus de archidiacono Norwicensi et magistro R. de Eboraco in ecclesia Elyensi celebratis, mandat ut de redditibus ad mensam episcopalem Elyensem spectantibus assignent magistro R. praedicto quantum valebant redditus quos ante suam electionem noscitur habuisse, tandiu percipiendum donec de ecclesiastico beneficio ipsi provisum fuerit. Romae apud Sanctum Petrum V. Id. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 449. fol. 94; Musaeum Brit. add. mss. 15351.* — « Electionibvs qve. »

2060. — *Romae apud Sanctum Petrum 11 Maii.*

« (Henrico) Archiepiscopo Gneznensi. » Eum gravi corporis languore correptum absolvit ab onere legationis in Pruscia. Romae apud Sanctum Petrum V. Id. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 457. fol. 96; Mss. Vallicel. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 34; Voigt Cod. Dipl. Pruss. I. 14. n. 13; Theiner Mon. Polon. I. 9. n. 19; Potthast 530. n. 6062; Horoy H-i opp. omn. III. 229. n. 218.* — « Cvm tibi olim. »

2061. — *Romae apud Sanctum Petrum 11 Maii.*

Potestatem et populum Cremonenses, qui per terras ecclesiae Romanae non absque illius laesione

flumen Padum educentes illud ab alveo proprio dirigere intendunt, monet et hortatur, ut ab huiusmodi praesumptione cessent. Romae apud Sanctum Petrum V Id. Maii anno tertio. — *Ficker Forschungen IV. 310. n. 266; Potthast App. p. 2088. n. 6062a-26037.* — « SI PRVDENTER VELITIS. »

2062. — *Romae apud Sanctum Petrum 12 Maii.*

Abbatissa et sororibus monasterii Trebnicensis postulantibus abbati de Lubes ord. Cisterc. Wratislav. dioc. visitationem dicti coenobii committit, cum abbas Portensis propter itineris et guerrarum discrimina eam exercere non potuerit. Romae apud Sanctum Petrum IV. Id. Maii anno tertio. — *Grünhagen Regest. I. 105. n. 214; cf. Potthast 531. n. 6064.*

2063. — *Romae apud Sanctum Petrum 13 Maii.*

Praeposito et capitulo petentibus ecclesiam s. Petri Thoraltensis patrocinandam suscipit, specialiter autem ei decimam maiorem et minutam necnon census ab habitatoribus villae Thoraltensis debitos, redditus nundinarum et etiam redditus dictos Kermisse confirmat. Romae apud Sanctum Petrum III. Id. Maii anno tertio. — *Miraei Opp. dipl. III. 81; Potthast 531. n. 6065; Horoy H-i opp. omn. III. 229. n. 219.* — « CVM A NOBIS. »

2064. — *Romae apud Sanctum Petrum 14 Maii.*

« Magistro Scolarum Mutinensi. » Visa sententia Ae(gidii) sanctorum Cosmae et Damiani diaconi Cardinalis, qui processum Prioris sancti Petri Maioris Lucani inter episcopum Lucanum et Priorem sancti Bartholomaei in Silice Lucanum irritavit et decrevit sindicum monasterii sancti Benedicti supra Padum esse reducendum in possessionem vel quasi quorumdam bonorum quae memorato episcopo per processum ipsum adiudicata fuerant, mandat ut sindicum ipsum in possessionem praedictam inducat et inductum tueatur, salvo tamen omni memorati episcopi iure, ut si quid in eodem monasterio competere sibi credit contra dictum monasterium sancti Benedicti libere valeat experiri. Romae apud Sanctum Petrum II. Id. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 447. fol. 94.* — « CVM DILECTVS FILIVS. »

2065. — *Romae apud Sanctum Petrum 15 Maii.*

« Episcopo Ferentinati et magistro Angelo canonico Marsicano. » Vt cum super statu monasterii sancti Iohannis in Venere, per G. tit. sancti Theodori diaconum cardinalem mediantibus abbate et quibusdam monachis ipsius loci inquisitionem fieri iam mandasset, praecipit ut per monachos alios inquirant, receptis prius in eorum manibus castris ecclesiae ad opus ipsius monasterii et abbatis ad beneplacitum et mandatum Sedis Apostolicae conservandis, et quod invenerint sub eorum sigillis Papae fideliter intiment ut ad eius reformationem melius procedere possit. Romae apud Sanctum Petrum Idib. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 448. fol. 94; Mss. Vallicel. I. 53. et I. 51. p. 377. integra.* — « AD REFORMATIONEM. »

2066. — *Romae apud Sanctum Petrum 15 Maii.*

« Eisdem (Stephano Archiepiscopo Cantuariensi Sancte Romane Ecclesie Cardinali et Saresbiriensi Episcopo ac P(andulfo) Norwicensi electo Camerario nostro Ap. Sed. Legato). » Mandat ut personam idoneam praeficiant in episcopum ecclesiae Elyensis, archidiacono Norwicensi et magistro R. de Eboraco prorsus omissis, quorum electionem ipse iam cassavit. Romae apud Sanctum Petrum Idib. Maii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 450. fol. 94; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « ELECTIONIBVS QVE. »

2067.— *Romae apud Sanctum Petrum 15 Maii.*

Philippum regem Francorum hortatur, ne Tholosanorum versutia malignorum seductus de comitatu Tholosano et circumadiacentibus terris novam faciat alii concessionem, cum praedicta iam Simoni Montisfortis comiti eiusque filio Amalrico comiti Tholosano concesserit. Romae apud Sanctum Petrum Id. Maii anno tertio. — *Duchesne Hist. Franc. scr. V. 852. n. 4; Bouquet Rec. XIX. 686; Potthast 531. n. 6066; Horoy H-i opp. omn. III. 230. n. 220.* — « Cvm pro negotio. »

2068.— *Romae apud Sanctum Petrum 16 Maii.*

Vniversos crucesignatos Teutoniae, Bohemiae, Moraviae, Daciae, Poloniae et Pomeraniae ad subsidium Prutenorum proficiscentes exhortatur ut non quae sua sunt, sed quae Christi quaerant ad convertendos paganos ad Dominum. Romae apud Sanctum Petrum XVII. Kal. Iunii anno tertio. — *Suhm Hist. af Danmark IX. 327; Horoy H-i opp. omn. III. 231. n. 221.* — « Cvm secvndvm apostolvm. »

2069.— *Romae apud Sanctum Petrum 17 Maii.*

« Episcopo Bathoniensi eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. » Confirmat quandam compositionem inter episcopum Bathoniensem et priorem et conventum Glastonienses initam, qua dictus conventus ab ecclesia Bathoniensi dissolvitur, ita ut sub proprio abbate a conventus maiore et saniore parte libere eligendo gubernetur, salvo iure patronatus, quod Iohannes rex Angliae ipsi episcopo contulit. Romae apud Sanctum Petrum per manum Ranerii Sancte Romanae Ecclesie Vicecancellarii XVI. Kal. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 452. fol. 95; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Wilkins Concil. I. 569. (17 Maii 1218); Dugdale Monast. Anglic. II. 269. n. 19; Potthast 531. n. 6067. qui iam hanc epistolam retulit ad pag. 510. n. 5807, sub die 17 Maii 1218, delendam vero, ut leg. in Append. p. 2088. n. 6067. (ubi incipit:* Cum inter te); *iisdem erroribus fulta ap. Horoy H-i opp. omn. II. 767. n. 257.* — « Cvm desideremvs. »

2070.— *Romae apud Sanctum Petrum 18 Maii.*

« Sanccio (sic) illustri regi Navarre. » Eum eiusque regnum cum omnibus iuribus et honoribus sub protectione suscipit, dum contra infideles signo crucis assumpto ipse proficiscitur. Romae apud Sanctum Petrum XV. Kal. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 454. fol. 96; Mss. Vallicel. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 45. (die 17 Iunii); Potthast 531. n. 6068. et p. 533. (17 Iunii); Horoy H-i opp. omn. III. 232. n. 222. ex mss. du Theil.* — « Deo in cvivs. »

2071.— *Romae apud Sanctum Petrum 18 Maii.*

« F(riderico) illustri regi Sycilie et universis Cruce signatis per Teutoniam constitutis. » Ad instantiam ipsius regis prorogatur tempus in Terram Sanctam transfretationis a festo sancti Iohannis Baptistae usque ad festum sancti Michaelis proxime venturum. Romae apud Sanctum Petrum XV. Kal. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 458. fol. 96; Mss. Vallicel. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 8; cf. Raumer Gesch. der Hohenstaufen 3. Aufl. III. 118. Anm. 2; Forschungen z. Deutschen Gesch. XV. 377; Potthast Append. p. 2088. n. 6068 a-26038; (ubi incipit:* Sinceris fili karissime.); *Rodenberg Ep. Sel. 70 n. 97.* — « Attendentes olim. »

2072.— *Romae apud Sanctum Petrum 19 Maii.*

« Magistro Ricchardo archidiacono Ebroicensi. » Mandat ut quotidie exequatur officii sui munus contra abusum Ricchardi de Harencort, qui uno die tantum quolibet anno ipsum in terra sua causas audire per-

mittebat, consuetudinibus quae sacris repugnant canonibus nequaquam obstantibus. Romae apud Sanctum Petrum XIIII. Kal. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. ep. 453. fol. 96; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 233. n. 223. ex mss. du Theil.* — « QVIA ERROR CVI. »

2073. — *Romae apud Sanctum Petrum 21 Maii.*

« Pandulfo Norwicensi Electo Camerario nostro Ap. Sed. Legato. » Vt inquirat et audiat causam inter W. marescallum comitem Pembrocensem et magistrum P. Malvicinum canonicum sancti Patricii Dublinensis de illegitimo matrimonio natum qui sub electionis et postmodum sub postulationis spe in Ossoriensem ecclesiam, in qua idem comes ius obtinet patronatus, se ingerere ac ministrare nitebatur dispensationis gratia non obtenta. Romae apud Sanctum Petrum XII. Kal. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 461. fol. 97; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « DILECTVS FILIVS. »

2074. — *Romae apud Sanctum Petrum 21 Maii.*

« Archiepiscopo Toletano Apostolice Sedis Legato. » Vt super electionibus in Calagurritana ecclesia celebratis inter G. Tutelanum priorem et R. Calagurritanum decanum, vocatis qui fuerint vocandi, causam ad Romanam Curiam remittat instructam. Romae apud Sanctum Petrum XII. Kal. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 466. fol. 99.* — « AVDITIS ET INTELLECTIS. »

2075. — *Romae apud Sanctum Petrum 22 Maii.*

« Abbatisse et monialibus de Kizingeñ. » Concedit eis ecclesiam de Ipphehoven (*Potth.* Ipphoven) Herbipolensis dioecesis cum pertinentiis suis in perpetuum, « ita tamen quod per diocesanum loci perpetuus vicarius presentandus a vobis instituatur ibidem, qui vobis de temporalibus, ipsi vero diocesano teneatur de spiritualibus respondere. » Romae apud Sanctum Petrum XI. Kal. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 464. fol. 98; Lang Regesta II. 95; cf. Potthast 531. n. 6069a.* — « EX TENORE LITTERARVM. »

2076. — *Romae apud Sanctum Petrum 22 Maii.*

Saltzburgensi et Garsensi praepositis et decano Saltzburgensi mandat, ut inter praepositum et capitulum Bertegesmenses ex parte una et Vlricum clericum de Aichen Ratisbon. dioc. ex altera super ecclesia eorum de Pubenkirchen et rebus aliis litigantes iudicium faciant. Romae apud Sanctum Petrum XI. Kal. Iunii anno tertio. — *Hund Metrop. Salisburg. ed. Gewold II. 167; Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII) 17. n. 19; Potthast 531. n. 6069. et in Append. p. 2088.* — « QVERELAM DILECTORVM FILIORVM. »

2077. — *Romae apud Sanctum Petrum 23 Maii.*

« Christiano episcopo Pruscie. » Mandat ei ut, quum (Sigwinus) Camminensis episcopus paralytica infirmitate et senili aetate dissolutus absolvi se ab onere episcopali petiisset, illius cessionem recipiat et capitulo ipsius loci iniungat ut virum idoneum sibi canonice eligant in pastorem. Romae apud Sanctum Petrum X. Kal. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 459. fol. 97; Mss. Vallicell. I. 53; Watterich Deutsch. Ordensstaat 231; cf. Suhm Hist. af Danmark IX. 355; Hasselbach Cod. Pomeran. dipl. I. 279. n. 124; Klempin Pommersches UB. I. 139. n. 191; Potthast 531. n. 6070.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

2078. — *Romae apud Sanctum Petrum 23 Maii.*

« Richardo Episcopo Minerbinensi. » Cum sponte sua ipse ecclesiae Minerbi-

nensis regimen resignaverit, concedit ut in ecclesia sancti Samuelis de Barolo, quotiens ab abbate ipsius ecclesiae fuerit requisitus, possit ordines celebrare consuetis temporibus, consecrare altaria et vestes etiam ac vasa benedicere. Romae apud Sanctum Petrum X. Kal. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 467. fol. 99.* — « ATTENDENTES QVOD. »

2079. — *Romae apud Sanctum Petrum 24 Maii.*

« Episcopo Wlterano. » Sententialiter confirmat arbitria episcopi et praepositi Aretinorum pro eo lata tam super medietate doanae salis cum accessionibus ac fructibus eius et super ripa marrantia cum suo districtu et quibusdam fructibus, quam super quibusdam quae hic exprimuntur castris, iuribus ac possessionibus. Romae apud Sanctum Petrum VIIII. Kal. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 470. fol. 100.* — « AVDITIS ET INTELLECTIS. »

2080. — *Romae apud Sanctum Petrum 24 Maii.*

« Archiepiscopo Pisano. » Vt observari faciat arbitria lata pro episcopo Wlterano ab episcopo et praeposito Aretinis. Dat. ut supra. (Romae apud Sanctum Petrum VIIII. Kal. Iunii anno tertio). — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 471. fol. 100.* — « AVDITIS ET INTELLECTIS. »

2081. — *Romae apud Sanctum Petrum 25 Maii.*

« Conventui Glastoniensi. » Cum per compositionem quae inter Bathoniensem episcopum et ipsos super dissolutione unionis est inita, eorum monasterium sit in redditibus graviter diminutum, concedit ut omnes ecclesias in dioecesi Bathoniensi constitutas, quae iure advocationis ad Papam pertinent, « ad hospitalitatem et helemosinam in vestro monasterio conservandam cum vacaverint in usus proprios per sex menses retinere possitis, ita tamen quod idoneos in eis vicarios ordinetis diocesano episcopo presentandos qui ei plene de spiritualibus, vobis autem de temporalibus debeant respondere. » Romae apud Sanctum Petrum VIII. Kal. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 473. fol. 100; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « SI DOTARI VEL DITARI. »

2082. — *Romae apud Sanctum Petrum 26 Maii.*

« (Bonaventurae) Episcopo Ariminensi. » Mandat ut testes fideliter recipiat ac diligenter examinet, num verum sit, ut pars canonicae asserit, et pars ecclesiae Ravennatensis denegat, canonicam sanctae Mariae in Portu Ravennatis esse extra dioecesim Ravennatem, et partibus terminum competentem praefigat quo per procuratores idoneos apostolico conspectui se praesentent. Romae apud Sanctum Petrum VII. Kal. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 465. f. 99; Fantuzzi Monum. Ravenn. VI. 69. n. 38; Potthast App. p. 2088. n. 6072a-26039.* — « PRESENTIVM TIBI AVCTORITATE. »

2083. — *Romae apud Sanctum Petrum 26 Maii.*

« Episcopo Sancti Angeli et Priori de Wltu Melfiensis diocesis. » Cum Ioseph monachus, qui pro abbate monasterii sanctae Mariae in Ilice se gerebat, de quo causa vertebatur super intrusione, dilapidatione et simonia coram G. tit. sanctae Anastasiae presbytero Cardinali, regimen abbatis renuntiaverit; iniungit ut monachis supradicti monasterii concedant licentiam eligendi abbatem, et electionem, si de persona idonea canonice celebrata fuerit confirment, alioquin, ea cassata, provideant. Romae apud Sanctum Petrum VII. Kal. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 468. fol. 99.* — « CVM OLIM MONACHI. »

2084. — *Romae apud Sanctum Petrum 26 Maii.*

« (Christiano) episcopo Pruscie. » Memoratis guerris *(sic)* et inimicitiis inter (Waldemarum) Danorum regem et O(ttonem) de Lunnemburgo (*Potth.* Lunemburch) nepotem ipsius ex parte una, et nobilem virum (Albrechtum) marchionem Brandeburgensem ex altera exortis, concedit ut ad inimicitias sedandas et pacem inter ipsos servandam, super causa matrimonii inter Ottonem supradictum et filiam marchionis memorati, in quarto consanguinitatis gradu cum eis de auctoritate apostolica dispenset. Romae apud S. Petrum VII. Kal. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 469. fol. 99; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 383. fragm.; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 35; Voigt Cod. Dipl. Pruss. I. 14. n. 14; Riedel Cod. Dipl. Brandenb. 2. Hauptth. I. 7. n. 13; Potthast 531. n. 6071; Rodenberg Ep. Sel. 70. n. 98; Horoy H-i opp. omn. III. 33. n. 224.* — « Ascitis aliis in. »

2085. — *Romae apud Sanctum Petrum 26 Maii.*

« Archidiacono et Capitulo Iadertinis. » Vt consentiant quod (Angelus) patriarcha Gradensis confirmet et consecret eorum Electum, alioquin in proximo festo beati Martini mittant ad Curiam procuratores suos ut, negotii meritis cognitis, prout de iure procedatur. Romae apud Sanctum Petrum VII. Kal. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 472. fol. 100; Theiner Vet. mon. Slavorum merid. I. 71. n. 79; Potthast 531. n. 6072; Horoy H-i opp. omn. III. 235. n. 225.* — « Venerabilis frater noster. »

2086. — *Romae apud Sanctum Petrum 26 Maii.*

« Nifo Abbati monasterii Sancte Marie de Carra. » Vsum concedit ei personaliter annuli. Romae apud Sanctum Petrum VII. Kal. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 474. fol. 100; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Ad ecclesiasti *(sic)* decoris. »

2087. — *Romae apud Sanctum Petrum 28 Maii.*

« Archiepiscopo Toletano Apostolice Sedis Legato. » Vt de bonis episcopatus Calaguritani provideat Willelmo priori Tutelano in moderatis expensis usque ad finem litis quae super electione de ipso facta in episcopum Calaguritanum coram Legato ipso agitatur. Romae apud Sanctum Petrum V. Kal. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 475. fol. 100.* — « Presentivm tibi. »

2088. — *Romae apud Sanctum Petrum 28 Maii.*

« Fratribus Hospitalis Roscidevallis. » Vt operae hospitalitatis sollicitius intendere possint absolvit eos a solutione vicesimae pro Terrae Sanctae subsidio, quae in concilio generali imposita fuit omnibus omnino clericis tam subditis quam praelatis. Dat. ut supra. (Romae apud Sanctum Petrum V. Kal. Iunii anno tertio). — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 476. fol. 100; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « Odor boni nominis. »

2089. — *Romae apud Sanctum Petrum 28 Maii.*

« Priori et conventui monasterii Glastoniensis. » Cum eorum monasterium, unione Bathoniensis et Glastoniensis ecclesiarum dissoluta, dignitate abbatis iam privatum fuerit, et eidem dignitati auctoritate apostolica restitutum sit, confirmat concessionem eis factam a Coelestino Papa super usu pontificalium insignium et licentia benedicendi indumenta sacerdotalia. Romae apud S. Petrum V. Kal. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 477. fol. 100; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Dugdale Monast. Anglic. I. 41. n. 54; Potthast 532. n. 6076.*

(30 Maii); sub eodem die Horoy H-i opp. omn. III. 236. n. 228. — VT PVLCHRA ET DECORA. »

2090. — *Romae apud Sanctum Petrum 28 Maii.*

« Priori et fratribus Grandimontensibus. » Eorum ecclesias cum membris suis a praestatione vicesimae pro subsidio Terrae Sanctae eximit cum ex helemosinis praecipuam habeant ipsi substentationem, et sententias, si quae forsan hac de causa fuerint in eorum aliquos promulgatae, relaxat. Romae apud Sanctum Petrum V. Kal. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 481. fol. 102; Horoy H-i opp. omn. III. 236. n. 227. ex mss. du Theil.* — « CVM IN GENERALI CONCILIO. »

2091. — *Romae apud Sanctum Petrum 28 Maii.*

Priori de S. Andrea eiusque successoribus dat facultatem, ut canonicos suos in ecclesiis subditis absque impedimento constituat et eos, cum deliquerint, secundum regularia corrigat instituta etc. Romae apud Sanctum Petrum V Kal. Iunii anno tertio. — *Liber cartar. prioratus S. Andreae 86; Potthast 531. n. 6073.* — « CVM SOLLICITVDINEM DILIGENTIE. »

2092. — *Romae apud Sanctum Petrum 28 Maii.*

Vniversis episcopis per regnum Scotiae constitutis prohibet, ne priorem et fratres S. Andreae in Scotia vel clericos eorum indebitis exactionibus vel talliis fatigent aut denarios pro crismate vel oleo sancto sub obtentu pravae consuetudinis ulterius exigant etc. Romae apud Sanctum Petrum V. Kal. Iunii anno tertio. — *Liber cartar. etc. 87; Potthast 531. n. 6074.* — « QVANTO DILECTOS FILIOS. »

2093. — *Romae apud Sanctum Petrum 28 Maii.*

Praeposito Watenensi et S. Audomari et Watenensi decanis Morinens. dioc. mandat, faciant ut arbitrium, quod archidiaconus Morinensis et coarbitri eius inter praepositum et capitulum Leonenses ex parte una et Lippinum Beir. Morinens. dioc. ex altera super quibusdam possessionibus protulerunt, firmiter observetur. Romae apud Sanctum Petrum V. Kal. Iunii anno tertio. — *Hollebeke Cartul. de l'abb. de St. Pierre de Loo 40. n. 34; Potthast 531. n. 6075; Horoy H-i opp. omn. III. 235. n. 226.* — « SVPPLICARVNT NOBIS DILECTI. »

2094. — *Romae apud Sanctum Petrum 29 Maii.*

« Episcopo et Capitulo Lausanensibus. » Vt recipiant in canonicum magistrum Andream clericum, alioquin dat in litteris in mandatis sancti Victoris Gebennensis et de Altaripa Lausanensis dioecesis prioribus et magistro Aymoni de Ambiliaco canonico Gebennensi ut eos ad id compellant. Romae apud Sanctum Petrum IIII. Kal. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 484. fol. 102.* — « CONSTITVTVS IN PRESENTIA. »

Scriptum est super hoc eisdem executoribus.

2095. — *Romae apud Sanctum Petrum 29 Maii.*

« Magistro Zacharie Scriptori nostro. » Confirmat sententiam A(ldebrandini) Cardinalis diaconi sancti Eustachii pro eo latam, qua decretum fuit ipsum esse canonicum ecclesiae Tyburtinae, eique praebendam et portionem communium proventuum, sicut uni ex aliis qui ea ratione canonicatus percipiunt, esse assignandam. Romae apud Sanctum Petrum IIII. Kal. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 504. fol. 106.* — « PETIVISTI CORAM DILECTO. »

2096. — *Romae apud Sanctum Petrum 29 Maii.*

« (Iacobo) episcopo et Abbati Sancti Clementis Tyburtinis. » Vt observari faciant sententiam latam ab A(ldebrandino) Cardinali

diacono sancti Eustachii pro magistro Zacharia scriptore Papae qua decrevit ipsum in canonicum fuisse receptum, eique praebendam et portionem communium proventuum esse assignandam. Dat. ut supra. (Romae apud Sanctum Petrum IIII. Kal. Iunii anno tertio). — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 505. fol. 106.* — « DILECTVS FILIVS. »

2097. — *Romae apud Sanctum Petrum 30 Maii.*

« Nifo Abbati monasterii Sancte Marie de Carra. » Ei qui de monasterio Veteris Squillacii ad abbatiam sanctae Mariae de Carra auctoritate apostolica translatus fuit, eandemque abbatiam in manibus Papae resignavit, abbatiam ipsam de novo concedit et investituram de eadem ipsi propriis manibus tradit cum privilegio utendi mitra ac annulo. Romae apud Sanctum Petrum III. Kal. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 482. (pro 472, ut perperam scripsit amanuensis). fol. 102.* — « CVM TE DE MONASTERIO. »

2098. — *Romae apud Sanctum Petrum 30 Maii.*

« Conventui monasterii Sancte Marie de Carra. » Vt eumdem Nifum, quem propriis manibus investivit de eorum abbatia, eique baculum pastorale ac insuper in signum plenitudinis usum mitrae et annuli concessit, recipiant in abbatem, eiusque monita ac mandata observent. Dat. ut supra. (Romae apud Sanctum Petrum III. Kal. Iunii anno tertio). — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 483. (pro 463, ut male scripsit amanuensis), fol. 102.* — « DILECTVM FILIVM. »

2099. — *Romae apud Sanctum Petrum 30 Maii.*

Abbati et conventui de Follina Cisterc. ord. confirmat definitivam sententiam, quam T. prior SS. Marinae et Iuliani de Vrbanis et plebanus S. Pauli de Venetiis pro eis contra monasterium s. Firmi de Verona super eo, quod abbas et conventus eiusdem monasterii ecclesiam de Folina ad ipsos pleno iure pertinere dicebant, et rebus aliis promulgaverant. Romae apud Sanctum Petrum III. Kal. Iunii anno tertio. — *Cornelius Eccles. Venet. II. 318; Mittarelli Annal. Camald. IV. app. 390; Potthast 532. n. 6077; Horoy H-i opp. omn. III. 237. n. 229.* — « CVM ILLIVS LOCVM. »

2100. — *Romae apud Sanctum Petrum 31 Maii.*

« Marturanensi et Crotonensi Episcopis et Abbati de Frigilo Geneocastrensis (*idest* Neocastrensis) diocesis. » Vt irritam declarent compositionem initam inter quosdam monachos monasterii sanctae Mariae de Carra et episcopum et capitulum Neocastrenses super causa in qua agebatur de subiectione ipsius monasterii, cum monasterium ipsum ad Sedem Apostolicam nullo mediante pertineat. Romae apud S. Petrum II. Kal. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 479. fol. 101.* — « DILECTO FILIO. »

2101. — *Romae apud Sanctum Petrum 31 Maii.*

Meffrido abbate monasterii in Arnsburck ord. Cisterc. eiusque fratribus petentibus praefatum coenobium protegendum suscipit, possessiones istius ac bona, specialiter grangias Gülle, in Colenhuse et in Ennickheim cum omnibus pertinentiis, iura ac privilegia eis confirmat. Romae apud Sanctum Petrum II. Kal. Iunii indict. VIII (!), incarn. dom. anno 1219 pont. anno (secundo, *sed legas*) tertio. Signa chronol. sunt corrupta. — *Rob. Kolb Aquila certans. Docum. 4; Potthast 532. n. 6078, cf. p. 512. ad diem 31 Maii 1218; Horoy H-i opp. omn. III. 238. n. 230.* — « RELIGIOSAM VITAM ELIGENTIBVS. »

2102. — ... *Maii.*

« B(ertranno) tituli Sanctorum Iohannis et Pauli presbytero Cardinali Ap. Sed. Legato. » Mandat, provideat ne, ut multi suspicantur, Lodowicus primogenitus (Philippi) regis Francorum sub praetextu per-

sequendi haereticos (Albigenses), in Pictavia et Vasconia aliquid agat contra iura Henrici regis Angliae, unde si forte illarum terrarum « aliqua sic erit labe heretice pravitatis infecta, ut nisi adhibita violentia nequeat emundari, non tamen volumus quod ab hoc cuiquam in illa ius aliquod acquiratur, sed relinquatur absolute ac libere ipsi regi sicut ad eum noscitur pertinere. » Absque ullo signo chronologico. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 451. fol. 94; Mss. Vallic. I. 53. et I. 51. p. 378; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 40; Bouquet Rec. XIX. 687; Manrique Ann. Cisterc. IV. 212. (ad an. 1222); Potthast 532. n. 6079. (Maii 1219); Horoy H-i opp. omn. III. 242. n. 231.* — « PRESVMITVR A MVLTIS. »

2103. — *Romae apud Sanctum Petrum ... (Maii).*

(Guillelmo) episcopo Engolismensi, abbati de Nantolio (Naucolio *Rym.*) Pictavens. dioc. et decano Burdegalensi mandat, ut, cum R(eginaldus) de Ponte germanus senior episcopi Canutonensis (*i. e.* Xanctonensis), pactis a. 1214 inter Iohannem regem Angliae et Philippum regem Franciae induciis, castrum de Merpiis fiducialiter custodiendum acceperit nec illud Henrico regi Angliae Iohannis filio reddere velit, detentores castri ad restitutionem praefato regi faciendam per censuram ecclesiasticam compellant. Romae apud Sanctum Petrum anno tertio. (Sine die et mense). — *Rymer Foed. I. 1. 78; Bouquet Rec. XIX. 691; Potthast 532. n. 6080; Horoy H-i opp. omn. III. 244. n. 232.* — « QVANTO LIBENTIVS HACTENVS. »

2104. — *Romae apud Sanctum Petrum 1 Iunii.*

« Nifo Abbati et Conventui Monasterii Sancte Marie de Carra. » Iuxta litteras Alexandri Papae eorum monasterium olim a Nycolao heremita in loco sibi collato a W. rege Siciliae constructum Romano Pontifici immediate subesse declarat, atque ab impetitione episcopi et capituli Neocastrensium eos sententialiter absolvit dictis episcopo et capitulo super hoc perpetuum silentium imponens. Romae apud Sanctum Petrum Kal. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 478. fol. 101.* — « SICVT IN LITTERIS. »

In eundem modum scriptum est executoribus Squillacensi et Strongilensi episcopis et archidiacono Squillacensi ut quod a se super praemissis sententialiter diffinitum est, per censuras ecclesiasticas a cappellatione postposita observari faciant.

2105. — *Romae apud Sanctum Petrum 1 Iunii.*

« Nifo Abbati Sancte Marie de Carra eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Eorum monasterium, ubi ordo monasticus secundum beati Basilii regulam observatur, confirmat una cum bonis et possessionibus quas enumerat, ipsum ad exemplar Alexandri Papae a iurisdictione cuiuslibet archiepiscopi et episcopi eximit, atque libertates et privilegia concedit et amplificat. Romae apud Sanctum Petrum per manum Ranerii Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarii Kal. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 480. fol. 102.* — « RELIGIOSAM VITAM ELIGENTIBVS. »

(1-10) Iunii. — Hoc anno Honorius pp. mense Iunio Vrbem exiens ivit Reate ibique moram faciens usque ad mensem Octobrem inde ivit Viterbium et tandem Romam reversus est; sed cum propter Romanorum molestias esse Romae non posset, coactus est Viterbium remeare. — *Richardi de S. Germ. Chron. ad a. 1218 ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 991. (ap. Vghelli Ital. sacr. (ed. 1647) III. 978); Potthast 532.*

2106. — *Reate 11 Iunii.*

« Hugolino (*al.* Vgrino) Archiepiscopo Colocensi. » Ei personaliter concedit ut cum regales ecclesias suae dioecesis et provinciae quae in temporalibus regi Vngariae

et Sedi Apostolicae in spiritualibus nullo pertineant mediante adierit, palleo consuetis diebus et aliis insigniis archiepiscopalibus uti possit. Reate III. Id. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 485. fol. 103; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 33; Fejér Cod. dipl. III. I. 280; Theiner Mon. Hungar. I. 21. n. 34; Potthast 532. n. 6082.* — « CVM CONSTITVTE PER. »

2107. — *Reate 11 Iunii.*

« Vniversis prelatis ecclesiarum Regalium diocesis et provincie Colocensis. » Scribit se Hugolino (*al.* Vgrino) archiepiscopo Colocensi personaliter concessisse facultatem utendi palleo et aliis insigniis episcopalibus in ecclesiis regalibus dioecesis et provinciae suae: nullum ergo impedimentum super hac re ei inferre praesumant. Reate III. Id. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 486. fol. 103; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 33; Katona Hist. crit. V. 324; Fejér Cod. dipl. III. I. 280; Theiner Mon. Hungar. I. 22. n. 35; Potthast 532. n. 6083; Horoy H-i opp. omn. III. 246. n. 234.* — « CVM CONSTITVTE PER. »

2108. — *Reate 11 Iunii.*

« (Iohanni) Archiepiscopo Strigoniensi. » Vetat ne per provinciam et dioecesim Colocensem in abbatiis, praeposituris ac ecclesiis regalibus palleo vel aliis pontificalibus insigniis utatur nec crucem faciat coram se in Colocensis archiepiscopi praeiudicium baiulari, cum imperium non habeat par in parem. Reate III. Id. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 487. fol. 103; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 33; Katona l. c. 325; Fejér l. c. 281; Theiner l. c. 22. n. 36; Potthast 532. n. 6084; Horoy H-i opp. omn. III. 247. n. 235.* — « LICET IN QVOLIBET. »

2109. — ... *11 Iunii.*

Archiepiscopos et episcopos, abbates... et alios ecclesiarum praelatos rogat et exhortatur, ut latores praesentium de Minorum fratrum collegio existentes, cum ad eos duxerint declinandum, recipiant sicut catholicos et fideles. *Sine loco,* III. Id. Iunii anno tertio. — *Wadding Ann. Minor. I. 301; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 11. 2; Potthast 532. n. 6081; Horoy H-i opp. omn. III. 246. n. 233.* — « CVM DILECTI FILII. »

2110. — *Reate 12 Iunii.*

« Abbati et Conventui Virziliacensibus. » Cum multi de Burgensibus eorum, qui Virziliacensi ecclesiae sunt valde utiles, crucem assumpserunt indulget ut pro utilitate monasterii retinere possint duos ex crucesignatis ituris in subsidium Terrae Sanctae vel contra Albigenses, dummodo crucesignati praedicti pro se competentes eo dirigant bellatores et in fraudem voti nihil penitus attemptent. Reate II. Id. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 489. fol. 103; Horoy H-i opp. omn. III. 249. n. 237. ex mss. du Theil.* — « EX PARTE VESTRA. »

2111. — *Reate 12 Iunii.*

Priorem et conventum de Passelet, Cluniacensis ordinis, tuendos suscipit. Reate II. Id. Iunii anno tertio. — *Registrum monasterii de Passelet 111; Horoy H-i opp. omn. III. 248. n. 236.* — « SOLET ANNVERE. »

2112. — *Reate 13 Iunii.*

« Abbati Sancti Petri, Sacriste et W. de Malicorne (Moleone, *Horoy*) canonico Autisiodorensibus. » Abbatis et conventus Virziliacensium supplicationibus annuens, concedit ut de ecclesiis quas ipsi habent in Senonensi provincia, duas pauperes coniungant in unam ubi ecclesiis ipsis et capellanis servientibus in eisdem expedire viderint, proviso alteri de duobus presbyteris in alio beneficio vel pensione quoad vixerit competenti. Reate Idib. Iunii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 490. fol. 103; Horoy H-i opp. omn. III. 250. n. 239. ex mss. du Theil.* — « DILECTI FILII. »

2113. — *Reate 13 Iunii.*
Abbati et conventui monasterii Litiensis (Laetiensis, *Potthast*) scribit de libertate personarum et bonorum ipsius monasterii, et specialiter domos de Brueriis et de Thorvoie eis confirmat. Reate Id. Iunii anno tertio. — *Copiée sur l'original muni des sceaux du Pape Honorius par dom Queimfert le 13 Juillet 1774; Mss. lat. biblioth. Nat. Parisien. t. 126. p. 11; Reiffenberg Monum. pour servir à l'hist. de Namur VII. 643; cf. Potthast App. p. 2088. n. 6085 a-26040; integra ap. Horoy H-i opp. omn. III. 249. n. 238.* — « SACROSANCTA ROMANA. »

2114. — *Reate 15 Iunii.*
« Fratri Aymaro Thesaurario domus templi Parisiensis. » Vt pecuniam de vicesima iam collectam sub aliquorum testimonio praelatorum transmittat ad (Pelagium) Albanensem episcopum Ap. Sed. Legatum in subsidium Terrae Sanctae. Reate XVII. Kal. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 488. fol. 103; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 2; Bouquet Rec. XIX. 688; Potthast 533. n. 6087; Horoy H-i opp. omn. III. 251. n. 241.* — « PRESENTIVM TIBI AVCTORITATE. »

2115. — *Reate 15 Iunii.*
« P(etro) Sabinensi episcopo. » Declarat ei se ad Farfense monasterium venisse, ibique tam abbatem quam monachos et laicos requisitos promisisse se sententiam Innocentii Papae observaturos qua Farfenses monachi, clerici et etiam homines abbatiae compellebantur obedire episcopo Sabinensi, ideoque se illos absolvisse a sententia excommunicationis quam apud Anagniam promulgaverat. Reate XVII. Kal. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 491. fol. 103; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 48.* — « A BONE MEMORIE. »

2116. — *Reate 15 Iunii.*
Priori et fratribus S. Mariae de Rheno et S. Salvatoris Bononiensis concedit, ut, cum Bononiensis civitas supposita fuerit interdicto, liceat eis in ecclesia sua clausis ianuis, non pulsatis campanis, excommunicatis et nominatim interdictis exclusis, submissa voce divina officia celebrare. Reate XVII. (VII. *Tromb.*) Kal. Iulii anno tertio. — *Bullar. canon. regular. I. 26; Trombelli Mem. di S. Maria di Reno 438. n. 58; Potthast 533. n. 6086; Horoy H-i opp. omn. III. 251. n. 240.* — « HIIS QVAE A. »

2117. — *Reate 16 Iunii.*
« Abbati et Conventui Virziliacensibus. » Mandat ne ipsi vel ecclesiae eidem monasterio subiectae possint molestari super solutione vicesimae, si amicabiliter convenerint cum balivo comitis Nivernensis. Reate XVI. Kal. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 492. fol. 104.* — « EX PARTE VESTRA. »

2118. — *Reate (16 Iunii).*
Monasterii S. Bavonis Gandensis tutelam suscipit eiusque privilegia et immunitates ipsi a Philippo Alsatiensi concessas confirmat. Reate. (Deest nota chronol.). — *Lokeren abbaye de St. Bavon II. 16; cf. Potthast 533. n. 6088.*

2119. — *Reate 17 Iunii.*
« Iohanni de Niverniis Virziliacensis Ecclesiae Burgensi. » Confirmat donationem medietatis Blannarii ac Bladi de Dormitiaco eis ab Herveo comite Nivernensi factam. Reate XV. Kal. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 493. fol. 104; Horoy H-i opp. omn. III. 252. n. 242. ex mss. du Theil.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

2120. — *Reate 21 Iunii.*
« (Radulfo) Sancti Iohannis in Vineis Suessionensi, et (Conrado) Vallis Secrete Premonstratensis Ordinis Suessionensis diocesis Abbatibus et (Guidoni) decano Suessionensi. » Quum (Blancha) comitissa Campaniae cum quibusdam archiepiscopis et praelatis dissidium habeat circa statutum

concilii generalis lateranensis de Iudaeis cogendis ad faciendam crucesignatis usurarum remissionem, iis mandat Papa ut iniungant eisdem archiepiscopis et praelatis ne excedant formam statuti concilii generalis praedicti, vel comitissae memoratae iniurium afferant. Reate XI. Kal. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 507. fol. 107; Bouquet Rec. XIX. 688; Teulet Layettes I. 481. n. 1348. (23 Iunii); cf. Jubainville Comtes de Champagne V. 141. n. 1202; Potthast 533. n. 6089.* — « Dilecta in Christo. »

2121. — *Reate 23 Iunii.*

« (Guilelmo) Cathalaunensi episcopo et (Radulfo) Sancti Iohannis in Vineis Suessionensi, et (Conrado) Vallis Secrete Premonstratensis ordinis Suessionensis diocesis abbatibus. » Mandat ut causam (Alicis) reginae Cypri, utrum ipsa tamquam illegitima filia Henrici quondam comitis Campaniae non debeat succedere in terram quam nunc possidet Theobaldus comes Campaniae, ad ipsum Papam examinandam remittant. Reate IX. Kal. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 496. fol. 104; Mss. Vallicell. I. 53; Innoc. III. epist. ed. Baluze II. 844; Opp. ed. Migne III. 984; Bouquet Rec. XIX. 688; cf. Jubainville Comtes de Champagne V. 141. n. 1203; Potthast 533. n. 6091. (24 Iunii); Horoy H-i opp. omn. III. 253. n. 244.* — « Dilecta in Christo. »

2122. — *Reate 25 Iunii.*

« Nobili viro Lupoldo Duci Austrie. » Concedit ei ut a nullo episcopo sine speciali papae licentia possit excommunicari. Reate VII. Kal. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 494. fol. 104; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 28.* — « Clara tve magnificentie. »

2123. — *Reate 25 Iunii.*

« Magistro et fratribus Hospitalis Sancte Marie Teutonicorum Ierosolimitanis. » Confirmatur hiis concessio (d. d. 5 Septembris 1214) qua Fredericus rex Siciliae indulserat ut quicumque velit eis dare de bonis imperii, quae nomine feudi retinent, libere et licite tamquam de propriis dare possit. Reate VII. Kal. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 495. fol. 104; Mss. Vallicell. I. 53; Strehlke Tab. 160. n. 173; Potthast 533. n. 6090. (22 Iunii); Horoy H-i opp. omn. III. 252. n. 243. (22 Iunii).* — « Ivstis petentivm desideriis. »

2124. — *Reate 26 Iunii.*

« Capitulo Casertano. » Vt mittant duos vel tres ex eorum universitate ad Papae praesentiam pro eligenda persona idonea in episcopum. Reate VI. Kal. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 497. fol. 105.* — « Cassato processv. »

2125. — *Reate 26 Iunii.*

« Episcopo et Capitulo Aretinis. » Vt compareant infra quindecim dies per se vel per procuratorem coram Papa pro causa terminanda quam habent cum episcopo et capitulo Senensibus super quibusdam plebibus, monasteriis et aliis ecclesiis. Reate VI. Kal. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 498. fol. 105.* — « Mirari cogimvr. »

2126. — *Reate 27 Iunii.*

« Eidem (Gratiae Archidiacono Bononiensi). » Concedit ut possit absolvere doctores vel scolares in civitate Bononiensi qui manus violentas vel ad invicem in se vel in clericos iniecerint. Reate V. Kal. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 510. fol. 107; Mss. Vallicell. I. 53; Sarti de Archigymn. Bonon. Professoribus II. 59; Potthast 533. n. 6093.* — « Consideratis circvmstantiis. »

2127. — *Reate 28 Iunii.*

« (Gratiae) archidiacono Bononiensi. » Vt nemo ulterius in Bononiensi civitate ad do-

cendi regimen assumatur sine eius licentia, et examinatione praehabita diligenti. Reate IIII. Kal. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 509. fol. 107; Mss. Vallicell. I. 53; Sarti l. c. I. II. 59. et 177; Savioli Annal. Bologn. II. II. 408; Sigonii Hist. de rebus Bonon. 162; Bulaeus Hist. Vniv. Parisien. III. 97; Potthast 533. n. 6094; Horoy H-i opp. omn. III. 254. n. 245.* — « CVM SEPE CONTINGAT. »

2128. — *Reate 2 Iulii.*

« Imperatrici Constantinopolitane illustri. » Vt nemo praeter Romanum Pontificem vel eius Legatum contra eam vel capellas suas excommunicationis aut interdicti sententiam absque speciali Sedis Apostolicae mandato, faciente de hac indulgentia mentionem, audeat promulgare. Reate VI. Non. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 499. fol. 105; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 22; Horoy H-i opp. omn. III. 255. n. 247. ex mss. du Theil.* — « VOLENTES SERENITATI TVE. »

2129. — *Reate 2 Iulii.*

« Petro Sabinensi episcopo. » Confirmatur quaedam compositio habita inter eum ex parte una, et monasterium de Ferentillo et praepositum et fratres ecclesiae sancti Petri de Alsciano costitutae in dioecesi Sabinensi ex altera super iuribus episcopalibus in eadem ecclesia. Reate VI. Non. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 501. fol. 105.* — « EA QVE IVDICIO. »

2130. — *Reate 2 Iulii.*

« Iacobo archipresbytero de Gabiniano (*in e. l.* de Gaviniano). » Confirmat concordiam initam inter ipsum ex una parte et Beraldum sancti Valentini et Nicolaum et B. rectores aliarum ecclesiarum de Filaciano (*in e. l.* de Filatiano) Nepesinae dioecesis ex altera, super decimis praediorum territorii de Gabiniano quae quidam homines de Filaciano excolunt citra fluvium, quas ipse archipresbyter de iure ad ecclesiam suam dicebat pertinere, in qua concordia statutum fuit « quod de omnibus terris que in territorio de Gabiniano per homines de Filaciano excułte fuerint sive terras ipsas habeant emptionis vel pignoris titulo seu alio modo, ecclesia sancti Iohannis de Gaviniano duas partes percipiet decimarum, tertiam vero partem alie ecclesie de Filaciano percipient et inter se secundum quod ad eos parrochiani pertinent sortientur. » Reate VI. Non. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 508. fol. 107.* — « EA QVE IVDICIO. »

2131. — *Reate 3 Iulii.*

« Warnero canonico Sancti Michelis de Bucca Leonis. » Precibus imperatricis Constantinopolitanae et suis benigne annuens indulget ut, quandiu apud imperatricem ipsam Constantinopolitanam fuerit, proventus beneficiorum suorum quae non habent curam animarum annexam cum integritate percipere possit. Reate V. Non. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 500. fol. 105; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CVM KARISSIME IN CHRISTO. »

2132. — *Reate 6 Iulii.*

« Hermanno Capellano nostro. » Vt recipiat a Parentio civitatis Vrbevetanae potestate et a Communi Vrbevetano viginti fideiussores idoneos singulos pro mille marcarum poena ab eis promissa, eo quod in causa inter ipsum Commune ex parte una et Guittum et germanum eius ex altera, super castro Bisentii iuri parebunt coram Papa et satisfacient expensis in quibus ipsum Commune contingerit condemnari. Reate II. Non. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. ep. 502. fol. 106.* — « CVM NOBILIS VIR. »

2133. — *Reate 6 Iulii.*

« (Guilielmo) Episcopo Pictavensi. » Vt exigi faciat vicesimam concessam Savarico

de Mololeone (sic), omnesque redditus suos, et ex hiis solvi faciat eius debita et praesertim illud 1200 marcarum puri et fini argenti ad pondus Trecense, ipse quod in ultramarino peregrinationis itinere constitutus cum Philippo Falcon, Boncompagno Tornampollensi et quibusdam aliis mercatoribus Senensibus contraxerat: quod si neglexerit a decano sancti Stephani Trecensi per censuram ecclesiasticam compelletur. Reate II. Non. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 503. fol. 106; Bouquet Rec. XIX. 689; Potthast 533. n. 6095; Horoy H-i opp. omn. III. 256. n. 248.* — « Cvm dilectvs filivs. »

Ex Cod. Vat.: Scriptum est super hoc eidem decano in eundem fere modum verbis competenter mutatis.

2134. — *Reate 6 Iulii.*

« B(ertranno) tituli Sanctorum Iohannis et Pauli presbytero Cardinali Apostolice Sedis Legato. » Vt accedat ad monasterium sancti Augustini Lemovicense, ibique procedat ad reformationem iam inceptam ab episcopo Caturcensi et collegis suis, iuxta continentiam litterarum eisdem missarum. Reate II. Non. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 511. fol. 107; Horoy H-i opp. omn. III. 258. n. 250. ex mss. du Theil.* — « Significantibvs dilectis. »

2135. — *Reate 6 Iulii.*

« Capitulo Sancti Castoris (*in marg.* Pastoris) in Confluentia Treverensis diocesis. » Mandat ut recipiant Alatrinum subdiaconum et capellanum Papae in praepositum, eique praeposituram cum omnibus ad eam pertinentibus assignent, cum nuper praepositus in ultramarinis partibus diem supremum obierit sicut per ducem Austriae Apostolicae Sedi innotuit, alioquin a Maguntino archiepiscopo ad id compellentur. Reate II. Non. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 512. fol. 108; Würdtwein Nova subs. III. 79; Mittelrheinisches UB. III. 98. n. 101; Potthast 533. n. 6096. et Append. p. 2088; Horoy H-i opp. omn. III. 255. n. 247.* — « Memores qvod nvmqvam. »

Cod. Vat. addit: Scriptum est super hoc in e. m. (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino verbis competenter mutatis.

2136. — *Reate 6 Iulii.*

« (Theodorico) Archiepiscopo Treverensi. » Vt admittat A(latrinum) subdiaconum et capellanum Papae ad praeposituram sancti Castoris (*in e. l.* Pastoris) de Confluentia ei ab ipso Papam collatam, alioquin a Maguntino archiepiscopo ad id per censuras ecclesiasticas compelletur. Dat. ut supra. (Reate II. Non. Iulii anno tertio). — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 513. fol. 108; Würdtwein l. c. 80; Potthast 534. n. 6097; Horoy H-i opp. omn. III. 257. n. 249.* — « Cvm dilecto. »

Ex Cod. Vat.: Scriptum est super hoc eidem Maguntino archiepiscopo verbis competenter mutatis.

2137. — *Reate 8 Iulii.*

« Sancti Iohannis in Vineis Suessionensis et Vallis Secrete Suessionensis diocesis Abbatibus et Decano Suessionensi. » Vt nemo absolvat fautores Herardi de Brenna et Philippae uxoris eius ab interdicti et excommunicationis sententiis, nec decedentes ecclesiasticae tradantur sepulturae nisi recepta cautione quod satisfaciant B(lanchae) comitissae et T(heobaldo) nato eius Campaniae comiti super omnibus pro quibus fuerunt huiusmodi sententiis involuti: eos vero sacerdotes qui contra hanc prohibitionem venire praesumpserint ab officio beneficioque suspensos ad Papae praesentiam transmittant, haeredes autem illorum qui taliter absoluti traditi sunt ecclesiasticae sepulturae ad congruam satisfactionem super praemissis impendendam comitissae et comiti supradictis compellant. Reate VIII. Id.

Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 506. fol. 106; Mss. Vallicell. I. 53; cf. Jubainville Comtes de Champagne V. 143. n. 1215; cf. Potthast 534. n. 6099; Liber pontificum Bibl. Nation. Parisien. Mss. lat. 5994a p. 21; Horoy H-i opp. omn. III. 260. n. 252.* — « DILECTA IN CHRISTO FILIA. »

2138. — *Reate 8 Iulii.*

Abbati et conventui de Rading quibus episcopus et capitulum Herefordenses concesserant, ut in manerio et ecclesia de Leom Hereford. dioc. facultatem haberent ibi ordinandi et disponendi de omnibus, quae apud Leom ad ordinem monasticum pertinent, hanc concessionem confirmat. Reate VIII. Id. Iulii anno tertio. — *Dugdale Monast. Anglic. IV. 57. n. 9; Potthast 534. n. 6098; Horoy H-i opp. omn. III. 259. n. 251.* — « CVM A NOBIS. »

2139. — *Reate 10 Iulii.*

« Sancti Galgani et Sancti Michaelis discalciatorum Abbatibus. » Mandat, inquirant contra (Raynerium) episcopum Fesulanum de vitiis carnalibus et dilapidatione bonorum suae ecclesiae accusatum. Reate VI. Id. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 516. fol. 108; Mss. Vallic. I. 53; Vghelli Ital. sac. III. 248; Potthast 534. n. 6100; Horoy H-i opp. omn. III. 261. n. 253.* — « ASCENDIT AD NOS CLAMOR. »

2140. — *Reate 11 Iulii.*

« (Radulfo) Sancti Iohannis in Vineis Suessionensis et (Conrado) Vallis Secrete Suessionensis diocesis Abbatibus et (Guidoni) decano Suessionensi. » Vt assistant viriliter et potenter (Blanchae) comitissae Campaniae et Th(eobaldo) nato eius contra Erardum de Brenna et Philippam uxorem eius horumque coadiutores, qui excommunicationis et interdicti sententias contra eos et terras suas promulgatas iam per biennium contempserunt, si terram quam dicta comitissa et natus eius possident perturbabunt, « pendente coram nobis causa natalium supradicte Philippe. » Reate V. Id. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 515. fol. 108; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 38; Bouquet Rec. XIX. 689; cf. Jubainville Comtes de Champagne V. 144. n. 1216; Potthast 534. n. 6103; Horoy H-i opp. omn. III. 262. n. 254.* — « CVM NOBILIS VIR. »

2141. — *Reate 11 Iulii.*

« (Andreae) Episcopo et Capitulo Pragensibus. » Vt quosdam praelatos et canonicos tam civitatis quam dioecesis Pragensis, qui pervertissimos se ostendunt et suspensionis et excommunicationis sententias pertinaciter parvi pendunt, eosque per episcopum Eistetensem officiis beneficisque ecclesiasticis privatos denuntiari iam fecit, graviori poena persequantur, ac beneficia ipsa personis idoneis canonice conferant. Reate V. Id. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 533. fol. 115; Erben Reg. Bohem. I. 284. n. 609; cf. Palacky Reise 22. n. 77; Potthast 534. n. 6102.* — « CVM PERVERSI DIFFICILE. »

2142. — *Reate 12 Iulii.*

« Preposito et Capitulo Sancti Antonini Placentinis. » Mandat ut praebendam, si qua vacat in eorum ecclesia, conferant H. germano nobilis viri N. civis et iudicis Vrbis. Reate IIII. Id. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 514. fol. 108.* — « ET SI APOSTOLICE SERVITVTIS. »

2143. — *Reate 12 Iulii.*

« Raginaldo de Gumaco, Drogoni de Cardolio et Guidoni de Cintiniaco canonicis Noviomensibus. » Mandat eis ut absolvant abbatem et conventum monasterii sancti Bartholomaei Noviomensis ab impetitione Iohannis iam eorum concanonici, qui monasterio egressus iterum illud ingredi volebat, cum sit pluribus culpis accusatus. Reate IIII. Id. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 519. fol. 109; Horoy H-i*

opp. omn. III. 263. n. 255. ex mss. du Theil. — « Cvm dilectis filiis. »

2144. — *Reate 13 Iulii.*

« Episcopo Cenomanensi. » Indulget ut tres ex suis canonicis secum retinere possit pro ipsius ecclesiae negotiis in suo servitio commorantes, non obstante eorum ecclesiae consuetudine quod episcopus ultra duos ex ipsis canonicis secum habere non possit, hiique fructus integros suarum percipiant praebendarum. Reate III. Id. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 534. fol. 115; Horoy H-i opp. omn. III. 264. n. 256. ex mss. du Theil.* — « Ad avres nostras. »

2145. — *Reate 15 Iulii.*

« Archiepiscopo Compostellano et Suffraganeis eius. » Cum eorum provincia dissimiliter ac aliae ordinata, ipsi non possint ad provinciale concilium annis singulis sine difficultate nimia convenire iuxta statutum concilii generalis, indulget ut, singulis tantum triennis convenire debeant pro huiusmodi celebrando concilio. Reate Idib. Iulii anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 518. fol. 109; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 46.* — « Intellecto per litteras. »

2146. — *Reate 16 Iulii.*

« P(andulfo) Norwicensi electo Camerario Nostro Apostolice Sedis Legato. » Mandat ut audiat causam inter G(ilibertum) canonicum Artfertensem et Iohannem presbyterum Limiricensem super electione illius in episcopum Artfertensis ecclesiae, et si verum est iudices electionem ipsius G(iliberti) canonice celebratam et dictum Iohannem intrusum invenisse, illam confirmet, et iniungat Cassellensi archiepiscopo metropolitano loci, ut eidem electo consecrationis munus impendat: Waterfordensem autem, Imilicensem et Limiricensem episcopos, si constiterit eos post legitimam appellationem Iohannem intrusum consecrasse, pro tantae temeritatis excessu suspensos ad Sedem Apostolicam transmittat. Reate XVII. Kal. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 520. fol. 109; Musaeum Britann. add. mss. 15351; Theiner Mon. Hiber. 10. n. 25; Potthast 534. n. 6104; Horoy H-i opp. omn. III. 265. n. 257.* — « Accedens olim ad. »

2147. — *Reate 17 Iulii.*

« Magistro et fratribus Hospitalis Ierosolimitani de Barolo. » Concedit eis ad beneplacitum ecclesiam sanctae Trinitatis de Bona Conversa cum omnibus suis pertinentiis quae adeo est bonis temporalibus pro malitia temporis diminuta, ut vix ibi duo monachi possint vel exiliter substentari et ne penitus annulletur. Reate XVI. Kal. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 517. fol. 109.* — Cvm ecclesia sancte. »

Scriptum est super hoc Acheruntino archiepiscopo et episcopo Gravinensi ut eisdem magistro et fratribus dictam ecclesiam assignent, sperans « ut ad reparationem ipsius intendere debeant cum effectu. »

2148. — *Reate 17 Iulii.*

« Archiepiscopo Remensi. » Frequentibus clamoribus permotus « quod monasterium sancti Remigii Remense in plurimis que in derogatione sunt loci eiusdem et personarum ibidem consistentium sit collapsum, » mandat ut ad reformationem eiusdem monasterii vice Papae descendens illud reformet. Reate XVI. Kal. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 522. fol. 110; Horoy H-i opp. omn. III. 268. n. 258. (16 Iulii) ex mss. du Theil.* — « Officii nostri debitvm. »

2149. — *Reate 17 Iulii.*

« Toletano Archiepiscopo Apost. Sed. Legato. » Vt pendente quaestione de electione prioris Tutelani in Kalagurritana ecclesia celebrata, ibidem provisorem constituat, cui tamen inhibeat ne de concessione dignitatum et praestimoniorum seu etiam

praebendarum se aliquatenus intromittat. Reate XVI. Kal. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 523. fol. 111.* — « CVM TIBI DEDERIMVS. »

2150. — *Reate 17 Iulii.*

« Capitulo Ariensi. » Mandat ut admittant magistrum Willelmum clericum et familiarem ipsius Papae ad praebendam, quam in eorum ecclesia obtinuit R. eorum decanus, apud Sedem Apostolicam viae universae carnis ingressus, quod si facere neglexerint, ab episcopo et abbate sancti Vedasti Atrebatensibus ad id compellentur. Reate XVI. Kal. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 525. fol. 111.* — « QVI PER GRATA. »

Scriptum est super hoc eisdem Episcopo et Abbati.

2151. — *Reate 17 Iulii.*

« Episcopo Xantonensi. » Iniungit ut relaxet sententias excommunicationis et interdicti quas archiepiscopus Burdegalensis occasione cuiusdam exactionis quae communis dicitur et propter alias minus rationabiles causas in Maiorem et Communitatem Burdegalenses promulgaverat, alioquin de Beania et de Blaviomonte abbatibus Xanctonensis et Vasatensis dioecesum et priori sancti Iacobi Burdegalensis committet ut dictas sententias sub certis conditionibus relaxent. Reate XVI. Kal. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 526. fol. 111.* — « EXHIBITA NOBIS. »

2152. — *Reate 17 Iulii.*

Priori, archidiacono et cantori Pampilonensibus mandat, ut Didacum Eximini Calagurritanum canonicum, Garsiam Fernandi Aldenain, Petrum Alexandri etc. qui G. priorem Tutelanum eiusque clericos in ecclesia temeritate sacrilega invadentes equitaturis, vestibus, ornamentis episcopalibus et rebus aliis nequiter spoliaverunt, excommunicatos publice nuntient, donec passis iniuriam satisfecerint. Reate XVI. Kal. Aug. anno tertio. — *España sagr. L. 436. male ad an. 1218; Potthast 534. n. 6105; Horoy H-i opp. omn. III. 269. n. 257.* — « DILECTI FILII G. »

2153. — *Reate 18 Iulii.*

« Raynerio Episcopo Iterampnensi. » Restituit ei plebem sancti Valentini cum capellis suis antiquitus ab ecclesia Iterampnensi possessam, quae a Narniensi et Spoletano episcopis, cum Iterampnensis ecclesia diutius pastoris solatio destituta fuit, per tempora multa detenta sunt. Reate XV. Kal. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 521. fol. 110; Mss. Vallic. I. 51. p. 387. integra; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 48.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

2154. — *Reate 18 Iulii.*

« Petro Sabinensi Episcopo. » Confirmatur compositio inter ipsum ex parte una et monasterium sancti Salvatoris Reatinae dioecesis ex altera inita super sancti Andreae cum capellis suis, et sanctae Mariae de Moiano, sancti Iohannis de Toche ac sancti Iuliani prope Tiberim ecclesiis, atque ex utraque parte iura definiuntur. Reate XV. Kal. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 524. fol. 111.* — « EA QVE IVDICIO. »

2155. — *Reate 18 Iulii.*

« Episcopo, Primicerio et Petro Pini canonico Sancti Marci Castellanis. » Vt supponant dioecesim et districtum Tervisinorum ecclesiastico interdicto eo quod cives Tervisini ecclesiam Belunensem quibusdam possessionibus spoliarunt, iuxta sententiam quam patriarcha Gradensis in eos protulit. Reate XV. Kal. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 528. fol. 112.* — « VENERABILIS FRATER. »

2156. — *Reate 20 Iulii.*

« Episcopo Karleolensi. » Confirmat ordinationem super divisione beneficiorum,

reddituum, possessionum et aliorum bonorum Karleolensis ecclesiae inter ipsum ex parte una, et priorem et canonicos ecclesiae ipsius ex altera. Reate XIII. Kal. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 535. fol. 115; Musaeum Brit. add. mss. 15351.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

2157. — *Reate 21 Iulii.*

« Eidem (Nicolao Episcopo Sleswicensi). » Non oportet, scribit, ecclesias, ob sanguinis citra lethalis vulneris illationem maculatas, denuo dedicari, sed eas reconciliari tantum aqua sancta sufficit. Reate XII. Kal. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 530b. fol. 114; Potthast 535. n. 6110. (1 Aug.); Horoy H-i opp. omn. III. 285. n. 6.* — « ECCLESIAS IN QVIBVS. »

2158. — *Reate 21 Iulii.*

« Episcopo Pictavensi. » Vt faciat cum integritate praestari vicesimas trium annorum et primo de eis solvi debita Savarico de Maloleone crucesignato cui est concessa; et tam de ipsa vicesima quam de omnibus aliis redditibus nobilis memorati ante omne satisfieri faciat debita quae habet cum Philippo de Falcone civi Romano et Boncompagno, Tornampullo, Raynucio Curtabraca, Ildebrandino et Spinello mercatoribus Senensibus. Quod si ipse neglexerit, sciat se decano sancti Stephani Trecensi praecepisse ut eum ad id compellat. Reate XII. Kal. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 532. fol. 114; Horoy H-i opp. omn. III. 269. n. 258. ex mss. du Theil.* — « DILECTVS FILIVS. »

Ex Cod. Vat.: Scriptum est super hoc eidem Decano in e. m. ut supra verbis competenter mutatis.

2159. — *Reate 23 Iulii.*

« Abbati et Conventui de Nongento. » Confirmat sententiam pro eis a Rainaldo subdiacono et capellano Papae, habito consilio G(ualae) tituli sancti Martini et T(homae) tituli sanctae Sabinae presbyterorum Cardinalium aliorumque prudentum virorum, promulgatam contra Stephanum presbyterum ecclesiae sancti Salvatoris de castro Cotiaci super quibusdam privilegiis quae dictum monasterium in eadem ecclesia, quae sua erat capella, obtinebat; ipsumque presbyterum condemnat ad solutionem decem librarum fortium in quibus a iudicibus Cathalaunensibus condemnatus extiterat, eum super aliis petitionibus absolvit. Reate X. Kal. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 529. fol. 113; Horoy H-i opp. omn. III. 270. n. 259. ex mss. du Theil.* — « PROPONENTIBVS VOBIS. »

Cod. Vat. addit: Super hoc scriptum est conservatoribus sancti Quintini in Insula et sancti Preiecti abbatibus, et thesaurario sancti Quintini Noviomensis diocesis ut eandem sententiam observari faciant.

2160. — *Reate 23 Iulii.*

« (Nicolao) Episcopo Sleswicensi. » Ipsi consulenti respondet « quod sponsas que de more veniunt ad valvas ecclesie benedicende cum sponsis ibique reclamantes affirmant se nunquam in eorum matrimonium consensisse, audiri sponsis legitime probantibus contrarium non oportet, cum legitimis et idoneis testibus non debeat illarum simplex assertio prevalere. Sane illis que benedictione recepta mox a sponsis aufugiunt ante carnis copulam subsecutam asserentes se nunquam in illos veraciter consensisse, sed metu illato compulsas verba protulisse, licet animo dissentiret, non statim est audientia deneganda sed de illato metu est cum diligentia inquirendum. » Reate X. Kal. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 530. fol. 114; Suhm Hist. af Danmark IX. 753. (male ad an. 1218); Cironius Compil. Decretal. Honorii III. lib. 4. tit. I.* De sponsal. et matrimon. *c. 2. n. 257; Decret. Gregorii IX. lib. 4. tit. 1.* De spons. et matrim. *c. 28; habetur inscripta episcopo*

Berguensi apud Boehmer Corp. II. 636. (perperam ad an. 1225); Richter Corp. II. 648; Potthast 534. n. 6106; Horoy H-i opp. omn. III. 274. n. 260; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. IV. tit. I. c. XXVIII. p. 671. — « CONSVLTATIONI TVE BREVITER. »

Honorius papa III consecravit anno pontificatus sui tertio Nepesinum episcopum, Sipontinum archiepiscopum, Tudertinum episcopum, Portuensem episcopum, Tusculanum episcopum, Colocensem archiepiscopum, Carnotensem episcopum, Pesauriensem. — *Reg. Vat. lib. 3. fol. 39. post epist. 186. que inscribitur* « Decano et capitulo Sancti Gaugerici Cameracensibus. » Dat. Lat. XVI. Kal. Ianuarii anno tertio; *cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 32; Theiner Mon. Hung. I. 32; Mon. Hung. Hist. Dipl. VI. 163; Potthast 534.*

REGESTA

DOMINI HONORII PAPAE III

ANNVS QVARTVS

[1219-1220]

[An. 1219]

2161. — *Reate 26 Iulii.*

« Magistris Stephano et Zacharie scriptoribus nostris. » Hiis mandat ut abbatem et conventum monasterii sancti Clementis Tyburtini in possessione aedificii supra portam pratorum constructi defendant iuxta sententiam a G(regorio) sancti Theodori diaconi Cardinalis pro eis contra comitem et scindicum civitatis Tiburtinae promulgatam, et consules, populum et alios molestatores eorum indebitos per excommunicationis in personas et in civitatem ipsam interdicti sententias compescant. Reate VII. Kal. Aug. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 537. fol. 120; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 48.* — « Dilecti filii. »

2162. — *Reate 26 Iulii.*

(Bertranno) tit. SS. Iohannis et Pauli presbytero cardinali apostolicae sedis legato, mandat, ut Iacobum Aragonum regem tanquam specialem ecclesiae Romanae filium habeat propensius commendatum neque patiatur, ut terrae (i. e. regnum Aragoniae, terra Cathaloniae et terra Montispessulani) eius, praesertim cum infectae non sint haeretica pravitate, ab aliquo impugnentur. Reate VII. Kal. Aug. anno quarto. — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 155; Aguirre Conc. Hisp. V. 183. n. 4; Potthast 535. n. 6107; Horoy H-i opp. omn. III. 275. n. 1.* — « Sacrosancta Romana ecclesia. »

2163. — *Reate 27 Iulii.*

« Abbati et Conventui Farfensibus. » Ad Farfensis monasterii reformationem quaedam statuit quae eius bonum temporale et spirituale prospiciunt. Reate VI. Kal. Aug. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 536. fol. 120; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 48; Margarini Bull. Casin. II. 250; Potthast 535. n. 6108; Horoy H-i opp. omn. III. 277. n. 2.* — « Ad reformationem monasterii. »

2164. — *Reate 27 Iulii.*

« Petro Episcopo Sabinensi. » Confirmatur compositio inter ipsum et parte una et archipresbyterum et canonicos episcopii Sabinensis ex altera, mediante Pandulpho canonico Sabinensi, facta super ecclesiis in castris de Turri, de sancto Polo et de Roca et in tenimentis eorum positis ac aliis quae

iidem canonici tenent in dioecesi Sabinensi. Reate VI. Kal. Aug. anno quarto — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 538. fol. 120; Vghelli Ital. Sacr. I. 162; Sperandio Sabina sagra (Roma 1790. 4.°) 444. n. 74; Potthast 535. n. 6109; Horoy H-i opp. omn. III. 279. n. 3.* — « EA QVE IVDICIO (*Potth.* VINCVLO). »

2165. — *Reate 27 Iulii.*

« Henrico de Porta Martis, Fromundo et Magistro et Priori Canonicis Remensibus. » Vt moneant episcopum Laudunensem ad conferendam Clementi diacono aliquam praebendam in ecclesia sancti Iohannis in Burgo civitatis Laudunensis vel in aliqua praedictae civitatis ecclesia, quod si dictus episcopus neglexerit facere, ipsi mandatum apostolicum adimpleant. Reate VI. Kal. Aug. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 539. fol. 121; Horoy H-i opp. omn. III. 282. n. 4. ex mss. du Theil.* — « DILECTVS FILIVS. »

2166. — *Reate 27 Iulii.*

« Abbati Sancte Crucis, Decano Sancti Andree et Priori Sancti Iacobi Burdegalensibus. » Mandat, inquirant super sententiis excommunicationis et interdicti latis ab archiepiscopo Auxitano contra cives Baionenses fideles H(enrici) regis Anglorum, qui pupillus custodiae Sedis Apostolicae est derelictus, circa pacem quam olim Ecclesiae Romanae auctoritate iuraverant, et si sententias ipsas post appellationem ad Sedem Apostolicam interpositam vel alias a non suo iudice invenerint promulgatas, irritas declarent, alioquin sufficienti ab iisdem civibus cautione recepta quod pacem servabunt, sententias ipsas relaxent, et eumdem archiepiscopum ab ipsorum indebita molestatione compescant. Reate VI. Kalendas Augusti anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 542. fol. 122; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « GRAVEM AD NOS VNIVERSI. »

2167. — *Viterbii 31 Iulii (?).*

« P. decano, R. de Remis et G. de Lauduno canonicis Remensibus. » Vt iuxta Papae mandatum, praebendam quam obtinuit magister Alardus in ecclesia Rosetensi integram cum integris eius proventibus assignent Petro clerico germano R(ainerii) sanctae Mariae in Cosmidin diaconi Cardinalis, sicut antiqui Rosetenses canonici suas obtinent. Viterbii (sic) II. Kal. Augusti anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 623. fol. 148. — Nonne Reate Honorius hoc tempore morabatur? Solum huius anni mense Octobris ineunte ipse Viterbium se transtulit. Certe ergo vel mensis vel loci nota in Cod. Vat. errata est. — Horoy H-i opp. omn. III. 283. n. 5. ex mss. du Theil.* — « BONE MEMORIE. »

2168. — *Reate 2 Augusti.*

« (Conrado) Ratisponensi, (Vlrico) Pataviensi episcopis et Preposito sancti Nycolai Pataviensi. » Dolet quod Boemiae rex in persecutionem Pragensis ecclesiae suum videtur animum obfirmasse, nam, cum idem rex et barones sui per procuratores ad hoc destinatos fidem coram Maguntino archiepiscopo praestiterint, et postmodum coram ipsum episcopum Ratisponensem et coram abbatibus de Ebra et de Walsassen Cisterciensis ordinis Ratisponensis et Herbipolensis dioecesum praestita fide firmaverint iura Pragensis ecclesiae dimittere illibata, ipsi tamen episcopum Pragensem et dictam ecclesiam multipliciter persecuntur. Hinc mandat eisdem ut regem et barones praedictos inducant ad satisfaciendum infra duos menses episcopo et ecclesiae Pragensibus de damnis eisdem contra promissiones continuo illatis; alioquin denuncient eos excommunicationis et totam eorum terram interdicti sententiis subiacere. Reate IIII. Non. Aug. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 541. fol. 122; Mss. Vallic. I. 53. et I. 51. pag. 399. fragm.; nonnisi pars po-*

sterior leg. ap. Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 27; Erben Reg. Bohem. I. 286. n. 612; Boczek Cod. Dipl. Morav. II. 109. n. 102; cf. Palacky Reise 22. n. 78; Potthast 535. n. 6111. (*qui fragm. refert incipiens:* Amarissime anxiamur.); *Rodenberg Ep. Sel. 71. n. 100; Horoy H-i opp. omn. III. 285. n. 7. (fragm.).* — « Etsi nos cvm. »

2169. — *Reate 7 Augusti.*
« Cisterciensi, Clarevallensi et Quinciacensi Abbatibus Cisterciensis Ordinis Lingonensis et Cabilonensis diocesum. » Vt Erardum (de Brenna) et Philippam uxorem eius non absolvant ab excommunicationis sententia nisi prius iuraverint se Romanae Ecclesiae obedituros et de damnis illatis (Blanchae) comitissae Campaniae satisfecerint. Reate VII. Id. Aug. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 540. fol. 121; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 398. integra; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 38; Manrique Ann. Cisterc. IV. 260; Bouquet Rec. XIX. 690; cf. Jubainville Comtes de Champagne V. 145. n. 1219; Potthast 535. n. 6113; Horoy H-i opp. omn. II. 286. n. 8.* — « In litteris vestris. »

2170. — *Reate 7 Augusti.*
« Episcopis (Bertoldo) Lubicensi (*hunc omittunt Raynaldi et Celse*), (Brunwardo *Potthast*, Brunoni *Rodenberg*) Szerinensi (*al.* Suerinensi), et (Henrico) Raskeburgensi (Kalceburg. *Celse*) episcopis. » Vt inquirant in (Valerium) archiepiscopum Vbsallensem et episcopos qui sibi astiterunt ad unctionem I(ohannis) viri nobilis in regem Swetiae post mortem Erici regis, praeterito filio Erici regis et nepote Waldemari regis Daniae: eique archiepiscopo et uni episcoporum praefigant terminum apostolico conspectui comparendi de huiusmodi satisfacturi contemptu. Reate VII. Id. Aug. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 551. fol. 125; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 29; Bull. Roman. ed. Taurin. III. 371. n. 46; Gruber Orig. Livon. 260; Scr. rerum Livon. I. 388. n. 34; fragm. Celse Appar. 56. n. 6; cf. Meklenb. UB. I. 247. n. 259; Potthast 535. n. 6114; Rodenberg Ep. Sel. 73. n. 101; Horoy H-i opp. omn. III. 287. n. 9.* — « Karissimvs in Christo. »

Scriptum est eisdem ut vocatis quos propter hoc viderint vocandos ad concordiam inpendant studium diligens et operam studiosam; quod si per eorum studium ad id nequiverint pervenire, inquirant et referant. Dat. ut supra. — *Cod. Vat. l. c.; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 30; Potthast 535. n. 6115.*

2171. — *Reate 7 Augusti.*
« Decano et Capitulo Sancti Gaugerici Cameracensis diocesis. » Confirmat libertates et immunitates, iura et antiquas ac rationabiles consuetudines quas ipsi et eorum ecclesia iuste et pacifice possident. Reate VII. Id. Aug. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 564. fol. 129.* — « Cvm a nobis petitvr. »

2172. — *Reate 7 Augusti.*
Monasterium de Claustro Cisterc. ord. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. Reate VII. Id. Aug. indict. VII. incarn. dom. anno 1219. pont. anno quarto. — *Hontheim Hist. Trevirens. dipl. I. 654; (Nicol. Hees) Manipulus Hemmenrodensis* post *Iongelini Notit. abbatiar. ord. Cisterc. libr. 10mum. p. 30; Mittelrheinisches UB. III. 100. n. 104; Potthast 535. n. 6112. et in Append. p. 2088; Horoy H-i opp. omn. III. 288. n. 10.* — « Religiosam vitam eligentibvs. »

2173. — *Reate 8 Augusti.*
« Abbati et Conventui Sancti Richarii. » Vt super certa pecunia praedecessori ipsius ab abbate Oliverio de Monte cive Romano apud Sedem Apostolicam mutuata, quam Iohannes Alexii ad se asserit pertinere, ne-

mini respondeant donec Papae mandatum non receperint. Reate VI. Id. Aug. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 544. fol. 123.* — « Cvm svper pecvnia. »

2174. — *Reate 9 Augusti.*
« (Herveo) Episcopo et decano Trecensibus et magistro Giraudo canonico Parisiensi. » Mandat ut inquirant super negotio electionis episcopi Lingonensis in qua capitulum in duas scissum fui partes, quarum una elegit Hugonem archidiaconum et quidam alii thesaurarium ipsius ecclesiae, ipsumque negotium sufficienter instructum remittant ad Curiam, iniungentes electis et electoribus ut ipsi electi personaliter, eligentes vero per procuratores apostolico conspectui se praesentent. Reate V. Id. Aug. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 543. fol. 123; Horoy H-i opp. omn. III. 293. n. 12. ex mss. du Theil.* — « Ecclesia Lingonensi vacante. »

2175. — *Reate 9 Augusti.*
« Decano et Capitulo Vergeacensibus. » Vt dispositiones quae a maiori et saniori parte canonicorum ordinatae sunt, non obstante malitioso dissensu vel contradictione temeraria paucorum, ratae et firmae habeantur. Reate V. Id. Aug. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 545. fol. 123.* — « Proposvisti coram nobis. »

2176. — *Reate 9 Augusti.*
« Archidiacono decano et cantori Remensibus. » Vt inquirant super obligatione quam habet custos ecclesiae sancti Gaugerici Cameracensis providendi in luminaribus eidem ecclesiae, et inquisita super hiis et cognita plenius veritate, studeant quod honori et utilitati ecclesiae supradictae ac saluti eiusdem custodis viderint expedire. Reate V. Id. Aug. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 565. fol. 129; Mss. Vallicell. I. 51. p. 403; Horoy H-i opp. omn. III. 292. n. 11. ex mss. du Theil.* — « Sva nobis decanvs. »

2177. — *Reate 13 Augusti.*
« Decano et Capitulo Lingonensibus. » Hiis praecipit ut in causa electionis episcopi celebratae in eorum ecclesia, procuratores ad curiam transmittant, ut si electionem contigerit iustitia exigente cassari, per electionem liberam et canonicam de pastore idoneo provideantur. Reate Idibus Augusti anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 546. fol. 124; Horoy H-i opp. omn. III. 294. n. 13. ex mss. du Theil.* — « Cvm causam electionvm. »

2178. — *Romae (?) 13 Augusti.*
Papst H. bestätigt dem Kloster Conradsdorf alle seine Privilegien und Rechte, besonders die Pfarrkirche in Glauburg u. s. w. « Romae » Id. Aug. anno quarto. — *In Archivio comit. de Stolberg in Ortenberg Wetterav.* (Dedit Dr. Götze); *Potthast Append. p. 2088. n. 6115a-26041.*

2179. — *Reate 16 Augusti.*
« Vniversis Mediolanensis ecclesie suffraganeis. » Nunciat se, Mediolanensibus ad devotionem Romanae Ecclesiae reversis, Henrico eorum archiepiscopo consecrationis munus propriis manibus impendisse et palleum contulisse; mandat ut Mediolanensi ecclesiae eorum metropoli intendant et eidem archiepiscopo obediant, quemadmodum ipsi et praedecessores eorum consueverunt eisdem obedientiam exhibere. Reate XVII. Kal. Sept. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 547. fol. 124; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 49.* — « Mediolanensi civitate. »

Dominus Honorius Papa tertius consecravit Archiepiscopum Mediolanensem. — *Reg. Vat. lib. 4. fol. 124. ubi fit mentio de aliis episcopis consecratis. (Vide p. 376. post n. 2262. et p. 421. post n. 2551).*

2180. — *Reate 20 Augusti.*

« Archiepiscopo Brundusino. » Decernit eum esse in quasi possessione iurisdictionis conventus monasterii sancti Andreae de Insula Brundusina. Reate XIII. Kalendas Septembris anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 548. fol. 124.* — « CVM TE OLIM. »

In eundem modum scriptum est Priori et Procuratori ac conventui monasterii sancti Andreae de Insula Brundusina, verbis competenter mutatis.

2181. — *Reate 21 Augusti.*

« (Pandulfo) Norwicensi electo Camerario nostro Apostolice Sedis Legato. » Mandat, ut circa ordinationem inter episcopum Karleolensem ex parte una et priorem et capitulum ecclesiae Karleolensis ex altera super possessionibus et redditibus eiusdem ecclesiae, si quid omissum fuerit a G(uala) presbytero Cardinali Apost. Sed. Legato ob repentinum eius discessum ab Anglia, ipse adimpleat. Reate XII. Kalendas Septembris anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 549. fol. 124; Musaeum Britann. add. mss. 15351.* — « EX PARTE VENERABILIS FRATRIS. »

2182. — *Reate 26 Augusti.*

« Potestati, consiliariis et populo Fuliginatensibus. » Hiis mandat ut quaedam statuta contra libertatem ecclesiasticam et iurisdictionem et honorem Sedis Apostolicae ab eis facta omnino cassent, et pignora 500 librarum Lucensis monetae Assisinati episcopo pro ablatorum restitutione facienda assignent. Reate VII. Kalendas Septembris anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 550. fol. 124; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 48; Bullarium Romanum ed. Taur. III. 362. n. 38; Potthast 535. n. 6117; Horoy H-i opp. omn. III. 295. n. 15.* — « ROMANA ECCLESIA QVE. »

2183. — *Reate 26 Augusti.*

« (Alberto) Episcopo Populoniensi. » Mandat observari faciat sententiam ab ipso Papa latam, qua amotus fuit a regimine monasterii de Flumano Benignus monachus, ab abbate Vallis Vmbrosae ibi institutus. Reate VII. Kal. Sept. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 557. fol. 126.* — « VENERABILIS FRATER. »

2184. — *Reate 30 Augusti.*

« Priori et canonicis Lateranensibus. » Concedit ut non teneantur respondere litteris apostolicis quando contra ecclesias ad ipsos pertinentes eaedem litterae non faciunt de ipsis et eorum ecclesia mentionem. Reate III. Kal. Sept. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 552. fol. 125; Mss. Vallicell. I. 53. p. 402. integra.* — « ECCLESIA VESTRA QVE. »

2185. — *Reate 30 Augusti.*

« Priori et canonicis Sancti Fridiani. » Vt non teneantur respondere litteris Apostolicis nisi de eis fecerint mentionem. Dat. ut supra. (Reate III. Kal. Sept. anno quarto). — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 553. fol. 125.* — « ECCLESIA VESTRA QVE. »

2186. — *Reate 30 Augusti.*

« Potestati et Populo Alexandrie. » Vt ad praesens pro eorum pace ipsi una cum aliis eorum amicis de Lombardia Friderico Siciliae regi in Romanorum Imperatorem electo fidelitatis iuramentum exhibeant, salvis tamen in omnibus fidelitate et iure Romanae Ecclesiae debitis. Reate III. Kal. Sept. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 555. fol. 126; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 400. fragm.; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 24; Ghilini Annal. di Alessandria 27. (Dat. Recanate XI. Kal. Sept.); Moriondus Mon. Aquens. I. 171. (31 Augusti); Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. 1. 670; Potthast 536. n. 6118; Rodenberg Ep. Sel. 74. n. 102;*

Horoy H-i opp. omn. III. 294. n. 14. (22 Aug.) — « DEVOTIONIS VESTRE LITTERAS. »

2187. — *Reate 31 Augusti.*

« Sancti Galgani Cisterciensis Ordinis Wlterane diocesis et Sancti Michaelis Discalciatorum Pisano Abbatibus. » Praecipit ut infra mensem inquirant super eo quod Fesulanus episcopus possessiones et alia bona ecclesiae suae dilapidare et alienare praesumpsit, ipsumque ab omni administrationis officio suspendant, alioquin « ex tunc officio beneficioque suspensos nostro vos conspectui presentetis. » Reate II. Kal. Sept. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 554. fol. 126; Manrique Ann. Cisterc. IV. 166. fragm.; cf. Potthast 536. n. 6119; Horoy H-i opp. omn. III. 297. n. 16. (fragm.)* — « EXHIBITA NOBIS. »

2188. — *Reate 31 Augusti.*

Abbati et conventui claustri (Hemmenrode) Cisterciensis ord. tenimentum de Mettenheim cum omnibus pertinentiis confirmat. Reate II. Kal. Sept. anno quarto. — *Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe v. Speyer I. 172. n. 157. perperam ad a. 1220; Mittelrheinisches UB. III. 103. n. 105; Potthast 536. n. 6120. et Append. p. 2088.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

2189. — *Reate 3 Septembris.*

« Archiepiscopo Cusentino. » Vt inquirat contra Petrum de Pistitio qui per simoniam et praepotentiam Riccardi comitis de Gravĩñ et aliorum magnatum in episcopatum Anglonensem se fecerat intrudi, nec non contra archiepiscopum Acherontinum qui eum consecrare praesumpsit. Reate III. Non. Sept. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. ep. 558. fol. 126; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 48.* — « CVM NEMO. »

2190. — *Reate 5 Septembris.*

« Nobili viro Albuiacob Miralmomelin timorem divini nominis et amorem. » Eum rogat ut christianos in terra sua existentes permittat secundum christianorum legem vivere, et Gonsalvum fratrem hospitalis Ierosolimitani, latorem praesentium, benigne suscipiat. Reate Non. Sept. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 559. fol. 127; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 46; Potthast 536. n. 6121; Horoy H-i opp. omn. III. 297. n. 17.* — « EXPEDIRE TIBI NON. »

2191. — *Reate 6 Septembris.*

« Andree Acolito et Capellano nostro. » Ne se ulterius intromittat in ecclesiam sanctae Venerae prope Miletum, quam eidem concessit, quia tacuerat ipsam esse monasterium in quo prior et monachi adhuc existunt: et priorem et monachos eiusdem monasterii permittat in eadem ecclesia, sicut hactenus fecisse noscuntur, pacifice ministrare. Reate VIII. Id. Sept. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 563. fol. 128.* — « DILECTVS FILIVS. »

2192. — *Reate 6 Septembris.*

Compositionem inter P(etrum) episcopum Sabinensem et monasterium s. Salvatoris Reatin. dioc. super ecclesiis s. Andreae, s. Mariae de Maiano, s. Victoris, s. Iohannis et s. Iuliani factam confirmat. Reate VIII. Id. Sept. anno quarto. — *Galletti Chiese di Rieti 159; Potthast Append. p. 2088. n. 6122a-26042.* — « EA QVE IN. »

2193. — *Reate 6 Septembris.*

« Archiepiscopo (Appanuensi *sed leg.*) Appamiensi, Decano et Cantori Antiochenis. » Vt Willelmo canonico Yporiensi provideri faciant de competenti beneficio in aliqua ecclesiarum terrae transmarinae. Reate VII. Id. Sept. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 556. fol. 126.* — « DILECTVS FILIVS. »

2194. — *Reate 7 Septembris.*

« De Sconaugia et de Otterburch Abbatibus Cisterciensis ordinis et Preposito de Hegenehe Maguntine et Warmiensis dio-

cesum. » Mandat, imponant perpetuum silentium Christiano quondam mònacho conventus sancti Albani Maguntini ne possit reverti ad monasterium propter multos quos commiserat excessus, utpote qui manus violentas in Wolver(adum) tunc abbatem et quosdam fratres dicti monasterii iniecerat, et de claustro Taleñ (Talnheim) duas moniales educens alteram corruperat, alteram vero naso et labiis mutilaverat etc. Reate VII. Id. Sept. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 560. fol. 127; Würdtwein Nova subs. IV. 104; fragm. apud Manrique Ann. Cisterc. IV. 166. (7 Nov.); Potthast 536. n. 6123; Horoy H-i opp. omn. III. 298. n. 18.* — « Ex parte conventvs. »

2195. — *(Reate 7 Septembris?).*

« P(elagio) Albanensi Episcopo Ap. Sed. Legato. » Respondens eius litteris « in vigilia Assumptionis Beate Marie acceptis » mittit pecuniam pro subsidio Terrae Sanctae, ei in praesentia exhibendam et expendendam cum consilio patriarchae et regis Ierosolimitanorum, ac magistrorum Hospitalis et Templi ac domus Teutonicorum et principis exercitus Romanorum. Plurimas vero pecuniae summas enumerat pro eodem negotio transmissas et expensas, inter quas illas pro navigio exercitus Romanorum: eumque monet Fridericum regem Siciliae, vix corona imperii accepta, ad subsidium Terrae Sanctae esse profecturum. Reate, absque signo chronologico. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 561. fol. 128. Apud Bouquet Rec. XIX. 690. et Raynaldi Ann. Eccl. 1219. nn. 2. 3. 4. et Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. 11. 924. et Potthast 536. n. 6122. habetur sub die 5 Sept. an. 4; ap. Guglielmotti Storia della Marina Pontif. ed. Flor. I. 389. latine et italice scripta leg. sub die 7 Sept.; ap. Horoy H-i opp. omn. III. 299. n. 10. sub die 1 Oct. Cum adeo sit incerta dies qua haec epistola conscripta fuerit, nos cl. virum Guglielmotti auctorem sequimur, qui eam e schedis Borgianis desumpsit; et eo magis quo haec epistola immediate in Cod. Vat. praecedentem sequitur cui datum « VII. Id. Sept. anno quarto » appositum est; quae diei nota hic forsan subtenditur.* — « Litteris tvis in. »

2196. — *Reate 10 Septembris.*

« Sancti Aumberti, Sancte Marie de Vaucello et de Cãtiprato Abbatibus Cameracensis diocesis. » Mandat ut canonici sancti Gaugerici Cameracensis nisi faciant ipsi residentiam in dicta ecclesia sancti Gaugerici, instituant ibidem totidem vicarios quot deficiunt et ipsis provideant de absentum praebendis. Reate IIII. Id. Sept. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 566. fol. 129.* — « Ex parte vestra. »

2197. — *Reate 10 Septembris.*

« Capitulo ecclesie Sancti Gaugerici Cameracensi. » Significat se praecepisse archiepiscopo Remensi ut ipsis et eorum episcopo iniungat « ut qualitercumque de cetero sive decedentibus canonicis vel alio modo in ecclesia ipsa prebende vacaverint, tertio vero semper ab eo ad quem hucusque pertinuit presbytero vel diacono, qui teneatur facere residentiam, conferatur, et prefato episcopo districte inhibeat ne deinceps prebendas eiusdem ecclesie contra premissam formam conferre presumat. » Reate IIII. Id. Sept. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 567. fol. 129.* — « Ex parte vestra. »

2198. — *Reate 14 Septembris.*

Henrico Mediolanensi archiepiscopo postulante ad exemplar Adriani, Alexandri, Coelestini et Innocentii praedecessorum suorum b. Ambrosii Mediolanensem ecclesiam sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, ut firma dicto archiepiscopo eiusque successoribus et illibata permaneant statuit. Reate XVIII. Kal. Oct. indict. VII. incarnat. domin. anno 1219.

pont. anno quarto. (Nomina aliquot cardinalium subscribentium sunt corrupta). — *Mazzucchelli Osservaz. sopra il rito Ambros. 310; Potthast 536. n. 6124.* — « In eminenti sedis. »

2199. — *Reate 18 Septembris.*

« Episcopo et decano Militensibus. » Vt confirment electionem P. in episcopum Pactensem concorditer a capitulo Pactensi peractam si de persona idonea canonice celebrata fuerit, ad quam electionem archiepiscopus Messanensis metropolitanus eorum se opponit. Reate XIIII. Kal. Oct. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 562. fol. 128.* — « Significantibvs dilectis. »

2200. — *Reate 19 Septembris.*

« Ingeranno de Cociaco. » Eum eiusque familiam, terram ac omnia eius bona in protectionem recipit, quia pluries contra Albigenses haereticos laboraverat. Reate XIII. Kal. Oct. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 568. fol. 130; Mss. Vallicell. I. 53; Duchesne Hist. Franc. scrip. V. 854. n. 9; Bouquet Rec. XIX. 1690; Potthast 536. n. 6125; Horoy H-i opp. omn. III. 301. n. 20.* — « Sacrosancta romana ecclesia. »

2201. — *Reate 23 Septembris.*

« B(ertranno) tituli Sanctorum Iohannis et Pauli Presbytero Cardinali Apostolice Sedis Legato. » Vt magistro Guillelmo clerico (Nicolai) episcopi Tusculani de ecclesia sancti Rothberti Anitiensi vel alio competenti beneficio provideat. Reate VIIII. Kal. Oct. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 573. fol. 131.* — « Dilectvs filivs. »

2202. — *Reate 26 Septembris.*

« Nicholao Episcopo Squillacensi. » Quum is per Iohannem de Alberonia Squillacensem thesaurarium accusatus fuisset de adulterio, periurio, simonia, homicidio et dilapidatione, et quum ex processu ab archiepiscopo Cusentino condito nihil inventum sit quod sufficienter probari possit, ipsum sententialitèr super omnibus absolvit. Reate VI. Kal. Oct. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 569. fol. 130; Mss. Vallicell. I. 53; Vghelli Ital. Sac. IX. 434; Potthast 536. n. 6126; Horoy H-i opp. omn. III. 302. n. 21.* — « Viso et intellecto. »

2203. — *Reate 26 Septembris.*

« Consulibus et Populo Terracinensibus. » Vt pacem servandam curent inter Oddonem Fraiapani ex una parte et Petrum Fraiapani suosque fratres ex altera, opera (Hugolini) Ostiensis episcopi de mandato ipsius Papae firmatam. Reate VI. Kal. Oct. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 570. fol. 130; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 48; Georgii Hist. Setiae 238; Contator Hist. Terracin. 182; Potthast 536. n. 6127; Horoy H-i opp. omn. III. 302. n. 22.* — « Cvm inter dilectos. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est Consulibus et populo Piperniensibus.

2204. — *Reate 28 Septembris.*

« Abbati et Conventui Sancti Quirici Premonstratensis Ordinis. » Confirmat sententiam latam per Nicolaum episcopum Tusculanum contra clericos sancti Petri de Laculo super possessione ipsius ecclesiae, qua decrevit ut in spiritualibus subsit episcopo Reatino, quoad temporalia vero pertineat ad abbatem sancti Quirici, et sententiae tenor hic refertur. Reate IIII. Kal. Oct. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 571. fol. 130.* — « Ea qve ivdicio. »

2205. — *Reate 28 Septembris.*

(Gregorio) episcopo Brechinensi, (Iohanni) priori de Restinouth et (Dionysio) decano de Forfar dioc. S. Andreae mandat, ut inter Willelmum rectorem ecclesiae de Golyn et priorissam ac moniales de Suthberwyk Cisterc. ord. eiusd. dioc. super capella de Dirltoun, decimis *etc.* litigantes

iudicium faciant. Reate IV. Kal. Octobris anno quarto. — *Liber S. Marie de Dryburgh 25. in n. 37; Potthast 536. n. 6128.* — « WILLELMO RECTORE ECCLESIE. »

2206. — *Reate 28 Septembris.*
Le Pape H. confirme à l'abbaye du Parc toutes ses possessions et notamment les églises de Cella (Pont-à-Celles) et de Lubbeck. Reate IV. Kal. Oct. anno quarto. — *De Paepe Summaria chronolog. eccl. Parchensis 74; Sanderus Abbatia Parchensis 19; Chorografia Sacra Brabantiae 174; cf. Wauters Table chronologique III. 518; Potthast Append p. 2088. n. 6128a-26043.*

2207. — *Reate 1 Octobris.*
« (Friderico) illustri regi Sicilie in Romanorum Imperatorem electo. » Conqueritur de sua pro Terrae Sanctae negotio negligentia, et cum iam bis dilationem in arripiendo itinere postulaverit, nunc sub poena excommunicationis tertium terminum ad transfretandum in proximum futurum festum sancti Benedicti ei praefigit, ipsumque vehementer exhortatur ad auxilium exercitui christiano ferendum. Reate Kal. Oct. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 576. fol. 132; Mss. Vallic. I. 53. et I. 51. p. 405. fragm.; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 9; Hahn Coll. mon. vet. et rec. I. 312; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. 1. 691; Potthast 536. n. 6129; Rodenberg Ep. Sel. 75. n. 106; Horoy H-i opp. omn. III. 303. n. 23.* — « LITTERIS EXCELLENTIE TVE (REGIAE, *Potth., Horoy*). »

2208. — *Reate 1 Octobris.*
« Vniversis Archiepiscopis et Christi fidelibus per Teutoniam constitutis. » Mandat ut excommunicatos denuntient omnes crucesignatos qui distulerint transfretare in subsidium Terrae Sanctae, iniungentes illis ex talibus qui beneficium absolutionis petierint, ut in festo sancti Benedicti proximo futuro iter ad Terram Sanctam arripiant. Dat. ut supra. (Reate Kalendis Oct. anno quarto). — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 577. fol. 133; Mss. Vallic. I. 53. et I. 51. p. 510. integra; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 11; Huillard-Bréholles l. c. I. 11. 924; Forschungen zur Deutschen Geschichte XV. 378; Potthast 537. n. 6130. et Append. p. 2088; Rodenberg Ep. Sel. 76. n. 107; Horoy H-i opp. omn. III. 305. n. 24. ex mss. du Theil.* — « DE SECRETO PATRIS. »

2209. — *Viterbii 6 Octobris.*
Onorio pp. commette al patriarca di Grado di scomunicare i vassalli del patriarcato d'Aquileia aderenti ai Trivigiani. Viterbii. — *Manzano Annali del Friuli II. 263: Potthast 537. n. 6131.*

2210. — *Viterbii 13 Octobris.*
« S(tephano) Archiepiscopo Cantuariensi Sancte Romane Ecclesie Cardinali. » Vt de praebendali beneficio in sua provincia provideat Iohanni clerico nepoti bone memorie I. archiepiscopi Lugdunensis. Viterbii III. Id. Oct. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 574. fol. 132; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « CVM DILECTVS FILIVS. »

2211. — *Viterbii 15 Octobris.*
« Capitulo Valentino. » Laudat eos quod abbatem Cluniacensem, virum utique scientia, vita et fama conspicuum, in suum elegerint episcopum, sed cum Cluniacense coenobium non minus quam eorum ecclesia provido gubernatore opus habeat, huiusmodi electionem recipiendam eidem electo ipse neque iniungit neque prohibet, sed si abbas Cluniacensis noluerit id munus acceptare mandat eis ut alium sibi eligant in episcopum. Viterbii Id. Oct. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 573a. fol. 131; Mss. Vallicell. I. 53.* — « NVNTIIS VESTRIS ET. »

2212. — *Viterbii 15 Octobris.*
« Episcopo et Sancti Vedasti Attrebatensibus et de Los Cisterciensis ordinis

Abbatibus Tornacensis diocesis. » Vt in causa de quadam pecuniae summa inter Oddonem canonicum Laudunensem et Odonem civem Laudunensem exorta, quae primum coram abbate sancti Iohannis in Valenceñ. et coniudicibus suis, postea coram abbate sancti Vincentii Laudunensi tunc priore sancti Thomae Laudunensis dioecesis et demum coram H. canonico sancti Gaugerici et coniudicibus suis contestata fuit, de omnium iudicum processibus veritate plenius indagata, illum quem merito viderint approbandum observari faciant. Viterbii Idibus Oct. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 575. fol. 132; Horoy H-i opp. omn. III. 307. n. 25. (1 Octobris) ex mss. du Theil.* — « SIGNIFICANTE ODDONE. »

2213. — *Viterbii 16 Octobris.*

« Archipresbytero maioris ecclesie et Sancti Laurentii et Sancti Stephani Prioribus Florentinis. » In lite inter episcopum Lucanum et abbatem et conventum monasterii de Serena (Vulterranae dioecesis) quae ad abbatem de Quiesa (*in e. l.* de Quesa) Pisanae dioecesis commissa fuerat, super quibusdam possessionibus et redditibus qui sigillatim referuntur, hoc se mandasse significat ut res in illum revocaretur statum in quo erat « cum pretextu predictarum litterarum nostrarum contra dictum monasterium incepit procedere idem Abbas. » Iniungit ut id observari faciant. Viterbii XVII. Kal. Nov. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 578. fol. 233; Lami Eccl. Florent. mon. III. 1790; Potthast 537. n. 6132; Horoy H-i opp. omn. III. 308. n. 26.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

2214. — *Viterbii 16 Octobris.*

Praepositum et capitulum ecclesiae ss. apostolorum Petri et Pauli de Martello (Marchthal) Praemon. ord. Constantiens. dioc. cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem de Altbilringen et de Bergen decimas et de Dahtorf curtem ac alia bona eis confirmat. Viterbii XVII. Kal. Nov. anno quarto. — *Wirtemb. UB. III. 86. n. 619; Potthast 537. n. 6133; Horoy H-i opp. omn. III. 309. n. 28.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

2215. — *Viterbii 19 Octobris.*

Prioribus et collegiis ecclesiarum s. Marci de Mantua, s. Spiritus de Verona, domus religionis (veteris) de Parma, s. Eusebii de Seratico Vicentinae dioc., s. Perpetuae de Faventia et s. Mariae de Castro Yzerino Veronens. dioc. regulam ab Innocentio PP. III. roboratam ante concilium generale ac ad eorum petitionem postmodum « de mandato nostro » in quibusdam correctam (tenore eiusdem inserto) confirmat. Viterbii XIV. Kal. Nov. anno quarto. — *Biancolini Chiese di Verona III. 265; Potthast 537. n. 6134; Horoy H-i opp. omn. III. 310. n. 29.* — « PIE POSTVLATIO VOLVNTATIS. »

2216. — *Viterbii 19 Octobris.*

(Angelo) patriarchae Gradensi et Leonardo plebano S. Pauli de Venetiis mandat, moneant ducem Venetiarum ac potestates civitatum Veronae, Vicentiae et Paduae, ut omne commercium interrumpant cum Tarvisinis, qui propter damna et iniurias ecclesiis Bellunensi et Feltrensi irrogata excommunicati erant, sed censuras ecclesiasticas contemnebant et contra ecclesiam Aquileiensem manus suas rapaces extendebant. Viterbii. *(Deest omnino nota chronolngica). — Bianchi Docum. 23. n. 55; cf. Manzano Annali del Friuli II. 264; cf. Potthast 537. n. 6135.*

2217. — *Viterbii 25 Octobris.*

« Abbati et conventui monasterii sancte Marie de Fulina Cisterciensis Ordinis. » Confirmat sententiam episcopi Paduani et suorum coniudicum super eo quod eorum monasterium absolverunt ab impetitione monasterii sancti Firmi (Firmini, *Manrique*) Veronensis quod illud ad se pleno iure dicebat pertinere. Viterbii VIII. Kal. Nov. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 579.*

« Magistro Prando canonico Antiocheno. » Confirmat ei in perpetuum officium Cancellariae quod a Ranerio patriarcha Antiocheno eidem collatum fuit. Romae apud Sanctum Petrum III. Kal. Ian. anno quarto. *Reg. Vat. lib. 4. epist. 663. fol. 161; Mss. Vallicell. I. 51. p. 425. fere integra.* — « SOLET ANNVERE. »

2306. — *Romae apud Sanctum Petrum 31 Decembris.*

Abbati de Reddageshusen et maiori Hildensemensi et de Embike scolasticis Mogunt. et Halverstad. diocc. mandat, investigent num fuerit canonicum, Bremenses canonicos G(erardum) praepositum Palbornensem in Bremensem archiepiscopum elegisse. Romae apud Sanctum Petrum (?) II. Kal. Ian. anno quarto. — *Lappenberg Hamburg. UB. I. 380. n. 436; Potthast 541. n. 6187; Horoy H-i opp. omn. III. 374. n. 72.* — « EXHIBITAE NOBIS DILECTORVM. »

2307. — ....

Vniversos episcopos per Turonensem provinciam constitutos monet, rogat et obsecrat per aspersionem sanguinis Iesu Christi, ut ad subventionem exercitus christiani in Terra Sancta renovatis animis et viribus intendant; factas a principio indulgentias innovat. Absque signo chronol. — *Martene Ampliss. collect. V. 1480; Potthast 541. n. 6188; Horoy H-i opp. omn. III. 375. n. 73.* — « EXVLTET IN DOMINO. »

[An. 1220]

2308. — *Romae apud Sanctum Petrum 3 Ianuarii.*

« Episcopo et Magistro V. Subdiacono nostro Archidiacono Terraconen., Ilerden., et Priori Sancte Christine Oscensis diocesis. » Mandat ut terminent causam inter Oscensem et Dertusensem episcopos super iure in ecclesiis de Alchezer et de Abego, de Ponzano, de Azara, de Pozant, de Castellazolo, de Salas, de Salinas, de Stada, de Costeano et de Lazano, nec non in ecclesiis et villis de Lecino et Natilla et in ecclesia et castro de Orta et in ecclesia sancti Sepulchri de Barbastro, in qua causa G(regorium) sancti Theodori diaconum cardinalem iam auditorem concesserat. Romae apud Sanctum Petrum III. Non. Ian. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 639. fol. 153.* — « CONSTITVTIS IN PRESENTIA. »

2309. — *Romae apud Sanctum Petrum 3 Ianuarii.*

Papiensi et Veronensi episcopis et archipresbytero Pergamensi significat, se dedisse potestati et populo Cremonensibus, qui fluvium Padi per Figarolum manantem in ecclesiae Romanae praeiudicium per alium alveum deducere attemptant, in mandatis ut ab huiusmodi penitus praesumptione desistant. Mandat eis, ut, si illi mandatum apostolicum neglexerint adimplere, istos ad hoc per censuram ecclesiasticam compellant. Romae apud Sanctum Petrum III. Non. Ian. anno quarto. — *Ficker Forschungen IV. 311. n. 269; Potthast Append. p. 2089. n. 6188-26046.* — « AD AVRES NOSTRAS. »

2310. — *Viterbii 23 Ianuarii.*

« Episcopo Noviomensi. » Mandat ut circa sententiam promulgatam in causa inter ipsum et decanum et capitulum ecclesiae sancti Quintini suae dioecesis super subiectione ipsius ecclesiae, sepedicti « decanus et capitulum sancti Quintini quantum in eis fuerit nullo modo impediant quin litigantes sub ipsis si ad te ex probabilibus causis secundum constituta concilii appellare voluerint, appellationes huiusmodi libere prosequantur. » Viterbii X. Kal. Febr. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 645. fol. 156.* — « A NOBIS OLIM. »

2311. — *Viterbii 25 Ianuarii.*

« R(odulpho) de Nevillis regio (*idest* Henrici regis Anglorum *Potth.*) Vicecancellario. » Auditis laudabilibus de eo testimoniis S(tephani) Cantuariensis archiepiscopi Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali, Saresbiriensis et Roffensis episcoporum et specialiter G(ualae) tit. sancti Martini presbyteri Cardinalis, ac intuitu et obtentu (Henrici) regis Anglorum cuius obsequiis vigilanter insistit, eum a defectu natalium absolvit, cum a soluto viro genitus sit de muliere soluta, ut non obstante huiusmodi impedimento ad sacros ordines promoveri valeat et ad ecclesiasticas dignitates assumi. Viterbii VIII. Kal. Febr. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 644. fol. 156; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Shirley Royal Letters I. 534. n. 8; Potthast Append. pag. 2089. n. 6188a-26047.* — « APOSTOLICE SEDIS BENIGNITAS. »

2312. — *Viterbii 28 Ianuarii.*

« De Saviniaco Cisterciensis Ordinis et Vadacensi Abbatibus Abrincensis et Cenomanensis diocesum et Magistro scolarum Andegavensi. » Mandat ut observari faciant initam et a se confirmatam compositionem inter (Stephanum) episcopum Nanetensem et (Petrum) comitem Brittanniae super damnis et iniuriis ab ipso comite praedicto episcopo eiusque ecclesiae et subditis irrogatis, cuius compositionis tenor hic habetur insertus. Viterbii V. Kal. Februarii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. ep. 646. fol. 157; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1218. n. 58; Bouquet Rec. XIX. 692; Manrique Ann. Cisterc. IV. 176; mutila apud Morice Mém. à l'Hist. de Bretagne I. pr. 840; Potthast 542. n. 6189; Horoy H-i opp. omn. III. 377. n. 74.* — « ACCEDENS OLIM AD. »

2313. — *Viterbii 28 Ianuarii.*

De Hemminrod et de Romerstorp abbatibus mandat, ut in Trevirensi provincia crucem praedicent, ut succurratur christiano exercitui in partibus transmarinis. Pollicetur indulgentias. Viterbii V. Kal Febr. anno quarto. — *Mittelrheinisches UB. III. 114. n. 120; Potthast Append. p. 2089. n. 6189a-26048.* — « COELESTIS ALTITVDO CONSILII. »

2314. — *Viterbii 30 Ianuarii.*

« Premonstratensi Laudunensis diocesis et Sancti Vedasti Attrebatensi et Sancti Eligii Noviomensi Abbatibus. » Vt inquirant super electione Rad. (*Horoy* Rod.) de Brana abbatis monasterii sancti Medardi Suessio-

nensis, et si eam canonice celebratam invenerint confirment, episcopo Noviomensi iniungentes ut eidem Rad. vice Papae munus benedictionis impendat. Viterbii III. Kal. Febr. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 648. fol. 158; Horoy H-i opp. omn. III. 382. n. 75. ex mss. du Theil.* — « Ex litteris dilectorvm. »

2315. — *Viterbii 31 Ianuarii.*

« Decano et Capitulo Sancti Petri Casletensibus Morinensis diocesis. » Cum eorum praepositus, ex eo quod ratione praeposituræ animarum curam obtinet, debeat in eorum ecclesia residere et nequeat ex eiusdem redditibus substentari, indulget ut, loci dioecesani accedente consensu, unam ex viginti praebendis quas eorum ecclesia habet eidem praeposituræ annectere possint. Viterbii II. Kal. Febr. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 650. fol. 159; Horoy H-i opp. omn. III. 383. n. 76. ex mss. du Theil.* — « Exhibita nobis. »

2316. — *Viterbii 31 Ianuarii.*

Abbati de Lubes (Leubus) Cisterc. ord. curam et visitationem monasterii Trebnicensis, quae olim abbati de Porta (Schulpforte) iniunctae erant, tam in spiritualibus quam temporalibus committit ita, « quatinus nonnisi per earundem sororum ordinis monachos de ipsis et rebus earum et monasterio supradicto disponas. » Viterbii II. Kal. Febr. anno quarto. — *(Büsching) Urk. d. Klost. Leubus 69; cf. Grünhagen Regest. I. 107. n. 221; Potthast 542. n. 6190.* — « Ad imploracionem dilecti. »

2317. — *Viterbii 31 Ianuarii.*

Honorius charge (Jean) abbé de Saint-Victor, le prieur de la même abbaye et le chantre de Paris, de juger la réclamation de Blanche comtesse de Champagne qui se plaint que (Pierre) abbé et le couvent de Pontigny lui font tort au sujet de ses bois, grueries, fiefs etc. Viterbii. — *Jubainville Comtes de Champagne V. 150. n. 1251; Potthast 542. n. 6191.*

2318. — *Viterbii 1 Februarii.*

Magistro et fratribus domus s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitan. possessionem monasterii s. Trinitatis de Panormo, ab imperatore Henrico VI et Constantia imperatr. eis collati et a Friderico II. imp. comprobati, confirmat. Viterbii Kal. Febr. anno quarto. — *Mongitore Mon. hist. s. domus ss. Trinitatis Panormi (Pan. 1721. fol.) 30; Hennes UB. des deutschen Ordens I. 48; Potthast 542. n. 6192.* — « Cvm a nobis. »

2319. — *Viterbii 2 Februarii.*

« Decano et Capitulo Tullensibus. » Vt canonicatum conferant Iohanni clerico qui in Tullensi ecclesia fuit ab infantia tenera enutritus, ibique inserviit fideliter et devote. Viterbii IIII. Non. Febr. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 653. fol. 159; Horoy H-i opp. omn. III. 383. n. 77. ex mss. du Theil.* — « Iohannes pavper clericvs. »

Cod. Vat. addit: Super hoc scriptum est episcopo et primicerio Virdunensibus ut dictos decanum et capitulum ad id attentius moneant et inducant. Dat. ut supra.

2320. — *Viterbii 2 Februarii.*

« I(ohanni) Regi Ierosolimitano illustri. » Ius in regno Armeniae, quod ad eum ratione H. reginae uxoris suae haereditario iure dicitur pertinere, ipsi eiusque haeredibus confirmat. Viterbii IIII. Non. Februarii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 662. fol. 161; Mss. Vallicel. I. 53. et I. 51. p. 421. fere integra; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 57.* — « Cvm a nobis petitvr. »

2321. — *Viterbii 4 Februarii.*

« Capitulo ecclesie sancti Hilarii Pictavensi. » Auditis, quae Petrus Fulcherii clericus et Boninus eorum procurator coram P(etro) sancti Georgii ad Velum Aureum diacono Cardinali, quem eis concessit auditorem, proposuerunt super investitura canoniae in ecclesia sancti Hilarii Pictavensi,

irritas declarat litteras apostolicas et habitum earum occasione processum, quas litteras idem Petrus Fulcherii obtinuit per falsi suggestionem, eosque ab impetitione praefati clerici absolvit. Viterbii II. Non. Februarii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 649. fol. 158; Horoy H-i opp. omn. III. 384. n. 78. ex mss. du Theil.* — « CONSTITVTIS IN PRESENTIA. »

2322. — *Viterbii 5 Februarii.*

« Episcopo Placentino. » Attentis oneribus debitorum quibus ecclesia sua pergravatur, eum absolvit a praestatione vicesimae proventuum mensae suae. Viterbii Nonis Febr. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 651. fol. 159.* — « ATTENDENTES ONERA. »

2323. — *Viterbii 5 Februarii.*

« Eidem. » Vt iuxta gratiam ei concessam permutandi et locandi, nec non affictandi, incrossandi, mutuandi ac etiam obligandi, etsi eius fratres dissentiant, dummodo id in manifestam utilitatem evadat supradicti episcopii, liceat ipsi cum consilio abbatum de Columba Cisterciensis ordinis Placentinae dioecesis et sancti Benedicti Placentini facere supradicta. Viterbii Nonis Febr. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 652. fol. 159.* — « IN NOSTRA PROPOSVISTI. »

2324. — *Viterbii 5 Februarii.*

« Abbati de Columba Cisterciensis Ordinis Placentine diocesis. » Vt « alienandi usque ad valentiam mille librarum de possessionibus ipsius episcopii minus utilibus venerabili fratri nostro Placentino episcopo licentiam tribuas vice nostra, proviso ut earum pretium in debitorum extenuationem sine diminutione qualibet convertatur. » Dat. ut supra. (Viterbii Nonis Febr. anno quarto). — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 652. fol. 159.* — « CVM EPISCOPIVM PLACENTINVM. »

2325. — *Viterbii 10 Februarii.*

« Priori et conventui monasterii Sancti Medardi Suessionensibus. » Eos sub beati Petri protectione suscipit eorumque bona confirmat, specialiter autem de Cruce, sancti Aodoeni (*Horoy* Audoeoi) et de Rutundis (*Horoy* Rotundis) ecclesias, et sanctae Leocadiae de Vico super Anxonia (*Horoy* Auxonam et de Rotundis (sic) et sancti Laurentii ante portam eorum monasterii capellas cum pertinentiis, libertatibus ac immunitatibus earundem. Viterbii IIII. Id. Febr. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 656. fol. 160; Horoy H-i opp. omn. III. 389. n. 84.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

2326. — *Viterbii 10 Februarii.*

« Eisdem. » Eorum monasterium cum omnibus bonis quae impresentiarum rationabiliter possident aut in futurum iustis modis praestante Domino poterunt adipisci sub beati Petri protectione suscipit, eorumque statutum, ut quidam eorum monasterii redditus pro vestibus, refectione et aliis necessariis usibus eorum annuatim deputentur nec in ullos alios usus transferantur, confirmat. Dat. ut supra. (Viterbii IIII. Id. Febr. anno quarto). — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 657. fol. 160; Horoy H-i opp. omn. III. 385. n. 79. ex mss. du Theil.* — « SOLET ANNVERE. »

2327. — *Viterbii 11 Februarii.*

« Capitulo Mutinensi. » Vt praebendam canonicalem in eorum ecclesia conferant Arditioni clerico nato nobilis viri O. de Saviniano civis Mutinensis, alioquin dat in mandatis praeposito sancti Prosperi Regino et archipresbytero de Quarantulo Reginae dioecesis ut auctoritate apostolica eam praedicto clerico conferant. Viterbii III. Id. Februarii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 655. fol. 160.* — « CVM OLIM VOBIS. »

Scriptum est super hoc eisdem in e. f. m. verbis competenter mutatis.

2328. — *Viterbii 13 Februarii.*
« Guillelmo de Charñ Clerico. » Cum eo, qui de patre in minoribus ordinibus constituto est genitus, ex defectu natalium dispensat, eique concedit ut ecclesiasticum beneficium habere possit. Viterbii Idib. Febr. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 658. fol. 160.* — « In nostra constitvtvs. »

2329. — *Viterbii 13 Februarii.*
Clero tam civitatis quam diocesis Argentinensis pro ducentis marcis argenti remittit vicesimam a concilio generali pro Terrae Sanctae subsidio impositam, quod a tempore dicti concilii guerris continuis regionis afflicti graviter et oppressi ac alias rapinis et incendiis multipliciter lacessiti tantam sterilitatem in anno sustinuere praesenti, quod vitam inopem deducentes vix possint de tot calamitatibus respirare. Viterbii Id. Febr. anno quarto. — *Würdtwein Nova subs. XIII. 243; Potthast 542. n. 6193; Horoy H-i opp. omn III. 286. n. 80.* — « Exhibite nobis ex. »

2330. — *Viterbii 14 Februarii.*
« Abbati de Hegene Cisterciensis Ordinis, Priori de Haldenburch et Custodi de Vrideslaria Maguntinensis et Treverensis diocesum. » Scribit quomodo procedere debeant in causa quae vertitur inter capitulum ecclesiae Susatiensis ac Thomam Veteris ecclesiae plebanum electum in praepositum ipsorum ex parte una, et archiepiscopum Coloniensem, Monasteriensem electum et Thedericum de Broilo Coloniensis ecclesiae canonicum ex altera, super praepositura ipsius ecclesiae ac rebus aliis, quam causam decano Bunnensi et suis coniudicibus iam commiserat. Viterbii XVI. Kal. Martii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 660. fol. 160.* — « Cvm cavsam. »

2331. — *Viterbii 14 Februarii.*
« Episcopo Legionensi. » Vt praestimonium, quod sanctus Martinus de Valle Populi dicitur et olim a Legionensi archidiacono habitum, conferat I. subdiacono Papae, magistro scolarum Legionensum, nepoti P(elagii) Albanensis episcopi Ap. Sed. Legati. Viterbii XVI. Kal. Martii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 661. fol. 161.* — « Intelleximvs te. »

2332. — *Viterbii 15 Februarii.*
« Amalphitano Archiepiscopo et Episcopo Ravellensi. » Vt denuntient Sergio civi Scalensi et Karae mulieri concivi suae, qui matrimonium consummarunt, non esse inter eos matrimonium ex impedimento publicae honestatis, quia dicta Kara per verba de futuro desponsaverat R. germanum dicti Sergii iam mortuum. Viterbii XV. Kal. Martii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 659. fol. 160.* — « Insinvante Sergio. »

2333. — *Viterbii 16 Februarii.*
Vniversis archiepiscopis et episcopis, abbatibus.... et aliis ecclesiarum praelatis per Teutoniam constitutis significat, se magistrum Conradum capellanum et poenitentiarium suum scholasticum Maguntinum ad evangelizandum verbum crucis in partibus Teutoniae providisse destinandum, eisque illum commendat. Viterbii XIV. Kal. Martii anno quarto. — *Scheid Origg. Guelf. III. 678; Potthast 542. n. 6194; Horoy H-i opp. omn. III. 387. n. 81.* — « Etsi eivs exemplo. »

2334. — *Viterbii 17 Februarii.*
Vniversis Christifidelibus notum facit, se Hugonem Lincolniensem episcopum sanctorum catalogo adscripsisse, statuens ut eius festivitas singulis annis in die depositionis ipsius celebretur. Viterbii XIII. Kal. Martii (male Maii, *Raynaldi, Tromby*) anno quarto. — *Rymer Foed. I. 1. 85; Matth. Parisien. hist. maior 309; Rogeri de Wendover Flores IV. 64; Bulaeus Hist. univ. Parisien. III. 104; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 367; pars ultima ap. Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 47; Tromby Storia V. app. 83. n. 71; Potthast 542. n. 6195. et p. 545; fragm. in Horoy H-i opp.*

omn. III. 388. n. 82. et 420. n. 119. sub die 19 Maii. — « Divinae dignitatio pietatis. »

2335. — *Viterbii 18 Februarii.*

« Episcopo Astoricensi. » Vt Garsiae scolari, non obstante quod ipsum quondam Munio canonicus Zamorensis genuerit in diaconatus ordine constitutus, si fuerit idoneus ad minores ordines suscipiendos et beneficium obtinendum, id auctoritate apostolica concedat. Viterbii XII. Kal. Martii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 674. fol. 165.* — « Ad nostram accedens. »

2336. — *Viterbii 21 Februarii.*

Praeposito de Hougue, custodi et magistro Salomoni canonico Herbipolensibus mandat, ut suspensionis et excommunicationis sententias, quas magister Conradus scolasticus Maguntinus capellanus et poenitentiarius suus in presbyteros et alios clericos provinciae Moguntinae qui concubinas suas abiicere contemnebant, tulerat, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari faciant. Viterbii X. Kal. Martii anno quarto. — *Sudendorf Registr. III. 53. n. 35; Potthast 542. n. 6196; Horoy H-i opp. omn. III. 388. n. 83. (20 Februarii).* — « Qvia perversi difficile. »

2337. — *Viterbii 22 Februarii.*

« Sancti Andree et Dunkeldensi Archidiaconis et magistro Iohanni canonico Dunkeldensi. » Vt terminent causam inter Nicolaum militem et abbatem et conventum monasterii sanctae Mariae de Dumdraman Cisterciensis ordinis dioecesis Candidae Casae super quadam possessione et rebus aliis vertentem, quibus iam datus fuit auditor S(tephanus) sancti Adriani diaconus Cardinalis. Viterbii VIII. Kal. Martii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 669. fol. 164; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Theiner Mon. Hiber. 14. n. 32; Potthast 542. n. 6197; Horoy H-i opp. omn. III. 390. n. 85.* — « Nicolao militi ac. »

2338. — *Viterbii 24 Februarii.*

« Patriarche et Iohanni Regi illustri ac Magistris et Fratribus domorum Hospitalis et Templi et Sancte Marie Teutonicorum Ierosolimitanis, nec non Prelatis, Comitibus, aliis magnatibus et toti exercitui Christiano constituto in partibus transmarinis. » Gratulatur de captione Damiatae, eosque hortatur ut P(elagio) Albanensi episcopo Apostolicae Sedis Legato devote et humiliter more solito intendant, ne occasione terrae dante domino acquisitae et sicut sperandum de cetero acquirendae, aliqua inter eos discordia suboriatur, quare plenam ipsi Legato tam in temporalibus quam in spiritualibus commisit potestatem ita ut per se aut per alios libere illam exerceat prout res videbitur postulare. Viterbii VI. Kalendas Martii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 664. fol. 161; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1219. nn. 18-19. mutila; Potthast 542. n. 6198; fragm. ap. Horoy H-i opp. omn. III. 392. n. 86.* — « Et si hvmane conditionis. »

2339. — *Viterbii 24 Februarii.*

« Amideo Archiepiscopo Bisuntino, et dil. fil. Willelmo decano, Humberto precentori, Odoni Thesaurario, Frederico Archidiacono et ceteris Sancti Iohannis Evangeliste canonicis salutem etc. » Confirmat Calixti Papae sententiam ad exemplar Papae Adriani, qua ecclesia sancti Iohannis Evangelistae Bisuntinae cathedralis dignitate exornatur, canonicis sancti Stephani super hoc perpetuum silentium imponens. Viterbii per manum Guillelmi Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarii VI. Kalendas Martii indictione VII. incarnationis dominicae anno MCCXVIIII. Pontif. vero domni Honorii PP. III. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 665; fol. 162; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Ea qve a predecessoribvs. »

2340. — *Viterbii 24 Februarii.*

« Capitulo Rosnacensi Cameracensis diocesis. » Vt Guillelmum clericum nuntium scolarium Parisiensium in fratrem et canonicum admittant, alioquin Iohanni de Villevode, Th. de Perona et Roberto de Remis canonicis sancti Quintini Noviomensis dioecesis dat litteris in mandatis ut eos auctoritate apostolica ad id compellant. Viterbii VI. Kal. Martii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 670. fol. 164.* — « Si scIRETIS VOBIS. »

Scriptum est super hoc eisdem usque in finem verbis competenter mutatis.

2341. — *Viterbii 25 Februarii.*

« Attrebatensi episcopo. » Mandat ut abbatem ecclesiae Aquicintensis, quae lege ei dioecesana subiecta est, non molestet, nam insignia eidem abbati ab ipso Papa collata episcopali eius auctoritati minime derogant. Viterbii V. Kal. Martii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 666. fol. 163.* — « CVM FRATRES ET. »

2342. — *Viterbii 25 Februarii.*

« Abbati et Conventui (Aquittintensibus *sed leg.*) Aquicintensibus. » Ne alicui monachorum eorum monasterii liceat pecuniam accipere mutuo sine conventus litteris et assensu, alioquin monasterium minime obligabitur. Viterbii V. Kal. Martii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 667. fol. 163; Horoy H-i opp. omn. III. 393. n. 87. ex mss. du Theil.* — « QVIA MELIVS EST. »

2343. — *Viterbii 25 Februarii.*

« Abbati Aquicintensi. » Vt quosdam monachos suos ab excommunicationis sententia quam contra ipsos promulgaverat, si usque ad kalendas Maii ad ipsum redierint, absolvat, eosque recipiat, salva ordinis disciplina; alioquin abbati Hamen̄. et magistro Iohanni Piket canonico Duacensi Noviomensis et Atrebatenis dioecesum et Rad. archidiacono in Flandria Tornaceñ dat litteris in mandatis ut ex tunc latam in eos rationabiliter sententiam excommunicationis solemniter innovantes eam observari faciant. Dat. ut supra. (Viterbii V. Kal. Martii anno quarto). — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 668. fol. 163.* — « CVM ARNVLFVS. »

Scriptum est super hoc eisdem, verbis competenter mutatis.

2344. — *(Viterbii) 27 Februarii.*

Priorem et fratres conventus s. Mariae de Vineis extra portam Parisienses laudat, quod fratres ordinis Praedicatorum in sacra pagina studentes apud Parisios confoveant. (Viterbii) IV. (sic) Kal. Martii anno quarto. — *Ripolli Bullar. ord. Praedic. VII. 11. n. 35; Potthast 542. n. 6199; Horoy H-i opp. omn. III. 393. n. 88.* — « GRATVM GERIMVS QVOD. »

2345. — *Viterbii 28 Februarii.*

« Decano Sancti Stephani, Priori Sancti Pauli et cantori Sancti Iohannis Bisuntinis. » Abbatissa et conventu Romaricensibus flebiliter intimantibus, mandat ut ecclesiam et personas earundem monialium quotiens ab ipsis fuerint requisiti a persecutoribus defendant. Viterbii VII. Kal. Martii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 671. fol. 164; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 394. n. 89. ex mss. du Theil.* — « SVCCENSA VELVT IGNIS. »

2346. — *Viterbii 2 Martii.*

« Abbatisse et Conventui Romaricensibus. » Ipsis quae ad Romanam Ecclesiam nullo mediante pertinere dicuntur concedit ut revocare possint ad ius et proprietatem monasterii pro earum substentatione decimas ipsas quae sub annuo censu ab eisdem concessa sunt clericis, et quae in earum praeiudicium alienata sive concessa illicite fuerunt. Viterbii VI. Non. Martii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 672. fol. 165; Horoy H-i opp. omn. III. 395. n. 90. ex mss. du Theil.* — « CVM MONASTERIVM VESTRVM. »

2347. — *Viterbii 2 Martii.*
« Precentori maioris ecclesiae, Cantori Sancti Pauli et Terrico canonico Lugdunensibus. » Audita relatione R(ainerii) sanctae Mariae in Cosmidin diaconi Cardinalis, quem dederat auditorem, mandat ut poena debita castigent W. de Varei clericum nisi a molestiis contra P. de Botton Viennensem canonicum super monachatu cessaverit. Viterbii VI. Nonas Martii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 2. epist. 673. fol. 165; Horoy H-i opp. omn. III. 399. n. 96. (6 Martii) ex mss. du Theil.* — « OPTENTIS OLIM. »

2348. — *Viterbii 4 Martii.*
Moniales ecclesiae de Wilbodessen Paderburnens. dioc. cum omnibus bonis tuendas suscipit, specialiter autem possessiones de Waturvelde et de Clenenberga ac alia bona eis confirmat. Viterbii IV. Non. Martii anno quarto. — *Schaten Ann. Paderborn. I. 985; Potthast 543. n. 6200; Horoy H-i opp. omn. III. 395. n. 91.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

2349. — *Viterbii 5 Martii.*
« Priori et Fratribus Sancti Bartholomei de Trisulto (*in e. l.* Trisluto) Cartusiensis Ordinis » Silvam Eici, super qua diutius quaestionem habuerunt cum Collepardensibus, ipsis, ad formam sententiae latae ab Orlando capellano Papae canonico Ferentinati, confirmat. Viterbii III. Non. Martii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 677. fol. 165. ubi huius epistolae fragmentum et sine nota chronologica legitur: integra vero habetur in n. 707. fol. 173; cf. Liverani Spicil. Liberian. 722. n. 15; Potthast 543. n. 6201; Horoy H-i opp. omn. III. 396. n. 92.* — « SVBORTA INTER VOS. »

2350. — *Viterbii 6 Martii.*
« Hominibus de Collepardo. » Ne iuxta sententiam latam et approbatam a Sede Apostolica molestent priorem et fratres monasterii de Trisulto super Silva Eici, nec ibidem ligna cedendi vel animalia pascendi vel aliud ius sibi de cetero vindicare praesumant, quum R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali Campaniae Maritimaeque Rectori firmiter iniunxerit ut eos super hoc non permittat a Vicanis temere molestari, molestatoresque per censuras ecclesiasticas compescat. Viterbii II. Non. Martii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 847. fol. 209; Liverani Spicil. Liberian. 721. n. 14; Potthast 542. n. 6204; Horoy H-i opp. omn. III. 398. n. 95.* — « SATIS CREDIMVS VOBIS. »

2351. — *Viterbii 6 Martii.*
Monasterium de Schwartzhah patrocinandum suscipit, specialiter autem ecclesiam de Stadelhoven cum capella in Swartzah et aliis pertinentiis suis eidem ab (Henrico) Argentinensi episcopo collatam confirmat. Viterbii II. Non. Martii anno quarto. — *Schoepflin Alsat. dipl. I. 343. n. 420; Potthast 543. n. 6202; Horoy H-i opp. omn. III. 396. n. 93.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

2352. — *Viterbii 6 Martii.*
Abbati et conventui monasterii s. Eusebii de Salutiis dioc. Taurin. possessiones, quas Manfredus marchio Salutii contra iustitiam tenuerat sed liberaliter restituerat, confirmat. Viterbii II. Non. Martii anno quarto. — *Liverani Spicil. Liber. 731. n. 29; Potthast 543. n. 6203; Horoy H-i opp. omn. III. 397. n. 94.* — « CVM A NOBIS. »

2353. — *Viterbii 7 Martii.*
« Abbati Sancti Benedicti Floriacensi Aurelianensis diocesis et Alardo canonico Sancti Aniani Aurelianensi. » Vt si episcopus Aurelianensis neglexerit adimplere mandatum apostolicum quo iussus fuit conferre Henrico Basilicae Principis Apostolorum canonico, nato nobilis viri Iohannis de sancto Eustachio, in Aurelianensi ecclesia praebendam, id ipsi exequi procurent, revocato in irritum siquid contra tenorem mandati apostolici fuerit attemptatum. Viterbii Nonis

Martii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 706. fol. 173; Horoy H-i opp. omn. III. 400. n. 97. ex mss. du Theil.* — « VENERABILI FRATRI. »

2354. — *Viterbii 9 Martii.*

Ecclesiam de Wettenhusen protegendam suscipit eidemque ecclesiam de Eberspach confirmat. Viterbii VII. Id. Martii anno quarto. — *Lang Regesta II. 104; Potthast 543. n. 6205.*

2355. — *Viterbii 9 Martii.*

Bulle du pape Honorius III, portant révocation des doyen d'Orléans et autres commissaires par lui précédemment nommés pour juger les prétentions de l'archevêque de Tours et de l'évêque du Mans, qui voulaient avoir certains droits sur la chapelle royale de Saint-Pierre-la-Cour (du Mans) à laquelle les rois d'Angleterre Richard et Henri comtes d'Anjou et du Maine avaient donné les plus grandes libertés, et qui ne devait dépendre que du Saint-Siége. Viterbii 9 Martii anno quarto. — *Bilard Docum. historiq. 7. n. 44; Potthast 543. n. 6206. et in Append. p. 2089, ubi addit: Haec bulla directa* Archiepiscopo Turonensi et episcopo Cenomenensi *incipiens* Ex parte carissimi, *sed cum nota chronol.* Nonis Martii anno quarto *legitur apud Piolin Hist. de l'Eglise du Mans IV. 580. n. 68.*

2356. — *Viterbii 11 Martii.*

Archidiacono et cantori S. Petri et thesaurario S. Stephani Trecensibus mandat, ut, cum abbatissa quae Iotrensi monasterio modo praesit, de speciali mandato sedis apostolicae fuerit benedicta et praeiudicium (Willelmo) Meldensi episcopo afferre non debeat quod papa circa hoc fieri fecerit, causam super iure benedicendi abbatissas in monasterio Iotrensi in posterum eligendas audiant et fine debito terminent. Viterbii V. Id. Martii anno quarto. — *Innoc. III. Ep. ed. Baluze II. 293; Opp. ed. Migne II. 1605; Du Plessis Hist. de Meaux II. 110. n. 254; Potthast 543. n. 6207; Horoy H-i opp. omn. III. 401. n. 98.* — « EX PARTE VENERABILIS. »

2357. — *Viterbii 12 Martii.*

« Abbatisse et monialibus Romaricensibus. » Mandat ut nobilium filiae quae in eorum monasterio nutriuntur, dummodo professionem ibidem non fecerint, super dispositione rerum eiusdem monasterii voces non habeant. Viterbii IIII. Non. Martii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 711. fol. 174; Horoy H-i opp. omn. III. 401. n. 99. ex mss. du Theil.* — « CVM SICVT TE. »

2358. — *Viterbii 12 Martii.*

Abbatem et conventum Montis Angelorum cum omnibus suis bonis tuendos suscipit et specialiter eis annuos redditus in Stannensi ecclesia a (Conrado) Constantiensi episcopo ipsis concessos confirmat. Viterbii IV. Id. Martii anno quarto. — *Der Geschichtsfreund XIV. 237; Potthast 543. n. 6208.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

2359. — *Viterbii 13 Martii.*

« Episcopo Morinensi. » Iterum ei mandat ne clericos uxoratos beneficia retinere permittat eum obiurgans quod super hoc mandatum apostolicam statim non adimpleverit. Viterbii III. Id. Martii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 675. fol. 165; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 402. n. 100. ex mss. du Theil.* — « AD NOSTRAM NOVERITIS. »

2360. — *Viterbii 13 Martii.*

Abbatissae et monialibus de Trebniz Wratizlaviens. dioc. significat, se abbati de Lubes Cisterc. ord. curam et sollicitudinem monasterii earum committendam duxisse ac inhibere, ne quis temere impedire praesumat, quominus idem abbas mandatum apostolicum exequatur. Viterbii III Id. Martii anno quarto. — *(Büsching) Vrk. d. Klost. Leubus 70; Potthast 543. n. 6209.* — « CVM SICVT PROPONITIS. »

2361. — *Viterbii 16 Martii.*

« Henrico illustri regi Sicilie. » Vt Fridericus pater suus rex Siciliae in Roma-

norum imperatorem electus ilarius et securius propositum transfretandi adimplere possit, personam ipsius Henrici et regnum Siciliae cum omnibus iuribus et pertinentiis sub beati Petri protectione suscipit. Viterbii XVII. Kal. Apr. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 700. fol. 172; Mss. Vallicell. I. 51. pag. 478; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. 747. not.; Potthast Append. p. 2089. n. 6209a-26049; Rodenberg Epist. Sel. 78. n. 110.* — « LICET OMNI TEMPORE. »

2362. — *Viterbii 17 Martii.*

« (Herveo) Episcopo et decano Trecensibus. » Ad preces Hel(enae) comitissae Barri super Secanam, mandat eis ut cogant haeredes M(ilonis) comitis Barri viri eiusdem et G(ualcherii) filii apud Damiatam defunctorum in servitio Crucifixi, ad debita persolvenda, ad exequendum testamentum et reddendas elemosinas factas ecclesiis. Viterbii XVI. Kal. Apr. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 704. fol. 173; Bouquet Rec. XIX. 694; Potthast 543. n. 6210; Horoy H-i opp. omn. III. 403. n. 102.* — « DILECTA IN CHRISTO. »

2363. — *Viterbii 17 Martii.*

« Episcopo Asisinati. » Ecclesiam sancti Humberti de Monte Iano contra praetentiones prioris et conventus ipsius ecclesiae, utpote in dioecesi sua constitutam, ei adiudicat. Viterbii XVI. Kal. Apr. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 705. fol. 173.* — « AVDITIS ET INTELLECTIS. »

2364. — *Viterbii 18 Martii.*

« Pandulfo Norwicensi electo Camerario nostro Apostolice Sedis Legato. » Vt permittat Bathoniensem episcopum, qui hactenus Bathoniensis et Glastonensis episcopus fuit, ne videatur quasi capite diminutus, nuncupare se Bathoniensem et Wellensem episcopum, si constiterit ecclesiam Wellensem ab antiquo extitisse cathedralem. Viterbii XV. Kal. Apr. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 679. fol. 166; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « VENERABILIS FRATER. »

2365. — *Viterbii 18 Martii.*

« Abbatisse et monialibus Romaricensibus. » Cum in eorum monasterio ex antiqua consuetudine octo beneficiati clerici esse debeant qui ebdomadarii appellentur et qui teneantur in eodem personaliter deservire, mandat ne ad huiusmodi servitium alios quam capellanos honestae conversationis, qui deservire in eo personaliter velint et valeant, admittant. Viterbii XV. Kal. Apr. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 710. fol. 174; Horoy H-i opp. omn. III. 404. n. 103. ex mss. du Theil.* — « INTELLEXIMVS QVIBVSDAM EX. »

2366. — *Viterbii 19 Martii.*

« Saresbiriensi episcopo, Abbati et Priori de Ida Wintoniensis diocesis. » Vt causam quae inter magistrum Nicolaum rectorem ecclesiae de Treiñg et E. de Falkemberg̃ Lincolniensis dioecesis super eadem ecclesia vertitur, fine debito, si de partium processerit voluntate, terminent, alioquin sufficienter instructam ad Papam remittant, praefigentes partibus terminum competentem quo se apostolico conspectui repraesentent iustam, auctore Domino, sententiam recepturae. Viterbii XIIII. Kal. Apr. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. ep. 680. fol. 166; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « SICVT DILECTVS. »

2367. — *Viterbii 19 Martii.*

« (Guicelino) Episcopo Revallensi. » Mandat ut ad praedicandum Christi nomen paganis Estoniae viros religiosos et idoneos tam Cisterciensis quam aliorum ordinum cum abbatum et praepositorum suorum licentia secum ducere valeat. Viterbii XIIII. Kalendas Aprilis anno quarto. —

Reg. Vat. lib. 4. epist. 689. fol. 169; Mss. Vallicell. I. 51. p. 417. integra; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 39; Turgenevii Russ. monim. I. 11. n. 9; Bunge Livl. UB. I. 53. n. 49; cf. Porthan Bull. access. 10. n. 13; Potthast 543. n. 6211; Horoy H-i opp. omn. III. 404. n. 104. — « CVM ZELO CARITATIS. »

2368. — *Viterbii 19 Martii.*

« Abbatibus et Prepositis tam Cisterciensis ordinis quam aliorum presentes litteras inspecturis. » Vt aliquot de eorum fratribus Revallensi episcopo concedant ad praedicandum Christi nomen paganis Estoniae. Dat. ut supra. (Viterbii XIIII. Kal. Apr. anno quarto). — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 690. fol. 169; Mss. Vallicell. I. 51. p. 416. integra; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 39; Turgenevii l. c. n. 10; Bunge l. c. 13. n. 50; cf. Porthan l. c. 10. n. 14; Potthast 543. n. 6212; Horoy H-i opp. omn. III. 405. n. 105.* — « CVM VENERABILIS FRATER. »

2369. — *Viterbii 20 Martii.*

« (Eberhardo) Salzeburgensi Archiepiscopo, (Rudigero) episcopo Kymensi (*Rayn.* Kirmensi; *omitt. Manrique*) et Abbati Sancte Crucis Cisterciensis Ordinis Pataviensis diocesis. » Vt ad confinia regni Bohemiae accedant et eorum partes interponant pro reformanda concordia inter (Otakarum) regem et barones Bohemiae ex una parte et (Andream) episcopum Pragensem ex altera, super decimis, ecclesiastica iurisdictione, ecclesiarum immunitatibus, *etc.* litigantes. Viterbii XIII. Kal. Aprilis anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 678. fol. 166; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. nn. 34. et 35; Manrique Ann. Cisterc. IV. 175. cum mendis; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 110. n. 103; Erben Reg. Bohem. I. 289. n. 619; cf. Palacky Reise 22. n. 79; Potthast 544. n. 6215; Rodenberg. Ep. Sel. 78. n. 111; Horoy H-i opp. omn. III. 407. n. 108.* — « POST DIVTINAM (DIVTVRNAM, *Potth.*) MORAM. »

2370. — *Viterbii 20 Martii.*

« Fulconi Cantori Gnesnensi. » Declarat eum, iuxta testes receptos ab abbate, priore Tincie et ab archidiacono Cracoviensi, mandati apostolici executoribus, e legitimo matrimonio esse genitum, quum natus esset antequam pater eius aliquos suscepisset ordines. Viterbii XIII. Kal. Apr. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 684. fol. 168; Theiner Mon. Polon. I. 10. n. 21; Potthast 543. n. 6213; Horoy H-i opp. omn. III. 405. n. 106.* — « CVM OLIM ILLEGITIMITATIS. »

2371. — *Viterbii 20 Martii.*

Vniversum populum Maiorici (Madrid) exhortatur, ut fratres ordinis Praedicatorum ibidem habitantes habeant commendatos eisque in suis necessitatibus assistant. Viterbii XIII. Kal. Apr. anno quarto. — *Ripolli Bullar. Praedic. I. 9. n. 12; Potthast 543. n. 6214; Horoy H-i opp. omn. III. 406. n. 107.* — « GRATVM ET ACCEPTVM. »

2372. — *(Viterbii 20 Martii).*

« F(riderico) illustri regi Sicilie in Romanorum Imperatorem electo. » Gaudet devotionis affectu quem ipse suis in litteris ad Papam exponit, et non sine multis querelis usque ad proximas Kalendas Maii tempus transfretandi in Terram Sanctam prorogat, hortaturque illum denuo ut tandem se Christi athletam et terrae praedictae defensorem ostendat. Absque signo chronologico. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 691. fol. 169. Friderici regis epistola, cui nunc respondet Papa habet:* Datum Hagenowe XI. Kal. Martii Indictione VIII. *Vide in huius operis initio:* Litterae Principum ann. III et IV. *Fragm. in Raynaldi Ann. Eccl. 1219. n. 6; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. 11. 746; Potthast 544. n. 6216. (20 Martii circit.);*

Rodenberg Ep. Sel. 79. n. 112. (Martii Aprilis menss.); Horoy H-i opp. omn. III. 409. n. 109. (20 Martii). — « SINCERIS FILI KARISSIME. »

2373. — *Viterbii 25 Martii.*

Vniversum populum Segoviensem exhortatur, ut fratres ordinis Praedicatorum ibidem habitantes habeant commendatos eisque in suis necessitatibus assistant. Viterbii X. Kal. Apr. anno quarto. — *Ripolli Bullar. Praedic. I. 9. n. 13; Potthast 544. n. 6217.* — « GRATVM ET ACCEPTVM. »

2374. — *Viterbii 24 Martii.*

« Rectori et Clericis Sancti Petri Reginensibus. » Confirmat quaternarium clericorum numerum a Reginensi episcopo loci dioecesano, facultatum tenuitate pensata, in eorum ecclesia statutum, nisi tantum excreverint ipsius ecclesiae facultates quod merito in ea clericorum numerus debeat adaugeri. Viterbii VIIII. Kalendas Aprilis anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 682. bis. fol. 168.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

2375. — *Viterbii 24 Martii.*

« Rectori et clericis ecclesie Sancti Columbani de Mandello. » Confirmat in eorum ecclesia quaternarium numerum clericorum a Laudensi episcopo loci dioecesano statutum. Vt supra usque in finem. (Viterbii VIIII. Kal. Apr. anno quarto). — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 683. fol. 168.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

2376. — *Viterbii 24 Martii.*

Willelmum de Postesla et populum Bononiensem laudat, quod fratres ordinis Praedicatorum S. Nicolai Bononiae pietatis officiis confovent, eosque monet, ut, sicut laudabiliter inchoaverunt, ipsis beneficentiae suae dexteram porrigant. Viterbii IX. Kal. Apr. anno quarto. — *Ripolli Bullar. Praedic. I. 9. n. 14; Potthast 544. n. 6218.* — « GRATVM GERIMVS ET. »

2377. — *Viterbii 25 Martii.*

« Abbati Sancti Laurentii et Iohanni bello canonico Tridentinis. » Vt procedant iuxta mandatum apostolicum in causa inter M. viduam et I. Diane civem Vicentinum super quibusdam possessionibus eidem I. pignori obligatis, in qua propter ipsius I. contumaciam ipsam mulierem causa rei servandae in possessionem induxerunt, et cum idem per annum et amplius contumaciter in excommunicatione persistens de parendo iuri praestiterit cautionem, quia rescriptum apostolicum est ammissum, in negotio supradicto ulterius non processerunt. Viterbii VIII. Kal. Apr. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 720. fol. 176.* — « EXHIBITA NOBIS. »

2378. — *Viterbii 27 Martii.*

Priorissam ac moniales S. Mariae in Prumia Treverens. dioc. tuendas suscipit, specialiter autem de Merrenken et de Rumersein ecclesias eis confirmat. Viterbii VI. Kal. Apr. anno quarto. — *Mittelrheinisches UB. III. 116. n. 123. (omisso exordio); cf. Potthast Append. p. 2089. n. 6218a-26050.*

2379. — *Viterbii 2 Aprilis.*

« Episcopo et Capitulo Cumanis. » Vt canonicatum in eorum ecclesia et praebendam si qua vacat conferant magistro Scambio scriptori Papae et « ne spes provisionis ipsius ex aliquorum versutia diutius prolongetur, quidquid super hoc contra mandatum nostrum ex nunc fuerit attemptatum irritum decernimus et inane. » Viterbii IIII. Non. Apr. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 719. fol. 176.* — « SI VT AD BONORVM. »

2380. — *Viterbii 3 Aprilis.*

(Rudegero) Chiemensi et (Carolo) Sekovensi episcopis ac decano Salzburgensi ad preces Eberhardi archiepiscopi Salzburgensis qui conquestus erat, « quod in ordine canonicorum regularium suae provinciae tam in divinis officiis, quam ie-

iuniis et aliis observantiis tanta existat diversitas, quod confusionem inducere videatur, quibusdam ex ipsis generalis statuta concilii et illa communis capituli observare renitentibus, » mandat, ut « cum gravitate ac maturitate debita, procedentes » statuant quod canonicum fuerit. Viterbii III. Nonas Apr. anno quarto. — *Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 225. n. 241; Potthast 544. n. 6219.*

2381. — *Viterbii 5 Aprilis.*

« C. Presbytero capelle Sancti Alexandri de Capriaē Mediolanensis diocesis. » Confirmat binarium clericorum numerum in capella sancti Alexandri de Capriaē a praeposito et capitulo de Pontirolo, ad quos dicta capella pertinet, statutum et per capitulum Mediolanense prout ad eos pertinet approbatum. Viterbii Nonis Apr. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 717. fol. 176.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

2382. — *Viterbii 6 Aprilis.*

« Episcopo Wlterano » Vt archidiaconatum ecclesiae Wlteranae cum plebe de Sillano, quae tanto vacasse iam tempore dicebantur ut ad Papam esset eorum donatio devoluta, dimittat magistro Guidoni de Luca clerico Cancellariae Apostolicae, cui ipse conferri fecit, et miratur quod mandato apostolico quantum ad plebem nitatur reluctari, praecipue cum super hoc aliter ei scripserit. Viterbii VIII. Id. Apr. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 694. fol. 171.* — « ARCHIDIACONATVM ECCLESIE. »

2383. — *Viterbii 6 Aprilis.*

« Populo Bononiensi. » Mandat ut revocentur statuta quae Willelmus Pusterula (Pesturela *Horoy*), potestas et populus Bononienses ediderunt, utpote libertati scolarium et lectorum civitatis Bononiensis contraria: quae statuta erant: 1. ut bona eius qui proposuerit alio transferre scolas vel suaserit alicui scolari ne Bononiam veniat ad studium, publicentur et ipse banniatur; 2. ut lectores ipsi habere non possint lecturas nisi iurent se non suasuros alicui ut eant alio ad studia neque se ituros ad docendum alio ubi studium vigeatur; 3. ut lectores iurent se nullam facturos extraordinariam lectionem. Viterbii VIII. Idus Aprilis anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 728 bis. fol. 179; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 430. integra; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 26; Sarti de Archigym. Bonon. Profess. II. 57; Savioli Ann. Bologn. II. 11. 425; Dondi Orlogio Dissert. VII. docum. 19. n. 16; Bull. Rom. ed. Taur. III. 367; Potthast 544. n. 6220; Horoy H-i opp. omn. III. 410. n. 110.* — « EX RELATIONE VENERABILIS. »

2384. — *Viterbii 8 Aprilis.*

« Decano et Capitulo Sancti Iohannis Bisuntinis. » Privilegium Adriani Papae super iure maternitatis eorum ecclesiae, quod eorum procurator petiit innovari, non obstante contradictione procuratoris ecclesiae sancti Stephani, auditis quae ab ipsis procuratoribus proposita fuerunt coram L(eone) tit. sanctae Crucis in Ierusalem presbytero Cardinali quem auditorem concessit, innovat. Viterbii VI. Idus Aprilis anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 692. fol. 170; Horoy H-i opp. omn. III. 412. n. 111. ex mss. du Theil.* — « CVM PROCVRATOR VESTER. »

2385. — *Viterbii 8 Aprilis.*

« Magistro I. Capellano (Waldemari), illustris regis Dacie. » Cum eo, de cuius scientia et honestate laudabile testimonium accepit, et precibus ipsius regis inductus, super defectu natalium dispensat. Viterbii VI. Id. Apr. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 696. fol. 171; Suhm Hist. af Danmark IX. 754; Potthast 544. n. 6221; Horoy H-i opp. omn. III. 413. n. 112.* — « CVM BENE MERITIS. »

2386. — *Viterbii 9 Aprilis.*

« Episcopo Lunensi et Gallo canonico Pisano. » Vt dirimat sponsalia quae Lambertus civis Pisanus excommunicatus et per vim contrahere voluit cum domicella Benedicta, cuius filiam idem Lambertus de sacro fonte suscepit ac etiam uxorem habuit quae in primo genere ac secundo gradu affinitatis dictam nobilem contingebat. Viterbii V. Id. Apr. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 686. fol. 168; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 25.* — « Dilecta in Christo filia. »

2387. — *Viterbii 9 Aprilis.*

« Episcopo Florentino. » Mandat ne communitatem Pisanam gravari permittat super quibusdam debitis quae Vbaldus civis Pisanus olim in civitatis eorum regimine constitutus nomine eiusdem communitatis, ea ignorante, contraxerat occasione expeditionis quam praesumpsit facere in Sardiniam contra inhibitionem et excommunicationem Apostolicae Sedis: et praesertim hoc faciat quamdiu aliquid inveniret in bonis ipsius Vbaldi unde possit creditoribus satisfactio exhiberi. Dat. ut supra. (Viterbii V. Id. Apr. anno quarto). — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 687. fol. 169.* — « Ex parte commvnitatis. »

2388. — *Viterbii 9 Aprilis.*

« Bartholomeo Capellano nostro Apost. Sedis Legato. » Vt inhibeat iudici Turritano ne filiam suam tradat filio Lamberti civis Pisani, cum sponsalia facta dicantur in Apostolicae Sedis iniuriam et totius Sardiniae detrimentum, quin immo si forte iam tradidit, ipsum ad eam revocandam ecclesiastica districtione compellens eundem moneat diligenter et inducat, atque ipsi Lamberto et fratri eius et complicibus suis se opponens viriliter et constanter nobili mulieri domicellae Benedictae efficaciter contra eos auxilium praestet. Dat. ut supra. (Viterbii V. Id. Apr. anno quarto). — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 688. fol. 169; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 25.* — « Cvm inter filiam. »

2389. — *Viterbii 9 Aprilis.*

« Priori Hospitalis Sancte Trinitatis Mutinensis diocesis. » Inhibet ne bona eiusdem hospitalis absque fratrum suorum vel maioris et sanioris partis assensu alienare, nec ad sororum suarum capitulum sine aliquo fratrum qui habeatur honestae vitae accedere praesumat. Viterbii V. Idus Aprilis anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 726. fol. 178; Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. dipl. 69. n. 730; Potthast 544. n. 6223.* — « Dilecti filii fratres. »

2390. — *Viterbii 9 Aprilis.*

« Vlrico Preposito ecclesie Sancti Nicholai Pataviensis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Eos sub protectione apostolica recipit et ecclesias, capellas filiales, possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura atque privilegia confirmat. Viterbii per manum Willelmi Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarii V. Id. Apr. Indict. VIII. incarnationis dominicae an. MCCXX. Pont. Honorii PP. III. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 697. fol. 171a; Mss. Vallicell. I. 51. p. 426. integra; Hund Metropol. Salisburgen. ed. Gewold II. 538; Kuen Coll. Script. V. I. 110; Mon. Boica IV. 321; UB. ob der Enns II. 611; Potthast 544. n. 6222; Rodenberg Ep. Sel. 81. n. 115; Horoy H-i opp. omn. III. 413. n. 113.* — « Religiosam vitam eligentibvs. »

2391. — *Viterbii 10 Aprilis.*

« Archiepiscopo Arborensi. » Ne Vbaldo et Lamberto excommunicatis terram iudicatus Arboreae occupantibus auxilium praestet, et quinque milia bizantiorum et aliam

pecuniae quantitatem apud eum depositam assignet sine dilatione abbatibus sancti Pauli de Ripa Arni et sancti Michaelis discalciatorum ab ipsis conservandam donec de illa convertenda in Terrae Sanctae subsidium disponet. Viterbii IIII. Id. Apr. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 685. fol. 168; Mss. Vallicell. I. 53.* — « PER SIMILES TIBI. »

2392. — *Viterbii 10 Aprilis.*

« Friderico illustri regi Sicilie in Romanorum Imperatorem electo. » Scribit se Fuldensem abbatem legatum eius recipisse quamvis in occasione simili praedecessores eius archiepiscopum vel saltem episcopum ad Papam legatum mittere soliti essent, et volens nihilominus honori eius attendere, dum eius exaltatio sit et Ecclesiae et Terrae Sanctae plurimum utilis, nuntiat se paratum esse ei imperii diadema conferre, et apostolicum legatum ad partes Theutoniae destinare, pro cuius sollicitudine et prudentia status terrae illius in pace et tranquillitate ab haereticorum pravitate servetur. Viterbii IIII. Id. Apr. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 695. fol. 171; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1220. nn. 8 et 11; cf. in Collect. La Porte du Theil apud Bibl. Paris. in Indice Litt. Honorii fol. 170. n. 695; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. 11. 751; cf. v. Raumer Gesch. d. Hohenst. (ed. 2.a) III. 180; Potthast 544. n. 6224; Rodenberg Ep. Sel. 82. n. 116.* — « VENIENTEM AD PRESENTIAM. »

2393. — *Viterbii 15 Aprilis.*

« Vlrico Preposito et Capitulo Ecclesie Sancti Nycholai Pataviensis ordinis Sancti Augustini. » Confirmat constitutionem bon. mem. Alt(manni) Pataviensis episcopi eorum ecclesiae fundatoris, qui L(eopoldo) marchioni de Austria et H. comiti de Vorhinbach (*Potth.* Vornbach) advocatiam dictae ecclesiae, certis redditibus deputatis, concessit, qua statutum fuit « ut nec ipsi nec heredes eorum aliis possent officium subadvocationis concedere, preposito et capitulo ipsius ecclesie inconsultis. » Viterbii XVII. Kal. Maii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 698. fol. 171bis; Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold II. 359; Kuen Coll. Script. V. I. 111; UB. ob der Enns II. 614; Potthast 544. n. 6225; Horoy H-i opp. omn. III. 416. n. 114.* — « SIGNIFICASTI NOBIS FILI. »

2394. — *Viterbii 15 Aprilis.*

« Abbati et Priori de Hesterbach et Florentio Cantori Buntiensi Coloniensis diocesis. » Ad preces Engelberti plebani ecclesiae sanctae Mariae in Confluentia mandat ut bona eiusdem ecclesiae illicite alienata ad ius et proprietatem ipsius revocare studeant. Viterbii XVII. Kalend. Maii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 723. fol. 177.* — « DILECTVS FILIVS. »

2395. — *Viterbii 16 Aprilis.*

« Abbati et Priori de Herverbach et Decano Sancte Marie in Campis Maguntine diocesis. » Vt cogant canonicos sancti Castoris in Confluentia Treverensis dioecesis ne impediant quominus Engelbertus presbyter canonicus sancti Florini in Confluentia valeat debita et quieta possessione plebanatus ecclesiae sanctae Mariae virginis in Confluentia gaudere. Viterbii XVI. Kal. Maii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 716. fol. 175; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Würdtwein Nova subs. IV. 108; Mittelrheinisches UB. 117. n. 124; Potthast 545. n. 6226. et in Append. p. 2089; Horoy H-i opp. omn. III. 417. n. 115.* — « SVA NOBIS DILECTVS. »

2396. — *Viterbii 17 Aprilis.*

« Magistro et fratribus Hospitalis Altipassus. » Confirmat sententiam ab abbate sancti Michaelis de Discalciatis Pisano pro ipsis latam contra rectorem novi Hospitalis

super pascuis et aliis iuribus in loco qui dicitur Cerbaria. Viterbii XV. Kal. Maii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 708. fol. 174.* — « CONSTITVTIS OLIM. »

2397. — *Viterbii 17 Aprilis.*

« Episcopo et archipresbytero Pistoriensibus et Zonkello canonico Pratensi. » Vt observari faciant supradictam sententiam latam ab abbate sancti Michaelis de Discalciatis Pisano in favorem hospitalis Altipassus super pascuis etc. in loco qui dicitur Cerbaria. Dat. ut supra. (Viterbii XV. Kal. Maii anno quarto). — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 709. fol. 174.* — « CONSTITVTIS OLIM. »

2398. — *Viterbii 18 Aprilis.*

« Abbatibus, Prepositis, Prioribus tam Cisterciensis quam aliorum Ordinum. » Vt monachos et conversos, quos pro verbi Dei praedicatione in Livoniae partibus, Livoniensis, Seloniensis, et Lealensis episcopi ab eis postulandos duxerint, non modo ire permittant, sed etiam ipsi transmittant. Viterbii XIIII. Kalendas Maii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 701. fol. 172; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 429. fragm.; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 38; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 369. n. 44; Gruber Orig. Livon. 261; Scrip. Rer. Livon. I. 390. n. 36; Bunge Livl. UB. I. 54. n. 51; Potthast 545. n. 6229; Horoy H-i opp. omn. III. 419. n. 118.* — « ET SI NON SIT. »

2399. — *Viterbii 18 Aprilis.*

« Livoniensi, Seloniensi et Lealensi episcopis. » Concedit eis facultatem recipiendi monachos tam Cistercienses quam aliorum ordinum qui ad evangelizandum Iesum Christum barbaris nationibus proficiscuntur. Dat. ut supra. (Viterbii XIIII. Kal. Maii anno quarto). — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 702. fol. 172; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 430. integra; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 38.* — « CVM SICVT EXHIBITA. »

2400. — *Viterbii 18 Aprilis.*

(Hermanno) Lealensi episcopo limitationem suae diocesis per (Albertum) Livoniensem episcopum factam confirmat. Viterbii XIV. Kal. Maii anno quarto. — *Schirren Fünfundzwanzig Urkunden I; Potthast 545. n. 6227.* — « CVM A NOBIS. »

2401. — *Viterbii 18 Aprilis.*

Priori S. Petri ad Vincula Pisarum mandat, moneat Hugonem de Titignano, G. de Strata et quosdam alios tam civitatum quam Pisanae, Lucanae et Vulterranae diocesum, qui multas terras et possessiones scire credantur, quas abbas et conventus S. Savini ord. Camaldul. in civitate Pisana et aliis locis Thusciae habent, quarum autem notitiam nullam habent, ut eas studeant indicare, ne pro defectu eorum a monasterio ipso fiant penitus alienae. Viterbii XIV. Kal. Maii anno quarto. — *Mittarelli Annal. Camald. IV. app. 395; Potthast 545. n. 6228; Horoy H-i opp. omn. III. 418. n. 117.* — « CVM MONASTERIVM SANCTI. »

2402. — *Viterbii 19 Aprilis.*

(Waldemarum) regem Daciae rogat, monet et hortatur, ut nullatenus se opponat, quominus conversis in Livonia ad fidem catholicae veritatis omnimodis succurratur, sed succurrentibus portum aperiat et navium copiam, quam interdixisse hactenus dicitur, faciat exhiberi; ut Livoniensi, Seloniensi et Lealensi episcopis impendat consilium et auxilium opportunum. Viterbii XIII. Kal. Maii anno quarto. — *Bunge Livl. UB. I. 55. n. 52; Potthast 545. n. 6230.* — « PERSONAM TVAM SINCERA. »

2403. — *Viterbii 20 Aprilis.*

« Archiepiscopo, Decano Maioris ecclesie et Preposito Sancte Marie Magdeburgensibus. » Vt in ecclesia Nertusensi instituant collegium canonicorum saecularium vice sororum quae ibi in praesentiarum consistunt, cum consensu tamen archiepiscopi Maguntini loci dioecesani, et praedictas sorores

alibi congrue collocent Friderici regis Siciliae et in Romanorum Imperatorem electi super hoc auxilium et favorem requirentes. Viterbii XII. Kal. Maii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 703. fol. 173.* — « KARISSIMVS IN CHRISTO. »

2404. — *Viterbii 20 Aprilis.*

Praeposito et capitulo Loensibus (ord. s. Aug. Morinens. dioc.) decimam Loensis parochiae confirmat. Viterbii XII. Kal. Maii anno quarto. — *Hollebeke Cartul. de l'abb. St. Pierre de Loo 42. n. 37; Potthast 545. n. 6231; Horoy H-i opp. omn. III. 420. n. 120.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

2405. — *Viterbii 21 Aprilis.*

« Episcopo et Capitulo Zamorensibus. » Vt in fratrem et canonicum admittant Aegidium camerarium Aegidii sanctorum Cosmae et Damiani diaconi Cardinalis, alioquin primo vacaturam praebendam sibi reservat irritum decernens si quid de illa sine speciali Papae mandato fuerit attemptatum. Viterbii XI. Kal. Maii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 703 bis. fol. 173.* — « SI PVRITATIS AFFECTVM. »

2406. — *Viterbii 24 Aprilis.*

Abbatem et conventum monasterii in Otterburg Cisterc. ord. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem curiam in Ormensheim cum terris, pratis etc., quae ab abbate de Frankendal emptionis titulo adepti sunt, decimas, kathedraticum et alia iura quae b. mem. L(upoldus) Wormatiensis episcopus eis concessit, auctoritate apostolica confirmat. Viterbii VIII. Kal. Maii anno quarto. — *Frey UB. des Kl. Otterberg 28. n. 35; Potthast 545. n. 6232.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

2407. — *Viterbii 24 Aprilis.*

Abbatem et conventum S. Mariae Treverensis tuendos suscipit, specialiter autem de Tranc et de Wiltinc ecclesias eis confirmat. Viterbii VIII. Kal. Maii anno quarto. — *Mittelrheinisches UB. III. 120. n. 130. (omisso exordio); cf. Potthast Append. pag. 2089. n. 6232 a-26051.*

2408. — *Viterbii 27 Aprilis.*

« Philippo regi Francorum illustri. » Scribit Papa se non potuisse confirmare electionem magistri Gualterii (Cornuti) in episcopum Parisiensem, pro quo ipse intercesserat, ac mandat ut potius (Guillelmum) episcopum Autisiodorensem ab Apostolica Sede electum habeat commendatum. Viterbii V. Kal. Maii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 713. fol. 175; Bouquet Rec. XIX. 695; Potthast 545. n. 6233; Horoy H-i opp. omn. III. 421. n. 121.* — « EAM NOVIMVS REGIE. »

2409. — *Viterbii 27 Aprilis.*

« Thomae Capellano nostro canonico Lateranensi. » Confirmat concessionem quam eidem fecit Monaldus episcopus Balneoregensis construendi capellam in honorem Beatae Mariae Virginis et Beati Nicolai confessoris in castro Montisflasconis: instrumentum concessionis hic refert. Viterbii V. Kal. Maii anno quarto. — *Archiv. Basil. Lateranen. Q. 3. G. 10. original.; Galletti Cod. Vat. Lat. 8034. p. 73.* — « ANNVERE PIIS. »

2410. — *Viterbii 28 Aprilis.*

« Capitulo Parisiensi. » Cassata electione magistri Gualterii ab ipsis facta, mandat ut (Guillelmum) episcopum Autisiodorensem a cura et sollicitudine Autisiodorensis ecclesiae absolutum in eorum pastorem recipiant eique humiliter intendant. Viterbii IIII. Kal. Maii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 712. fol. 175; Bouquet Rec. XIX. 694; Potthast 546. n. 6239; Horoy H-i opp. omn. III. 422. n. 122.* — « SICVT ET ECCLESIE VESTRE. »

2411. — *Viterbii 28 Aprilis.*

« Abbati et Priori Sancte Genovefe et Rad̃. capellano Templi Parisiensis. » Vt

suspensionis et excommunicationis sententias occasione electionis magistri Gualterii in Parisiensi ecclesia celebratae in aliquos Parisiensis capituli promulgatas, revocent. Viterbii IIII. Kal. Maii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 714. fol. 175; Horoy H-i opp. omn. III. 418. n. 116. (18 Apr.) ex mss. du Theil.* — « Cvm electionem. »

2412. — *Viterbii 28 Aprilis.*

« (Guillelmo) episcopo quondam Autisiodorensi. » Vt ad ecclesiam Parisiensem, ad quam translatus est, sine morae dispendio se conferat « ut tuarum lucerna virtutum que hactenus fulsit in Autisiodorensi, magna et honorabili quidem ecclesia, eo spendidior luceat quo in celebriori loco fuerit collocata. » Viterbii IIII. Kalendas Maii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 715. fol. 175; Bouquet Rec. XIX. 695; Potthast 546. n. 6240.* — « Sicvt ecclesie Parisiensis. »

2413. — *(Viterbii) 28 Aprilis.*

Abbati et conventui monasterii s. Petri Carnotensis ecclesias de Boevilla, de Allona, de Ismonvilla etc. et insuper in eisdem ecclesiis ius patronatus atque iurisdictionem confirmat. (Viterbii). — *Guérard Cartul. de St.-Père de Chartres II. 682; Potthast 546. n. 6241.*

2414. — *Viterbii 28 Aprilis.*

Lombardo abbate petente, monasterio Morimundi insigne privilegium concedit. Viterbii IV. Kal. Maii indictione VII (!), incarnation. domin. a. 1219. (!) pont. anno (quinto *sed legas*) quarto. — *Vghelli Ital. sacra IV. (Romae 1652) 253. cum subscript. cardinalium; cf. Potthast Append. p. 2089. n. 6241 a-26052.*

2415. — *Viterbii 29 Aprilis.*

« Abbatibus et conventibus Cisterciensis ordinis per Ispaniam constitutis. » Vt excommunicationis, in quosdam ex ipsis et interdicti sententias in monasteria eorum occasione vicesimae ab Huguicione subdiacono et capellano Papae et a Cinthio Basilicae Principis Apostolorum canonico absque auctoritate apostolica promulgatas, nullatenus observare teneantur. Viterbii III. Kal. Maii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 718. fol. 176; Manrique Ann. Cisterc. IV. 185; Potthast 546. n. 6242; Horoy H-i opp. omn. III. 423. n. 123.* — « Cvm sicvt accepimvs. »

2416. — *Viterbii 29 Aprilis.*

Abbati S. Iohannis prope civitatem Yprensem mandat, faciat ut sententia excommunicationis ab abbate de Zillebeke contra Iohannem Mortel Arelatensem et alios Tornacensis diocesis promulgata inviolabiliter observetur. Viterbii III. Kal. Maii anno quarto. — *Diegerick Invent. I. 26. n. 27. perperam ad a. 1219; Potthast 546. n. 6243.*

2417. — *Viterbii 30 Aprilis.*

« Abbati et Conventui Sancti Xisti Placentinis. » Episcopi Mutinensis et suorum coniudicum sententiam irritans, attentis allegationibus circa processum ab archiepiscopo Mediolanensi et collegis suis conditum, decernit ut eorum monasterium super obedientia, reverentia et subiectione ac electione abbatum ab impetitione monasterii Casae Dei absolvatur. Viterbii II. Kal. Maii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 721. fol. 176.* — « Olim cavsa qve. »

2418. — *Viterbii 1 Maii.*

Capitulum Lubicense cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. Viterbii Kal. Maii anno quarto. — *Leverkus UB. d. Bisth. Lübeck I. 43. n. 36; Potthast 546. n. 6245.* — « Sacrosancta romana ecclesia. »

2419. — *(Viterbii) 1 Maii.*

Beauftragt genannte Aebte, den Streit zwischen S. Sisto und Cremona zu entscheiden. — *Göttinger gel. Anzeigen 1874. p. 167; Potthast Append. p. 2089. n. 6245 a-26054.*

2420. — *Viterbii 2 Maii.*

Capitulo Treverensi ecclesias S. Mariae, s. Gervasii, de Perle, de Clottene et de Guntereven confirmat. Viterbii VI. Non. Maii anno quarto. — *Hansen Beiträge 73; Mittelrheinisches UB. III. 121. num. 131. (omisso exordio); Potthast Append. pag. 2090. n. 6245b-26055.*

2421. — *Viterbii 4 Maii.*

« Episcopo Lucano. » Confirmat quod inter ipsum et abbatem et conventum sanctae Mariae de Serena super quibusdam villis et possessionibus provisum fuit ab abbate sancti Pauli de Ripa Arni Pisani, accedente etiam consensu abbatis congregationis Vallis Vmbrosae, ad quem praedictum monasterium de Serena dinoscitur pertinere. Viterbii IIII. Non. Maii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 722. fol. 176.* — « LICET CVILIBET. »

In eundem modum scriptum est Abbati et Conventui Sancte Marie de Serena Wlterane diocesis.

2422. — *Viterbii 5 Maii.*

« Eidem (Pandulfo Norwicensi electo Camerario nostro Apost. Sedis Legato.) » Vt crucesignatos in regno Angliae constitutos transfretare inducat, plenam suorum peccaminum de quibus veraciter sunt corde contriti et ore confessi eisdem indulgentiam concedens, alioquin eos ad prosequendum votum suum per censuras ecclesiasticas compellat. Viterbii III. Nonas Maii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 756. fol. 187; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 54.* — « ET SI LIBERA. »

2423. — *Viterbii 6 Maii.*

Archiepiscopum Tarraconensem rogat et monet, ut fratres Praedicatores habeat commendatos et ad promotionem eorum ordinis diligenter intendat. Viterbii II. Non. Maii anno quarto. — *Ripolli Bullar. Praedic. I. 10. n. 15; Potthast 546. n. 6246; Horoy H-i opp. omn. III. 424. n. 125.* — « QVONIAM ABVNDAVIT INIQVITAS. »

2424. — *Viterbii 8 Maii.*

« Decano et Thesaurario Tirasonensibus et Sacriste Tutelanensi Tyrasonensis diocesis. » Vt inquirant et statuant super quadam pecuniae quantitate ad ecclesiam Pampilonensem pertinente, quam dicitur bo. mem. W. Pampilonensis episcopus apud Seguntiam et in quibusdam aliis locis deposuisse. Viterbii VIII. Idus Maii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 728. fol. 178.* — « SIGNIFICAVIT NOBIS. »

2425. — *Viterbii 8 Maii.*

« (Christiano) episcopo et universis Christifidelibus noviter baptizatis Pruscie. » Hortatur eos ad pie vivendum, et quum ad praesens non possit crucesignatos dividere, eis tamen promittit se, post negotium Terrae Sanctae, ad ipsos omnes crucesignatos directurum. Viterbii VIII. Id. Maii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 733. fol. 181; Mss. Vallicel. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 40; Bull. Rom. ed. Taur. III. 369; Watterich Deutsch. Ordensstaat 231. n. 9; Potthast 546. n. 6247; Horoy H-i opp. omn. III. 425. n. 126.* — « GRATIAS AGIMVS (AGAMVS, *Potthast*) LARGITORI. »

2426. — *Viterbii 10 Maii.*

Priori et Conventui Basilicae Lateranensis confirmat concessionem eorum nomine factam Thomae canonico Lateranensi a Monaldo episcopo Balneoregensi construendi ecclesiam in castro Montisflasconis in honorem Beatae Mariae Virginis et Beati Nicolai confessoris ab ipsius episcopi et suorum successorum iurisdictione liberam et exemptam. Viterbii VI. Id. Maii anno quarto. — *Archiv. Basil. Lateranen. Q. 3. G. 12. origin.; Galletti Cod. Vat. Lat. 8034. p. 72.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

2427. — *Viterbii 11 Maii.*
« P(andulfo) Norwicensi electo Camerario nostro Apostolice Sedis Legato. » Ipsi interroganti respondet beneficium habens annexam curam animarum incompatibile esse cum officio archidiaconatus. Viterbii V. Id. Maii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 731. fol. 180; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « QVESIVISTI A NOBIS. »

2428. — *Viterbii 11 Maii.*
« (Pandulfo) Norwicensi electo Camerario nostro Apostolice Sedis Legato. » Attentis ecclesiae suae multis miseriis et angustiis, concedit ei ut ad praestationem nondum solutae vicesimae nullatenus cogatur. Viterbii V. Id. Maii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 749. fol. 186; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « SVPPLICASTI NOBIS. »

2429. — *Viterbii 11 Maii.*
« Eidem » Vt Rex Anglorum auxiliis proficiat temporalibus et continuis crescat virtutibus mandat ei, ut regem eundem a prudentibus et honestis viris instruendum curet, « ut tuo studio et illorum doctrina de die in diem moribus et virtutibus transcendere videatur etatem. » Viterbii V. Idus Maii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 751. fol. 186; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 439b. integra; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 44.* — « CVPIENTES VT KARISSIMVS. »

2430. — *Viterbii 11 Maii.*
Monasterium de Tincia cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem praedia et alia bona tam a principibus quam ab aliis Christifidelibus eidem concessa confirmat. Viterbii V. Id. Maii anno quarto. — *Cod. dipl. Tinecens. I. 6. n. 3; Potthast 546. n. 6248.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

2431. — *Viterbii 11 Maii.*
Le pape H. prend sous sa protection les chanoins de Saint-Pierre de Cassel et les biens de ce chapitre. Viterbii V. Id. Maii anno quarto. — *Sanderus Flandria illustrata III. 65. (ed. 2); cf. Wauters Table chronologique III. 531; Potthast Append. p. 2090. n. 6248a-26056.*

2432. — *Viterbii 12 Maii.*
Magistro Rocaberto S. Victoris, Vincentio de Sillia, Castorgio de Mansu, Iosepho de Flore, Iacobo Vallis Vmbrosae et Dominico de Aquilari monasteriorum monachis mandat, ut proficiscantur cum fratre Dominico priore ordinis Praedicatorum ad proponendum, quibus expedire viderit, verbum Dei. Viterbii IV. Id. Maii anno quarto. — *Sovegius Annus Dominican. I. mens. August. 388; Ripolli Bullar. Praedic. I. 10. n. 16; Potthast 546. n. 6249; Horoy H-i opp. omn. III. 427. n. 127.* — « QVIA QVI SEMINANT. »

2433. — *Viterbii 13 Maii.*
« (Laurentio) episcopo et Abbati Sancte Marie Wratizlaviensibus. » Quum (Ivo) Cracoviensis episcopus, cui ipse iniunxerat ut assumeret regimen Gneznensis ecclesiae, instanter postulasset ne tantum onus sibi imponeretur, mandat ut in locum tutum convocent capitulum ecclesiae Gneznensis, qui infra quadraginta dies de persona idonea sibi eligant pastorem. Viterbii III. Id. Maii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 725. fol. 178; Theiner Mon. Polon. I. 11. n. 22; Potthast 546. n. 6250; Horoy H-i opp. omn. III. 428. n. 128.* — « VACANTE GNEZNENSI ECCLESIA. »

2434. — *Viterbii 13 Maii.*
« Potestati et populo Bononiensibus. » Vt scolares benigniter tractent et statuta contra ipsos, ut eisdem iam praecepit, revocent, alioquin ab (Obizone) episcopo Parmensi, ab archidiacono et archipresbytero Reginis ad id compellentur. Viterbii III. Id. Maii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 729.*

fol. 179; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 26. — « STATVTIS CIVITATIS VESTRE. »

In eundem fere modum scriptum est super hoc eisdem (Obizoni) episcopo Parmensi et archidiacono et archipresbytero Reginis. — *Reg. Vat. l. c. et lib. 9. epist. 47. fol. 9; Sarti de archigymn. Bonon. profess. II. 58; Savioli Ann. Bologn. II. II. 428; Potthast 546. n. 6251; Horoy H-i opp. omn. III. 429. n. 129.*

2435. — *Viterbii 13 Maii.*

« Abbati et conventui Sancti Thome martyris (de Aberbrothoc, *Potth.*) in Scotia. » Eorum monasterium et personas ibidem commorantes una cum eorum bonis sub apostolica protectione suscipit, specialiter autem ecclesias de Turfred et de Inverhugim, de Aberkerdover, de Havetwisel, de Munifoth, *etc.* eis confirmat. Viterbii III. Id. Maii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 757. fol. 187; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Theiner Mon. Hibern. 15. n. 33; Liber S. Thome de Aberbrothoc 158. n. 224; Potthast 547. n. 6252; Horoy H-i opp. omn. III. 430. n. 130.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

2436. — *Viterbii 14 Maii.*

« Abbati et Conventui Sancti Martini Maioris monasterii Turonensis diocesis. » Concedit ut novalium decimas in ecclesiarum parrochiis quae eisdem iure patronatus contingunt, in quibus ad ipsos dinoscuntur veteres decimae pertinere, tam in capite, quam in membris, libere percipere valeant. Viterbii II. Id. Maii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 727. fol. 178; Horoy H-i opp. omn. III. 403. n. 101. ex mss. du Theil (14 Martii).* — « SOLET ANNVERE. »

2437. — *Viterbii 15 Maii.*

« Paulo Abbati Neritonensi. » Audita relatione Aegidii sanctorum Cosmae et Damiani diaconi cardinalis quoad processum episcopi Cupersani, abbatis sancti Mauri de Saburrario et prioris de Casali rupto Mutulanae et Gallipolitanae dioecesum visitatorum ipsius monasterii super articulis quae ipsi a comite Alesino obiecta erant, eum sententialiter absolvit, hac tamen conditione ut quae a visitatoribus supradictis in suo monasterio tam de infirmaria quam de reformatione chori iniuncta fuere prudenter et fideliter exequatur. Viterbii Idib. Maii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 849. fol. 211.* — « DVDVM NOSTRIS AVRIBVS. »

2438. — *Viterbii 17 Maii.*

« Episcopo et Capitulo Laudunensibus. » Vt Baiamundo nepoti magistri Obitionis subdiaconi et notarii Papae fructus praebendae praesentis anni integre ministrent, licet ibi residentiam non faciat, alioquin dat in mandatis abbati sancti Iohannis in Vineis Suessionensi ut eosdem fructus sibi faciat cum integritate debita exhiberi. Viterbii XVI. Kal. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 780. fol. 192; Horoy H-i opp. omn. III. 436. n. 139. ex mss. du Theil. (27 Maii).* — « DILECTVS FILIVS. »

Ex Cod. Vat.: Scriptum est super hoc eisdem.

2439. — *Viterbii 18 Maii.*

« W. preposito de Valeriis. » A iuramento absolvitur quod praestitit pro residentia facienda in ecclesia sancti Martini Turonensis in qua praepositüram obtinebat, cum prosequendo praeposituram iura residere interdum in eadem ecclesia non possit. Viterbii XV. Kal. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 740. fol. 182.* — « EX PARTE TVA. »

2440. — *Viterbii 18 Maii.*

« Eidem (Pandulfo Norwicensi electo Camerario nostro Apostolice Sedis Legato). » Vt a quibusdam archidiaconis, decanis et aliis quandam pecuniae summam exigat, eosque ad illius resignationem per censu-

ras ecclesiasticas compellat. Viterbii XV. Kal. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 750. fol. 186; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « AD NOSTRAM NOVERIS. »

2441. — *Viterbii 18 Maii.*
« Abbati et conventui Sancti Thome martyris de Aberbrochot *(sic)*. » Inhibet ne quis infra metas parrochiarum eorum absque dioecesani et eorumque assensu praesumat construere oratoriun vel capellam, salvis tamen privilegiis Romanorum Pontificum. Viterbii XV. Kal. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 758. fol. 187; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Liber S. Thomae de Aberbrothoc 159. n. 225; Potthast 547. n. 6253; Horoy H-i opp. omn. III. 431. n. 131.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

2442. — *Viterbii 19 Maii.*
« Tranensi Archiepiscopo et Episcopo Civitatensi et Abbati Montis Sacri Sipontine diocesis. » Vt N. monachum monasterii Pulsanensis cogant ad ea restituenda quae probatum fuerit ipsum a dicto monasterio exportasse: si vero abbas et monachi monasterii ipsius super aliquibus articulis publica laborant infamia, inquirant veritatem et corrigant ac reforment. Viterbii XIIII. Kal. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 735. fol. 181.* — « CVM N. CANONICVS. »

2443. — *Viterbii 19 Maii.*
Abbati de Kotwico et S. Ypoliti et S. Andreae praepositis Pataviens. dioc. terminandam committit causam praepositi ecclesiae s. Georgii, qui significavit « quod cum plebanus et homines in Treisinmure Patav. dioc. in quibusdam sollempnitatibus processionaliter cum cruce accedere ad dictam ecclesiam teneantur, iidem id efficere contradicunt. » Viterbii XIV. Kal. Iunii anno quarto. — *Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen IX. 284; Potthast 547. n. 6254; Horoy H-i opp. omn. III. 431. n. 132.* — « SIGNIFICAVIT NOBIS PRAEPOSITVS. »

2444. — *Viterbii 20 Maii.*
« Abbati et Conventui Sancti Martini Maioris monasterii Turonensibus. » Mandat ut qui bona et possessiones ab eorum monasterio et ecclesiis sibi subiectis tenent, nemini nisi ipsi monasterio sint subiecti. Viterbii XIII. Kal. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 730. fol. 180; Horoy H-i opp. omn. III. 432. n. 133. ex mss. du Theil.* — « SIGNIFICASTIS NOBIS. »

2445. — *Viterbii 21 Maii.*
« Archidiacono et Decano Squillacensibus. » In causa quae vertitur inter episcopum Militensem et abbatem sanctae Mariae de Iosaphat super ecclesia sancti Laurentii de Arenis mandat, ut inducant episcopum Militensem in possessionem dictae ecclesiae sancti Laurentii, salva tamen abbati sanctae Mariae de Iosaphat proprietatis quaestione. Viterbii XII. Kal. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 748. fol. 186.* — « CVM CAVSA QVE. »

2446. — *Viterbii 22 Maii.*
Monasterium s. Floriani cum omnibus bonis tuendum suscipit eique specialiter possessiones de Waltchirchen, de Wachau et de Veklabruche cum pertinentiis confirmat. Viterbii XI. Kal. Iun. anno quarto. — *UB. ob der Enns II. 616; cf. Stülz St. Florian 298. n. 51; Potthast 547. n. 6255; Horoy H-y opp. omn. III. 432. n. 134.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

2447. — *Viterbii 23 Maii.*
« Capitulo Narniensi. » Ipsos « de fratrum nostrorum consilio » absolvit ab impetitione Gerardi clerici procuratoris ecclesiarum sanctae Mariae Maioris et sanctae Mariae in Pensulis Narniensium qui electionem ab ipsis de magistro Iohanne in suum episcopum celebratam cassari postulavit. Viterbii X. Kal. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 734. fol. 181; Vghelli Ital. sac. I. 1016; Potthast 547. n. 6256; Horoy*

H-i opp. omn. III. 433. n. 135. — « GERARDVS CLERICVS PROCVRATOR. »

2448. — *Viterbii 23 Maii.*

« Episcopo Lamecensi, abbati de Salzeda Lamecensis diocesis et cantori Lamecensi. » Vt observari faciant compositionem inter clericos capellae sancti Iohannis monasterii sanctae Crucis Colimbriensis ex una parte ac priorem et conventum monasterii praefati ex altera, super quibusdam portionibus, praestimoniis et rebus aliis per magistrum V. Vlixbonensem decanum ultimo initam et iuramento firmatam. Viterbii X. Kal. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 825. fol. 204.* — « IOHANNIS NIMONIS. »

2449. — *Viterbii 23 Maii.*

Praeposito S. Georgii, H. archidiacono et custodi Augustensibus mandat, ut causam vertentem inter abbatem conventumque Wessinsbrunnensis monasterii et G. militem de Dilingen Augustan. dioc. qui in quasdam possessiones eorum hostiliter irruens eis damna et iniurias irrogaverat, fine debito terminent. Viterbii X. Kal. Iunii anno quarto. — *Leutner Histor. Wessofont. I. 238; cf. Lang Regesta II. 104; Potthast 547. n. 6257; Horoy H-i opp. omn. III. 434. n. 136.* — « DILECTI FILII ABBAS. »

2450. — *Viterbii 25 Maii.*

« Sancti Pauli et Sanctorum Geminorum Prioribus Bisuntine et Lingonensis diocesum. » Vacante ecclesia Bisuntina per renuntiationem ipsius archiepiscopi, aetatis angustiis molestati, mandat quatenus infra quindecim dies post susceptionem praesentium denuntient iis quorum interest ut infra mensem post denuntiationem eisdem factam per electionem canonicam pastorem sibi eligant. Viterbii VIII. Kal. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 737. fol. 182; Gallia Christiana XV. instr. 63; Potthast 547. n. 6258; Horoy H-i opp. omn. III. 434. n. 137.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

2451. — *Viterbii 25 Maii.*

« Magistro Iohanni de Civitate Antina scriptori nostro canonico ecclesie Sancti Donatiani Brugensis. » Ei indulget ut licet absens ab ecclesia sancti Donatiani fructus praebendae percipiat, non obstante constitutione capituli eiusdem ecclesiae contra foretaneos edita et auctoritate apostolica, sicut dicitur, confirmata. Viterbii VIII. Kalendas Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 738. fol. 182.* — « CVM IN ECCLESIA. »

2452. — *Viterbii 25 Maii.*

« Preposito et Capitulo Sancti Donatiani Brugensis Tornacensis diocesis. » Vt magistro Iohanni de civitate Antina scriptori apostolico, licet absenti ab eorum ecclesia, fructus suae praebendae sine difficultate assignent, alioquin episcopo, archidiacono et cantori Atrebatensibus dat litteris in mandatis ut eos ad id per censuras ecclesiasticas compellant. Dat. ut supra. (Viterbii VIII. Kal. Iunii anno quarto). — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 739. fol. 182.* — « GRATVM GERIMVS. »

2453. — *Viterbii 26 Maii.*

« Pandulfo Norwicensi electo Camerario nostro Apost. Sed. Legato. » Quum Henricus rex Anglorum, quamvis ratione minoris aetatis pauciora quam sui praedecessores expendat, tamen tanta dicatur inopia laborare, ut vix nel nunquam regali sufficiat magnificentiae providere, mandat ei ut episcopos et alios praelatos per regnum Angliae constitutos compellat restituere castra et alia demania regis Angliae eidem regi. Viterbii VII. Kal. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 755. fol. 186; Mss. Vallicel. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 44; Shirley Royal Letters I. 535. n. 9; Potthast Append. p. 2090. n. 6258a-26057.* — « CVM FIDES SINE. »

2454. — *Viterbii 27 Maii.*

« M(artino) episcopo Aretinensi (sic). » Eum absolvit ab impetitione episcopi Senensis quoad possessorium et petitorium super plebibus sancti Felicis, sanctae Mariae in Pagina, sancti Iohannis in Vescone, sanctae Agathae, in Ascino, sancti Viti in Versure, sancti Victoris in Rapulano, sancti Quirici in Osenna, sanctae Mariae in Cosona, sanctae Mariae in Pava, sanctae Mariae in Salto, sanctae Restitutae, sanctae Mariae in Sexto, sancti Viti in Corsinnano, sancti Andreae in Malceñ, sancti Stephani in Cennano, sancti Donati in Ciliano, sancti Petri in Messulis, et canonica sancti Ansani cum pertinentiis suis. Viterbii VI. Kal. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 741. fol. 183.* — « TE PRO ECCLESIA. »

Scriptum est super hoc Florentino et Wlterano episcopis, priori Camaldulensi Aretine diocesis, Martino Aretino pro ecclesia sua et Bernardino procuratore Boni filii episcopi Senensis. Dat. ut supra.

2455. — *Viterbii 28 Maii.*

« Abbati Sancte Marie de Pizano. » Super quibusdam privilegiis et praesertim super quarta mortuariorum quae archiepiscopus Acheruntinus praetendit in eorum monasterio, mandat ut ratum habeatur quod consilio T. tit. sanctae Sabinae Cardinalis, ab Alberto subdiacono et capellano Papae statutum est, qui videlicet super praedicta quarta mortuariorum ab impetitione praefati archiepiscopi eum sententialiter absolvit, et eidem super annua visitatione, munerum et equi et lecti praestatione in morte abbatis perpetuum silentium imposuit. Viterbii V. Kal. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 747. fol. 185.* — « CORAM DILECTO. »

2456. — *Viterbii 28 Maii.*

« Eidem (Pandulfo Norwicensi electo Camerario nostro Apost. Sedis Legato.) » Concedit ut proventus ecclesiarum non conventualium, quae in dioecesi sua et in maneriis suis vacare contigerit, possit per biennium in solutione convertere debitorum, quibus ecclesia sua maxime gravatur, idoneis tamen in eisdem ecclesiis servitoribus deputatis. Viterbii V. Kal. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 752. fol. 186; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « NE TE NIMIVM. »

2457. — *Viterbii 28 Maii.*

« (Guillelmo) Engolismensi et (Radulfo) Petragoricensi episcopis. » Vt compescant W(illelmum) de Pertenay et W(illelmum) de Mangot et quosdam alios milites Pictavenses ab indebita molestatione qua villas et castra Henrici regis Angliae multipliciter inquietant occasione cuiusdam pecuniae quam I(ohannes) rex pater ipsius illis promiserat, quandiu sibi placeret de sua camera persolvendam. Viterbii V. Kal. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 767. fol. 190; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Vallicel. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 44; Bouquet Rec. XIX. 695; Potthast 547. n. 6262; Horoy H-i opp. omn. III. 440. n. 143.* — « CVM KARISSIMVS IN CHRISTO. »

2458. — *Viterbii 28 Maii.*

« Episcopo Esculano. » Statuit esse non posse matrimonium inter P. civem Esculanum « et matrem cuiusdam puelle que desponsata et traducta etiam ab eodem ante nonum annum ab ipso incognita debitum carnis exolvit iam secundo iuravit ducere in uxorem mutuo interveniente consensu. » Viterbii V. Kal. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 776. fol. 191.* — « TVIS NOBIS LITTERIS. »

2459. — *Viterbii 28 Maii.*

« Episcopo et Clero tam civitatis quam diocesis et districtus Tervisinis. » Narratis civium Tervisinorum excessibus in Feltren-

sem et Belunensem et Paduanum episcopos et ecclesiasticas personas, mandat ut nisi cives praedicti infra mensem resipuerint et in manibus Paduani episcopi iuraverint se apostolicis mandatis precise obedituros, excommunicationis sententiam contra eos publicent, et ipsi extra civitatem exeant, illuc sine Papae licentia minime reversuri. Viterbii V. Kal. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 835. f. 205; Mss. Vallicel. I. 51. p. 455. integra; Vghelli Ital. sac. V. 372. cum mendis; Potthast 547. n. 6260; Horoy H-i opp. omn. III. 437. n. 141.* — « INIQVITATVM QVIBVS CIVES. »

2460. — *Viterbii 28 Maii.*

Pandulpho Norwicensi electo camerario suo apostolicae sedis legato mandat, ut neminem de regno Angliae, quantumcunque fidelis aut familiaris existat Henrico regi Anglorum, plus quam duo de castris regiis in sua tenere custodia patiatur. Viterbii V. Kal. Iunii anno quarto. — *Rymer Foedera I. 1. 81; cf. Raynaldi Ann. Eccl. ad a. 1220. § 44; Potthast 547. n. 6259; Horoy H-i opp. omn. III. 437. n. 140.* — « PRESENTIVM TIBI AVCTORITATE. »

2461. — *Viterbii 29 Maii.*

Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis per regnum Franciae constitutis notum facit, se habere ordinem fratrum Minorum de approbatis et fratres ordinis ipsius recognoscere catholicos. Monet eos, ut ipsos tanquam vere fideles et religiosos in suis diocesibus admittant. Viterbii IV. Kal. Iunii anno quarto. — *Wadding Ann. Minor. I. 360; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 3. n. 4; Potthast 547. n. 6263; Horoy H-i opp. omn. III. 442. n. 145.* — « PRO DILECTIS FILIIS. »

2462. — *Viterbii 29 Maii.*

Abbati et conventui Garstensi ecclesiam in Garsten cum capellis, quam eis (Gebhardus) Pataviensis episcopus contulerat, auctoritate apostolica confirmat. Viterbii IV. Kalend. Iunii anno quarto. — *UB. ob der Enns II. 617; Potthast 548. n. 6264; Horoy H-i opp. omn. III. 443. n. 146.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

2463. — *Viterbii 30 Maii.*

« Eidem (Pandulfo Norwicensi electo Camerario nostro Apost. Sedis Legato). » Cum paucae sint ecclesiae in sua dioecesi quae ad illius donationem pertineant et earum redditus sint exiles, concedit ei ut pluribus beneficiis clericos in suo servitio commorantes honorare possit, ea tamen circumspectione quod nulli contra Apostolicam Sedem de se tribuat materiam obloquendi. Viterbii III. Kalendas Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 753. fol. 186; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « EX PARTE TVA. »

2464. — *Viterbii 30 Maii.*

« Eidem. » Vt super castris regiis et facto crucesignatorum et baronum Angliae discrete et cum prudentia procedat, adeo ut nec Apostolicae Sedi aliquid improperari contingat, nec baronibus suscitandi aliquam turbationem in regno tempore ipsius Legati materia ministretur, ex qua, quantumcumque levis existeret, grave posset eisdem regi et regno periculum provenire. Dat. ut supra. (Viterbii III. Kalendas Iunii anno quarto). — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 754. fol. 186; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 44.* — « QVANTO DE PERSONA. »

2465. — *Viterbii 1219 6 Octobris 1220 29 Maii.*

Capitulo S. Petri Lovaniensis ecclesiam de Rode cum pertinentiis suis, terras et possessiones, quas habent in Lovenjoel et Eiken necnon et vineam de Biest confirmat. Viterbii anno quarto. — *Ioh. Molani Hist. Lovaniens. ed. F. X. de Ram. I. (Bruxellis 1861. 4.) 150; Potthast App. p. 2090. n. 6265a-26058.*

2466. — *Viterbii 30 Maii.*

« Scale Dei et Sancti Rufi prioribus et college ipsorum in inquisitione ven. fratris nostri Vrgellensis episcopi. » Cum contra episcopum Vrgellensem, qui diu apud Sedem Apostolicam expectavit, nemo apparuerit nec aliquid fuerit obiectum eidem, mandat, ut in dicta inquisitione nullatenus procedant. Viterbii III. Kal. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 763. fol. 189; Mss. Vallicell. I. 53.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

2467. — *Viterbii 30 Maii.*

« Episcopo Vrgellensi. » Vt in sua dioecesi tam adversus haereticos quam adversus receptatores et fautores eorum potenter exurgens fideles civitatum et castrorum circumpositos contra eos advocet. Viterbii III. Kal. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 764. fol. 189; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CVM SICVT NOBIS. »

2468. — ... *Maii.*

« Magistro Conrado Scolastico Maguntino capellano et penitentiario nostro. » Mittit eum ad partes Teutoniae ut animet crucesignatos ad transfretandum iuxta votum quod emiserant, et ad id Fridericum Siciliae regem in Romanorum imperatorem electum inducat, qui, si id facere forte nequiverit, crucesignatos ipsos ulterius non detineat. Dat. (sine nota chronologica). *Reg. Vat. lib. 4. epist. 744. fol. 184; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 53; Rodenberg Ep. Sel. 87. n. 117. (inter Aprilis et Iunii menses). Würdtwein Nova subs. IV. 106; et Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. 1. 783; et Potthast 546. n. 6244; et Horoy H-i opp. omn. III. 423. n. 124. (ineunte mense Maii).* — « EXPERTE TVE PROBITATIS. »

2469. — ... *Maii.*

« F(riderico) illustri regi Sicilie in imperatorem Romanorum electo. » Eum monet ut transfretet, vel, si forte id ipse non possit, crucesignatos ulterius non detineat. Dat. (sine nota chronologica). — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 745. fol. 184. Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 436. integra; Rodenberg Ep. Sel. 84. n. 118. (inter April. et Iun. menss.); Huillard-Bréholles Hist. diplom. I. 11. 784; Potthast Append. p. 2089. n. 6244 a-26053. (mense Maii ineunte).* — « ECCE DOMINVS EXERCITVS. »

2470. — *Viterbii (1219 Octobris-1220 Maii).*

« Magistro Iacobo de Cer. Nicholao Alzato, et Bertoldo canonicis Vercellensibus. » Ne procedant contra marchionem Montisferrati super captivitate quorumdam civium Vercellensium, volentes tamen in hoc sibi deferre habentes interim hoc secretum. Viterbii (*sine nota chronologica*). — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 676. fol. 165.* — « LICEAT VIDEAMVR. »

2471. — *Viterbii 1 Iunii.*

« Episcopo Pistoriensi et Priori Sancte Marie foris portam. » Vt magistrum et fratres Hospitalis Altipassus, qui ita se hospitalitati ac aliis operibus pietatis exponunt ut longe lateque odor misericordiae quam exhibent ad se venientibus sit effusus, a molestatoribus defendant. Viterbii Kalendis Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 742. fol. 183.* — « GRATA EST DOMINO. »

2472. — *Viterbii 1 Iunii.*

« Episcopo, Martino presbytero canonico Tuscanensibus. » Vt executioni mandent sententiam quam R. iudex communitatis Tuscanensis promulgavit pro Romeo tutore filiorum quondam B. civis Tuscanensis in causa quae inter ipsum Romeum ex parte una et F. pro se et Petrum Capinallum tutorem B. quondam filii B. concives suos ex altera super quadam pecuniae

summa et rebus aliis vertebatur. Viterbii Kalendis Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 765. fol. 189.* — « Sva nobis Romevs. »

2473. — *Viterbii 2 Iunii.*

« Saresbiriensi et Elyensi Episcopis. » Vt inquirant contra (Richardum) episcopum Dunelmensem qui dicitur reus sanguinis, symoniae, adulterii, sacrilegii, rapinae, periurii, dilapidationis multiplicis, aliorumque excessuum, et quae invenerint ad Sedem Apostolicam transmittant. Viterbii IIII. Non. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 759. fol. 187; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Matth. Paris. Hist. maior 311; Rogeri de Wendover Flores IV. 69; Mansi Conc. XXII. 1095; Labbe Conc. XI. 243; Potthast 548. n. 6265. (incerta die); Horoy H-i opp. omn. III. 441. n. 144. (29 Maii).* — « Ita nobis in odore. »

2474. — *Viterbii 2 Iunii.*

« Opizoni Parmensi episcopo. » Nuntiat se in causa quae inter ipsum et episcopatum Parmensem ex una parte, et commune civitatis Parmensis ex altera vertitur, super iurisdictione tam spirituali quam temporali in quibusdam castris Parmensis episcopatus, scilicet Colurnio, Pupilio, castro Gualterii, Monticulo, Culiculo, Castro Rignano, Cornilio, Curte Raigusiae, Vallere, Berceto, Cassio, Terrentio, Petra barci, Petramugulana, Corniano et toto monte Bardone, sententiam favore ipsius episcopi protulisse. Viterbii IIII. Non. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 760. fol. 188; Affò Storia di Parma III. 336. n. 39; Potthast 548. n. 6267.* — « Coram venerabili fratre. »

2475. — *Viterbii 2 Iunii.*

« Archipresbytero et Capitulo Sancte Eulalie Parmensis diocesis. » Confirmat quinque canonicorum numerum ab episcopo Parmensi statutum, inhibens ne quis ad maiorem numerum eos compellat invitos, nisi forsan processu temporis in tantum excreverint eiusdem ecclesiae facultates quod huiusmodi numerus videatur merito augmentandus. Viterbii IIII. Non. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 761. fol. 188.* — « Dignvm est. »

2476. — *Viterbii 2 Iunii.*

« I(ohanni) tituli Sancte Praxedis presbytero Card. Apost. Sedis Legato. » Vt Gilbertum clericum latorem praesentium in eo statu et habitu in quo erat quando monasterium Cisterciensis ordinis intravit libere manere permittat. Viterbii IIII. Non. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 762. fol. 189.* — « Litteris qvas. »

2477. — *Viterbii 2 Iunii.*

« Priori Sancte Marie ac P. canonico Tuscanensibus. » Vt in causa inter Romeum tutorem filiorum quondam B. civis Tuscanensis ex una et F. pro se et P(etro) tutore filiorum quondam B. ex altera parte super quadam pecuniae summa et rebus aliis nullatenus procedant. Viterbii IIII. Non. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 766. fol. 189. (v. n.* **2472**). — « Sva nobis Romevs. »

2478. — *Viterbii 2 Iunii.*

« Preposito et Capitulo ecclesie Sancti Eusannii Furconensis. » Duodenarium canonicorum numerum in eorum ecclesia ab ipsis statutum confirmat, nisi in tantum excreverint ipsius ecclesiae facultates quod exinde possit pluribus commode provideri. Viterbii IIII. Non. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 770. fol. 190.* — « Ivstis petentivm. »

2479. — *Viterbii 2 Iunii.*

Scolastico, custodi et Ludolfo canonico Magdeburgensibus committit terminandam praepositi et

capituli ecclesiae de Stendale causam, qui questi erant, quod archidiaconus Balsamiae Halberstadens. dioc. a capellanis ecclesiarum suarum obedientiam et reverentiam exigat minus iuste, ipsos et praedictas ecclesias super hiis et aliis contra iustitiam aggravando in eorum praeiudicium et gravamen. Viterbii IV. Non. Iunii anno quarto. — *Riedel Cod. dipl. Brandenb. I. Hauptth. V. 32. n. 24; Potthast 548. n. 6268.* — « DILECTORVM FILIORVM PRAEPOSITI. »

2480. — *Viterbii 3 Iunii.*
« Priori Scale Dei. » Ne procedatur in inquisitione Dertusensis, Oscensis et Vrgellensis episcoporum quod cum ipsi ad Sedem Apostolicam venientes diutius expectassent, multi fide digni laudabile coram Papa de ipsis testimonium perhibuerunt. Viterbii III. Non. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 769. fol. 190; Mss. Vallicell. I. 53; Manrique Ann. Cist. IV. 185. (2 Iunii); Potthast 548. n. 6266.* — « QVIA NOSTRO PETITI. »

2481. — *Viterbii 4 Iunii.*
« Abbati Popleti et Priori Scale Dei Terraconensis diocesis et preposito Terraconensi. » Vt removeant magistrum P. clericum Terraconensem ab ecclesia de Alforgia curam animarum habente, cum aliam iam obtinuerit ecclesiam cum cura pariter animarum. Viterbii II. Non. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 771. fol. 190.* — « SVA NOBIS DILECTVS. »

2482. — *Viterbii 5 Iunii.*
« Episcopo Papiensi, Abbati et Preposito Bremetensibus Papiensis diocesis. » Ne permittant episcopum Novariensem ordinationem exercere in monasterio de Romagnano occasione cuiusdam privilegii concessi eidem episcopo super ordinatione ecclesiarum civitatis et dioecesis Novariensis, quandiu Novarienses in sua malitia perdurarent. Viterbii Nonis Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 772. fol. 190.* — « DILECTI FILII. »

2483. — *Viterbii 5 Iunii.*
« Archiepiscopo Cantuariensi Sancte Romane Ecclesie Cardinali et suffraganeis eius. » Vt abolendum curet de finibus Angliae abusum « ut videlicet creditores laici manus suas ad res clericorum quos sibi asserunt in aliquo debitores extendant auctoritate propria capiendas quas donec satisfiat eis retentant, etiam si clerici super debitis nec confessi fuerint nec convicti. » Viterbii Nonis Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 778. fol. 191; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « CVM EX OFFICII. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est Eboracensi (archiepiscopo) et Suffraganeis eius.

2484. — *Viterbii 5 Iunii.*
« Nobili viro Duci Austrie. » Vt suum impendat consilium et iuvamen ad restituendum et manutenendum magistrum A. capellanum Friderici regis Siciliae in Romanorum imperatorem electi in possessione suorum beneficiorum in Pataviensi dioecesi. Viterbii Nonis Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 824. fol. 204.* — « CVM DILECTVM FILIVM. »

2485. — *Viterbii 5 Iunii.*
« Abbati et conventui Fidemeñ. Cameracensis diocesis. » Vt Hugoni pauperi clerico de Monteneio in ecclesiastico beneficio provideant, alioquin S. Pedislupi, Fromundo de Wassi et R. de Lauduno canonicis Remensibus dat litteris in mandatis ut ad id eos per censuras ecclesiasticas compellant. Viterbii Nonis Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 834. fol. 205.* — « DILECTVS FILIVS. »

Scriptum est super hoc eisdem executoribus.

2486. — *Viterbii 6 Iunii.*

« Lingonensi et Suessionensi episcopis. » Vt ipsi Belvacensem dioecesim vice Belvacensis electi, qui in Terrae Sanctae subsidium profectus est, sollicite administrent. Viterbii VIII. Id. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 777. fol. 191; Horoy H-i opp. omn. III. 435. n. 138. ex mss. du Theil (25 Maii).* — « Cvm olim dilectvs. »

2487. — *Viterbii 6 Iunii.*

« Episcopo et capitulo Cumanis. » Iterum scribit ut recipiant magistrum Scambium scriptorem apostolicum in canonicum, alioquin dat litteris in praeceptis archidiacono et archipresbytero Pergamensibus ut per censuras ecclesiasticas ad id eos compellant. Viterbii VIII. Id. Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 840. fol. 207.* — « Si sapvissetis. »

Scriptum est eisdem executoribus.

2488. — *Viterbii (1219 mense Octobris-1220 mense Iunii).*

« Huguicioni subdiacono et Capellano nostro. » Scribit se concedere archiepiscopo Toletano Apostolicae Sedis Legato pro expensis in bello contra Mauros vicesimam legationis suae, excepta ea quam ipse et C. basilicae Principis Apostolorum canonicus collegerunt; quae concessio valitura est a tempore datae praesentium litterarum. Viterbii anno quarto. (absque signo chronologico). — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 784. fol. 193.* — « Attendentes expensas. »

2489. — *Viterbii (1219 mense Octobris-1220 mense Iunii).*

« Magistro Gualterio et Werrico maioris ecclesie et Io. sancti Petri in foro canonicis Laudunensibus. » Mandat ut, si decanus et capitulum Cathalaunenses beneficium in ecclesia beatae Mariae in Vallibus, cuius ordinatio ad ipsos spectat, nondum Radulfo subdiacono contulerint, eos per censuras ecclesiasticas ad id compellant. Viterbii anno quarto (absque die et mense). — *Reg. Vat. lib. 4. ep. 837. fol. 207.* — « Exposita nobis. »

Honorius papa mense Iunio a Viterbio ad Vrbemveterem vadit, et circa finem Septembris Viterbium rediens exinde Romam reversus est. — *Richardi de S. Germ. Chron. ap Muratori Scr. rer. Ital. VII. 992; ap. Vghelli Ital. sac. (ed. 1647) III. 978; Potthast p. 548. (2-3 Iunii).* Papa Honorius venit ad Vrbemveterem, et commune Vrbevetanum dedit ei Procenum. — *Gualterio Cron. d'Orvieto p. 213.*

2490. — *Apud Vrbemveterem 12 Iunii.*

« Alatrino subdiacono et Capellano nostro. » Vt terram comitissae Matildis de manibus Friderici regis Siciliae in Romanorum Imperatorem electi, qui Metensi episcopo cancellario suo eam resignare iniunxit, recipiat, eamque personis ecclesiasticis Ecclesiae Romanae fidelibus et devotis, ipsius ecclesiae nomine conservandam committat. Apud Vrbemveterem II. Idus Iunii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 779. fol. 191; Mss. Vallicel. I. 53. et I. 51. p. 440. integra; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 17; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 371. n. 47; cf. Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. 11. 794; Potthast 548. n. 6270; Rodenberg Ep. Sel. 84. n. 119; Horoy H-i opp. omn. III. 446. n. 149.* — « Per tvas nobis. »

2491. — *Apud Vrbemveterem 15 Iunii.*

« Archidiacono Senonensi. » Ne indebitam iurisdictionem usurpet in monasterium sancti Petri Senonensis nec aliud exigat ab eodem quam a praedecessoribus suis exactum extitit et perceptum, alioquin ab abbate sancti Crispini maioris, a decano sanctae Mariae in Vineis et magistro B. de Hisdinio canonico Suessionensibus per censuras ecclesiasticas a praesumptione sua compescetur. Apud Vrbemveterem XVII. Kal. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4.*

epist. 773. fol. 190; Horoy H-i opp. omn. III. 447. n. 151. ex mss. du Theil. (16 Iunii). — « SIGNIFICAVIT NOBIS. »

Ex Cod. Vat.: Scriptum est super hoc eisdem usque in finem ut supra verbis competenter mutatis.

2492. — *Apud Vrbemveterem 15 Iunii.*
Hospitale extra portam Fogiae in suburbio de Vassano cum omnibus bonis protegendum suscipit. Apud Vrbemveterem XVII. Kal. Iulii anno quarto. — *Strehlke Tabulae 145. n. 148; Potthast 548. n. 6271; Horoy H-i opp. omn. III. 447. n. 150.* — « CVM A NOBIS. »

2493. — *Apud Vrbemveterem 16 Iunii.*
« Abbati et conventui Sancti Remigii Senonensis. » Ipsis petentibus prohibet ne archidiaconus Senonensis iurisdictionem insolitam in eos exerceat vel aliquid vindicet seu percipiat ultra quod sui exercuerunt et perceperunt praedecessores. Apud Vrbemveterem XVI. Kal. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 774. fol. 191; Horoy H-i opp. omn. III. 448. n. 152. ex mss. du Theil.* — « SOLET ANNVERE. »

2494. — *Apud Vrbemveterem 16 Iunii.*
« Abbati Sancti Crispini Maioris, decano Sancte Marie in Vineis et Magistro B. de Hisdinio canonico Suessionensibus. » Vt per censuram ecclesiasticam compellant archidiaconum Senonensem ne indebitam iurisdictionem exerceat in monasterium sancti Remigii Senonensis quod archiepiscopo Senonensi subiectum existit. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem XVI. Kal. Iulii anno quarto). — *Reg. Vat. lib. 4. ep. 775. fol. 191; Horoy H-i opp. omn. III. 449. n. 153. ex mss. du Theil.* — « CVM SICVT DILECTIS. »

2495. — *Apud Vrbemveterem 17 Iunii.*
(Engelhardo) Novemburgensi, (Eccehardo) Mersburgensi et (Conrado) quondam Halberstadensis ecclesiae episcopis mandat, compellant Guncelinum dictum dapiferum et B. de Vulferbotele (Wolfenbüttel), item... de Bowende ac quosdam alios Hildesemensis ac Halberstadensis diocesum, ut castrum ab ipsis in fundo Ganderhemensis ecclesiae erectum quod dicitur Assenburc diruant et fundum eiusdem (Machthildae) abbatissae et conventui quiete dimittant. Apud Vrbemveterem XV. Kal. Iulii anno quarto. — *Harenberg Hist. eccles. Gandersh. 750; Leibnitii Scr. rer. Brunsvic. II. 279; Potthast 548. n. 6272. et in Append. p. 2090; Horoy H-i opp. omn. III. 449. n. 154.* — « SANE DILECTE IN. »

2496. — *Apud Vrbemveterem 17 Iunii.*
Praeposito et fratribus de Stendale indulget, ut nulli synodum in eorum ecclesia ipsis invitis liceat celebrare; prohibet etiam, ne quis episcopus vel praelatus eos excommunicationi aut dictam ecclesiam praesumat subicere interdicto. Apud Vrbemveterem XV. Kal. (Iunii, *sed legi debet)* Iulii anno quarto. — *Riedel Cod. dipl. Brandenb. I. Hauptth. V. 32. n. 23. omisso initio; Potthast 548. n. 6273.*

2497. — *Apud Vrbemveterem 18 Iunii.*
« Rectori et clericis ecclesiarum Sanctorum Michaelis et Mauricii de Breñ. » Quaternarium clericorum numerum a b. m. Iohanne episcopo Brixiensi loci dioecesano in eorum ecclesiis sanctorum Michaelis et Mauricii statutum, et ab I(nnocentio) Papa roboratum, sicut est provide institutum, confirmat. Apud Vrbemveterem XIIII. Kal. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. ep. 782. fol. 192.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

2498. — *Apud Vrbemveterem 19 Iunii.*
Praepositum et capitulum ecclesiae in Stendale et ecclesiam ipsam sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem villas, terras, possessiones et alia bona eis et per eos dictae ecclesiae confirmat. Apud Vrbemveterem XIII. Kal. Iulii anno quarto. — *Riedel Cod. dipl. Brandenb. I. Haupth. V. 31. n. 22. omisso initio et perperam ad a. 1220. Apr. 19; Potthast 548. n. 6274.*

2499. — *Apud Vrbemveterem 20 Iunii.*
« (Sigfrido) Archiepiscopo Maguntino. » Mandat, instet apud Fridericum regem Siciliae in Romanorum Imperatorem electum ut libertati restituat comitem Raynerium, cum restituta sibi fuerit terra sua quae dicti comitis nomine tenebatur, et dictus comes ac sui, qui magni et potentes esse noscuntur, tanto fortius ad regia provocentur obsequia quanto regalem clementiam erga se sense--rint proniorem. Apud Vrbemveterem XII. Kal. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 781. fol. 192; Mss. Vallicel. I. 53; Würdtwein Nova subs. IV. 110; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. 11. 794; Potthast 549. n. 6275; Rodenberg Epist. Sel. I. 85. n. 120; Horoy H-i opp. omn. III. 450. n. 155.* — « Obloqventibvs olim. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est Duci Austrie.

In e. m. scriptum est episcopo Argentinensi.

2500. — *Apud Vrbemveterem 20 Iunii.*
« Laudunensi et Ambianensi Episcopis et Decano Ambianensi. » Vt accedant ad ecclesiam beati Petri Atrebatensem, quae sita est iuxta monasterium sancti Vedasti, ibique statuant prout melius viderint expedire super querimonia cleri et populi Atrebatensium qui referunt abbatem et conventum dicti monasterii in tresdecim praebendis institutis in ecclesia praedicta beati Petri contra ius non clericos saeculares sed monachos instituisse. Apud Vrbemveterem XII. Kal. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 790. fol. 194ᵛ; Horoy H-i opp. omn. III. 451. n. 156. ex mss. du Theil.* — « Ex parte cleri. »

2501. — *Apud Vrbemveterem 21 Iunii.*
« (Vlrico) episcopo Pataviensi. » Vt magistro A(rnoldo) regio capellano restituat beneficia quae in sua dioecesi obtinuit una cum suis fructibus, cum ille per Pragensem episcopum amotus sit ab illis tantum beneficiis quae in dioecesi Pragensi obtinebat, alioquin archiepiscopo Salzeburgensi, episcopo et praeposito Sechoviensibus praecipit ut id exequantur. Apud Vrbemveterem XI. Kal. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 789. fol. 194; Erben Reg. Bohem. I. 292. n. 622; cf. Palacky Reise 22. n. 80; Potthast 549. n. 6276.* — « Propter venerabilem fratrem. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est super hoc eisdem executoribus. Dat. ut supra.

2502. — *Apud Vrbemveterem 22 Iunii.*
« Abbati de Wamo Lucane diocesis, et Priori Sancte Marie foris portam et magistro W. canonico Sancte Reparate Lucanis. » Vt magistrum Guidonem de Lucca clericum cancellariae apostolicae in possessione plebatus de Sillano, quem cum archidiaconatu ecclesiae Wlteranae ei concessit, adversus molestatores defendant ipsiusque plebis proventus a tempore collationis ei restitui faciant. Apud Vrbemveterem X. Kal. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 801. fol. 197.* — « Cvm non deceat. »

2503. — *Apud Vrbemveterem 23 Iunii.*
Abbati S. Iohannis prope Ypras mandat, faciat ut sententia excommunicationis ab abbate de Zillebeke contra Iohannem Mortel, Richerum Strabonem et alios Tornacensis diocesis promulgata inviolabiliter observetur. Apud Vrbemveterem IX. Kal. Iulii anno quarto. — *Diegerick Invent. I. 27. n. 28. (falso ad a. 1219); Potthast 549. n. 6277.*

2504. — *Apud Vrbemveterem 24 Iunii.*
« Episcopo Claromontensi. » Concedit ei ut non obstante quod nondum deventum sit ad numerum statutum canonicorum in eorum ecclesia, si nonnulli canonici canonicatum libere resignaverint, liceat ipsi cum capituli sui assensu alias personas idoneas subrogare. Apud Vrbemveterem VIII. Kal.

Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 787. fol. 193; Horoy H-i opp. omn. III. 452. n. 157. ex mss. du Theil.* — « PETITIO TVA NOBIS. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est episcopo et capitulo Claromontensibus ut Hugonem de Turre in canonicum subrogent. Dat. ut supra.

2505. — *Apud Vrbemveterem 25 Iunii.*
« Archiepiscopis et episcopis per Saxoniam constitutis. » Vt cum ab abbatissa monasterii Quindelingburgensis (*Potth.* Quidelingeburgensi) requisiti fuerint, chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes canonicorum, benedictiones abbatissarum et relationes monialium monasteriorum sibi attinentium, iuxta privilegia Romanorum Pontificum libere et sine dilatione aliqua exequantur. Apud Vrbemveterem VII. Kal. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 803. fol. 197; Erath Cod. dipl. Quedlinb. 137; Kettner Antiqq. Quedlinb. 231; Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII) c. VII. Von. Aebtiss. 206. n. 44; Potthast 549. n. 6278.* — « CVM QVINDELINGBVRGENSI MONASTERIO. »

2506. — *Apud Vrbemveterem 25 Iunii.*
« Abbati Sancti Michaelis de Lapide et Preposito Sancti Wiberti Quindelingburgen. et Sancte Marie in Monte, et in Walbeke Abbatissis, et Priorisse Sancti Nicholai in Wenethusen Halberstadensis diocesis. » Mandat ut abbatissae monasterii Quindelingburgensis, ad quod eorum monasteria pertinent, obedientiam et reverentiam exhibeant. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem VII. Kal. Iulii anno quarto). — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 804. fol. 197.* — « CVM OBEDIENTIE BONVM. »

2507. — *Apud Vrbemveterem 26 Iunii.*
« Episcopo Claromontensi. » Concedit ei ut beneficia quae per semestre tempus vacare contigerit in sua vel in aliis ecclesiis sibi subiectis, personis idoneis libere conferat. Apud Vrbemveterem VI. Kalendas Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 788. fol. 194; Horoy H-i opp. omn. III. 453. n. 58. ex mss. du Theil.* — « EX PARTE TVA. »

2508. — *Apud Vrbemveterem 26 Iunii.*
« (Pandulfo) Norwicensi electo Camerario nostro Apost. Sed. Legato. » Vt ecclesiam de Alteguis, quae fuit Petri de Valoniis, amoto ab ea quolibet detentore, sine dilatione aliqua restitui faciat procuratori Walae (*al.* Gualae) tituli sancti Martini presbyteri Cardinalis cum omnibus pertinentiis suis. Apud Vrbemveterem VI. Kalendas Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 797. fol. 196; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « EXPOSVIT NOBIS. »

2509. — *Apud Vrbemveterem 27 Iunii.*
« (Petro de Corbolio) Archiepiscopo Senonensi. » Vt W(illelmum de Siguiliaco) Autisiodorensem episcopum ad Parisiensem ecclesiam translatum, cui, licet ipse « aliud nobis suadere studuerit,.... sub pena excommunicationis iniunximus ut regimen susciperet ecclesie sepedicte, » commendatum habeat. Apud Vrbemveterem V. Kal. Iulii. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 783. fol. 192; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 454. n. 159; Bouquet Rec. XIX. 698; Potthast 549. n. 6281.* — « VT SINCERE CARITATIS. »

In eundem modum scriptum est Capitulo Parisiensi. Dat. ut supra. — *Cod. Vat. l. c.; Bouquet l. c.; Potthast 549. n. 6282.*

In e. m. Philippo regi Francorum. Dat. ut supra. — *Cod. Vat. l. c.; Bouquet l. c.; Potthast 549. n. 6279.*

In e. m. Capitulo Autisiodorensi. Dat. ut supra. — *Cod. Vat. l. c.; Bouquet l. c. 699; Potthast 549. n. 6280.*

2510. — *Viterbii (?) 27 Iunii.*

« Potestati et Populo Tarvisinis spiritum consilii sanioris. » Eorum flagitia in ecclesias ac praesertim in episcopos Feltrensem et Belunensem recenset, et minatur se, nisi resipiscant, ipsos pontificali dignitate privaturum, ac eorum dioecesim per vicinos episcopos divisurum. Viterbii (sic?) V. Kal. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 845. fol. 208; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. fere integra; Vghelli Ital. sac. V. 372; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 27; Vghelli Ital. Sacr. V. 372; Potthast 547. n. 6261. (28 Maii), et 549. post n. 6282; Horoy H-i opp. omn. III. 439. n. 142. (28 Maii).* — « INIQVITATVM VESTRARVM. »

2511. — *(Apud Vrbemveterem... Iunii.)*

Consules et populum Tolosanos flagitat, ut ad ecclesiasticam unitatem humiliter redeant praecise iurando in manibus C(onradi) Portuensis episcopi apostolicae sedis legati, se deinceps omnibus eius mandatis parituros. Eisdem minatur, quod, si dicto mandato infra certos dies non satisfecerint, « episcopalis dignitatis honore civitatem vestram privabimus eius diocesim cum vicinis diocesibus applicantes, ac insuper per sententiam expresse vobis abiudicabimus omnia bona vestra. (Apud Vrbemveterem, sine signo chronol., finis desideratur). *Vaissète Hist. de Languedoc III. pr. 268; Bouquet Rec. XIX. 700; Potthast 549. n. 6283; Horoy H-i opp. omn. III. 456. n. 160. (29 Iunii).* — « EXSPECTANTES EXSPECTAVIMVS VT. »

In eundem modum Consules et populum Nemausenses. — Consules et populum Avenionenses.

2512. — *(Apud Vrbemveterem... Iunii).*

R(aimundum) filium R(aimundi) quondam comitis Tolosani hortatur, ut tandem ad sinum ecclesiae revertatur; « alioquin habeas pro constanti, quod etiam spe reservatae (in concilio Lateranensi) provisionis te omnino privabimus et per sententiam expresse tibi abiudicabimus etiam terram citra Rhodanum existentem, quam pater tuus obtinuit. » (Apud Vrbemveterem, sine signo chronol., finis desideratur). — *Vaissète l. c. 268; Bouquet l. c. 701; fragm. ap. Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 43; Potthast 549. n. 6284; Horoy H-i opp. omn. III. 457. n. 161. (29 Iunii).* — « CVM TOLOSA ET. »

2513. — *Apud Vrbemveterem 1 Iulii.*

« Dilecto filio fratri Aymaro thesaurario domus milicie Templi Parisiensis. » Vt ad P(elagium) Albanensem episcopum Apost. Sed. Legatum sexmilia marcarum argenti de Angliae vicesima, per quos dirigitur suae domus subsidium, transmittat; quae si ad hoc non sufficit de alia quae ad Papae pertinet pecunia sine mora item transmittat. Apud Vrbemveterem Kalendis Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 785. fol. 193; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 57; Bouquet Rec. XIX. 702; Potthast 550. n. 6286; Horoy H-i opp. omn. III. 461. n. 164.* — « DISCRETIONEM TVAM DIGNIS. »

2514. — *Apud Vrbemveterem 1 Iulii.*

« P(elagio) Albanensi episcopo Ap. Sedis Legato. » Nuntiat se Aymaro thesaurario domus militiae templi Parisiensis scripsisse ut per eos per quos dirigitur domus suae Terrae Sanctae subsidium sex milia marcarum argenti sine mora ipsi transmittat. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem Kal. Iulii anno quarto). — *Reg. Vat. lib. 4. ep. 786. fol. 193; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 57; Bouquet l. c. 702; Potthast 550. n. 6287; Horoy l. c.* — « FRATERNITATI TVE PRESENTIBVS. »

2515. — *Apud Vrbemveterem 1 Iulii.*

« Terraconensi Archiepiscopo. » Dolet Huguicionem subdiaconum et capellanum Papae, qui ab ipso Papa ad partes Ispaniae pro colligenda vicesima missus fuerat, enormia in Ecclesiae Romanae dedecus commisisse: quare ei mandat ut inquirat contra eum quantum ab ecclesiis suae dioecesis et a singulis suffraganeis suis receperit

pro vicesima, et quot et qualia ecclesiastica beneficia in dioecesi vel provincia sua noviter sit adeptus, nec non de aliis gestis suis praesertim de quibus Ecclesiae Romanae aliquam notam impinxerit. Apud Vrbemveterem Kal. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 790². fol. 194; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 441. fragmen; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 48.* — « ET DOLORE CONFODIMVR. »

2516. — *Apud Vrbemveterem 1 Iulii.*
« Archiepiscopo Toletano. » Arguit eum quod faverit Huguicioni subdiacono et capellano Papae qui, tamquam simplex nuntius ad partes Hispaniae pro colligenda vicesima missus, mandati apostolici fines excedens et legatum se mentiens multa enormia et abusiva patraverat. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem Kal. Iulii anno quarto). — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 791. fol. 194; Mss. Vallicell. I. 53.* — « SPERAVIMVS HACTENVS. »

2517. — *Apud Vrbemveterem 1 Iulii.*
« (Pelagio) Albanensi episcopo Apost. Sedis Legato. » Vt significet pecuniae quantitatem quam de vicesima receperit a magistro et fratribus domus Hospitalis Ierosolimitani Parisiensis. Apud Vrbemveterem Kal. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 793. fol. 195; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 57.* — « CVPIENTES TERRE. »

2518. — *Apud Vrbemveterem 1 Iulii.*
« W(illelmo) episcopo Parisiensi. » Commendat ei ecclesiam Autisiodorensem a qua ipse fuerat translatus, ut, quousque illi de persona idonea pròvisum fuerit per electionem canonicam in pastorem, omnia ipsi liceat ibidem sicut fecit hactenus iuxta suum desiderium ordinare. Apud Vrbemveterem Kal. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 794. fol. 195; Mss. Vallicel. I. 53.* — « SOLLICITVDINEM ET PRVDENTIAM. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est Capitulo Autisiodorensi verbis competenter mutatis.

In e. m. Episcopo, Sancti Martini et Sancti Lupi Abbatibus Trecensibus.

2519. — *Apud Vrbemveterem 1 Iulii.*
« Magistro et fratribus Domus Hospitalis Ierosolimitani Parisiensis. » Vt sex vel quinque vel quatuor milia marcarum argenti de vicesima quam P(andulfus) Norwicensis electus Papae camerarius et Apost. Sedis Legatus (in Anglia) penes ipsos deponi mandavit, ad (Pelagium) Albanensem episcopum Ap. Sed. Legatum pro Terrae Sanctae subsidio in proximo passagio transmittant. Apud Vrbemveterem Kal. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 795. fol. 195; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 57; Bouquet Rec. XIX. 702; Potthast 549. n. 6285; Horoy H-i opp. omn. III. 460. n. 163.* — « CVM DILECTI FILII. »

2520. — *Apud Vrbemveterem 1 Iulii.*
« Episcopo Merseburgensi (*al.* Marseburgensi). » Praecipit ut monasterio Quindelinburgensi, cum requisitus fuerit, exhibeat chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, benedictiones abbatissarum et relationes monialium monasteriorum sibi attinentium secundum apostolicae concessionis tenorem. Apud Vrbemveterem Kal. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 799. fol. 196.* — « CVM QVINDELINBVRGENSI. »

2521. — *Apud Vrbemveterem 2 Iulii.*
« Nobili viro (Liupoldo) Duci Austrie. » Mandat, moneat F(ridericum) regem Siciliae in Romanorum Imperatorem electum ut iuxta promissionem ab eo factam et suo nomine a magistro Ph(ilippo) de Matera iuratum fuit, libertati restituat comitem Raynerium et restitui faciat ipsius familiam. Apud Vrbemveterem VI. Non. Iulii anno

quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 796. fol. 196; Mss. Vallicel. I. 53. Potthast 550. n. 6288; Rodenberg Ep. Sel. 86. n. 121.* — « OBLOQVENTIBVS OLIM. »

Scriptum est super hoc Archiepiscopo Maguntino. — *Cod. Vat. l. c.; Würdtwein Nova Subs. IV. 111; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. II. 795; Potthast l. c.*

In e. m. scriptum est Abbati Wldensi.

2522. — *Apud Vrbemveterem 2 Iulii.* « Preposito Sancti Mauricii in Hall. Magdeburgensis diocesis et Scolastico et Heidenr canonico sancti Nicholai Magdebergensibus (sic). » Vt ab ecclesiis subiectis abbatissae Quindelinburgensi moniales et alias personas removeant quae ante concilium generale vitio simoniae receptae fuerunt, et in aliis eiusdem ordinis ecclesiis eas collocent et nihilominus in obsequio remaneant Quindelinburgensis ecclesiae cui subsunt. Apud Vrbemveterem VI. Non. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 798. fol. 196.* — « DILECTA IN CHRISTO FILIA. »

2523. — *Apud Vrbemveterem 2 Iulii.* Abbati et conventui S. Mariae Trevirensis ecclesiam de Wiltinc confirmat. Apud Vrbemveterem. — *Mittelrheinisches UB. III. 121; Potthast Append. p. 2090. n. 6288a-26059.*

2524. — *Apud Vrbemveterem 3 Iulii.* « Clericis plebis et plebatus de Sillano. » Vt magistro Guidoni de Lucca clerico cancellariae apostolicae debitam obedientiam et reverentiam impendant ac de rationibus suis integre respondeant in officio archidiaconatus ecclesiae Wlteranae quod illi una cum plebe de Sillano contulit. Apud Vrbemveterem V. Non. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 801. fol. 196.* — « CVM NON DECEAT. »

2525. — *Apud Vrbemveterem 4 Iulii.* « Archiepiscopo Toletano Apost. Sedis Legato. » Vt indultam sibi pecuniam vicesimae eo quod contra Mauros procedere intendebat, cum propter regum discordias non possit amplius contra ipsos procedere, restituat. Apud Vrbemveterem IIII. Non. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 792. fol. 195; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 48.* — « QVIA PERSONAM. »

2526. — *Apud Vrbemveterem 4 Iulii.* « Preposito Terraconensi. » Mandat « quod si prefatus camerarius (Terraconensis) memoratis canonicis in vestibus providet et magistris debet eisdem te ipsos in victualibus sicut duos canonicos exhibente sicut duobus canonicis in vestibus providere. » Apud Vrbemveterem IIII. Non. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 802. fol. 197.* — « QVESIVISTI A NOBIS. »

2527. — *Apud Vrbemveterem 4 Iulii.* « Archiepiscopo Beneventano. » Vt vicesimam quam ei assignabit episcopus Avellinensis ad Papam transmittat. Apud Vrbemveterem IIII. Non. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 805. fol. 197.* — « FRATERNITATI TVE. »

2528. — *Apud Vrbemveterem 5 Iulii.* « Episcopo et Archidiacono Apsarensibus. » Vt recipiant cessionem I. episcopi Polensis, qui propter pecuniam occasione electionis suae a consanguineis suis datam, se simoniacum esse angebatur; ac eiusdem ecclesiae capitulo iniungant ut per canonicam electionem de persona idonea sibi in pastorem provideant. Apud Vrbemveterem III. Non. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 806. fol. 197; cf. Fejér Cod. dipl. III. 1. 300; Potthast 548. n. 6269. (3 Iunii).* — « VENERABILIS FRATER. »

2529. — *Apud Vrbemveterem 6 Iulii.* « Archiepiscopo Dublinensi. » Vt cessatis iam in Ybernia tumultibus, ac pace in Angliae et in Yberniae regnis nunc reformata,

cesset ab officio Legationis quod pro turbatione sedanda ipsi commissum fuit. Apud Vrbemveterem II. Non. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 800. fol. 196; Mss. Vallicel. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 46; Theiner Mon. Hibern. 15. n. 34; Potthast 550. n. 6291; Horoy H-i opp. omn. III. 464. n. 168.* — « CVM OLIM ANGLIE. »

Ex Cod. Vat.: Scriptum est super hoc archiepiscopo Cassellensi et suffraganeis eius ut eidem archiepiscopo tamquam Legato nullatenus intendant.

In e. m. scriptum est Armachano archiepiscopo et suffraganeis eius.

In e. m. scriptum est Tuamensi archiepiscopo et suffraganeis eius.

2530. — *Apud Vrbemveterem 6 Iulii.*
« (Roberto) Vesprimiensi episcopo. » Quoad prorogationem passagii crucesignatorum in Hungaria, mandat ei ut una cum (Vgrino) Colocensi archiepiscopo laboret ut ad Pascha proxime venturum vel ad sequens festum nativitatis beati Iohannis Baptistae passagii terminus restringatur; detentoribus autem vicesimae, dummodo eam cum integritate persolvant in Terrae Sanctae subsidium destinandam, munus absolutionis impendat. Apud Vrbemveterem II. Non. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 809. fol. 198; Mss. Vallicell. I. 53; Fejér Cod. dipl. III. 1. 289; Theiner Mon. Hungar. I. 23. n. 39; Potthast 550. n. 6290; Horoy H-i opp. omn. III. 462. n. 166.* — « EX PARTE TVA. »

2531. — *Apud Vrbemveterem 6 Iulii.*
« Potestati et Populo Mantuanis. » Vt quosdam cives compescant a retentione Massae Fiscaliae quae pertinet ad Sedem Apostolicam, de quo eisdem alias iam fuerat scriptum, alioquin sciant se iniunxisse episcopo, abbati sancti Stephani et magistro Tancredo canonico Bononiensibus ut eos ad id, si opus fuerit, ecclesiastica severitate compellant. Apud Vrbemveterem II. Non. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 813. fol. 200.* — « MIRAMVR PLVRIMVM QVOD. »

In eundem modum scriptum est Parmen. et Cremonen. — *Cod. Vat. l. c.*

Scriptum est super hoc (Henrico) episcopo, (Azzoni) abbati Sancti Stephani et Magistro Tancredo canonico Bononiensibus quod si potestas et populus Mantuani supradicta adimplere neglexerint per severitatem ecclesiasticam eos cogant. — *Cod. Vat. l. c.; Savioli Ann. Bologn. II. 11. 434; Sarti de Archigymn. Bonon. profess. II. 34. § 11; Potthast 550. n. 6289.*

2532. — *Apud Vrbemveterem 6 Iulii.*
Abbati de Monte s. Beati, Ditardo et Iohanni de Cisse canonicis S. Florini in Confluentia Trever. dioc. mandat, ut causam inter abbatem conventumque de Lacu et decanum Wetslariensem aliosque super ecclesia de Crufte vertentem terminent. Apud Vrbemveterem II. Non. Iulii anno quarto. — *Mittelrheinisches UB. III. 121. n. 132; Potthast Append. p. 2090. n. 6291 a-26060.* — « DILECTI FILII ABBAS. »

2533. — *Apud Vrbemveterem 7 Iulii.*
« (Vgrino) Archiepiscopo Colocensi. » Laudat eum quod pro Terrae Sanctae subsidio crucem assumpserit una cum R(oberto) Vesprimensi episcopo et aliis nobilibus Hungariae; eique roganti circa tempus transfretandi, respondet ut ad Pascha proxime venturum vel ad sequens festum nativitatis beati Iohannis Baptistae praefatus terminus restringatur. Apud Vrbemveterem Nonis Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 807. fol. 198; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 54; Pray Hierarch. II. 53; Katona Hist. crit. V. 339; Fejér Cod. dipl. III. 1. 288; Theiner Mon. Hungar. I. 23. n. 38; Potthast 550. n. 6292; Horoy H-i opp. omn. III. 465. n. 169.* — « FRATERNITATIS TVE. »

2534. — *Apud Vrbemveterem 8 Iulii.*
« Nobili viro Marchioni Estensi. » Miratur quod sub oculis suis cives Ferrarienses occupaverint contra fidelitatis debitum et iuramentum bis praestitum Massam Fiscaliae, quae iuris est beati Petri, et eius praesumant homines detinere captivos, quare ei mandat ut ad eorumdem captivorum liberationem efficaciter intendat. Apud Vrbemveterem VIII (sic) Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 814. fol. 200; Theiner Cod. dipl. Domin. Temporal. S. Sedis I. 53. n. 79; Potthast 550. n. 6293; Horoy H-i opp. omn. III. 466. n. 170.* — « INTERROGAVIMVS TE. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est Nobili viro Salingerre.

2535. — *Apud Vrbemveterem 8 Iulii.*
« Patriarche Gradensi. » Praecipit ut eius dioecesani non communicent in commerciis cum civibus Ferrariensibus eo quod Massam Fiscaliae, quae beati Petri iuris existit, occupatam tenent. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem VIII. (sic) Iulii anno quarto). — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 815. fol. 200; Mss. Vallicel. I. 53.* — « FERRARIENSIS CIVITAS. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est archiepiscopo Ianuensi, Bononiensi, Clugiensi, Mutinensi et Regino episcopis.

2536. — *Apud Vrbemveterem 8 Iulii.*
« Populo Ferrariensi spiritum consilii sanioris. » Eis comminatur, nisi resipiscant ab iniuria quam inferunt Apostolicae Sedi ob detentionem Massae Eiscaliae, se ipsorum civitatem episcopali honore privaturum. Apud Vrbemveterem VIII. Id. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 818. fol. 201; Mss. Vallic. I. 53. et I. 51. p. 442. integra; Theiner Cod. dipl. Domin. Temp. S. Sedis I. 53. n. 78; Potthast 550. n. 6294; Horoy H-i opp. omn. III. 466. n. 171.* — « AFFERRI FORTE. »

2537. — *Apud Vrbemveterem 8 Iulii.*
« Bituricensi Archiepiscopo. » Prohibet ne Burdegalensis provinciae invadat primatiam, eiusdem provinciae archiepiscopo in servitio Terrae Sanctae existente. Apud Vrbemveterem VIII. Id. Iulii anno quarto. — *In Reg. Vat. lib. 4. epist. 807². fol. 198. sed calamo deleta.* — « REVERENTIA IVRIS. »

2538. — *Viterbii (?) 8 Iulii.*
« (Pandulfo) Norwicensi electo Camerario nostro Apostolice Sedis Legato. » Ne permittat magistrum et fratres Ordinis de Sempingham contra indulta et privilegia Sedis Apostolicae ab aliquo molestari. Viterbii (sic) VIII. Id. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 846. fol. 209; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « CVM DILECTI FILII. »

2539. — *Apud Vrbemveterem 8 Iulii.*
Conventum de Raitenbuch in protectionem suam suscipit et ecclesias in Grepfelvingen (Grôffolingen *Hund*), Vrbach, Mulhusen, Vnfrehtshusen et s. Laurentii in Schongeu ei confirmat. Apud Vrbemveterem VIII. Id. Iulii anno quarto. — *Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold III. 147; Mon. Boic. VIII. 20; Potthast 550. n. 6295; Horoy H-i opp. omn. III. 468. n. 172.* — « CVM A NOBIS. »

2540. — *Apud Vrbemveterem 8 Iulii.*
Monasterio Ottenburano ius patronatus in Ottenbeurn, Böhen et Santheim confirmat. Apud Vrbemveterem VIII. Id. Iulii anno quarto. — *Lang Regesta II. 106; Potthast 550. n. 6296.*

2541. — *Apud Vrbemveterem 8 Iulii.*
Praepositum et conventum monialium monasterii s. Crucis Cisterc. ord. Misnens. dioc. sub b. Petri et sua protectione cum omnibus bonis suscipit. Apud Vrbemveterem VIII. Id. Iulii anno quarto. — *Gersdorf Cod. dipl. Saxon. reg. II. Hauptth. IV. 292. n. 389; Potthast Append. p. 2090. n. 6296a-26061.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

2542. — *Apud Vrbemveterem 9 Iulii.* « P. Archipresbytero de Corina (Corma, *Potth.*) Regali. » Facultatem ipsi concedit ut in ecclesiis sui archipresbyteratus, quas singulis annis visitare debet, presbyteros et clericos eiusdem archipresbyteratus ad observanda statuta concilii generalis compellere, ibique corrigere et reformare possit quae correctionis et reformationis officio indigent. Apud Vrbemveterem VII. Id. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 808. fol. 198; cf. Fejér Cod. dipl. III. 1. 300; Potthast 550. n. 6297.* — « Et si svperflvvm. »

2543. — *Apud Vrbemveterem 10 Iulii.* « (Guilelmo) Vivariensi et (Gaufrido) Tricastrensi episcopis. » Mandat ut illam poenitentiam, quam ipse Papa iniunxerat Bertrando de Cares et complicibus suis quia Aniciensem episcopum iura ecclesiae suae defendentem occiderant, eos peragere per censuram ecclesiasticam ipsi compellant. Apud Vrbemveterem VI. Id. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 810. fol. 199; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 28; Bouquet Rec. XIX. 703; Potthast 550. n. 6298; Horoy H-i opp. omn. III. 469. n. 173.* — « Piacvlare flagitivm qvod. »

2544. — *Apud Vrbemveterem 10 Iulii.* « Episcopo et Decano Zamorensibus. » Vt si D. Colimbriensis canonicus infra certum tempus ab ipsis praefigendum probare noluerit vel non potuerit super criminibus quae obiecerat magistro I. decano Colimbriensi, hunc ab eius impetitione super hoc absolvant. Apud Vrbemveterem VI. Id. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 812. fol. 200.* — « Ad nostram avdientiam. »

2545. — *Apud Vrbemveterem 10 Iulii.* « Hugoni presbytero procuratori Hospitalis Domus de Sinethefeld eiusque fratribus tam presentibus quam futuris canonice substituendis in perpetuum. » Eorum hospitale una cum personis et possessionibus, quas enumerat, sub apostolica protectione recipit, eiusque privilegia confirmat. Apud Vrbemveterem per manum Guillelmi Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarii VI. Id. Iulii, Indictione VIII. Incarnationis Dominicae anno MCCXX. Pontificatus vero donni Honorii PP. III anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 819. fol. 201.* — « Movet nos. »

2546. — *Apud Vrbemveterem 10 Iulii.* « Abbati monasterii de Abbendona eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Eorum monasterium una cum bonis et possessionibus, quas enumerat, sub beati Petri protectione suscipit, et privilegia confirmat. Apud Vrbemveterem per manum Guillelmi Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarii VI. Id. Iulii, indictione VIII. Incarnationis Dominicae anno MCCXX. Pontificatus vero donni Honorii PP. III anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 820. fol. 202.* — « Pie postvlatio volvntatis. »

2547. — *Apud Vrbemveterem 11 Iulii.* « De Kytkestede, de Bardeney et de Barling̃ Abbatibus Lincolniensis diocesis. » Quum hii in negotio R. de Gravel rectoris ecclesiae de Wainfeld contra abbatem et conventum sancti Eadmundi Norwicensis dioecesis super capella ad ecclesiam suam spectante ac rebus aliis procedere nolint, quia a litterarum de eadem re ab Apostolica Sede impetratarum bulla filum fuit fortuito casu detractum, ipsis Papa mandat ut hoc non obstante secundum praedictarum litterarum apostolicarum tenorem in eo negotio procedant. Apud Vrbemveterem V. Id. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 816. fol. 200; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Manrique Ann. Cisterc. IV. 186; Potthast 550. n. 6300; Horoy H-i opp. omn. III. 471. n. 174.* — « Ad avdientiam nostram. »

2548. — *Apud Vrbemveterem 11 Iulii.*
« Sibilie et Aldribandine (sic) mulieribus Vrbevetanis. » Cum hiis, ad preces P. Andreae earum patris et aliorum, dispensat super defectu natalium, hac tamen conditione ut si praedictus earum pater prolem habuerit de uxore legitima, non parem cum illa sed congruam possint ab ipso percipere haereditatis portionem. Apud Vrbemveterem V. Id. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 817. fol. 201.* — « Cvm P. Andree. »

2549. — *Apud Vrbemveterem 11 Iulii.*
« Decano, cantori et Th. de Sezannia canonico sancti Stephani Trecensibus. » Vt relaxent sententiam latam contra nobilem virum R. dominum de Nongento, cui decanus et capitulum Lingonenses prohibuerunt quominus cuiusdam villae suae repararet fossata et munitionem erigeret in eadem; sed si praefata villa est de feudo alieno, dominum feudi moneant, ut eisdem super hoc exhiberi faciat iustitiae complementum, alioquin convocatis partibus ipsi causam audiant et statuant. Apud Vrbemveterem V. Id. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 821. fol. 203; Horoy H-i opp. omn. III. 471. n. 175. ex mss. du Theil.* — « Ex parte nobilis viri. »

2550. — *Apud Vrbemveterem 11 Iulii.*
« Archidiacono, Magistro scolarum et magistro C. canonico Andegavensibus. » Mandat, nullam declarent esse excommunicationis sententiam latam ab episcopo Cenomanensi et coniudicibus suis contra P. Cignart clericum, occasione cuiusdam causae inter eum exortae et W. Gumon laicum super quibusdam possessionibus et rebus aliis, atque in ea causa ipsi procedant. Apud Vrbemveterem V. Id. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 822. fol. 203; Horoy H-i opp. omn. III. 472. n. 176. ex mss. du Theil.* — « Intelleximvs P. »

2551. — *Apud Vrbemveterem 11 Iulii.*
« Potestati et Populo Tudertinis. » Mandat eis sub mille librarum poena ut pacta inter ipsos, Fulginatenses et Iterampnenses ex una parte, et Spoletanos, Narnienses, atque Cocoionenses ex altera de ducato Spoletano ad demanium Romanae Ecclesiae reverso magnis laboribus per Pandulfum subdiaconum et notarium apostolicum statuta, fideliter observent. Apud Vrbemveterem V. Id. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 848. fol. 210; Mss. Vallicell. I. 53; Theiner Cod. dipl. Domin. Tempor. S. Sedis I. 54. n. 80; Potthast 550. n. 6299; Rodenberg Ep. Sel. 86. n. 122; Horoy H-i opp. omn. III. 473. n. 177.* — « Cvm sit nostra. »

Cod. Vat. addit: Potestati et populo Spoletanis scriptum est in eundem modum.

In e. m. omnibus per Tusciam et ducatum Spoletanum constitutis.

Cod. Vat. post hanc epistolam repetit quae in eodem codice leguntur post epistolam 547. in lib. 4. fol. 124. et extant in hoc Reg. p. 362. post. n. 2179. et 376. post n. 2262. videlicet: « Istos dominus Honorius Papa III. consecravit hoc anno, Archiepiscopum Mediolanensem, patriarcham Antiochenum, Episcopum Lingonensem, episcopum Narniensem. »

2552. — *Apud Vrbemveterem 12 Iulii.*
« Episcopo Anconitano. » Vt potestatem et populum Anconitanos, recepta prius ab eis cautione quod Papae mandatis parebunt super hiis pro quibus excommunicationis in personas et in civitatem eorum interdicti sententiae fuerunt prolatae, absolvat. Apud Vrbemveterem IIII. Id. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 811. fol. 199; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Cvm sicvt nobis. »

2553. — *Apud Vrbemveterem 12 Iulii.*
« (Herveo) Comiti Nivernensi. » Iniungit ei ut omnino desistat ab infestatione Auti-

siodorensis civitatis, quam, statim ac (Guilelmus) Parisiensis episcopus, qui ad defensionem civitatis praedictae, a P(etro) Constantinopolitano imperatore crucesignato ei ac R(oberto) de Curteniaco fratri commissae, ad Sedem Apostolicam deputatus accedebat, hostiliter invaserat ac per violentiam occupaverat, alioquin noscat se dedisse litteris in mandatis (Herveo) episcopo, sancti Martini et Sancti Lupi abbatibus Trecensibus ut per excommunicationis et interdicti sententias eum ad id compellant. Apud Vrbemveterem IIII. Id. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 823. fol. 203; Mss. Vallicell. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 704; Potthast 551. n. 6301; Horoy H-i opp. omn. III. 476. n. 178.* — « SI MENTE SOLLICITA. »

Scriptum est super hoc eisdem. — *Cod. Vat. l. c.*

In eundem modum scriptum est Philippo Francorum regi ut eum comitem ad id, tradita ipsi a Deo potestate, compellat. Dat. ut supra. — *Cod. Vat. l. c.; Bouquet l. c.; Potthast 551. n. 6302.*

2554. — *Apud Vrbemveterem 14 Iulii.*

« Eisdem (Archiepiscopis et episcopis per Hyspaniam constitutis). » Mandat ut nemo eorum fratres Praemonstratensis ordinis in Hispania (sic) super privilegiis quae a Romanis Pontificibus obtinuerunt molestet « ut nulli nisi necessitatis causa divertant ad eorum grangias gratia hospitandi et tunc contenti sint earumdem grangiarum cibariis consuetis quidam vestrum et eorum archidiaconi sive nuntii contra privilegium ipsum ab eis procurationes indebitas exigentes, praecipiunt ut in grangiis et monasteriis, aut in vicinis locis carnes sibi faciant preparari, et nisi voluntati obediant eorumdem violenter ipsorum bona diripiunt aut eorum ecclesias interdicunt. » Apud Vrbemveterem II. Id. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 829. fol. 204; Indice de los docum. I. 1. 87. n. 65; Potthast 551. n. 6305.* — « DILECTI FILII. »

2555. — *Apud Vrbemveterem 14 Iulii.*

« Abbatibus Premonstratensis Ordinis. » Indulget ut cum non semper propriorum episcoporum copiam habeant, ipsis liceat ab eo recipere benedictiones vasorum et vestium, consecrationes altarium ac ordinationes canonicorum, qui communionem et gratiam Apostolicae Sedis habens apud eos transire contigerit. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem II. Id. Iulii anno quarto). — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 830. fol. 205; Le Paige Bibl. Praemonstr. 652; Potthast 551. n. 6303; Horoy H-i opp. omn. III. 478. n. 179. (12 Iulii).* — « VESTRIS ET ORDINIS. »

2556. — *Apud Vrbemveterem 14 Iulii.*

Capitulo et Clero Spalatensibus, qui, cum (Andreas) rex Vngariae in Terrae Sanctae subsidium proficiscens per eorum civitatem transitum faceret et comes populusque eiusdem civitatis collectam pro exhibenda digna honorificentia ipsi regi facerent, ad eorum preces tam haereditatum suarum quam ecclesiasticorum proventuum ratione habita contingentem tribuerant in collecta huiusmodi portionem, indulget, ut ex hoc nullum eorum libertati praeiudicium generetur. Apud Vrbemveterem II. Id. Iulii anno quarto. — *Farlati Illyr. sacr. III. 248; mutila ap. Fejér Cod. dipl. III. 1. 291; Potthast 551. n. 6304; Horoy H-i opp. omn. III. 478. n. 180.* — « PER VESTRAS NOBIS. »

2557. — *Apud Vrbemveterem 15 Iulii.*

« I(ohanni) tituli Sancte Praxedis Presbytero Cardinali Apost. Sedis Legato. » Vt non torpescat sed viriliter agat in legationis officio in imperio Romaniae sibi commisso circa statum ipsius imperii et provectum ecclesiarum, Imperatoris et Patriarchae, quorum illa terra nunc est providentia destituta, pro viribus supplens defectum. Apud Vrbemveterem Idib. Iulii anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 836. fol. 206; Ray-*

naldi Ann. Eccl. 1220. n. 59. — « LEVIATHAN COLVBER. »

2558. — *Apud Vrbemveterem 16 Iulii.* « Vniversis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis. » Notum facit se Praemonstratense monasterium et omnes eiusdem ordinis ecclesias a praestatione vicesimae pro subsidio Terrae Sanctae absolvisse. Apud Vrbemveterem XVII. Kal. Aug. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 831. fol. 205.* — « FELICIS MEMORIE. »

2559. — *Apud Vrbemveterem 17 Iulii.* Monasterio Ottenburano incorporationem parochiae ad S. Petrum confirmat. Apud Vrbemveterem XVI. Kal. Aug. anno quarto. — *Lang Regesta II. 106; Potthast 551. n. 6306.*

2560. — *Apud Vrbemveterem 17 Iulii.* Augustensi capitulo confirmat donationem ecclesiarum parochialium de Attenhusen, Annenhusen et Holzheim per Eberhardum Salzburgensem archiepiscopum et Augustanum olim praepositum cum consensu Vdescalci episcopi factam. Apud Vrbemveterem XVI. Kal. Aug. anno quarto. — *Lang l. c. 106; Potthast 551. n. 6307.*

2561. — *Apud Vrbemveterem 18 Iulii.* « B. Capellano nostro Apost. Sedis Legato. » Vt C. Doliensi episcopo aetate et infirmitatibus nimis gravato licentiam concedat cedendi episcopatum, et, cessione recepta, capitulo ecclesiae Doliensis iniungat ut per electionem canonicam de persona idonea in pastorem sibi provideant. Apud Vrbemveterem XV. Kal. Aug. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 832. fol. 205; Horoy H-i opp. omn. III. 479. n. 181. ex mss. du Theil.* — « VENERABILIS FRATER. »

2562. — *Apud Vrbemveterem 18 Iulii.* « Priori Sancti Zenonis Pisane diocesis. » Ad preces abbatis et conventus Montis Christi, mandat ut ad eorum conventum accedat, ibique visitationis officium impendat, reformans ibidem quae correctione et reformatione indigent. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem XV. Kal. Augusti anno quarto). — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 833. fol. 205.* — « DILECTI FILII. »

2563. — *Apud Vrbemveterem 19 Iulii.* « Abbati et Conventui Sancti Nychasii Remensibus. » Concedit eis ut in parrochiis ad eorum monasterium in temporalibus pertinentibus, ubi veteres decimas ad eos spectantes possident, novalium decimas percipiant. Apud Vrbemveterem XIIII. Kal. Aug. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 826. fol. 204; Horoy H-i opp. omn. III. 480. n. 182. ex mss. du Theil.* — « SVPRA CATHEDRAM. »

2564. — *Apud Vrbemveterem 20 Iulii.* « Archiepiscopo Ianuensi. » Ne crucesignatos a voto absolvat et pecuniam quam habet de redemptione votorum et de vicesima consignet episcopo Lausanensi per eum vel per alium virum idoneum et fidelem P(elagio) Albanensi episcopo Ap. Sedis Legato assignandam. Apud Vrbemveterem XIII. Kal. Aug. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 827. fol. 204.* — « CREBRIS PVLSATI. »

2565. — *Apud Vrbemveterem 21 Iulii.* « Archiepiscopis et episcopis per Hyspaniam (*in e. l.* Ispania) constitutis. » Iniungit, compescant clericos qui extorquere nituntur medietatem bonorum quae Praemonstratensi ordini relinquuntur. Apud Vrbemveterem XII. Kal. Aug. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 828. fol. 204; Horoy H-i opp. omn. III. 482. n. 184.* — « DILECTI FILII. »

2566. — *Apud Vrbemveterem 21 Iulii.* « Episcopo Lemovicensi, de Boscheto Cisterciensis ordinis et Sancti Theofredi Abbatibus Claromontensis et Aniciensis

diocesum. » Cum in ecclesia Brivatensi Claromontensis dioecesis, vacante praepositura, capitulum tres de capitulo ipso assumpserit qui vota exquirerent singulorum ut ille demum praepositus haberetur in quem omnes vel maior et sanior pars conveniret: et cum antequam scrutinium factum esset abbas eiusdem loci, non requisitis voluntatibus singulorum nec revocata potestate tribus concessa, P. nepotem suum nondum in sacris ordinibus constitutum, nec scientia nec aliis meritis suffultum in praepositum nominavit; eisdem praecipit ut inquirant super electione memorati P. et si eis constiterit praedicta esse vera, electionem ipsam irritam et inanem esse denuntient, ac eis qui electionem huiusmodi facere praesumserunt eligendi hac vice potestate privatis, faciant ab aliis canonicis qui circa hoc non deliquerunt, ipsi ecclesiae de praeposito per electionem provideri. Apud Vrbemveterem XII. Kal. Aug. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 839. fol. 207; Horoy H-i opp. omn. III. 480. n. 183. ex mss. du Theil.* — « DILECTVS FILIVS. »

2567. — *Apud Vrbemveterem 21 Iulii.*
Archiepiscopis et episcopis inhibet ne canonicos Praemonstratensis ordinis in parochialibus ecclesiis commorantes et ad claustrum suum a suis abbatibus revocatos in dictis ecclesiis retinere praesumant. Apud Vrbemveterem XII. Kal. Aug. anno quarto. — *Le Paige Bibl. Praemonstr. 652; argum. in Indice de los docum. I. 1. 87. n. 66; Potthast 551. n. 6308.* — « DILECTI FILII ABBAS. »

2568. — *Apud Vrbemveterem 21 Iulii.*
Capitulum Augustense cum omnibus bonis protegendum suscipit, specialiter autem ecclesias de Attenburen (Attehusen *Lang*), Annenusen (Annenhusen *L.*), Holzhaim (Holzhaimen *L.*) et Lebzingen a b. mem. H(ildebrando) Augustensi praeposito pia liberalitate ei concessas eidem confirmat. Apud Vrbemveterem XII. Kal. Aug. anno quarto. — *Mon. Boica XXXIII. 1. 59; cf. Lang Regesta II. 108; Potthast 551. n. 6309; Horoy H-i opp. omn. III. 483. n. 185.* — « CVM A NOBIS. »

2569. — *Apud Vrbemveterem 21 Iulii.*
Privilége accordé aux moines de l'abbaye du Parc par le pape H. et en vertu duquel on ne pouvait leur infliger de punition que dans le monastère. Apud Vrbemveterem XII. Kal. Aug. anno quarto. — *Sanderus abbatia Parchensis 20; eiusdem Chorographia sacra Brabantiae I. 75; De Paepe Summaria chronol. ecclesiae Parchensis 78 teste Wauters Table chronologique III. 356; Potthast Append. p. 2090. n. 6309a.-26062.*

2570. — *Apud Vrbemveterem 22 Iulii.*
« I(ohanni) tituli Sancte Praxedis presbytero Cardinali Apost. Sedis Legato. » Concedit ei ut magistro et fratribus hospitalis sancti Sansonis, ad hospitalitatem melius servandam, cui toto studio et desiderio impendunt, totam vel partem vicesimae possit remittere. Apud Vrbemveterem XIIII. Kalendas Augusti anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 841. fol. 208.* — « DILECTI FILII. »

2571. — *Apud Vrbemveterem 23 Iulii.*
« Abbati et Conventui Sancti Albani. » Mandat ut praebendam per obitum I. nepotis G. sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconi Cardinalis vacantem ea puritate qua eos decet personae idoneae conferant. Apud Vrbemveterem X. Kal. Aug. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 838. fol. 207.* — « QVIA TAM AD VESTRVM. »

2572. — *Apud Vrbemveterem 23 Iulii.*
« Episcopo Dragonariensi, Abbati Terre maioris Civitatensis diocesis et Archidiacono Troiano. » Vt si archiepiscopus Beneventanus mandatum apostolicum adimplere neglexerit super confirmatione archidiaconi ecclesiae Lucerinae qui a capitulo eiusdem ecclesiae electus fuerat in pastorem, dummodo electio de persona idonea et canonice

celebrata fuerit, eam ipsi confirment, alioquin, ea cassata, faciant aliam personam eligere et munus ei consecrationis impendant. Apud Vrbemveterem X. Kalendas Augusti anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 842. fol. 208.* — « Ex parte dilectorvm. »

2573. — *Apud Vrbemveterem 23 Iulii.*
« Rosanensi Archiepiscopo. » Ad id super quo is Papam consulebat, videlicet « cum quidam Greci tue diocesis filiis suis nondum annum septimum contingentibus quasdam puellas innubiles affidarint, et ipsi dictis puellis nec desponsatis nec cognitis infra annos innubiles decedentibus in etate legitima constituti cum aliis legitime contraxerunt, taliter respondemus quod inter ipsos et puellas predictas inter quos nec etiam fuerunt sponsalia celebrata matrimonium nullum fuit. » Apud Vrbemveterem X. Kal. Aug. anno quarto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 844. fol. 208.* — « Ad id svper qvo. »

REGESTA

DOMINI HONORII PAPAE III

ANNVS QVINTVS

[1220-1221]

[An. 1220]

2574. — *Apud Vrbemveterem 24 Iulii.*
« (Pelagio) Albanensi episcopo Apost. Sedis Legato. » Enumerat pecuniae summas, quas et per quos exactas ei transmisit in subsidium Terrae Sanctae, « ut taceamus quod decem et novem milia marcarum argenti dedimus pro navibus Romanorum et quinque milia librarum proveniensium pro armis et victualibus eorum deferendis ad portum ac mille uncias tibi cum a nostra presentia discessisti. » Eum hortatur ne deficiat in laboribus, etenim Fridericus rex Siciliae in Romanorum imperatorem electus, licet variis obstaculis sive propria voluntate usque nunc detentus, circa festum beati Michaelis ad se venire proposuisse ut coronetur, ac deinde, auctore domino, in subsidium Terrae Sanctae erit sine dubio transfretaturus. Apud Vrbemveterem VIIII. Kal. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 1. fol. 1; Mss. Vallicell. I. 53; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. 11. 805; cf. Raumer Gesch. d. Hohenst. (ed. 2.) III. 180; Potthast 551. n. 6310; Rodenberg Ep. Sel. 88. n. 124.* — « A MEMORIA TVA. »

2575. — *Apud Vrbemveterem 24 Iulii.*
« Eidem. » Alias pecuniae summas per diversos viros ipsi transmissas enumerat. *Absque nota chronologica, sed aperte videtur, hanc epistolam conscriptam fuisse eodem die cum praecedente, cui coniuncta est.* — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 2. fol. 1.* — « CVM PRETER SVPRADICTA. »

2576. — *Apud Vrbemveterem 24 Iulii.*
« Episcopo, Decano et Capitulo Tullensibus. » Sexagenarium praebendarum numerum in quinquagenarium per eos redactum confirmat. Apud Vrbemveterem VIIII. Kal. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 3. fol. 1; Horoy H-i opp. omn. III. 485. n. 1.* — « CVM A NOBIS. »

2577. — *Apud Vrbemveterem 24 Iulii.*
« Burgensi episcopo, Abbati de Oliva et decano Toletano. » Episcopum Burgensem Oxomensi episcopo surrogat Papa in inquisitione facienda contra episcopum Conchensem, prohibens item quominus praedictus Conchensis episcopus ad Curiam venire impediatur. Apud Vrbemveterem VIIII. Kal. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat.*

lib. 5. epist. 6. fol. 2. — « NEGOTIVM INQVISITIONIS. »

2578. — *Apud Vrbemveterem 24 Iulii.*
« Sancti Mansueti Tullensis et Sancti Naboris Metensis diocesis Abbatibus. » Hii deputantur visitatores et correctores monasterii Gorziensis ad petitionem abbatis, donec a communi capitulo provinciae Treverensis de aliis visitatoribus sit provisum. Apud Vrbemveterem VIIII. Kal. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 7. fol. 2; Horoy H-i opp. omn. III. 486. n. 2.* — « SVA NOBIS... ABBAS. »

2579. — *Apud Vrbemveterem 27 Iulii.*
« Potestati et Populo Ianuensibus. » Hortatur eos ne desistant a subsidio Terrae Sanctae, quamvis de Damiata capta per Christianos non sit ob aliquorum aviditatem dispositum a rege Ierosolimitano sicut ipsi volebant. « Nos tamen considerantes statum temporis, nec volentes hoc tempore facere scissuram aliquam in exercitu christiano, dissimulamus ad presens omnia supradicta, provisuri aliter, cum fuerit opportunum. » Apud Vrbemveterem VI. Kal. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 10. fol. 3; Mss. Vallicel. I. 53. et I. 51. p. 453; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1220. nn. 16. et 54; Rodenberg Ep. Sel. 91. n. 125.* — « LIBENTER RECEPIMVS. »

2580. — *Apud Vrbemveterem 28 Iulii.*
« Magistro Conrado capellano et penitentiario nostro scolastico Maguntino. » Ei mandat quatinus si hactenus diligenter, nunc diligentius ad praedicationem crucis incessanter intendat, praesertim cum ex litteris Albanensis episcopi Ap. Sed. Legati acceperit, Caliph de Baldac (Bacdat, *Potth.*) gentem suam in succursum saracenorum qui sunt in partibus Damiatae excitasse. Apud Vrbemveterem V. Kal. Aug. anno (quarto *sed leg.*) quinto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 843. fol. 208; Böhmer Acta Imper. II. 653. n. 943; Potthast 551. n. 6311. (24-28 Iulii); Rodenberg Epist. Select. 92. n. 126.* — « FAMA REFERENTE. »

2581. — *Apud Vrbemveterem 28 Iulii.*
« Archiepiscopis et episcopis per Hispaniam (*in e. l.* Ispania) constitutis. » Mandat, compescant clericos ne ultra portionem canonicam pro defunctorum exequiis fratres ordinis Praemonstratensis molestent. Apud Vrbemveterem V. Kal. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 5. fol. 2.* — « DILECTI FILII. »

2582. — *Apud Vrbemveterem 28 Iulii.*
« Episcopo, decano et sacriste Gracionopolitanis. » Vt P. de Sancto Albino orbato luminibus faciant de victualibus provideri per capitulum Tarentasiense cum pro aliis necessitatibus suis ab ecclesia Montis Iovis congruam provisionem annuatim iam recipiat. Apud Vrbemveterem V. Kal. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 8. fol. 2.* — « CVM BONE MEMORIE. »

2583. — *Apud Vrbemveterem 28 Iulii.*
« Plebano Sancti Pauli de Venetiis. » Si verum est N. quondam plebis sancti Martini de Sacco Paduanae dioecesis clericum in minoribus ordinibus constitutum uxorem duxisse, praecipit Papa ut praebenda, quam ipse tenet in dicta ecclesia, aliae personae idoneae conferatur. Apud Vrbemveterem V. Kal. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 11. fol. 3.* — « AD NOSTRAM NOVERIS. »

2584. — *Apud Vrbemveterem 28 Iulii.*
« Clericis Sancti Stephani in Celyo Monte. » Ad preces Octonis fratris sanctae Mariae in Ierusalem mandat ut formam ad ecclesiam sanctae Mariae in Dompnica pertinentem eidem ecclesiae restituant, quum fratres dicti hospitalis cui, eamdem concessit,

sine forma tuti valeant permanere. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem V. Kal. Aug. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 12. fol. 3.* — « DILECTVS FILIVS. »

2585. — *Apud Vrbemveterem 28 Iulii.*
Canonicis Spalatensibus terras, quas (Andreas) Vngariae rex infra muros civitatis Salonae eis donavit, auctoritate apostolica confirmat. Apud Vrbemveterem V. Kal. Aug. anno quinto. — *Farlati Illyr. sacr. III. 248; Katona Hist. crit. V. 356; Fejér Cod. dipl. III. 1. 292; Potthast 552. n. 6312; Horoy H-i opp. omn. III. 487. n. 3.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

2586. — *Apud Vrbemveterem 29 Iulii.*
Capitulo Spalatensi, significat, se, cum in (Guncellum) fratrem hospitalis s. regis Stephani de ordine Cruciferorum contulerint vota sua, licet electiones fratrum huiusmodi sedes apostolica non admittat et « quia sex electis ad Spalatensem Ecclesiam nullus illorum propter nimiam paupertatem eiusdem suscipere voluit eius curam, » hanc electionem septimam duxisse tolerandam et (Roberto) Vesprimiensi episcopo dedisse in mandatis, ut, si viderit « quod per dictum fratrem eidem ecclesiae utiliter consulatur, » electionem factam de ipso confirmet, et ei postmodum munus consecrationis impendat. Apud Vrbemveterem IV. Kal. Aug. anno quinto. — *Farlati l. c. 247; Katona l. c. 334; Fejér l. c. 292; Potthast 552. n. 6313; Horoy H-i opp. omn. III. 490. n. 6.* — « LICET IN DILECTVM. »

2587. — *Apud Vrbemveterem 29 Iulii.*
Canonicis Spalatensibus conventionem inter B(ernardum) archiepiscopum Spalatensem et clericos suae civitatis super variis articulis initam, quam « Ferentini XVI. Kal. Iulii anno 1206. pont. an. IX. » Innocentius III confirmaverat, denuo confirmat. Apud Vrbemveterem IV. Kal. Aug. anno quinto. — *Farlati l. c. 247; Mon. Hung. hist. dipl. XI. 404; Potthast 552. n. 6314; Horoy H-i opp. omn. III. 489. n.. 5.* — « IN LITTERIS BONAE. »

2588. — *Apud Vrbemveterem 29 Iulii.*
Capitulum Parisiense laudat, quod ad mandatum papale fratribus ordinis Praedicatorum liberaliter permiserint, ut in capella s. Iacobi quam habent Parisius celebrent divina et coemeterium habeant; rogat eosdem et hortatur, ut continuantes gratiam erga illos ipsos favorabiliter foveant. Apud Vrbemveterem IV. Kal. Aug. anno quinto. — *Guérard Cartul. de l'égl. Notre-Dame de Paris II. 392; Potthast 552. n. 6315; Horoy H-i opp. omn. III. 488. n. 4.* — « GAVDEMVS IN DOMINO. »

2589. — *Apud Vrbemveterem 30 Iulii.*
« Abbati et conventui Casemarii. » Mandat ut Willelmo fratri et monacho eorum, qui pro monasterio efficaciter et utiliter insudavit, congruum locum in infirmitorio assignent et ad sedulum eius obsequium fratrem idoneum deputent. Apud Vrbemveterem III. Kal. Aug. anno tertio. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 9. fol. 3.* — « CVM DILECTVS FILIVS. »

2590. — *Apud Vrbemveterem 31 Iulii.*
« Archiepiscopis et episcopis, Abbatibus, Prioribus ac aliis ecclesiarum prelatis et omnibus Christi fidelibus per Yberniam constitutis. » Nuntiat se de latere suo magistrum Iacobum capellanum et poenitentiarium suum eis ut Ap. Sed. Legatum mittere: hilariter ergo eum recipiant ac honeste pertractent. Apud Vrbemveterem II. Kal. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 13. fol. 3; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 455; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 46; Theiner Mon. Hibern. 15. n. 35; Potthast 552. n. 6316; Horoy H-i opp. omn. III. 491. n. 7.* — « APOSTOLATVS OFFICIVM. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum episcopis et aliis ecclesiarum prelatis per Scotiam constitutis.

2591. — *Apud Vrbemveterem 31 Iulii.*
« Illustri regi Scotie. » Vt supradicto magistro Iacobo Sedis Apostolicae Legato

in partibus suis constituto consilium et auxilium impendat. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem II. Kal. Aug. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 14. fol. 4; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 46; cf. Potthast l. c.* — « APOSTOLATVS OFFICIVM. »

In e. m. scriptum est Regi Vlconie, Corcaie, Limrith, Connatie, Insularum, cuilibet per se. — *Cod. Vat. l. c.; cf. Potthast l. c.*

2592. — *Apod Vrbemveterem 31 Iulii.*

Magistris Rufino decretorum doctori, Vernatio Tarvisino et Amatori Senensi canonicis Bononiae commorantibus mandat, ut causam archipresbyteri et capituli Bononiensium conquerentium, quod « quidam monachi et conversi Pomposienses se in quasdam parochiales ecclesias in plebatibus diocesis Bononiensis existentes eis irrequisitis intrudere ac in eis divina officia celebrare praesumunt contra Lateranensis statuta concilii in eorum praeiudicium et gravamen » audiant et terminent. Apud Vrbemveterem II. Kal. Aug. anno quinto. — *(Sartius) De Archigymn. Bonon. profess. I. 11. 115; Potthast 552. n. 6317.* — « SVAM AD NOS. »

2593. — *Apud Vrbemveterem (mens. Iulii).*

(Vgrino) Colocensi archiepiscopo significat, se comperisse, (Andream) regem Vngariae alienationes quasdam fecisse in praeiudicium regni sui et contra regis honorem; se eidem mandare, ut alienationes praedictas non obstante iuramento, si quod fecerit de revocandis eisdem, studeat revocare, « cum teneatur et in sua coronatione iuraverit, iura regni sui et honorem coronae illibata servare. » Apud Vrbemveterem. (sine signo chronologico.) — *Epist. decret. H-i III. lib. 2. tit. 15.* De iureiur. *c. 3. ed. Cironius 143; int. Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 24.* De iureiur. *c. 33. ap. Boehmer Corp. II. 348; ap. Richter Corp. II. 359; Katona Hist. crit. V. 338; Fejér Cod. dipl. III. 1. 294; Horoy H-i opp. omn. III. p. 161; Potthast 552. n. 6318. (in fine mensis Iulii); Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. II. tit. XXIV. c. XXXIII. p. 373.* — « INTELLECTO IAM DVDVM. »

2594. — *Apud Vrbemveterem 3 Augusti.*

« Priori de Beham, (Deben, *Decr. Greg.*) decano de Dalinton (Calin. *D. G.*) et F. canonico Sancte Marie de Hastinges Cicestrensis diocesis. » Mandat ut fructus ecclesiae de Bercueia (Bethusia, *D. G., Potth.* Bertucia) usque ad decisionem litis quae est inter R. rectorem eiusdem ecclesiae et abbatem et conventum de Colecestria (Cisteria, *D. G.*, Cestria *Potth.*) Londoniensis dioecesis sequestrari faciant. Apud Vrbemveterem III. Non. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 4. fol. 2; Decret. Honorii III. lib. 2. tit. 10.* De sequestr. possession. *c. 1. ed. Cironius 123; Decret. Gregorii IX. lib. 2. tit. 17.* De sequestr. possess. *c. 2; ap. Boehmer Corp. II. 281. ad an. 1220; Richter Corp. II. 294; Potthast 667. n. 7754. (absque nota chronologica); Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. II. tit. XVII. c. II. p. 304.* — « DILECTVS FILIVS R. »

2595. — *Apud Vrbemveterem 3 Augusti.*

« R(ainerio) Sancte Marie in Cosmidin Diacono Cardinali. » Constituit eum in spiritualibus et temporalibus Rectorem Ducatus Spoletani. Apud Vrbemveterem III. Non. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 15. fol. 4; Mss. Vallicel. I. 53; Theiner Cod. dipl. dom. temp. S. Sedis I. 56. n. 82; Potthast 552. n. 6319; Horoy H-i opp. omn. III. 493. n. 8.* — « ET SI IVXTA VERBVM. »

2596. — *Apud Vrbemveterem 3 Augusti.*

« Clero et populo civitatis et diocesis Cassellensis. » Cum eorum archiepiscopus constitutus in itinere ad Sedem Apostolicam veniendi apud Cistercium infirmitatem gravissimam incurrisset, ac timens mortis periculum habitum ordinis Cisterciensis su-

scepisset, mandat ut eidem archiepiscopo, cum monachalis habitus et pontificalis dignitas non repugnent, obediant. Apud Vrbemveterem III. Non. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 25. fol. 7.* — « VENERABILIS FRATER. »

2597. — *Apud Vrbemveterem 4 Augusti.*

« Episcopo Perusino et Abbati de Galliata Popliensis (Populiensis, *Horoy: sed lege rectius*, Populoniensis) diocesis. » Mandat, compositionem inter Camaldulenses et episcopum Aretinum super iure patronatus et iure dioecesani in ecclesia Camaldulensium factam et confirmatam observari faciant. Apud Vrbemveterem II. Non. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 18. fol. 5; Horoy H-i opp. omn. III. 495. n. 11.* — « OLIM CORAM. »

2598. — *Apud Vrbemveterem 5 Augusti.*

« (Conrado) Episcopo Metensi imperialis aule cancellario. » Mandat ei ut Raynaldum Munaldi, subdiaconum et capellanum Papae, benigne recipiat et honeste pertractet, eique vice Alatrini subdiaconi et capellani eiusdem Papae, cuius de absentia dubitat quia nihil super hoc nec ab eo nec ab Alatrino supradicto receperit, terram comitissae Matildis secundum mandatum regium nomine Romanae Ecclesiae assignet et restituat. Apud Vrbemveterem Nonis Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 16. fol. 4; Mss. Vallicell. I. 53; Theiner Cod. dipl. dom. temp. S. Sedis I. 56. n. 83; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. 11. 815; Potthast 552. n. 6320; Horoy H-i opp. omn. III. 497. n. 12; Rodenberg Ep. Sel. 94. n. 128.* — « TVA SICVT CREDIMVS. »

2599. — *Apud Vrbemveterem 5 Augusti.*

« Episcopo Pennensi. » Cassata electione ab Aprutino capitulo facta de eorum episcopo, mandat ut iniungat eidem capitulo quod infra octo dies per electionem canonicam personam idoneam in pastorem sibi eligant. Apud Vrbemveterem Nonis Augusti anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 17. fol. 4.* — « APRUTINA ECCLESIA. »

2600. — *Apud Vrbemveterem 6 Augusti.*

« Fratri Aymaro thesaurario Domus Militie Templi Parisiensis. » Arguit eum quia sine Papae mandato transmisit tredecim milia marcharum argenti in subsidium Terrae Sanctae, « cum Terra predicta competens a nobis hucusque recepisset subsidium, et pro necessitate ipsius evacuaverimus cameram nostram. » Mandat insuper nihil de cetero de vicesima transmittat nisi de novo super hoc a Papa mandatum speciale receperit. Apud Vrbemveterem VIII. Id. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 19. fol. 5; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 57; Bouquet Rec. XIX. 705; Potthast 552. n. 6321; Horoy H-i opp. omn. III. 498. n. 13.* — « NVMQVID NON EX CAVSA. »

2601. — *Apud Vrbemveterem 6 Augusti.*

« Eidem (Magistro Iacobo capellano et penitentiario nostro Apost. Sedis Legato). Mandat ut bona ecclesiastica quae in Ybernia illicite alienata et distracta repererit, ad ius et proprietatem ecclesiarum revocet. Apud Vrbemveterem VIII. Idus Augusti anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 23. fol. 6; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 46.* — « CVM SPECIALITER. »

2602. — *Apud Vrbemveterem 6 Augusti.*

« Eidem. » Iniungit ut irritum et inane declaret statutum a quibusdam Anglicis factum, quo clerici de Hibernia prohibebantur quominus ad aliquam ecclesiasticam digni-

tatem assumerentur, dictosque clericos quibus vitae et scientiae merita suffragantur denuntiet ad ecclesiasticas dignitates, si electi canonice fuerint, libere esse admittendos. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem VIII. Id. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 24. fol. 6; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 46; Theiner Mon. Hibern. 16. n. 36; Potthast 552. n. 6323; Horoy H-i opp. omn. III. 499. n. 14.* — « PERVENIT AD AVDIENTIAM. »

2603. — *Apud Vrbemveterem 6 Augusti.*

Monasterium Montis S. Mariae in Valle Venusta ord. S. Ben. sub b. Petri et sua protectione suscipit. (Apud Vrbemveterem) VIII. Id. Aug. (anno quinto) — *Eichhorn Episc. Curiens. 299; Potthast 552. n. 6322.*

2604. — *Apud Vrbemveterem 7 Augusti.*

« Magistro Iacobo capellano et penitentiario nostro Apostolice Sedis Legato. » Mandat ut causam inter priorem et conventum s. Andreae de Scotia ex parte una, et episcopum suum et quosdam clericos de sancto Andrea qui Keledei vulgariter appellantur, ac magistros H. de Meleburne, Adam Ovidium, Adam de Scone episcopum Dublanen. et alios ex altera, super ecclesiis, possessionibus, iurepatronatus, iniectione manuum violenta in quosdam ipsorum et rebus aliis vertitur, audiat et decidat. Apud Vrbemveterem VII. Id. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 20. fol. 5; Mss. Vallicel. I. 53; Theiner Mon. Hibern. 16. n. 37; Potthast 553. n. 6324; Horoy H-i opp. omn. III. 500. n. 15.* — « EX PARTE DILECTORVM. »

2605. — *Apud Vrbemveterem 8 Augusti.*

« Dunkeldensi episcopo, magistro Iacobo capellano et penitentiario nostro Apost. Sedis Legato et Abbati de Dumfermelin Sancti Andree diocesis. » Causam appellationis inter priorem sancti Andreae de Scotia ex parte una et episcopum suum ex altera vertentem super iniuriis et oppressionibus quibus dictus episcopus ipsum abbatem et suos affligebat, audiant et decidant. Apud Vrbemveterem VI. Id. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 21. fol. 6; Theiner l. c. n. 39. (9 Aug.); quem secuti sunt Potthast 553. n. 6326. et Horoy H-i opp. omn. III. 502. n. 18.* — « OBLATA NOBIS DILECTI. »

2606. — *Apud Vrbemveterem 8 Augusti.*

« Magistro Iacobo Capellano et penitentiario nostro Apost. Sedis Legato. » Referente archiepiscopo Cassellensi mandat ut consuetudinem quamdam sive potius corruptelam Anglorum contra Ybernienses in iudiciis circa testium admissionem abroget, ac eosdem Anglos per censuras ecclesiasticas compescat, quia divitum causae et pauperum equa lance sunt in iudicio examinandae. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem VI. Id. Aug. anno quinto.) — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 22. fol. 6; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 46; Theiner l. c. n. 38; Decret. H-i III. lib. I. tit. 3.* De consuetud. *c. 3. ed. Cironius 26; Potthast 553. n. 6325; Horoy H-i opp. omn. III. 501. n. 16.* — « VENERABILIS FRATER. »

2607. — *Apud Vrbemveterem 8 Augusti.*

« I(ohanni) tituli Sancte Praxedis Presbytero Cardinali Apost. Sed. Legato. » Vt de ecclesiis quas Graeci patriarchae tempore scismatis in archiepiscoporum et episcoporum dioecesanorum praeiudicium indifferenter, statuto sibi censu in ipsis annuo, exemerunt, statuat prout viderit expedire, et monachos graecos et heremitas propter inobedientiam sententia suspensionis et excommunicationis ligatos, manuali promissione

recepta, temporum et locorum circumstantiis inspectis, si poterit severitati aliquid detrahi, absolvat. Apud Vrbemveterem VI. Id. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 30. fol. 8; Horoy H-i opp. omn. III. 494. n. 9. (II. Id. 3! Aug.).* — « QVID STATVI. »

2608. — *Apud Vrbemveterem 9 Augusti.*

« R(aynaldo Munaldi) Subdiacono et Capellano nostro. » Praecipit ei ut (Conradum) episcopum Metensem conveniat, eique exponat in excommunicationis sententiam incurrisse eo quod in Terrae Sanctae subsidium nondum transfretaverit, eumque inducat ad beneficium absolutionis accipiendum, ac praesertim terram ab eo comitissae Matildis Sedi Apostolicae resignandam repetat. Apud Vrbemveterem V. Id. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 34. fol. 8; Theiner Cod. dipl. Dom. temp. S. Sedis I. 57. n. 84; cf. Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. 11. 816; Potthast 553. n. 6327; Horoy H-i opp. omn. III. 501. n. 17; Rodenberg Ep. Sel. 95. n. 129.* — « PRESENTIVM TIBI. »

2609. — *Apud Vrbemveterem 10 Augusti.*

« Preposito et Capitulo Sancti Stephani in Brolio Mediolanensibus. » Vt Iohannem pauperem clericum ad praebendam in eorum ecclesia admittant cum Mediolanensis archiepiscopus in partibus transmarinis existens dudum apud Sedem Apostolicam constitutus Hugoni Cimiliarchae Mediolanensi vicario suo dederit suis litteris in mandatis ut eidem aliquod beneficium conferret. Apud Vrbemveterem IIII. Id. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 27. fol. 7.* — « CONSTITVTVS IN PRESENTIA. »

2610. — *Apud Vrbemveterem 11 Augusti.*

« Iohanni regi Ierosolimitano illustri. » Sub anathematis poena districtissime prohibet ne praesenti tempore, dum alii pro fide Christiana decertant, ipse quieti vacet vel christianorum exercitum dissipet sive contra regem Armeniae, ut quidam somniant, sive in quoslibet alios christianos arma moveat, sed P(elagio) Albanensi episcopo intendens studeat « quod commune populi christiani negotium desideratum largiente Domino consequatur effectum. » Apud Vrbemveterem III. Id. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 26. fol. 7; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 55; Potthast 553. n. 6329; Horoy H-i opp. omn. III. 504. n. 20; Rodenberg Ep. Sel. 95. n. 130.* — « AVDIVIMVS TE SECESSISSE. »

2611. — *Apud Vrbemveterem 11 Augusti.*

« Archiepiscopis et episcopis regni Vngarie. » Vt I(olantham) reginam Vngariae, iam sub Apostolicae Sedis protectione receptam, si forte A(ndream) virum eius ante ipsam mori contingerit, cum omnibus suis bonis et possessionibus defendant. Apud Vrbemveterem III. Id. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 31. fol. 8; Mss. Vallicell. I. 53; Fejér Cod. dipl. III. 1. 294; Theiner Mon. Hungar. I. 24. n. 40; Potthast 553. n. 6328; Horoy H-i opp. omn. III. 504. n. 19.* — « CVM CARISSIMAM. »

2612. — *Apud Vrbemveterem 11 Augusti.*

« Preposito Liceke Brandeburgensis diocesis et magistro A. Sancti Sebastiani et A. de Dum̃esleve Sancti Nicholai canonicis Magdeburgensibus. » Mandat hiis ut de Iohanne milite, qui cum in puerili esset aetate constitutus minis et terroribus patris durisque magistri verberibus coactus subdiaconatus ordinem suscepit et deinde uxorem duxit viduam et filios procreavit, statuant quod secundum Deum viderint statuendum. Apud Vrbemveterem III. Id. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 33. fol. 8;*

Horoy H-i opp. omn. III. 495. n. 10. (3 vel 11 Augusti). — « IOHANNE MILITE. »

2613. — *Apud Vrbemveterem 11 Augusti.*

« R(ainerio) Sancte Marie in Cosmidin diacono Cardinali. » Indulget ut quamdiu semotus est a praesentia Papae condere possit testamentum. Apud Vrbemveterem II. Id. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 32. fol. 8.* — « PRECIBVS TVIS. »

2614. — *Apud Vrbemveterem 12 Augusti.*

« Priori et Conventui de Balneolis. » Eorum monasterium ab Herveo comite Nivernensi et a Mattilde (sic) uxore eius fundatum sub beati Petri protectione suscipit, et donationes illis ab ipso Herveo factas confirmat. Apud Vrbemveterem II. Id. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 38. fol. 9; Horoy H-i opp. omn. III. 505. n. 21.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

2615. — *Apud Vrbemveterem 12 Augusti.*

« Priori et fratribus de Balneolis. » Observantias praeter regulam beati Benedicti, quae in monasterio Vallis caulium observantur, confirmat. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem II. Id. Aug. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 39. fol. 9; Horoy H-i opp. omn. III. 506. n. 22.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

2616. — *Apud Vrbemveterem 12 Augusti.*

« Dominico Petri Archipresbytero de Talavera. » Recipit eum sub protectione Sedis Apostolicae una cum omnibus suis bonis ac praesertim archipresbyteratum suum ipsi confirmat. Apud Vrbemveterem III. Id. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 81. fol. 17.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

2617. — *Apud Vrbemveterem 13 Augusti.*

« Episcopo Palentino. » Vt parrochias suae dioecesis, vocatis quos viderit vocandos, provida deliberatione praemissa, cum capituli sui assensu limitare valeat. Apud Vrbemveterem Idib. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 28. fol. 7.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

2618. — *Apud Vrbemveterem 13 Augusti.*

« Vlrico Wrcinensi preposito Marchionis Misnensis capellano. » Cum eo a patre soluto et a matre soluta genito super defectu natalium dispensat, ita tamen ut si ad episcopalem dignitatem ipsum vocari contigerit, illam non recipiat absque Apostolicae Sedis licentia. Apud Vrbemveterem Idib. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 36. fol. 9.* — « SVPPLICASTI NOBIS. »

2619. — *Apud Vrbemveterem 14 Augusti.*

« Clericis et laicis Masse Fiscalie vestrisque successoribus. » Privilegium Benedicti Papae (X, anno 1059 concessum) super Massa Fiscalia et plebe sancti Vitalis confirmat, ita tamen ut pro annuo censu solvant Ecclesiae Romanae boum par unum vel solidos denariorum numero viginti quales ibidem currunt et spatulas de porcis numero sexaginta. Idem privilegium de verbo ad verbum refertur. Dat. apud Vrbemveterem per manum Willelmi Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarii XVIIII. Kalendas Septembris Indictione VIII. Incarnationis Dominicae anno MCCXX. Pontif. vero Honorii PP. III. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 460. fol. 91; Mss. Vallicell. I. 53; Theiner Cod. Dipl. dom. temp. S. Sedis I. 57. n. 85; Potthast 553. n. 6330; Horoy H-i opp. omn. III. 506. n. 23. (XVIII Kalendas Septembris).* — « IN AVTENTICO BONE. »

2620. — *Apud Vrbemveterem 18 Augusti.*

« P(andulfo) Norwicensi electo camerario nostro Apost. Sedis Legato. » Eum rogat et monet ut negotiis regis et regni Angliae diligenter intendens, pacem ibidem omnimode conservandam curet: denarium autem sancti Petri et censum Ecclesiae Romanae debitum et vicesimam exigi faciat, cum « nuper quidquid habuimus in Camera miserimus in subsidium Terre Sancte propter quod multis tenemur debitis obligati. » Quam omnem pecuniam, sui sigilli munimine consignatam, deferat de Anglia et Parisius apud Templarios et Hospitalarios caute deponat. Apud Vrbemveterem XV. Kal. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 35. fol. 8; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. nn. 44. 46; Mss. Vallicell. I. 51. p. 457; Theiner Mon. Hibern. 17. n. 40; Potthast 553. n. 6331; Horoy H-i opp. omn. III. 508. n. 25.* — « QVOD SICVT PER TVAS. »

2621. — *Apud Vrbemveterem 18 Augusti.*

« Attrebatensi episcopo. » Vt A. militem de sancto Leodegario Attrebatensis dioecesis et uxorem eius, quam pater eiusdem militis de sacro fonte levavit, et qui per annos triginta una cohabitantes plures filios et filias procreaverunt, « si eius etatis existant quod de lapsu carnis minime timeatur eos promittentes se continentiam servaturos libere simul habitare permittas. Alioquin cum absque adulterii nota carnaliter commisceri non possent, omni contradictione et appellatione cessante auctoritate nostra facias a domo et thoro ab invicem separari, » iniuncta eis nihilominus super tanto commisso poenitentia competenti. Apud Vrbemveterem XV. Kal. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 37. fol. 9; Horoy H-i opp. omn. III. 507. n. 24.* — « TVIS NOBIS LITTERIS. »

2622. — *Apud Vrbemveterem 18 Augusti.*

« Archiepiscopo Calaritano. » Datur ei facultas consecrandi suos suffraganeos non obstante interdicto ecclesiastico cui nunc sua provincia subest. Apud Vrbemveterem XV. Kal. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 41. fol. 10.* — « FRATERNITATIS TVE. »

2623. — *Apud Vrbemveterem 18 Augusti.*

« Abbatisse monasterii Sancti Cerbonii Lucane diocesis. » Mandat ut B. monialem ab ipso monasterio sine rationabili causa eiectam recipiat, alioquin magistro Bandino et Toperto canonicis Pisanis dat in mandatis ut ipsam ad illius receptionem efficaciter inducant. Apud Vrbemveterem XV. Kal. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 43. fol. 10.* — « FATEMVR RELIGIOSIS. »

2624. — *Apud Vrbemveterem 18 Augusti.*

Abbati et priori S. Petri ad Montes et archidiacono Catalaunensi pro taxatione congruae portionis presbyterorum ecclesiarum parochialium Cluniacensis ordinis in provincia Remensi mandata dat. Apud Vrbemveterem XV. Kal. Sept. anno quinto. — *Bullar. ord. Cluniac. 105; Potthast 553. n. 6332.*

2625. — *Apud Vrbemveterem 19 Augusti.*

« Archiepiscopo Viennensi. » Vt electionem abbatis monasterii Cluniacensis, si canonice celebratam invenerit, confirmet, ipsique electo reverentiam et obedientiam debitam exhiberi faciat. Apud Vrbemveterem XIIII. Kal. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 29. fol. 7.* — « VACANTE CLVNIACENSI. »

2626. — *Apud Vrbemveterem 19 Augusti.*

« Priori et fratribus Dominici Sepulcri. » Eorum postulationibus annuens, ecclesiam

Dominici Sepulcri cum omnibus bonis ubilibet locorum consistentibus, quorum plurima nominatim recenset, sub protectione recipit, ac libertates, immunitates atque iura ipsis confirmat. Apud Vrbemveterem XIIII. Kal. Septembris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 49. fol. 12; Mss. Vallicell. I. 53; Nakielski Miechovia 136; cf. Grünhagen Regest. I. 109. n. 228; Potthast 553. n. 6333; Horoy H-i opp. omn. III. 509. n. 26.* — « EFFECTVM IVSTA POSTVLANTIBVS. »

2627. — *Apud Vrbemveterem 19 Augusti.*

« Patriarche Aquilegensi et Henrico canonico Civitatensi. » Vt Octonem pauperem scolarem qui olim cum multitudine aliorum puerorum crucem imprudenter assumpsit, absolvat. Apud Vrbemveterem XIII. Kal. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 52. fol. 13.* — « OCTO PAVPER SCOLARIS. »

2628. — *Apud Vrbemveterem 19 Augusti.*

« De Fontibus, Rievallis et Bellelandie Abbatibus Eboracensis diocesis. » Vt magistrum et fratres ordinis de Sempingham ab iis defendant qui eos molestant super quibusdam privilegiis circa res et ecclesias eorum, si ea legitima esse constiterit et ab Apostolica Sede indulta, salva moderatione concilii generalis, ut de terris post concilium generale ab ipsis acquisitis decimas solvant ecclesiis quibus ratione praediorum antea solvebantur. Apud Vrbemveterem XIIII. Kalendas Septembris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 67. fol. 15; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « EXHIBITA NOBIS. »

2629. — *Apud Vrbemveterem 20 Augusti.*

« Abbati et conventui Sancti Michaelis (ord. S. Ben.) Virdunensis diocesis. » Inhibetne de cetero eos, qui Cisterciensi ordini spontanea professione coniuncti sunt, inter monachos monasterii sui recipiant, nisi forsan praefatum monasterium eiusdem ordinis instituta receperit. Apud Vrbemveterem XIII. Kalendas Septembris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 42. fol. 10; Manrique Ann. Cisterc. IV. 210; Potthast 553. n. 6336. (25 Augusti); Horoy H-i opp. omn. III. 510. n. 27.* — « CVM REGVLARIS OBSERVANTIE. »

2630. — *Apud Vrbemveterem 20 Augusti.*

« Vniversis principibus tam ecclesiasticis quam mundanis per Teutoniam constitutis. » Quum Fridericus rex Siciliae in Romanorum Imperatorem electus ad subsidium Terrae Sanctae magnifice se accingat, eos rogat et hortatur, ac sub obtentu divinae et Apostolicae Sedis gratia districte mandat, quatinus illi qui cum ipso rege transibunt sic dimittere terram suam et illi qui remanebunt in terra sic agere studeant quod et regia iura interim quieta et illaesa consistant et in tota terra pax et tranquillitas conservetur. Apud Vrbemveterem XIII. Kal. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 63. fol. 14; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 16; cf. Huillard-Bréholles Hist. Dipl. I. II. 822; Potthast 553. n. 6334; Rodenberg Ep. Sel. 96. n. 131.* — « CVM KARISSIMVS IN CHRISTO. »

2631. — *Apud Vrbemveterem 20 Augusti.*

« De Kyrkestede, Revesbi et de Barlinges abbatibus Lincolniensis diocesis. » Vt privilegia ab Apostolica Sede concessa magistro et fratribus ordinis de Sempingham observari faciant. Apud Vrbemveterem XIII. Kal. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 51. fol. 12; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « DILECTI FILII. »

2632. — *Apud Vrbemveterem 20 Augusti.*

« (Egberto) Episcopo Babembergensi. » Ei, qui, spretis inhibitionibus et commonitionibus iam saepius ipsi a Papa factis, machinari contra Fridericum regem Siciliae in Imperatorem Romanorum electum non desistit, mandat quatinus omnino ab huiusmodi perversitate quiescat. Apud Vrbemveterem XIII. Kal. Septembris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 71. fol. 15; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 16; Rodenberg Ep. Sel. 97. n. 132.* — « GRAVE GERIMVS ET. »

2633. — *Apud Vrbemveterem 21 Augusti.*

« Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus et archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis per Angliam constitutis. » Ne magistrum et fratres ordinis de Sempingham contra Sedis Apostolicae indulta molestent. Apud Vrbemveterem XII. Kal. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 44. fol. 11; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « AVDIVIMVS INTERDVM. »

2634. — *Apud Vrbemveterem 21 Augusti.*

« (Conrado) Episcopo Portuensi Apostolice Sedis Legato. » Iniungit ut super lite, quae inter (Bernardum) episcopum Biterrensem et A(malricum) comitem Tolosanum vertitur super munitione de Casiliaco, et domibus ab eodem comite et suis complicibus destructis, nec non super quodam nemore, quibusdam lapidibus, Iudaeorum iurisdictione et quibusdam aliis quae ad Biterrensem ecclesiam pertinent, partibus convocatis et auditis, iustitiam faciat. Apud Vrbemveterem XII. Kal. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 45. fol. 11; Bouquet Rec. XIX. 705; Potthast 553. n. 6335; Horoy H-i opp. omn. III. 511. n. 29.* — « IN NOSTRA CONSTITVTVS. »

2635. — *Apud Vrbemveterem 21 Augusti.*

« Priori et conventui Cluniacensibus. » Indulget ne quis eorum trahi possit in causam per litteras apostolicas quae eorum ordinis expressam mentionem non faciunt. Dat. ut supra (Apud Vrbemveterem XII. Kal. Septembris anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 46. fol. 11; Horoy H-i opp. omn. III. 311. n. 28.* — « VESTRA NOBIS DISCRETIO. »

2636. — *Apud Vrbemveterem 21 Augusti.*

« Parisiensi episcopo. » Vt causam inter O. presbyterum sancti Pauli ex parte una et abbatem et conventum Latiniacenses Parisiensis dioecesis ex altera, super quodam ostio et quadam vite lapidea, quibusdam campanis, quadam ymagine beatae Virginis, benedictione cerei et rebus aliis, non obstantibus diversis commissionibus a Sede Apostolica impetratis hinc inde, audiat et decidat. Apud Vrbemveterem XII. Kal. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 47. fol. 11.* — « CVM INTER DILECTOS. »

2637. — *Apud Vrbemveterem 21 Augusti.*

« Archiepiscopis et episcopis per Teutoniam constitutis. » Inhibet eis ne amplius terras Friderici regis Siciliae in Romanorum imperatorem electi pro levi causa subiciant interdicto quamdiu procuratores idonei apparebunt qui possint et velint ipsius Regis nomine stare iuri: quod si aliquas iam forte tulerint in dictas terras interdicti sententias, eas, ipso vel procuratoribus suis praestantibus cautionem idoneam standi iuri, relaxandas curent. Apud Vrbemveterem XII. Kal. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 69. fol. 15; Rodenberg Ep. Sel. 97. n. 134.* — « KARISSIMVS IN CHRISTO. »

2638. — *Apud Vrbemveterem 21 Augusti.*

« Nobili viro Henrico de Niffen cruce signato. » Ad preces Friderici regis Siciliae in Romanorum imperatorem electi, qui filium suum (Henricum) et totam Sueviam eius curae commisit, indulget ut nemo ad executionem voti, de beneplacito Papae suspensam, sine speciali Apostolicae Sedis mandato eum cogere possit. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem XII. Kal. Sept. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 70. fol. 15; Rodenberg Ep. Sel. 97. n. 133.* — « Ad preces karissimi. »

2639. — *Apud Vrbemveterem 24 Augusti.*

« (Garino de Monte Acuto) Magistro et fratribus Hospitalis Ierosolimitani. » Eos monet et hortatur ut per commutationem captivorum vel alias liberandos curent quosdam Gaietanos, qui Damiatam versus navigantes, contrario vento agitati in portu Alexandriae applicuerunt, ibique captivi ab inimicis nominis christiani detinentur. Apud Vrbemveterem VIIII. Kal. Septembris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 48. fol. 11; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 54; Rodenberg Ep. Sel. 98. n. 135.* — « Qvod non absqve. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est magistro et fratribus Militie Templi.

2640. — *Apud Vrbemveterem 24 Augusti.*

« Priori et fratribus ecclesie Dominici Sepulcri Ierosolimitanis. » Ne quis eorum ecclesias, vel personas commorantes ibidem, tam super decimis quam super aliis exactionibus molestet, nec sententias excommunicationis vel interdicti, sine manifesta et rationabili causa et canonica monitione praemissa, promulgare praesumat. Apud Vrbemveterem VIIII. Kal. Septembris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 50. fol. 12.* — « Dei ac Domini. »

2641. — *Apud Vrbemveterem 25 Augusti.*

« (Bartholomaeo) Episcopo Quinqueecclesiensi. » Quum aetatis et litterarum scientiae dicatur pati defectum, eum in spiritualibus a pontificalium executione usque ad beneplacitum suspendit, et (Iohannem) archiepiscopum Strigoniensem, qui ad eius confirmationem et consecrationem contra generalis concilii statuta processerat, a beneficio officioque suspendit. Apud Vrbemveterem VIII. Kal. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 53. fol. 13; Koller Episc. Quinqueeccles. II. 49; Fejér Cod. dipl. III. 1. 295; Theiner Mon. Hungar. I. 24. n. 41; Potthast 553. n. 6337; Horoy H-i opp. omn. III. 514. n. 32.* — « Intellecto te in. »

In eundem fere modum scriptum est (Roberto) Vesprimiensi et (Thomae) Agriensi Episcopis ut in Strigoniensi et Quinqueecclesiensi ecclesiis supradicta publicent et observari faciant. — *Cod. Vat. l. c.; Theiner l. c. 25; Mon. Hungar. Hist. dipl. XI. 405; Potthast 554. n. 6338.*

2642. — *Apud Vrbemveterem 25 Augusti.*

« Masticonensi (*leg.* Matisconensi) et Abbati de Firmitate Cisterciensis Ordinis Cabilonensis diocesis. » Vt testes recipiant et examinent super aetate episcopi Quinqueecclesiensis et depositiones ipsorum sub sigillis Papae fideliter transmittant. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem VIII. Kal. Sept. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 54. fol. 13; Horoy H-i opp. omn. III. 513. n. 31.* — « Presentivm vobis. »

2643. — *Apud Vrbemveterem 26 Augusti.*

« Iohanne Comitisse Flandriensi. » Eius personam cum omnibus suis bonis recipit

in protectionem, indulgens ad exemplar Innocentii Papae ut donec viri sui captivitas perdurabit, nemo in eam excommunicationis sententiam proferre audeat. Apud Vrbemveterem VII. Kal. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 55. fol. 13; Mss. Vallic. I. 53; cf. Potthast 554. in n. 6339.* — « CVM PROPTER DIVTINAM. »

2644. — *Apud Vrbemveterem 26 Augusti.*

« Sancti Eligii et Sancti Bartholomei Abbatibus et Priori Sancti Eligii Noviomensibus. » Ad exemplar Innocentii Papae praedecessoris sui indulget ut nemo in Iohannam comitissam Flandriensem propter diutinam viri sui captivitatem excommunicationis sententiam absque mandato Sedis Apostolicae speciali audeat promulgare. Monet ergo eos ut praedictam comitissam habeant commendatam, nec ab aliquo ullatenus super hac protectione et inhibitione ipsam molestari permittant. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem VII. Kalendas Septembris anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 56. fol. 13; Bouquet Rec. XIX. 706; Potthast 554. n. 6339; Horoy H-i opp. omn. III. 515. n. 33.* — « CVM DILECTA IN CHRISTO. »

2645. — *Apud Vrbemveterem 26 Augusti.*

« (Lamberto) Abbati de Claromarisco, *(hunc tantum leg. in Potthast)* Preposito et Priori Watinensibus Morinensis diocesis. » Vt declarent quomodo I(ohanna) comitissa Flandriensis teneatur personas, bona atque iura ecclesiarum Cameracen. conservare ac defendere, quum quidam ex ipsis ecclesiis asserant, quod omnia damna ipsis ubicumque locorum illata resarcire teneatur. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem VII. Kal. Sept. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 57. fol. 13; fragm. ap. Manrique Ann. Cisterc. IV. 207; cf. Potthast 554. n. 6345. (31 Aug.); Horoy H-i opp. omn. III. 516. n. 35.* — « DILECTA IN CHRISTO. »

2646. — *Apud Vrbemveterem 26 Augusti.*

« Capitulo Brugensi Tornacen (sic). » Mandat ut, cum praepositus in eorum ecclesia fuerit eligendus, personam quae non sit merito I(ohannae) comitissae Flandriae suspecta, sed de qua plenam possit ipsa habere fiduciam, eligant. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem VII. Kal. Sept. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 58. fol. 14; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 462; Horoy H-i opp. omn. III. 517. n. 36.* — « DILECTA IN CHRISTO. »

2647. — *Apud Vrbemveterem 26 Augusti.*

« Episcopo, Preposito et Cantori Cameracensibus. » Vt inhibeant Iohannae Comitissae Flandriae, ne promissiones illicitas, quas devicta quorumdam precibus importunis fecerat de non vacantibus beneficiis ecclesiarum, in quibus ipsa ius habet patronatus, impleat vel observet. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem VII. Kal. Sept. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 59. fol. 14; Mss. Vallicel. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 518. n. 37.* — « CVM DILECTA IN CHRISTO. »

2648. — *Apud Vrbemveterem 26 Augusti.*

« Azzacho Avembenist Iudeo Barchinonensi, Alfakimo Kmi in Christo filii nostri illustris Regis Aragonum ad lucem a tenebris et ab erroris invio ad viam veritatis venire. » Eum ab usuris alienum et viris catholicis pro viribus obsequentem, ut referunt Terraconensis archiepiscopus et Ilardensis et Dertusensis episcopi, precibus annuens Iacobi regis Aragonum sub apostolica protectione suscipit, et praecipit ne quis ipsum a Christi et fidei eius blasphe-

miis et christianorum iniuriis abstinentem in persona vel rebus praesumat temere molestare. Apud Vrbemveterem VII. Kal. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 60. fol. 14; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 48; Potthast 554. n. 6340; Horoy H-i opp. omn. III. 516. n. 34.* — « SEDES APOSTOLICA. »

2649. — *Apud Vrbemveterem 27 Augusti.*

« I(acobo) illustri regi Aragonum. » Nuntiat se ad eius preces Azzacum Iudaeum Barchinonensem Alfakimum suum appellatum sub Apostolicae Sedis protectione recepisse. Apud Vrbemveterem VI. Kal. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 61. fol. 14; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 48; cf. Potthast 554. n. 6341. (26 Augusti).* — « CVM TE. »

2650. — *Apud Vrbemveterem 28 Augusti.*

« Friderico illustri regi Sicilie in Romanorum Imperatorem electo. » Commendat eum quod exaudiens Papae preces C(onstantiam) reginam uxorem suam secum ducit pro recipiendo imperiali diademate. Apud Vrbemveterem V. Kal. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 62. fol. 14; Mss. Vallicell. I. 53; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. 11. 823; cf. Potthast 554. n. 6342; Rodenberg Ep. Sel. 98. n. 136.* — « GRATANTER ACCEPIMVS. »

2651. — *Apud Vrbemveterem 28 Augusti.*

« Episcopo Cameracensi. » Referente R. canonico Cameracensi, cum quidam latro domum patris eius, in qua ipse iacebat, ad furandum nocte quadam ingressus esset, evigilante eodem canonico et clamante, latro per fenestram exiliens digitum suum adeo vulneravit quod per vestigia sanguinis emanantis a saeculari iudice deprehensus exstitit et suspensus, unde dictus canonicus Papae supplicaverat, ut super hoc conscientiae suae consuleret; ergo mandat ut super toto negotio inquirat et statuat quod ecclesiasticae honestati et saluti dicti canonici viderit expedire. Apud Vrbemveterem V. Kal. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 64. fol. 14; Horoy H-i opp. omn. III. 519. n. 39.* — « DILECTVS FILIVS R. »

2652. — *Apud Vrbemveterem 28 Augusti.*

« Eidem. » Mandat ut M. de Thiaus, qui puerilis animi levitate Wiconiense monasterium intraverat, ibique nulla professione facta permanserat et una die ad clamores et lacrimas matris suae ab ipso exierat monasterio, denuntiet a regulari observantia absolutum. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem V. Kal. Septembris anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 65. fol. 15; Horoy H-i opp. omn. III. 518. n. 38.* — « DILECTVS FILIVS. »

2653. — *Apud Vrbemveterem 28 Augusti.*

« (Conrado) Constantiensi episcopo, et (Eberhardo) Abbati de Salem Cisterciensis ordinis, Constantiensis diocesis. » Mandat eis ut Egenonem comitem de Vraha et alios crucesignatos de Alsatia ad exequenda vota sua sine morae dispendio per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, cogant. Apud Vrbemveterem V. Kal. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 68. fol. 15; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 54; cf. Manrique Ann. Cisterc. IV. 207. (anno VI); Potthast 554. n. 6343; Rodenberg Ep. Sel. 99. n. 137.* — « CVM NOBILIS VIR. »

2654. — *Apud Vrbemveterem 28 Augusti.*

« Preposito et Capitulo Sancti Columbani de Blandrāt ordinis Sancti Augustini. »

Vt Iohannem latorem praesentium, qui iam in annis minoribus constitutus in monasterio sancti Nazarii de Blandrãt monachalem habitum susceperat, ac deinde audiens se ibidem ingressum simoniacum habuisse ab eodem exivit, in canonicum recipiant. Apud Vrbemveterem V. Kalendas Septembris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 76. fol. 16.* — « CONSTITVTVS IN PRESENTIA. »

2655. — *Apud Vrbemveterem 29 Augusti.*

« Priori et Archidiacono Castellanis. » Inhibet ne quis de beneficiis quae obtinet Octo Papae subdiaconus qui in episcopum Vrbinatensis ecclesiae electus est, sine speciali Apostolicae Sedis licentia disponat. Apud Vrbemveterem IIII. Kal. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 66. fol. 15.* — « CVM DILECTVS. »

In eundem modum scriptum est Sancte Genovefe et Sancti Victoris Abbatibus et Priori Sancti Victoris Parisiensibus.

2656. — *Apud Vrbemveterem 29 Augusti.*

« B. decano Compostellano et M. Stephani Archidiacono Toletano. » Mandat, clerum et populum de Medina post appellationem interpositam ab excommunicationis sententia quam Salamantinus episcopus et archidiaconus eorundem in eos protulerunt absolvant et audiant postmodum si quid fuerit quaestionis. Apud Vrbemveterem IIII. Kalendas Septembris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 73. fol. 15.* — « CLERVS ET POPVLVS. »

2657. — *Apud Vrbemveterem 31 Augusti.*

« Episcopo Andegavensi. » Indulget ut, quum suam dioecesim visitaverit, duos canonicos secum ducere possit, qui pro residentibus in praefata ecclesia reputentur. Apud Vrbemveterem II. Kal. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 72. fol. 15; Horoy H-i opp. omn. III. 519. n. 40.* — « EX PARTE TVA. »

2658. — *Apud Vrbemveterem 31 Augusti.*

« Abbati et conventui Sancti Victoris Parisiensibus. » Mandat ut servent mille et trecentas marcas a Dunelmensi episcopo pro subsidio Terrae Sanctae legatas et quas per manus bonae memoriae Aymerici tunc magistri domus Militiae Templi de Anglia fecit in eorum ecclesia deponi. Apud Vrbemveterem II. Kal. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 74. fol. 16; Horoy H-i opp. omn. III. 577. n. 110. (II. Kal. Decembris anno V).* — « AD NOSTRAM NOVERIS. »

2659. — *Apud Vrbemveterem 31 Augusti.*

« Abbati Belli Prati et de Geleberviler et Belli Prati prioribus Tullensis diocesis. » Vt audiant et terminent causam inter R. clericum crucesignatum et nobilem mulierem dominam de Fisca Tullensis dioecesis super quibusdam possessionibus vertentem. Apud Vrbemveterem II. Kal. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 77. fol. 16; Horoy H-i opp. omn. III. 520. n. 41.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

2660. — *Apud Vrbemveterem 31 Augusti.*

« Dublinensi Archiepiscopo. » Vt postulationem capituli Ossoriensis super electione P. concanonici sui in episcopum, si canonica fuerit, confirmet. Apud Vrbemveterem II. Kalendas Septembris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 82. fol. 17; Theiner Mon. Hiber. 17. n. 41; Potthast 554. n. 6344; Horoy H-i opp. omn. III. 513. n. 30. (VI. Kalendas Septembris).* — « CVM DILECTI FILII. »

2661. — *Apud Vrbemveterem 31 Augusti.*

« Magistro Roberto de Abbendonio clerico. » Cum G(uala) tituli sancti Martini presbyter Cardinalis ac alii ita referant de eius fide erga Romanam Ecclesiam, ut, regno Angliae perturbato imperterritus in sua constantia perseveraverit, indulget ut praeter ea beneficia quae nunc obtinet aliud recipere possit etiam si curam habeat animarum annexam. Apud Vrbemveterem II. Kal. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 88. fol. 18; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « QVI BENE MERITOS. »

2662. — *Apud Vrbemveterem 1 Septembris.*

« Magistro A(rnoldo) regio Capellano. » Indulget ut, processu Ratisponensis episcopi et coniudicum suorum nec non litteris obtentis ab (Andrea) episcopo Pragensi non obstantibus, libere ipse possit sui ordinis officium exequi. Apud Vrbemveteram Kalendis Septembris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 75. fol. 16; Erben Reg. Bohem. I. 294. n. 629; cf. Palacky Reise 22. n. 82; Potthast 554. n. 6346.* — « PRESENTIVM TIBI. »

2663. — *Apud Vrbemveterem 1 Septembris.*

« Iohanni clerico. » Eum eiusque bona, specialiter autem beneficium quod in ecclesia de Luzielos possidet, sub protectione Sedis Apostolicae amplectitur. Apud Vrbemveterem Kalendis Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 80. fol. 17.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

2664. — *Apud Vrbemveterem 1 Septembris.*

« Archiepiscopis et episcopis et abbatibus per Sardiniam constitutis. » Ipsos laudat quod B. Capellanum et Papae Legatum reverenter receperint, hortaturque eos ut in devotione Ecclesiae Romanae perseverent, et vicesimam solvant. Apud Vrbemveterem Kalendis Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 83. fol. 17; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 25.* — « PLENVM DEVOTIONIS. »

2665. — *Apud Vrbemveterem 1 Septembris.*

« B. Capellano nostro Apostolice Sedis Legato. » Vt vicesimam ab ecclesiis Casinensis monasterii exigat: circa interdictum vero cui provincia subiacet Arborensis nihil audeat innovare, dissimulans quod de compositione inita inter Vbaldum et nobilem virum Turritanum Iudicem audivit. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem Kal. Sept. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 84. fol. 17.* — « RECEPTIS BENIGNE. »

2666. — *Apud Vrbemveterem 1 Septembris.*

« Episcopo Ebriacensi (sic). » Mandat ut Iohannem clericum, qui in puerili aetate constitutus homicidium casualiter patraverat, propter hoc a receptione sacrorum ordinum non repellat. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem Kal. Sept. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 85. fol. 17.* — « EXHIBITA NOBIS. »

2667. — *Apud Vrbemveterem 1 Septembris.*

« I. Episcopo Crotonensi. » Post multam eius instantiam cessionem suam de ecclesia Crotonensi, ob vitae artioris desiderium expetitam, admittit. Apud Vrbemveterem Kalendis Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 131. fol. 26; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CVM OLIM A NOBIS. »

2668. — *Apud Vrbemveterem 2 Septembris.*

« Burgensi episcopo et decano Toletano. » Mandat, inquirant de vita et con-

versatione episcopi Conchensis praefigentes ipsi episcopo terminum quo vel per se vel per procuratorem apostolico conspectui se repraesentet, quod canonicum fuerit auctore Domino recepturus. Apud Vrbemveterem IIII. Non. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 78. fol. 16.* — « VOLENTES EX OFFICIO. »

2669. — *Apud Vrbemveterem 3 Septembris.*

« Rolandino de Gomola et Albertino canonicis Mutinensibus. » Committit eis causam archipresbyteri Plebis de Rubiano Mutinensis dioecesis super promissione facta ad mandatum episcopi Mutinensis Nicolao pauperi clerico de beneficio ecclesiastico. Apud Vrbemveterem III. Non. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. ep. 79. fol. 16.* — « NICOLAVS PAVPER. »

2670. — *Apud Vrbemveterem 3 Septembris.*

« Colimbriensi episcopo. » Datur ei facultas absolvendi ab excommunicationis sententia presbyteros et clericos ac etiam canonicos regulares qui vicesimam suorum proventuum in subsidium Terrae Sanctae statutis temporibus non solverunt. Apud Vrbemveterem III. Non. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 86. fol. 17.* — « EX PARTE TVA. »

2671. — *Apud Vrbemveterem 3 Septembris.*

« Archiepiscopo Terraconensi. » Ne Azzachum Iudaeum Barchinonensem, I(acobi) regis Aragonum Alfakimum et suos a Christi et fidei eius blasphemiis et christianorum iniuriis abstinentes molestari permittat. Apud Vrbemveterem III. Non. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 87. fol. 18; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 48.* — « ILLVM TE GERERE. »

2672. — *Apud Vrbemveterem 3 Septembris.*

« Archiepiscopo Cantuariensi Sancte Romane ecclesie Cardinali et Suffraganeis eius et dilectis filiis universis officialibus eorumdem. » Prohibet quominus R. de Dena canonicum de Mallinges et Thomam fratrem eius clericum de debitis contractis pro regni Anglicani negotiis vexent, sed eis loca congrua et competentes inducias assignent. Apud Vrbemveterem III. Non. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 89. fol. 18.* — « DILECTI FILII. »

2673. — *Apud Vrbemveterem 3 Septembris.*

« N. clerico. » Eius personam et bona sub protectione suscipit, eique confirmat beneficium quod in ecclesia sancti Iohannis de Maqueda possidet. Apud Vrbemveterem III. Non. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 90. fol. 18.* — « CVM A NOBIS. »

2674. — *Apud Vrbemveterem 3 Septembris.*

« Archiepiscopo Sipontino. » Vt in provincia sua occasione sacrae visitationis, circa privilegium deferendi ante se vexillum crucis ac campanam, agat iuxta antiquas indulgentias et consuetudines. Apud Vrbemveterem III. Non. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 94. fol. 19.* — « CVM MVLTA NOBIS. »

2675. — *Apud Vrbemveterem 3 Septembris.*

« Eidem. » Sipontina et Garganica ecclesia inter se contendentibus super loco in quo ab eo fieri debeat concilium provinciale, mandat ut super hoc vocatis pro provincia sua viris antiquioribus et discretis, cum eis de celebrando apud Sipontinam ecclesiam provinciali concilio provideat. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem III. Non. Septembris anno quinto). — *Reg. Vat.*

lib. 5. epist. 96. fol. 19. — « SIGNIFICASTI NOBIS. »

2676. — *Apud Vrbemveterem 3 Septembris.*

« Eidem. » Vt in die Coenae Domini unam celebret missam in Sipontina ecclesia dumtaxat in qua teneatur chrisma conficere. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem III. Non. Sept. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 97. fol. 19.* — « TE REFERENTE. »

2677. — *Apud Vrbemveterem 3 Septembris.*

« (Friderico) Halberstadensi episcopo et de Walkenrede et de Volkolderothe (*Potthast* Volcoderode) abbatibus Maguntine diocesis. » Hiis committit ut observari faciant sententiam excommunicationis a C(onrado) quondam episcopo Halberstadensi tunc quieti religiosae in Sedebeke monasterio Cisterc. ord. vacante, et ab abbate de Cella latam contra nobilem virum H. comitem Ascariae Halberstadensis dioecesis, pro eo quod ille iuxta terminum praefixum ab ipso Papa litem contestari noluit cum Nienburgensi monasterio « quod pro questione quam super possessionibus et damnis ac iniuriis habet cum ipso comite iam per novem annos et ultra inutiliter laboravit. » Apud Vrbemveterem III. Non. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 98. fol. 20; Manrique Ann. Cisterc. IV. 195. (ad ann. pont. VI); Potthast 555. n. 6350.* — « CVM VENERABILIS FRATER. »

2678. — *Apud Vrbemveterem 3 Septembris.*

« (Alberto) Archiepiscopo Magdeburgensi et suffraganeis eius. » Vt H(enricum) comitem Ascariae (Anhalt: *Potthast leg.* Ascaniae) et quosdam commensales suos, eo quod abbatem Nienburgensem exoculaverant per civitates et dioeceses suas, candelis accensis et pulsatis campanis, singulis diebus dominicis et festivis excommunicatos sollempniter nuntient. Apud Vrbemveterem III. Non. Septembris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 101. fol. 20; Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. 1. 83. n. 90; Potthast 554. n. 6347; Horoy H-i opp. omn. III. 521. n. 42.* — « PER TVAS NOBIS. »

2679. — *Apud Vrbemveterem 3 Septembris.*

« De Walkenred, de Wolkolderoche (*Potthast* Wolkoderode) et de Lapide Sancti Michaelis Maguntine et Halberstadensis diocesum abbatibus. » Mandat hiis ut C. praepositum Inmildensis ecclesiae Magdeburgensis dioecesis, qui praeposituram ipsam a Nienburgensi monasterio obtinet, si H. comiti Ascariae pertinaciter adhaereat et in mutilatione abbatis monasterii Nienburgensis sit culpabilis, praepositura privent. Dat. apud Vrbemveterem ut supra. (III. Non. Sept. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 102. fol. 21; Würdtwein Nova subs. IV. 111; UB. für Niedersachsen II. 91. n. 110; Potthast 554. n. 6348; Horoy H-i opp. omn. III. 521. n. 44.* — « EX PARTE DILECTORVM. »

2680. — *Apud Vrbemveterem 3 Septembris.*

« Eisdem. » Hiis praecipit ut duos monachos monasterii Nienburgensis (Niembergensis *Manrique*) qui, fraudolenter a C. praeposito Inmildensi inducti, eidem sigillum monasterii praefati clanculo concesserunt, quocum ille quasdam falsas litteras nomine conventus contra ipsorum abbatem malitiose confectas sigillare praesumpsit, mittant ad (Albertum) archiepiscopum Magdeburgensem absolvendos a sententia excommunicationis, quam in omnes huius malitiae conscios idem archiepiscopus promulgaverat; dicto autem praeposito poenam canonicam infligant. Dat. apud Vrbemveterem ut supra. (III. Non. Sept. anno quinto). —

Reg. Vat. lib. 5. epist. 103. fol. 21; Würdtwein l. c. 113; cf. Manrique Ann. Cisterc. IV. 207. (Non. Novemb.); Potthast 554. n. 6349. et 557. n. 6384; Horoy H-i opp. omn. III. 522. n. 43. — « EX PARTE DILECTORVM. »

2681. — *Apud Vrbemveterem 3 Septembris.*

« Terraconensi Archiepiscopo et suffraganeis eius. » Prohibet quominus Iudaei ad portanda nova signa compellantur. Apud Vrbemveterem III. Non. Septembris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 104. fol. 21; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 48.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

2682. — *Apud Vrbemveterem 4 Septembris.*

« (Conrado) Episcopo Metensi imperialis aule Cancellario. » Ei mandat quatinus terram comitissae Matildis ad Romanam Ecclesiam pertinentem Raynaldo subdiacono et capellano Papae, huius nomine, dilatione ac excusatione cessantibus, resignari, et eidem ab ipsius terrae hominibus fidelitatis iuramenta praestari faciat. Apud Vrbemveterem II. Non. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 91. fol. 18; Mss. Vallic. I. 53. et I. 51. p. 464; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 17; Theiner Cod. dipl. dom. tempor. S. Sedis I. 57. n. 87; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. II. 826; Potthast 555. n. 6351; Horoy H-i opp. omn. III. 523. n. 45; Rodenberg Ep. Sel. 99. n. 138.* — « SI BENIGNITATEM QVAM. »

2683. — *Apud Vrbemveterem 4 Septembris.*

« Alatrino Subdiacono et Capellano nostro. » Mandat ut tam apud regiam celsitudinem quam apud Metensem episcopum imperialis aulae cancellarium sic operari studeat quod terra comitissae Matildis vel sibi vel R(aynaldo) capellano Papae, vanis promissionibus a dicto episcopo usque nunc detento, resignetur iuxta regium mandatum, et Papae nomine ab ipsius terrae hominibus fidelitatis iuramenta praestentur. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem II. Non. Sept. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 91². fol. 18; Mss. Vallicel. I. 53. et I. 51. p. 465; Theiner l. c. I. 57. n. 86; Potthast 555. n. 6352; Horoy H-i opp. omn. III. 524. n. 46; Rodenberg Ep. Sel. 100. n. 139.* — « CVM OLIM NOBIS. »

2684. — *Apud Vrbemveterem 4 Septembris.*

« Abbati et conventui Fossenove. » Confirmatur eis ecclesia sancti Angeli de Campo Mellis per (Simeonem) episcopum Terracinensem concessa, cuius concessionis instrumentum de verbo ad verbum hic refertur. Apud Vrbemveterem II. Non. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 93. fol. 19; Contatore Hist. Terracinen. 400; Ughelli It. Sacr. I. 1292; Potthast 555. n. 6354; Horoy H-i opp. omn. III. 525. n. 47.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

2685. — *Apud Vrbemveterem 7 Septembris.*

« Martino clerico ecclesie Sancti Dominici de Alcazar. » Eius personam et bona sub protectione suscipit, specialiter autem beneficium quod possidet in ecclesia sancti Dominici de Alcazar eidem confirmat. Apud Vrbemveterem VII. Id. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 97. fol. 19.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

2686. — *Apud Vrbemveterem 7 Septembris.*

« Archiepiscopo Merseburgensi (sic) episcopo et decano Magdeburgensibus. » Mandat ut H(enricum) comitem Ascariae Halberstadensis dioecesis ab advocatia monasterii Nienburgensis amoveant et alium iuxta antiquorum privilegiorum tenorem ibi eligant

advocatum. Apud Vrbemveterem VII. Id. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 100. fol. 20.* — « Dilecti filii. »

2687. — *Apud Vrbemveterem 7 Septembris.*

« Preposito et Capitulo Sancti Donatiani Brugensibus Tornacensis diocesis. » Vt magistro Iohanni de civitate Antina scriptori Papae, licet in eorum ecclesia non resideat, praebendam tamen integram ministrent, alioquin dat litteris in mandatis episcopo, archidiacono et cantori Atrebatensibus ut eos ad id per censuras ecclesiasticas compellant. Apud Vrbemveterem VII. Id. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 112. fol. 22.* — « Gratvm gerimvs. »

2688. — *Apud Vrbemveterem 9 Septembris.*

« Maioris ecclesie et Sancti Willelmi (Willehadi *Potthast*) scolasticis et plebano Sancte Marie Bremensibus. » Vt audiant et decidant causam inter Arnoldum canonicum Ramesbedensem (Ramesberensem, *Potth.*) et Alardum clericum Bremensem super praebenda Ramesbedensi in qua episcopus Lubicensis et coniudices sui iniquum arbitrium protulerunt. Apud Vrbemveterem V. Id. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 92. fol. 18; Ehmck Bremisches UB. I. 143. n. 120; Potthast 555. n. 6355; Horoy H-i opp. omn. III. 527. n. 48.* — « Significavit nobis Arnoldvs. »

2689. — *Apud Vrbemveterem 9 Septembris.*

« Martino clerico ecclesie Sancti Michelis de Olves. » Eius personam cum bonis quae ad praesens rationabiliter possidet sub protectione suscipit, specialiter autem beneficium quod in eadem ecclesia possidet eidem confirmat. Apud Vrbemveterem V. Id. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 99. fol. 20.* — « Sacrosancta romana. »

2690. — *Apud Vrbemveterem 9 Septembris.*

« Martino clerico Sancte Marie de Belisca. » Confirmat eidem beneficium quod obtinet in ipsa ecclesia. Apud Vrbemveterem V. Id. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 105. fol. 21.* — « Sacrosancta romana ecclesia. »

2691. — *Apud Vrbemveterem 10 Septembris.*

« R(omano) Sancti Angeli diacono Cardinali Campanie Maritimeque Rectori. » Vt non obstantibus litteris posterioribus procedat in executione sententiae a Papa latae inter monasterium sancti Bartholomaei de Trisulto et homines Collispardi super Silva Eici. Apud Vrbemveterem IIII. Id. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 113. fol. 23; Theiner Cod. dipl. dom. temp. S Sedis I. 58. n. 88; Potthast 555. n. 6356; Horoy H-i opp. omn. III. 527. n. 49.* — « Cvm div sententialiter. »

Cod. Vat. addit in fine: Require sententiam super eodem negotio factam in ultimo quaterno anni quarti eiusdem donni Honorii (*in hoc Reg. p. 390 n.* **2349** *et n.* **2350**).

2692. — *Apud Vrbemveterem 10 Septembris.*

Monasterium S. Mariae de Livriaco ord. s. Victoris Paris. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. Apud Vrbemveterem IV. Id. Sept. anno quinto. — *Gallia christ. VII. instr. 92; Potthast 555. n. 6357; Horoy H-i opp. omn. III. 528. n. 50.* — « Cvm a nobis. »

2693. — *Apud Vrbemveterem 11 Septembris.*

« Episcopo Massiliensi. » Mandat ut cives compescat ne naves Alexandriam mittant, quod in damnum christianorum et in auxilium saracenorum resultaret. Apud Vrbemveterem III. Id. Sept. anno quinto. —

Reg. Vat. lib. 5. epist. 111. fol. 22; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 54; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 530. n. 53. — « QVANTO CHRISTIANVS. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est episcopo Portuensi Apostolice Sedis Legato, Archiepiscopis Ianuensi et Pisano, cuilibet per se.

2694. — *Apud Vrbemveterem 11 Septembris.*

« Decano, Archidiacono et Cantori Trecensibus. » Mandat, iniungant thesaurario Lingonensi ut debitam fidelitatem exhibeat episcopo Lingonensi, quod nisi fecerit, eundem ad apostolicum conspectum venire per censuras ecclesiasticas compellant. Apud Vrbemveterem III. Id. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 129. fol. 25; Horoy H-i opp. omn. III. 529. n. 51.* — « VENERABILIS FRATER. »

2695. — *Apud Vrbemveterem 11 Septembris.*

« Eisdem. » Vt inquirant contra magistrum Fredericum canonicum Lingonensem qui de Papa adeo temere lingua sua detraxerat ut multi graviter scandalizati fuerint. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem III. Id. Sept. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 130. fol. 25; Mss. Vallic. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 530. n. 52.* — « PERVENIT AD AVDIENTIAM. »

2696. — *Apud Vrbemveterem 12 Septembris.*

« Abbati Sancti Pauli de Ripa Arni et Archipresbytero Pisano. » Vt archiepiscopum Arborensem, qui a Papa pro eo quod Vbaldo et aliis Sardiniam sibi subiicere molientibus adhaeserat fuerat excommunicatus, recepto iuramento quod mandatis apostolicis parebit, absolvant. Apud Vrbemveterem II. Id. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 106. fol. 21; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 25.* — « CVM ARCHIEPISCOPO. »

2697. — *Apud Vrbemveterem 12 Septembris.*

« Preposito et fratribus Sancti Iacobi de Cornelia. » Cum eorum domus, in qua ipsi hospitalitatem consueverunt laudabiliter exercere, ad extremam devenerit paupertatem, indulget eis ut nulli teneantur de vicesima respondere. Apud Vrbemveterem II. Idus Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 110. fol. 22.* — « CVM SICVT. »

2698. — *Apud Vrbemveterem 12 Septembris.*

« Decano, Archidiacono et Cantori Trecensibus. » Committit eisdem causam vertentem inter episcopum Lingonensem et abbatem Pulteriarum Lingonensis dioecesis qui tres mulieres ad iurisdictionem ipsius episcopi pertinentes capi fecit et contra iustitiam et inhoneste tractavit, ac duos homines eius interfici iussit. Apud Vrbemveterem II. Id. Sept. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 116. fol. 23; Horoy H-i opp. omn. III. 531. n. 54.* — « CONQVESTVS EST. »

2699. — *Apud Vrbemveterem 12 Septembris.*

« Abbati de Niolio et de Xanctonio et de Chandeñio Prioribus Pictavensis diocesis. » Vt in causa inter abbatem et conventum sancti Iohannis Angliacensis et priorem monasterii Baciacensis Xantoniensis dioecesis super subiectione ipsius monasterii, vertente, super quo litteras quasdam ad abbatem Fontis dulcis et eius coniudices iam transmisit, usque ad diffinitivae sententiae calculum procedant, et ad Sedem Apostolicam remittant. Apud Vrbemveterem II. Idus Septembris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 120. fol. 24.* — « DILECTI FILII. »

2700. — *Apud Vrbemveterem 15 Septembris.*

« Archiepiscopo Toletano Apost. Sedis Legato. » Committit ei ut curam ecclesiae Secobiensis, episcopo infirmante, reassumat et gerat. Apud Vrbemveterem XVII. Kalendas Octobris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 107. fol. 21.* — « VENERABILI FRATRI. »

2701. — *Apud Vrbemveterem 15 Septembris.*

« Abbati Calmosiacensi. » Indulget ut monachos sui monasterii qui levitate animi exierunt ac iterum redierunt, salva ordinis disciplina, ad divina admittat. Apud Vrbemveterem XVII. Kal. Oct. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 108. fol. 22.* — « EX PARTE TVA. »

2702. — *Apud Vrbemveterem 15 Septembris.*

« Abbati et conventui Calmosiacensibus ordinis Sancti Augustini. » Inhibet eis ne in suo monasterio monachos ordinis Cisterciensis et sancti Benedicti et canonicos Praemonstratenses recipiant. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem XVII. Kal. Octob. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 109. fol. 22.* — « SICVT NOBIS INSINVANTIBVS. »

2703. — *Apud Vrbemveterem 15 Septembris.*

« Episcopo Parisiensi et Archidiacono Senonensi. » Vt visitent et reforment monasterium sancti Germani de Pratis. Apud Vrbemveterem XVII. Kal. Octobris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 114. fol. 23; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 533. n. 56.* — « NE ALIORVM CVLPAS. »

2704. — *Apud Vrbemveterem 15 Septembris.*

« Archidiacono Vercellensi, et Papiensi et Vercellensi Prepositis. » Vt ad ecclesiam Novariensem in qua sunt triginta duo canonici praebendati accedant, eamque de presbyteris, diaconibus et subdiaconibus iuxta statutum bon. mem. Vercellensis episcopi et A. presbyteri Mantuani ordinent. Apud Vrbemveterem XVII. Kal. Octobris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 115. fol. 23.* — « VT APPAREAT ECCLESIA. »

2705. — *Apud Vrbemveterem 15 Septembris.*

« Episcopo Mimatensi. » Mandat ut ipse monialibus Blasiliensibus sacramenta ecclesiastica ministret si episcopus Claromontensis id facere noluerit. Apud Vrbemveterem XVII. Kal. Oct. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 117. fol. 23; Horoy H-i opp. omn. III. 532. n. 55.* — « SVA NOBIS. »

2706. — *Apud Vrbemveterem 15 Septembris.*

« Maiori Ministro et fratribus ordinis Sancte Trinitatis et captivorum. » Concedit eis ut non tantum super asinis, sed et super mulis possint equitare. Apud Vrbemveterem XVII. Kalendas Octobris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 132. fol. 26; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CVM MINISTRI CHRISTI. »

2707. — *Apud Vrbemveterem 19 Septembris.*

« Herbipolensi episcopo et Sancti Stephani et de Cella abbatibus Herbipolensis diocesis. » Praecipit ut Henricum clericum, qui infra pubertatis annos ad monasterium sancti Buchardi Herbipolensis dioecesis a parentibus suis coactus transierat, et nulla facta professione capam nigram induerat sibi, et infra eosdem annos dictum monasterium est egressus, a regulari observantia absolvant. Apud Vrbemveterem XIII. Kalendas Octobris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 118. fol. 24.* — « OBLATA NOBIS. »

2708. — *Apud Vrbemveterem 19 Septembris.*

« Martino clerico. » Eius personam cum omnibus bonis suis quae ad praesens rationabiliter possidet sub protectione suscipit eique beneficium in ecclesia sancti Petri de Paredes confirmat. Apud Vrbemveterem XIII. Kal. Oct. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 125. fol. 25.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

2709. — *Apud Vrbemveterem 20 Septembris.*

« Mauricio episcopo Burgensi (Burginensi, *Boehmer*, *Richter*). » In causa inter ipsum et clericos ecclesiae beatae Mariae de Castro Soriz (Sororum, *Potth.*) petentes restitutionem tam super libertate eligendi sibi praelatum, quam super quibusdam possessionibus, fert sententiam absolutoriam in possessorio, servato iure utrique parti in petitorio. Apud Vrbemveterem XII. Kal. Oct. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 141. fol. 28; Decretal. Honorii III. lib. 3. tit. 7.* Ne sede vacan. *c. 2. ed. Ciron. 196; inter Decretal. Gregorii IX. lib. 3. tit. 9.* Ne sed. vacan. *c. 3; Boehmer Corp. II. 463. (ad ann. 1223); Richter Corp. II. 483; Potthast 671. n. 7795. (absque nota chronol.); Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. III. tit. IX. c. II. p. 501.* — « CONSTITVTIS OLIM CORAM. »

2710. — *Apud Vrbemveterem 22 Septembris.*

« Pandulfo Norwicensi electo Camerario nostro Apost. Sedis Legato. » Redarguit eum quod Papae pecuniam absque eius mandato quibusdam mercatoribus Bononiensibus concesserit, quod fecit quoque Aegidius subdiaconus et capellanus Papae ipsius Pandulfi germanus de pecunia apud Parisius deposita. Apud Vrbemveterem X. Kal. Oct. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 119. fol. 24.* — « CVM TAM DE FIDE. »

In eundem modum scriptum fratri Aymaro domus militie Templi Parisiensis thesaurario.

2711. — *Apud Vrbemveterem 22 Septembris.*

« Nobili viro Aczolino Anconitano et Estensi Marchioni. » Nuntiat ei se scripsisse omnibus Anconitanis ut sicut vassalli ipsi obediant. Apud Vrbemveterem X. Kalendas Octobris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 121. fol. 24; Mss. Vallicell. I. 53; Theiner Cod. dipl. dom. temp. S. Sedis I. 58. n. 89; Potthast 555. n. 6359; Horoy H-i opp. omn. III. 536. n. 59.* — « HIIS QVE TVA. »

2712. — *Apud Vrbemveterem 22 Septembris.*

« Sancti Germani de Pratis et sancte Genovefe Abbatibus et Priori sancti Germani de Pratis Parisiensibus. » Supplicantibus abbate et conventu monasterii sancti Dionisii Parisiensis dioecesis, mandat ut, cum ab ipsis fuerint requisiti, cogant M. dominum Montis Morintiaci Parisiensis dioecesis ne molestet dictum conventum monasterii sancti Dionisii et eis ablata restituat. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem X. Kalendas Octobris anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 122. fol. 24.* — « DILECTI FILII. »

2713. — *Apud Vrbemveterem 22 Septembris.*

« Eisdem. » Ne permittant dictum monasterium sancti Dionysii Parisiensis dioecesis ab episcopo Laudunensi et aliis ecclesiarum praelatis Laudunensis, Belvacensis et Parisiensis dioecesum super libertatibus et indultis apostolicis molestari. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem X. Kalendas Octobris anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 123. fol. 24.* — « DILECTI FILII. »

2714. — *Apud Vrbemveterem 22 Septembris.*

« Archiepiscopo Toletano Apostolice Sedis Legato. » Cum ecclesia Segobiensis occasione diversarum commissionum super arbitrio inter Segobiensem episcopum et eius subditos super iuribus episcopalibus quondam promulgato ad diversos iudices obtentarum gravia incurrerit dispendia, mandat ei ut curam suscipiat eiusdem ecclesiae eo magis quod eius episcopus pastoralem nequit ei sollicitudinem exhibere, ibique corrigenda corrigat. Apud Vrbemveterem X. Kal. Oct. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 124. fol. 25.* — « PERVENIT AD AVDIENTIAM. »

2715. — *Apud Vrbemveterem 22 Septembris.*

« Rectoribus et populis Anconitane et Humanatis civitatum, et Rachanatis (Rocanatensis, *Horoy*), Castelli Ficardi, Cinguli et Monticuli castrorum Marchie Anconitane spiritum consilii sanioris. » Mandat eis ut obediant Aczolino Anconitano et Estensi Marchioni tamquam vassalli domino suo, eiusque nuntiis, alioquin ad reprimendam eorum rebellionem potentiam manuum suarum extendet. Apud Vrbemveterem X. Kal. Oct. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 126. fol. 25; Mss. Vallic. I. 53. et I. 51. p. 126; Muratori Antich. Esten. I. 426; Theiner Cod. dipl. domini temp. S. Sedis I. 58. n. 90; Peruzzi Stor. d'Ancona I. 369; Potthast 555. n. 6360. et in Append. p. 2090; Horoy H-i opp. omn. III. 535. n. 58.* — « TOTIENS VOBIS DEDISSE. »

2716. — *Apud Vrbemveterem 22 Septembris.*

« Archiepiscopo Toletano Apost. Sedis Legato. » Revocat concessionem ab ipso minus licite factam Vguicioni quondam capellano Papae de quibusdam redditibus spectantibus ad mensam episcopi Segobiensis, ipsosque redditus mandat ut in utilitatem Segobiensis episcopii converti faciat. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem X. Kal. Oct. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 127. fol. 25.* — « EX PARTE SEGOBIENSIS. »

2717. — *(Viterbii?) 22 Septembris.*

Fratri Francisco et aliis prioribus seu custodibus Minorum fratrum inhibet, ne aliquem ad professionem sui ordinis, nisi per annum in probatione fuerit, admittant, post factam vero professionem nullus fratrum ordinem relinquere audeat *etc.* Apud Viterbii (?) X. Kal. Oct. anno quinto. *Signa chronologica sunt corrupta. — Wadding Annal. Minor. I. 361; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 6. n. 5; Potthast 555. n. 6361; Horoy H-i opp. omn. III. 536. n. 60.* — « CVM SECVNDVM CONSILIVM. »

2718. — *Apud Vrbemveterem 24 Septembris.*

« Archiepiscopo et sancti Leonardi et sancti Benedicti abbatibus Salernitanis. » Causam inter abbatem et conventum Fossenovae et monasterium Cavense Salernitanae dioecesis super quibusdam possessionibus monasterii sancti Petri de Amalfia, quas frater Silvester monachus Fossenovae monasterio Cavensi vendidit, eisdem iterum remittit. Apud Vrbemveterem VIII. Kal. Oct. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 128. fol. 25; Decret. Honorii III. lib. I. tit. 21.* De postul. *c. I. ed. Cironius 81; Decr. Gregorii IX. lib. I. tit. 32.* De officio iudicis *c. I; apud Boehmer Corp. II. 177. (ad ann. 1220); apud Richter Corp. II. 187; Potthast 666. n. 7735. (absque signo chronol.); Friedberg Corp. Iur. Can. lib. I. tit. XXII. c. I. p. 194.* — « EX LITTERIS VESTRIS. »

2719. — *Apud Vrbemveterem 24 Septembris.*

« (Conrado) Episcopo Portuensi Apostolice Sedis Legato. » Eum in angustiis supra

modum laborantem consolatur: postulationi de ipso factae a capitulo Bisuntino non consentit: ut absolvere possit Arelatensem, Aquensem archiepiscopos et episcopum Avenionensem, qui sine auctoritate Massiliensibus et Tarasconensibus absolutionis beneficium impenderant: eidemque nunciat F(ridericum) regem Siciliae in Romanorum imperatorem electum recepturum a Papa coronam iam Italiam intrasse. Apud Vrbemveterem VIII. Kal. Oct. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 133. fol. 26; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 43; Bouquet Rec. XIX. 707; Potthast 555. n. 6363; Horoy H-i opp. omn. III. 538. n. 62.* — « EXHIBITAS NOBIS FRATERNITATIS. »

2720. — *Apud Vrbemveterem 24 Septembris.*

« (Waltero) Cisterciensi et (Guidoni) Morimundensi abbatibus. » Mandat, Waldemarum latorem praesentium (Slesvicensem primum, mox Bremensem episcopum intrusum) propter rebellionem et alia innumera eius flagitia episcopali dignitate privatum et in extremis laborantem ab excommunicationis sententia absolutum, qui modo habitum Cisterciensis ordinis assumpserit, in aliquo eorum monasterio, quod elegerit, ordinem dictum humiliter observare permittant. Apud Vrbemveterem VIII. Kal. Octobris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 136. fol. 27; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 36; Manrique Ann. Cisterc. IV. 196; Potthast 555. n. 6362; Horoy H-i opp. omn. III. 537. n. 61.* — « WALDEMARVS LATOR PRESENTIVM. »

2721. — *Apud Vrbemveterem 24 Septembris.*

« Archidiacono de Estriding Eboracensis diocesis et magistro I. Romano canonico Eboracensi et decano civitatis Eboracensis. » Vt fructus cuiusdam beneficii, quod R. clericus in ecclesia de Seggesbroc obtinebat et a Villelmo clerico Lincolniensis dioecesis interim occupatum est, sequestrent, eorumque causam audiant. Apud Vrbemveterem VIII. Kal. Oct. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 138. fol. 27.* — « CONSTITVTVS IN PRESENTIA. »

2722. — *Apud Vrbemveterem 25 Septembris.*

« Suffraganeis ecclesie Narbonensis. » Mandat ut (Conrado) episcopo Portuensi Papae Legato in partibus Provinciae contra haereticos assistant. Apud Vrbemveterem VII. Kal. Oct. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 134. fol. 26; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 43; Bouquet Rec. XIX. 706; Potthast 556. n. 6366; Horoy H-i opp. omn. III. 540. n. 64.* — « CVM NECESSE SIT. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum Viennensi archiepiscopo et suffraganeis eius, archiepiscopo Arelatensi et suffraganeis eius, archiepiscopo Lugdunensi et suffraganeis eius, archiepiscopo Aquensi et suffraganeis eius, cuilibet archiepiscopo cum suis suffraganeis per se scriptum est.

2723. — *Apud Vrbemveterem 25 Septembris.*

« Episcopo Ripensi. » Indulget ut Christianus quidam acolitus, licet Saracenos quinque manu propria interfecerit, in ordine acolitatus inservire et beneficium ecclesiasticum obtinere possit. Apud Vrbemveterem VII. Kal. Oct. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 135. fol. 26; Suhm Hist. af Danmark IX. 754; Potthast 556. n. 6364; Horoy H-i opp. omn. III. 539. n. 63.* — « DILECTVM FILIVM CHRISTIANVM. »

2724. — *Apud Vrbemveterem 25 Septembris.*

« (Mauricio) episcopo et capitulo Burgensibus. » Eximit eos a iurisdictione episcopi et canonicorum Oxomensium. Apud Vrbemveterem VII. Kal. Oct. anno quinto. —

Reg. Vat. lib. 5. epist. 142. fol. 29. — « Ex parte vestra. »

2725. — *Apud Vrbemveterem 25 Septembris.*

« Nobili mulieri Y(sabellae) quondam regine Anglie. » Eam redarguit quod maternae pietatis oblita H(enricum) Anglorum regem puerum natum suum indebite persequatur, et nuper B. eius senescallum capi fecerit et eum castro de Compniaco spoliaverit, etc. Hortatur ut ipsa a dicti regis molestatione cessans divinam offensam et infamiam declinet humanam, alioquin dat litteris in mandatis Xanctonensi et Lemovicensi episcopis et decano Burdegalensi ut eam et complices suos per excommunicationis et interdicti sententias compescant. Apud Vrbemveterem VII. Kal. Oct. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 144. fol. 29; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 44; Musaeum Britann. add. mss. 15354; Bouquet Rec. XIX. 708; Shirley Royal letters I. 536. n. 10; Potthast 556. n. 6367. et in Append. p. 2090; Horoy H-i opp. omn. III. 542. n. 66.* — « Mirari cogimur et. »

2726. — *Apud Vrbemveterem 25 Septembris.*

« Nobili viro Hugoni de Leziniaco comiti Marchie Pictavensis diocesis. » Ei, qui Y(sabellam) matrem H(enrici) regis Angliae matrimonialiter sibi copulaverat, de eodem superioris epistolae argumento scribit, eumque exhortatur ut praefato regi Iohannam illius sororem, et civitatem Xanctonensem et insulam Oleronis cum aliis terris et redditibus sine dilatione restituat. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem VII. Kal. Oct. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 145. fol. 29; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Bouquet l. c. 709; Shirley l. c. n. 11; Potthast 556. n. 6368. et in Append. pag. 2090; Horoy H-i opp. omn. III. 543. n. 67.* — « Karissimvs in Christo. »

2727. — *Apud Vrbemveterem 25 Septembris*

« Nobili viro Vicecomiti Lemovicensi. » Commendat eius fidem et constantiam pro defendendo H(enrico) rege Angliae contra eius matrem quae materni affectus oblita eum et terram suam facit indebite molestari. Dat. ut supra. (Apud Vrbemveterem VII. Kal. Oct. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 146. fol. 29; Mss. Vallicel. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Bouquet l. c. 707; Potthast 556. n. 6365; Horoy H-i opp. omn. III. 541. n. 65.* — « Constantem fidem. »

Cod. Vat. et Potthast l. c. addunt: In eundem modum scriptum est Consulibus et Populo Castri Lemovicensis.

Electo, capitulo et populo civitatis Vasatensis.

Nobili viro S. de Maloleone Pictavensis diocesis.

Nobili viro A. Vicecomiti de Rupecavardi, et de Cabanisio et Montis Berulfi dominis Lemovicensis et Engolismensis diocesum.

Abbati et Conventui Sancti Iohannis Angeliacensis Xanctonensis diocesis.

Maiori et Communie de Niorto Pictavensis diocesis.

Maiori et Communie Sancti Iohannis Angeliacensis Xanctonensis diocesis.

Episcopo, Capitulo et populo civitatis Petragoricensis.

Nobilibus viris Gaufrido, Aimerico et Roberto de Ranconio fratribus Xanctonensis diocesis.

Nobilibus viris Baronibus et aliis fidelibus Regis Anglie in Auxitana provincia constitutis. — *(Hoc deest in Potthast).*

Nobilibus viris universis Baronibus et aliis fidelibus regis Anglie in Burdegalensi diocesi constitutis.

Episcopo, capitulo et populo civitatis Lemovicensis.

Maiori et Comunie de Rupella Xanctonensis diocesis.

Episcopo, capitulo et populo civitatis Baionensis.

Vniversis Baronibus et aliis fidelibus Karissimi in Christo filii nostri H(enrici) illustris regis Anglie in Lemovicensi diocesi constitutis.

Episcopo, capitulo et populo civitatis Aquensis.

Nobili viro Vicecomiti Toarcensi et W. et G. natis eius Pictavensis diocesis.

2728. — *Apud Vrbemveterem 25 Septembris.*

Abbati et conventui Maurimonasterii parochiam in villa de Obernechirhen, in qua ius patronatus dictum monasterium obtinebat, ab (Henrico) Argentinensi episcopo eis concessam confirmat. Apud Vrbemveterem VII. Kal. Oct. anno quinto. — *Würdtwein Nova subs. XIII. 247; Potthast 556. n. 6369; Horoy H-i opp. omn. III. 545. n. 68.* — « Cvm a nobis. »

2729. — *Apud Vrbemveterem 26 Septembris.*

« Preposito, Archidiacono et Archipresbytero Senensibus. » Vt audiant et terminent causam inter episcopum et homines Massanos super pensionibus et aliis iuribus quae idem episcopus vigore privilegii clarae memoriae Henrici Imperatoris Romanorum sibi reclamat. Apud Vrbemveterem VI. Kal. Octobris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. ep. 137. fol. 27.* — « Venerabilis frater. »

2730. — *Apud Vrbemveterem 26 Septembris.*

« (Mauricio) Burgensi episcopo. » Indulget ut si in prosecutione causarum ecclesiae suae excommunicationis nota sibi a suis adversariis obiciatur, a quovis capellanorum suorum absolutionem possit recipere. Apud Vrbemveterem VI. Kal. Oct. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 143. fol. 29.* — « Ex parte tva. »

2731. — *Apud Vrbemveterem 26 Septembris.*

(Conrado) episcopo Ratisponensi mandat, ut, cum propter guerrarum discrimina in eius dioecesi incendiarii tot existant, quod vix in ea sacerdos aliquis inter ipsos secure possit divina officia celebrare, talibus beneficium absolutionis impendat. Apud Vrbemveterem VI. Kal. Oct. anno quinto. — *Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 326. n. 342; Potthast 556. n. 6370; Horoy H-i opp. omn. III. 546. n. 69.* — « Ex parte tva. »

2732. — *Apud Vrbemveterem .... Septembris.*

« (Friderico) illustri Regi Sicilie in Romanorum imperatorem electo. » Eum rogat et hortatur ut iuxta promissiones suas terram comitissae Matildis Alatrino et Raynaldo capellanis vel eorum alteri, nisi forte ambo praesentes esse potuerint, Papae nomine resignari faciat. Praeterea « sollicitamus regiam celsitudinem, quatinus cum vitium heresis dicatur in Lombardia plurimum excrevisse, quod apparet ex iniquis statutis, que plereque illius provincie civitates contra Dei ecclesiam ediderunt, contra hereticos et fautores ac receptatores eorum statuas et servari facias aliquid dignum regia maiestate, ipsaque statuta... generaliter casses et precipias abiurari. » Apud Vrbemveterem. (Deest nota chronol.). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 159. fol. 27; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 17; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 467; Theiner Cod. dipl. dom. temp. S. Sedis I. 58. n. 91; cf. Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. 11. 843; Potthast 555. n. 6358. (circa diem 20 Septembris); Horoy H-i opp. omn. III. 534. n. 57. (20 Septembris); Rodenberg Epist. Sel. 101. n. 141. (fine mensis Septembris).* — « Non oportet nos verbis. »

2733. — *Apud Vrbemveterem 1 Octobris.*

Archiepiscopis et episcopis et abbatibus, praepositis, prioribus, archidiaconis, decanis et aliis ecclesiarum praelatis ad quos litterae istae pervenerint, mandat ut in fratres hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani, clericos et ecclesias eorum, in quibus auctoritatem nequaquam habent, excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare nullatenus praesumant. Dat. apud Vrbemveterem Kalendis Oct. anno (tertio *sed legatur*) quinto. — *Strenhlke Tabulae ord. Theuton. p. 275; cf. ap. Potthast p. 518. (1 Octobris 1218 an. III) et 556. n. 6371; Horoy H-i opp. omn. III. 546. n. 70.* — « CVM DILECTI FILII. »

2734. — *Viterbii 2 Octobris.*

« Episcopo, Decano et Capitulo Xanctonensibus. » Eos absolvit ab impetitione Benedicti clerici canonicari (sic) petentis. Viterbii VI. Non. Oct. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 138. fol. 46; Horoy H-i opp. omn. III. 547. n. 71.* — « CVM CAVSAM QVE. »

2735. — *Viterbii 5 Octobris.*

« Capitulo Gneznensi. » Eorum postulationi annuens, Vincentium Gneznensis ecclesiae maiorem praepositum in archiepiscopum eisdem concedit, cum sit vir industrius, generis et morum nobilitate praeclarus, ac litteratura sufficienter ornatus. Ideoque mandat, quatinus ipsi electo tamquam pastori intendant, et obediant humiliter et devote. Viterbii III. Non. Oct. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 147. fol. 30; Theiner Mon. Polon. I. 11. n. 23; Potthast 556. n. 6372; Horoy H-i opp. omn. III. 548. n. 72.* — « EX LITTERIS VENERABILIS. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est suffraganeis ecclesie Gneznensis.

2736. — *Viterbii 8 Octobris.*

« Magistro Iohanni Loca clerico. » Attentis testimoniis archiepiscopi Turonensis, episcopi Pictavensis et aliorum de eius moribus et scientia, cum eo super defectu natalium despensat, ut ad sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum acquirere possit. Viterbii VIII. Id. Oct. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 148. fol. 30.* — « LICET EX EO. »

2737. — *Viterbii 10 Octobris.*

« B(artholomaeo) decano Carnotensi et Magistro Giraudo de Pictavia canonico et Radulfo presbytero fratri Milicie Templi Parisien. » In causa quae inter Erardum de Brenna et Philippam uxorem eius ex parte una, et B(lancham) comitissam Campaniae et T(heobaldum) natum eius ex altera vertitur, mandat ut, iuxta intercessionem memoratae comitissae et supplicationes Erardi et uxoris suae, hiis et adiutoribus ipsorum relaxent excommunicationis sententiam, postquam vero, quantum potuerint, satisfecerint de damnis comitissae illatis, et de cetero iuratoriam cautionem dederint. Viterbii VI. Id. Oct. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 149. fol. 30; Mss. Vallicell. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 710; Teulet Layettes I. 502. n. 1407; cf. Jubainville Comtes de Champagne V. 159. n. 1296; Potthast 556. n. 6373; Horoy H-i opp. omn. III. 549. n. 73.* — « NOBILI VIRO ERARDO. »

2738. — *Romae apud Sanctum Petrum 21 Octobris.*

« Nobili Mulieri Agneti Vidue nate Nobilis viri Hervei comitis Nivernensis. » Eius personam cum omnibus bonis tam praesentibus quam futuris recipit in protectionem. Romae apud Sanctum Petrum XII. Kal. Nov. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 151. fol. 31; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 552. n. 74.* — « PIE POSTVLATIO VOLVNTATIS. »

2739. — *Laterani 26 Octobris.*

« (Roberto) Episcopo, Archidiacono et Hugoni canonico Claromontensibus. » Com-

mittit eis, ut in causa inter Agnetem viduam natam nobilis viri (Hervei) comitis Nivernensis ex una parte et (Guillelmum) episcopum Autisiodorensem super assignatione feodi Mallei et Betreii, et nobilem virum comitem Namurcensem ex altera, qui Mallei, Betreii et Collegiarum castra contra iustitiam detinet occupata, utpote quae ad ipsam Agnetem pertinere noscantur, quod iustum fuerit, appellatione postposita, statuant et firmiter observari faciant. Laterani VII. Kal. Nov. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 152. fol. 32; Bouquet Rec. XIX. 711; Potthast 557. n. 6374; Horoy H-i opp. omn. III. 552. n. 75.* — « Ex parte dilecte. »

2740. — *(Laterani) 26 Octobris.*

Le pape confirme les possessions des biens à l'abbaye de Saint-Michel à Doullens. (Laterani) VII. Kal. Nov. (anno quinto). — *Darsy Benéfices I. 203; Potthast 557. n. 6375.*

2741. — *Laterani 27 Octobris.*

Magistro et fratribus domus s. Mariae Theutonicorum Iherosolimis ab (Ottone) comite de Hennenberch, Beatrice uxore et Ottone filio eiusdem venditum Castellum Regis cum omnibus pertinenciis suis, excepto casali quod vocatur Ihazon, confirmat. Laterani VI. Kal. Nov. anno quinto. — *Voigt Gr. O. v. Henneberg 73; Strehlke Tabulae 44. n. 54; Potthast 557. n. 6376; Horoy H-i opp. omn. III. 553. n. 76.* — « Ivstis petentivm desideriis. »

2742. — *Laterani 30 Octobris.*

« Nobilibus viris et omnibus conciliis per Palentinam diocesim constitutis. » Vt iuxta desiderium F. regis Castellae ass'gnetur quarta terrarum cuiuslibet ecclesiae dioecesis Palentinae pro reformatione studiorum in civitate Palentiae ac praesertim ad fabricam pro magistrorum solatio usque ad quinque annos. Laterani III. Kal. Nov. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 153. fol. 32.* — « In litteris karissimi. »

2743. — *Laterani 30 Octobris.*

Archidiacono Hellino et magistris Gualtero de Chambli et Gotofrido canonicis S. Petri Laudunensis mandat, faciant ut sententia, quam pro capitulo s. Quintini officiales Remenses contra episcopum Noviomensem super quibusdam ecclesiis et earum fructibus promulgarunt, inviolabiliter observetur. Laterani III. Kalendas Novembris (anno quinto). — *Colliette Mém. pour l'hist. de Vermandois II. 669; Hemeraeus Augusta Veron. 210; Potthast 557. n. 6377; Horoy H-i opp. omn. III. 554. n. 77.* — « Postvlarvnt a nobis. »

2744. — *Laterani 30 Octobris.*

Decano, cantori et scholastico Ildesemensibus mandat, compellant comitem de Aldenhusen Alberstadens. dioc., ut Scenignensi (Scheiningen) capitulo possessiones, quibus eorum ecclesiam spoliaverat, restituat et de dampnis satisfaciat. Laterani III. Kal. Nov. anno quinto. — *Falke Tradit. Corbeiens. 779; Riedel Cod. dipl. Brandenb. I. Hauptth. XVI. 315. n. 4; Potthast 557. n. 6378; Horoy H-i opp. omn. III. 554. n. 78.* — « Sva nobis Scenignense. »

2745. — *Laterani 31 Octobris.*

« Episcopo et Hermanno Archidiacono Augustensibus et decano de Wallenhusen Augustensis diocesis. » Vt super homicidio de quo dicitur falso fuisse accusatus R. presbyter ecclesiae de Tussin, audiant causam et decernant. Laterani II. Kalendas Novembris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 154. fol. 32.* — « Exposita nobis. »

2746. — *Laterani 2 Novembris.*

« Nobili viro Petro Germano Karissimi in Christo filii nostri Illustris Regis Portugalie. » Eum cum eius bonis sub protectione recipit. Laterani IIII. Non. Novembris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 165. fol. 33; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Attendentes devotionem. »

2747. — *Laterani 2 Novembris.*
« (Conrado) Metensi episcopo imperialis aule cancellario. » Vt contra raptores bonorum ecclesiae suae quae in alienis dioecesibus sunt posita, si praelati dioecesani in raptores huiusmodi censuram ecclesiasticam exercere neglexerint, ipse exerceat. Laterani IIII. Nonas Novembris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 190. fol. 38.* — « TVA NOBIS FRATERNITAS. »

2748. — *Laterani 3 Novembris.*
« (Benedicto) episcopo Scarensi. » Iniungit ei ut clericos suae dioecesis qui sive sponte sive commisso homicidio, habitum clericalem abiiciunt, et palam de facto uxores ducunt, ad agendam poenitentiam in aliquibus monasteriis, servato habitu clericali, monitione praemissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellat. Laterani III. Nonas Novembris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 156. fol. 32; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 42; Liljegren Svenskt dipl. I. 210. n. 187; cf. Porthan Bullar. access. 11. n. 15; Potthast 557. n. 6380; Horoy H-i opp. omn. III. 556. n. 80.* — « AVDIVIMVS QVOD QVIDAM. »

2749. — *Laterani 3 Novembris.*
« Eidem. » Mandat, abusum, quo mariti uxores in adulterio deprehendentes usque adeo se credunt a vinculo matrimonii absolutos, quod eisdem viventibus, alias quasi licite superducunt, penitus aboleat, abusores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Laterani III. Non. Nov. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 159. fol. 33; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 42; Liljegren l. c. 210. n. 188; Porthan l. c. 11. n. 16; Potthast 557. n. 6381; Horoy H-i opp. omn. III. 557. n. 81.* — « AVDIVIMVS QVOD NONNVLLI. »

2750. — *Laterani 3 Novembris.*
« Eidem. » Datur facultas absolvendi a canone latae sententiae eos qui per praedecessores suos absoluti sunt non habita potestate. Laterani III. Non. Nov. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 160. fol. 33.* — « FRATERNITATIS TVE. »

2751. — *Laterani 3 Novembris.*
« Eidem. » Confirmat ei eiusque successoribus decimas in quibus parrochiani sui secundum canonicas sanctiones ipsi tenentur, et aliam decimam quae dicitur capitalis (Capitolis, *Horoy*) ad quam solvendam se voto voluntarie obligarunt. Laterani III. Non. Nov. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 161. fol. 33; Liljegren Svenskt dipl. I. 211. n. 189; cf. Porthan Bullar. access. 11. n. 17; Potthast 557. n. 6382; Horoy H-i opp. omn. III. 557. n. 82.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

2752. — *Laterani 3 Novembris.*
« Vniversis ecclesiarum Prelatis per Scarensem diocesim constitutis. » Vt (Benedicto) episcopo Scarensi procurationes et alia sibi debita sine difficultate qualibet exsolvant: alioquin sententiam, quam idem super hoc rationabiliter tulerit in rebelles, ratam habebit, et inviolabiliter observari faciet. Laterani III. Non. Novemb. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 164. fol. 33; Liljegren l. c. 211. n. 190; cf. Porthan l. c. 12. n. 18; Potthast 557. n. 6383; Horoy H-i opp. omn. III. 558. n. 83.* — « VT EX DEBITO. »

2753. — *Laterani 3 Novembris.*
« (Iohanni) illustri Regi Svetie. » Cum is et principes et magnates sui ecclesias et res ecclesiasticas nimis irreverenter contrectent, dum inter alia, quoties ecclesiam cathedralem vacare contingat, bonis vacantis ecclesiae iniuste apprehensis, capitulum ad electionem procedere non sinunt, et quem

volunt intrudunt in ecclesiam viduatam; et quum quidam etiam saeculares iudices in contrahendis et dirimendis matrimoniis et in aliis quamplurimis ius episcopale sibi damnabiliter usurpent; celsitudinem regiam monet et hortatur Papa quatinus non solum ipse ab huiusmodi abusibus prorsus abstineat, verum etiam quoslibet sibi subditos tradita sibi coelitus potestate abstinere compellat. Laterani III. Nonas Novembris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 158. fol. 33; Mss. Vallicell. I. 53; Vastovius Vitis aquil. 170; Liljegren l. c. 209. n. 186; fragm. ap. Celse Appar. 57. n. 10; Potthast 557. n. 6379; Horoy H-i opp. omn. III. 555. n. 79.* — « VT POTENTIBVS HVIVS. »

2754. — *Laterani 4 Novembris.*

« (Benedicto) episcopo Scarensi. » Libertates, immunitates et alia ab I. rege Sveciae ecclesiae suae concessa, ei et eius successoribus confirmat, tenore litterarum ipsius regis hic ad maiorem rei evidentiam inserto. Laterani II. Non. Novemb. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 155. fol. 32; Liljegren l. c. 212. n. 191; cf. Celse l. c. 58. n. 11; Potthast 557. n. 6387; Horoy H-i opp. omn. III. 559. n. 85.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

2755. — *Laterani 4 Novembris.*

« Eidem. » Datur ei facultas absolvendi illos qui incidentes in canonem latae sententiae propter difficultatem laboris et viarum discrimina negligunt absolutionis beneficium postulare, « nisi forte ita esset talium enormis excessus, quod merito deberent ad Sedem Apostolicam destinari. » Laterani II. Non. Nov. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 157. fol. 32; Liljegren l. c. 212. n. 192; cf. Porthan Bull. access. 12. n. 19; Potthast 557. n. 6388; Horoy H-i opp. omn. III. 560. n. 86.* — « CVM SICVT IN. »

2756. — *Laterani 4 Novembris.*

« Eidem. » Datur ei libera facultas concedendi quasdam peccaminum indulgentias rite visitantibus ecclesiam quae de novo construitur in honorem Dei et bon. mem. Nicolai presbyteri qui, « dum quendam visitaturus infirmum corpus Christi portaret, ab impiis immaniter interfectus, insignibus coruscat miraculis. » Laterani II. Nonas Nov. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 162. fol. 33; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 472; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 42; Liljegren l. c. 212. n. 193; cf. Porthan l. c. n. 20; Potthast 558. n. 6389; Horoy H-i opp. omn. III. 561. n. 87.* — « TVA NOBIS DEVOTIO. »

2757. — *Laterani 4 Novembris.*

« Eidem. » Mandat quatenus ecclesiam suam de canonicis regularibus secundum regulam beati Augustini si fieri poterit studeat ordinare, alioquin canonicos saeculares instituat in eadem, tales utique qui digne in ea Domino famulentur. Dat. ut supra. (Laterani II. Non. Novemb. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 163. fol. 33; Liljegren l. c. 212. n. 194; cf. Porthan l. c. n. 21; Potthast 588. n. 6390; Horoy H-i opp. omn. III. 563. n. 90.* — « AVDITO A TE. »

2758. — *Laterani 4 Novembris.*

« Illustri Regi Aragonum. » Mandat ut cum is nuntios ad Miromomelinum dicatur mittere, christianos potius quam iudaeos mittat, cum ipsi non sit de infidelium fidelitate sperandum, nec verisimile sit quod qui negaverunt impie ipsum Christum, fideles esse debeant christianis. Laterani II. Non. Nov. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 166. fol. 34; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 472; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 49.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

Scriptum est super hoc Archiepiscopo Terraconensi, Barchinonensi et Ilerdensi

episcopis ut dictum regem ad id moneant et efficaciter inducere non postponant. — *Cod. Vat. l. c.*

In eundem modum scriptum est (Alfonso) regi Legionensi. — *Cod. Vat. l. c.; Manrique Ann. Cisterc. IV. n. 208; Potthast 557. n. 6385; Horoy H-i opp. omn. III. 558. n. 84.*

In e. m. scriptum est Monitoribus ipsius regis Legionensi et Zamorensi episcopis et Abbati de Marerola Cisterciensis Ordinis Zamorensis diocesis. — *Cod. Vat. l. c.; Manrique l. c. 208; Potthast 557. n. 6386; Horoy H-i opp. omn. III. 561. n. 88.*

In e. m. scriptum est regi Castelle. Monitoribus vero ipsius archiepiscopo Toletano Apostolice Sedis Legato, Burgensi et Palentino episcopis. — *Cod. Vat. l. c.*

In e. m. regi Navarre sine Monitoribus. — *Cod. Vat. l. c.*

2759. — *Laterani 4 Novembris*

« Preposito et Capitulo Salzeburgensibus. » Ecclesiam de Castōn et de Salina Mulbach ac Bogowe redditus ab eorum archiepiscopo ipsis concessa confirmat. Laterani II. Non. Nov. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 167. fol. 34.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

2760. — *Laterani 4 Novembris.*

« G. Bertulli Magalonensi canonico. » Absolutionem ei concedit ab excommunicationis sententia, in quam incurrerat eo quod leges civiles, ipsius iuris scientiae illectus amore, audiverat nec regularem habitum portaverat, secundum inhibitionem fel. rec. Alexandri Papae editam in concilio Turonensi, et excommunicationis sententiam a bon. mem. Albanensi electo Apost. Sed. Legato contra huiusmodi transgressores prolatam: quae absolutio ei impertietur per Gervasium poenitentiarium Papae. Nec ipse propter hoc impediatur quominus retinere receptos et suscipere alios ordines et honores possit. Laterani II. Non. Nov. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 241. fol. 47; Horoy H-i opp. omn. III. 563. n. 91.* — « ILLIVS LICET IMMERITI. »

2761. — *Laterani 5 Novembris.*

Abbati et Priori S. Nicolai et W. canonico S. Walburgis Furnesiensis mandat ut controversiam inter scabinos Yprenses et fratres militiae Templi vertentem disceptent. Laterani Nonis Nov. anno quinto. — *Diegerick Invent. . 28. n. 30; Warnkönig et Gheldolf Hist. de la Flandre V. 340; Potthast 558. n. 6391. et Append. p. 2090.*

2762. — *Laterani 5 Novembris.*

Capitulo S. Mariae ad gradus Maguntino concessionem libertatis et immunitatis super bonis suis in Rinichgowe eis a Moguntino archiepiscopo factam confirmat. Laterani Nonis Novemb. anno quinto. — *Orig. in archivio Idsteinensi; Bodmann Rheingauische Alterth. II. 757; Potthast Append. p. 2090. n. 6391 a-26063.* — « CVM A NOBIS. »

2763. — *Laterani 7 Novembris.*

Magistrum et fratres hospitalis in Viktring cum omnibus bonis protegendos suscipit, specialiter autem eis ecclesiam in Chotmarstor (Köttmannsdorf), quam hospitali (Eberhardus) archiepiscopus Salzburgensis donaverat, auctoritate apostolica confirmat. Laterani VII. Id. Nov. anno quinto. — *v. Ankershofen Vrk.-Regest. in Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen. XXII. 356. n. 778; Potthast 558. n. 6392.* — « CVM A NOBIS. »

2764. — *Laterani 9 Novembris.*

Abbati et conventui Portensibus (Cisterc. ord.) mansum quem habent in Borsendorf cum loco molendini et parte montis in Borsendorp, et alia bona quae emptionis iure a Conrado milite in Borsendorf acquisiverant, confirmat. Laterani V. Id. Nov. anno quinto. — *Vnschuldige Nachrichten von Alten u. Neuen theolog. Sachen auff d. Jahr 1718. (Leipz. 8.) 927; Mencken Scr. rer. Germ. I. 774; Bertuchii Chron. Portense ed. Schamelius (Lipsiae 1739. 4.) I. 217; Pot-

thast 558. n. 6393; Horoy H-i opp. omn. III. 565. n. 93. — « Ivstis petentivm desideriis. »

2765. — *Laterani 10 Novembris.*
« Sancti Germani et Sancti Petri Abbatibus et decano Autisiodorensibus. » Vt magistrum Durandum, pro quo iam Aurelianensi episcopo et collegis ipsius scripsit, sublato appellationis obstaculo, recipi faciant in canonicum a decano et capitulo sancti Austregisili Bituricensibus, nisi aliquid canonicum obstiterit, alioquin rem ad succentoris Autisiodorensis et collegarum ipsius remittant examen. Laterani IIII. Id. Novemb. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 168. fol. 34; Horoy H-i opp. omn. III. 565. n. 94.* — « Dilectvs filivs magister. »

2766. — *Laterani 10 Novembris.*
« N(icolao) episcopo Tusculano Apost. Sedis Legato et dilecto filio Alatrino subdiacono et capellano nostro. » Hiis mandat « quatenus efficaciter studeatis ut capitularia, que vobis mittimus presentibus interclusa, sub competentibus verbis, servata sententia, sub nomine regio in leges publicas redigantur, nobisque mittantur regie bulle roborata munimine, in die coronationis sub imperiali nomine in Basilica principis apostolorum solemniter publicanda. Ad hec prudenter et caute studeatis investigare ac perspicere regium animum et propositum, tam super vitanda regni (Siciliae) atque imperii unione, quam super subsidio Terre Sancte. » Addit consilia, ut haec efficere possint. Laterani IIII. Id. Novemb. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 184. fol. 37; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 19; Pertz Mon. Germ. h. leg. II. 242; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. 11. 880; Potthast 558. n. 6395; Horoy H-i opp. omn. III. 562. n. 89. (4 Novembris); Rodenberg Ep. Sel, 103. n. 144.* — « De commvni fratrvm. »

2767. — *Laterani 10 Novembris.*
Abbati et conventui Portensibus (Cisterc. ord.) novem mansos et dimidium quos habent in villa Henscosleuen cum area molendini, necnon 11 ½ mansos quos habent apud grangiam in Vere et ab abbate et conventu Hersfeldensibus emptionis iure acquisitos, confirmat. Laterani IV. Id. Nov. anno quinto. — *Iust. Bertuchius Chron. Portense I. 218. n. 5; Schöttgen et Kreysig dipl. Nachlese III. 453; germanice ap. Wolff Chron. des Klosters Pforte I. 323; Potthast 558. n. 6394; Horoy H-i opp. omn. III. 556. n. 95.* — « Cvm a nobis. »

2768. — *Laterani 10 Novembris.*
Honorius charge (Iean) abbé de Sainte-Geneviève de Paris, le prieur de la même abbaye et G. archidiacre de Paris, de juger la réclamation du prieur et des frères de l'Hôpital Saint-Jean de Jérusalem de France contre Blanche comtesse de Champagne et plusieurs autres qui leur font tort dans les diocèses de Sens et de Troyes. — *Jubainville Comtes de Champagne V. 160. n. 1298; Potthast 558. n. 6398.*

2769. — *Laterani 11 Novembris.*
« Magistro Iwaro preposito Falstrie. » Ad preces regis Danorum, cum eo super defectu natalium dispensat, cum de sacerdote et virgine sit genitus et defectum huiusmodi talento scientiae litteralis et vitae honestate redimat. Laterani III. Id. Novemb. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 240. fol. 46.* — « Licet ex eo. »

2770. — *Laterani 12 Novembris.*
« Abbati de Locedio. » Supplicantibus magistra et sororibus hospitalis sancti Spiritus Vercellensis, committitur ei eiusque successoribus visitatio et correctio eiusdem hospitalis, ita ut abbas qui pro tempore fuerit bis aut ter in anno vel pluries prout viderit expedire illuc accedat et visitationis et correctionis officium impendat. Laterani II. Id. Nov. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 170. fol. 35.* — « Cvm sicvt dilecte. »

2771. — *Laterani 12 Novembris.*

Abbatibus de Curatio et de Frigillo Cisterc. ord. Marturanens. et Sanctae Severinae diocc. visitationem S. Mariae novae committit. Laterani II. Id. Nov. anno quinto. — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 187; Potthast 558. n. 6399.*

2772. — *Laterani 13 Novembris.*

« (Benedicto) episcopo Scarensi. » Vt eos, qui iam in aetate decrepita constituti in ecclesiam suam ingressum pecunia mediante habuerunt, et propter imbecillitatem corporum in aliam ecclesiam de facili admitti non possent, removeat, et ipsos in aliis ecclesiis suae dioecesis studeat collocare; quod si forte nequiverit, dispensative de novo ipsos recipiat et inferiora loca eisdem assignet, iniuncta nihilominus competenti poenitentia. Laterani Idib. Nov. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 173. fol. 36; Liljegren Svenskt dipl. I. 214. n. 195; cf. Porthan Bullar. access. 13. n. 22; Potthast 558. n. 6400; Horoy H-i opp. omn. III. 567. n. 96.* — « SVPPLICASTI NOBIS VT. »

2773. — *Laterani 13 Novembris.*

« Eidem. » Ne de cetero in sua dioecesi patiatur quandam consuetudinem iuri contrariam, videlicet quod, matre puerum suum per incuriam in lecto opprimente, pater pari poena cum matre puniatur, sed secundum culpas delinquentium poenitentias moderetur. Dat. ut supra. (Laterani Idib. Nov. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 174. fol. 35; Mss. Vallic. I. 53; Liljegren l. c. n. 196; cf. Porthan l. c. n. 23; Raynaldi Ann. Eccl. 1220 n. 42; Potthast 558. n. 6401; Horoy H-i opp. omn. III. 568. n. 97.* — « SICVT IN NOSTRA. »

2774. — *Laterani 13 Novembris.*

« Eidem. » Vt, quum vicesima ecclesiasticorum proventuum suae dioecesis in subsidium Terrae Sanctae deputata nequeat de facili aestimari, « pro eo quod proventus ipsi non in moneta sed in victualibus, que habentur ibi valde modici pretii, pro maiori parte consistunt, » de ea ordinet prout eidem Terrae Sanctae melius viderit expedire. Dat. ut supra. (Laterani Idib. Nov. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 175. fol. 35; Liljegren l. c. 215. n. 197; cf. Porthan l. c. n. 24; Potthast 558. n. 6402; Horoy H-i opp. omn. III. 568. n. 98.* — « CVM SICVT IN. »

2775. — *Laterani 13 Novembris.*

« (Olao) Archiepiscopo Vbsalensi (*leg.* Vpsalensi). » Eius consultationibus per episcopum Scarensem auditis, scribit, se ei respondendum duxisse per eundem episcopum Scarensem, sicut ipse viva voce ei poterit explicare. Dat. ut supra. (Laterani Idib. Nov. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 175. fol. 35; Liljegren l. c. n. 198; cf. Porthan l. c. n. 25; Potthast 559. n. 6403; Horoy H-i opp. omn. III. 569. n. 99.* — « AVDITIS PER VENERABILEM. »

2776. — *Laterani 14 Novembris.*

« P. Amelio archidiacono Narbonensi, sacriste et precentori Agathensibus. » Vt observari faciant sententiam latam ab A(lebrandino) s. Susannae presbytero cardinali pro R. Michaele abbate sancti Afrodisii Biterrensi contra episcopum Biterrensem super electione et confirmatione eiusdem abbatis quam episcopus ad se spectare praetendebat. Laterani XVIII. Kal. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 688. fol. 138.* — « VENERABILI FRATRE. »

2777. — *Laterani 14 Novembris.*

Dominico episcopo et capitulo Placentinis litteras Clementis pp. III, quibus ille in Placentia civitate episcopalem cathedram constituit, (*vid. Jaffé Reg. n. 10221*) ad preces Ferdinandi regis Castellae confirmat. Laterani XVIII. Kal. Dec. anno quinto. — *Fernandez Hist. de Plasencia 23; Potthast Append. p. 2090. n. 6403a-26064.* — « IN REGESTIS FOELICIS. »

2778. — *Laterani 16 Novembris.*

« Berte magistre Hospitalis Sancti Spiritus Vercellensis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis. » Recipit eos sub protectione, et in primis statuit ut ordo canonicus secundum Dominum et beati Augustini regulam in eadem domo observetur; bona, iura et privilegia refert et confirmat. Dat. Laterani per manum Guillelmi Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarii XVI. Kalendas Decembris Indict. VIIII. Incarnationis dominicae an. MCCXX. Pont. vero donni Honorii III. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 169. fol. 34; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 473.* — « VESTRIS VOBIS MERITIS. »

2779. — *Laterani 16 Novembris.*

« Bartholomeo Capellano nostro Apostolice Sedis Legato. » Vt ecclesiam Castrensem, inspecta eius paupertate et facultate, ordinet. Laterani XVI. Kalendas Decembris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 176. fol. 35.* — « VENERABILIS FRATER. »

2780. — *Laterani 16 Novembris.*

« Karissimis in Christo filiis illustribus Regibus et dilectis filiis Principibus et universis Dei fidelibus Regno Dacie circumpositis catholicam servantibus unitatem. » Ad exemplar Alexandri et Innocentii Romm. Pontt. praedecessorum suorum, sub anathematis comminatione prohibet ne quis regnum illud quod ad proprietatem b. Petri spectat, invadere, nec iura (Waldemari) regis vel haeredum eius minuere aut usurpare audeat. Laterani XVI. Kalendas Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 180. fol. 37; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 33; Bull. Rom. ed. Taur. III. 377. n. 49; Potthast 559. n. 6405; Horoy H-i opp. omn. III. 569. n. 100.* — « QVANTO SPECIALIVS REGNVM. »

2781. — *Laterani 17 Novembris.*

« Potestati et Populo Senensibus. » Vt terram M(ariani) Iudicis Turritani, quem tamquam specialem ecclesiae filium habet, maxime dum ille ad Terram Sanctam transfretat, non infestent. Laterani XV. Kal. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 175². fol. 35; Mss. Vallicel. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 25.* — « CVM DILECTVM FILIVM. »

Ex Cod. Vat.: In e. m. scriptum est Potestati et Populo Pistoriensibus, Lunensibus, Lucanis, Nitiensibus, Florentinis, Turritanis, Massiliensibus, archiepiscopo Turritano.

2782. — *Laterani 17 Novembris.*

« Nobili viro Mariano Iudici Turritano. » Eum transfretare volentem in subsidium Terrae Sanctae, una cum filio suo Barusono, familia et omnibus suis bonis sub protectione recipit, specialiter autem iudicatum Turritanum ac medietatem iudicatus Arboreae cum pertinentiis suis ipsi confirmat. Laterani XV. Kal. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 177. fol. 36; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 25.* — « APOSTOLICE SEDIS. »

2783. — *Laterani 17 Novembris.*

« Episcopo Bononiensi. » Mandat, insurgat contra N. Potestatem, consiliarios et populum civitatis Parmensis, qui dira in episcopum et clerum ipsius civitatis exercuerant; et nisi patriarchae Gradensis et Aquilegensis et alii praelati per Lombardiam, Romaniolam et Marchias Ianuensem et Anchonitanam, ac per Tusciam constituti contra dictos cives processerint, ipse eos ad hoc compellat. Laterani XV. Kalendas Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 178. fol. 36; Mss. Vallicell. I. 53.* — « DIRE CRVDELITATIS IMMANITAS. »

Scriptum est super hoc in eundem fere modum Aquilegensi et Gradensi Patriarchis et universis Archiepiscopis et Episcopis et

Prelatis tam exemptis quam aliis per Lombardiam, Romaniolam, Marchias Ianuensem et Anchonitanam et Tusciam constitutis. — *Cod. Vat. l. c.*

Scriptum est super hoc in e. f. m. Ph(ilippo) illustri Francorum regi ut, quum Parmenses in clericos desaevientes ecclesiae mandatis et censuris non flectantur, ad comprimendam eorum contumaciam, mercatorum et aliorum Parmensium bona in regno Franciae inventa ad tempus detineri faciat. — *Cod. Vat. l. c.; Bouquet Rec. XIX. 711; Potthast 559. n. 6407; Horoy H-i opp. omn. III. 575. n. 108.* (*22 Nov.*).

Scriptum est super hoc in e. m. Duci Venetorum, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Comitisse Campanie. — *Cod. Vat. l. c.*

2784. — *Laterani 17 Novembris.*

« Rectori et clericis ecclesie Sancti Andree Parmensibus. » Confirmat numerum quatuor clericorum in eorum ecclesia ab episcopo Parmensi institutum, nisi forte in tantum illius ecclesiae facultates excreverint quod plures possint ibidem clerici substentari, auctoritate quoque Sedis Apostolicae semper salva. Laterani XV. Kal. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 179. fol. 37.* — « Cvm a nobis petitvr. »

2785. — *Laterani 17 Novembris.*

Abbati et conventui S. Dysibodi, quibus Moguntinus archiepiscopus loci diocesanus, paupertati compatiens monasterii memorati, de Sobernheim et de Osterna ecclesias, quarum ius patronatus ad iam dictum monasterium pertinebat, in proprios usus concesserat, hanc concessionem confirmat. Laterani XV. Kal. Dec. anno quinto. — *Ioannis Tabular. spicileg. 219; Mittelrheinisches UB. III. 123 n. 135; Potthast 559. n. 6406. et in Append. p. 2090; Horoy H-i opp. omn. III. 570. n. 101.* — « Cvm a nobis. »

22 Novembris. — Die dominica X. Kal. Dec. proxima domnus Federicus coronatus fuit rex Romanorum a summo pontifice in civitate Romana. — *Annal. Placent. Guelf. ap. Pertz Mon. Germ. hist. scr. XVIII. 437.*

A. 1220 indict. IX. de mense Octubris Fredericus in imperatorem Romanorum coronatus fuit ab Honorio III. pp. in basilica s. Petri. — *Ann. Placent. Gibell. ap. Pertz l. c. 469. (Chronica tria Placent. 136).*

1220. In hoc anno coronatus est Fredericus imp. et domna Constantia uxor eius imperatrix a domno Honorio pp. III. in urbe Roma in festo videlicet s. Caeciliae. (*i. e.* 22 Novembris). — *Annal. Cavens. ap. Pertz l. c. III. 193;* (*sub tit.:* Chron. Cavense *ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 926*).

Fredericus rex.... Romam venit.... et in festo s. Cecilie h. e. dominica qua cantatur *Dicit Dominus: Ego cogito cogitationes pacis,* in ecclesia s. Petri a domino Honorio in imperatorem est consecratus cum sua coniuge Margareta (*falso, legas* Constantia) nomine. — *Lamberti Parvi Chron. ap. Martene Ampl. Collect. V. 63.*

X. Kal. Dec. a. d. 1220 Frederigus Henrigi imperatoris filius Rome imperii diadema ab Honorio III. pp. recepit. — *Annal. Senens. ap. Pertz l. c. scr. XIX. 227.*

Fredericus rex vocatus a papa venit cum consorte sua Constantia ad coronam,... et ambo in Principis apostolorum basilica mense Novembri in festo b. Caeciliae magnifice sunt imperii diademate insigniti. — *Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori l. c. VII. 992. (ap. Vghelli Ital. sacr. [ed. 1647] III. 978; ap. Raynaldi Ann. Eccl. ad a. 1220. § 22).*

A. dominicae incarnationis 1221 mense Novembris indict. IX. papa Honorius coronavit apud S. Petrum imperatorem Fridericum filium Henrici et imperatricis Costancie. — *Breve Chron. de rebus Sicul. ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. 11. 895.*

Fridericus rex a Romano Pontifice in festo s. Cecilie in imperatorem consecratur. — *Annal. Coloniens. max. ap. Pertz l. c. scr. XVII. 836.*

Circa festum b. Cecilie. — *Annal. Marbacens. ap. Pertz l. c. XVII. 174.*

Fridericus Romanorum et Siciliae rex ab Honorio pp. in basilica b. Petri apostoli imperiali diademate coronatur. — *Nic. Triveti Chron. ap. Achery Spicil. III. 187.*

A. D. 1220 Fridericus filius imperatoris Henrici coronatus fuit a papa Honorio III. in festivitate s. Caeciliae virg. et mart. Romae in ecclesia b. Petri, et uxor eius regina Constantia in imperatricem, cum omni pace Romanorum. — *Salimbene Parmens. Chron. 5.*

Fridericus rex ab Honorio pp. III. in imperatorem consecratur Romae die b. Caeciliae cum summa pace. — *Chron. Montis Sereni ed. Mader 136. (ed. Mencken in Scr. rer. Germ. II. 263; ed. Eckstein 126).*

2786. — *Romae in Basilica S. Petri 22 Novembris.*

Leges a Friderico Romanorum imperatore editae in Basilica Principis Apostolorum in die, qua de manu Honorii Papae III imperii coronam recepit, pro libertate ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum, pro exterminatione haereticorum, pro naufragantium bonis salvandis, pro testamentis peregrinorum, et securitate agricultorum. Romae in Basilica S. Petri 22 Novembris 1220. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 486. fol. 95; Cironius Decret. H-i I. 1. c. 3, I. 3. c. 4, II. 1. c. 4, II. 2. c. 2, III. 13. c. 1, III. 26. c. 3, V. 4. c. 1, V. 12. c. 4, V. 18. c. 3; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 24; Theiner Cod. dipl. dom. temp. S. Sedis I. 59. n. 93; Pertz LL. t. II. p. 243-245; Bull. Roman. ed. Taur. III. 374; Potthast 559. n. 6408. Animadvertit Theiner* « Disquisitiones criticae in praecipuas canonum et decretalium collectiones p. 30 in not. » *praedictarum legum Fridericianarum auctorem fuisse ipsum Honorium, ut id satis colligitur epistola* « Nicolao episcopo Tusculano Apost. Sedis Legato et dilecto filio Alatrino subdiacono et capellano nostro. » *Laterani 10 Novembris 1220 (in hoc Reg. p. 459. n.* **2766**). — « HAS LEGES A. »

2787. — *Laterani 23 Novembris.*

Domum hospitalem, oratoria etc. ordinis s. Spiritus in Aureaco sub b. Petri et sedis apostolicae protectione suscipit. Laterani (IX. Kal. Dec. anno quinto). — *Toussart Diplom. I. 16; Potthast 559. n. 6410.*

2788. — *Laterani 24 Novembris.*

Archiepiscopo Cusentino et abbati monasterii Cripte Ferrate committit visitationem et reformationem monasteriorum graecorum ordinis sancti Basilii quae in regno Siciliae sunt constituta. Laterani VIII. Kal. Dec. anno quinto. — *Romae in Archivio Columnensi III. BB. X. n. 25. (Origin.).* — « CVM TV FILI ABBAS. »

2789. — *Laterani 26 Novembris.*

« H. de Alentonio clerico. » Cum eo super defectu natalium dispensat, attentis eius vitae moribus et talentum scientiae. Laterani VI. Kal. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 181. fol. 37.* — « APOSTOLICE PIETATIS. »

2790. — *Laterani 26 Novembris.*

« Eidem (Episcopo Cumano). » Concedit ei licentiam emendi a laicis terras, decimas et redditus alios quos illi ab episcopo Cumano tenent in feudum pro dotandis ecclesiis sanctae Mariae de Turricella et sanctorum Thomae et Antonini quas ad solatium pauperum construxit. Laterani VI. Kal. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 188. fol. 38.* — « SVPPLICASTI NOBIS. »

2791. — *Laterani 26 Novembris.*

« Eidem. » Vt canonicos suos ad servandum certum vivendi modum, quo se vinculo iuramenti astrinxerunt, compellat. Dat. ut supra. (Laterani VI. Kal. Dec. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 189. fol. 38.* — « AD AVDIENTIAM. »

2792. — *Laterani 26 Novembris.*

(Lucam) archiepiscopum et capitulum Cusentinos rogat et monet, ut super castro Rendae,

quod ad Richardum comitem de Agello de iure pertinet, eundem de cetero nullatenus indebite molestent. Laterani VI. Kal. Dec. anno quinto. — *Vghelli Ital. sacra IX. 209; Potthast 560. n. 6411; Horoy H-i opp. omn. III. 571. n. 103.* — « NOBILIS VIR RICHARDVS. »

2793. — *Laterani 27 Novembris.*
« Episcopo Morinensi. » Committit ei reformationem canonicorum ecclesiae Taurinensis. Laterani V. Kal. Decemb. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 186. fol. 38.* — « DEBITVM SOLLICITVDINIS. »

2794. — *Laterani 27 Novembris.*
« Episcopo Cumano. » Libertates concessas illius ecclesiae a Sede Apostolica, ab Imperatoribus et regibus aliisque principibus nec non sententias pro eis latas confirmat. Laterani V. Kal. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 187. fol. 38.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

2795. — *Laterani 27 Novembris.*
« Clero et populo Masse Trabarie. » Recipit eos in protectionem, et possessiones, salvis quae ad monasterium de Scaloclia pertinent, ac antiquas consuetudines confirmat. Laterani V. Kal. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 219. fol. 42; Mss. Vallicell. I. 53; Theiner Cod. dipl. dom. temp. S. Sedis I. 59. n. 92; Potthast 560. n. 6413; Horoy H-i opp. omn. III. 572. n. 104. (26 Nov.).* — « CVM IN FIDE. »

2796. — *Laterani 27 Novembris.*
« Magistro Conrado (*Potthast addit* scolastico Maguntino) penitentiario et capellano nostro. » Mandat, revocet ad tempus indulgentias concessas crucesignatis in Livonia, ut omnes succurrant Terrae Sanctae maxime nunc maiori et maturiori succursu indigenti. Ad haec nuntiat se Fridericum in Imperatorem coronasse, qui crucem assumpsit, praestito iuramento quod in proximo futuri mensis Augusti passagio transfretabit in subsidium Terrae Sanctae; et item in proximo passagio Martii transfretabunt Metensis episcopus, dux Bavariae ac Warnerus de Bollandia dapifer, nec non alii marchiones, comites, barones plures quam quadringenti de Theutonia et Apulia, et cum eis numerosa militum et peditum multitudo. Laterani V. Kal. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 234. fol. 45; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. nn. 53. et 54; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 52; Potthast 560. n. 6414; Horoy H-i opp. omn. III. 573. n. 106; Rodenberg Ep. Sel. 104. n. 146.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

2797. — *Laterani 27 Novembris.*
Archiepiscopo Auxitano, episcopo Conseranensi et abbati Bonifontis dioc. Convenarum mandat, ut de vita et miraculis Bertrandi quondam episcopi Convenarum diligenter inquirant, et quod invenerint, curiae Romanae fideliter communicent. Laterani V. Kal. Dec. anno quinto. — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 173; Potthast 560. n. 6412; Horoy H-i opp. omn. III. 573. n. 105.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

2798. — *Laterani 28 Novembris.*
Conrado scolastico Maguntino ac poenitentiario suo mandat, ut, cum multi crucesignati de partibus Theutoniae pro eo quod non transfretarunt in passagio praecedenti, vinculo excommunicationis sint astricti, provideat super hoc, prout eorum saluti et Terrae Sanctae succursui noverit expedire. Laterani IV. Kal. Dec. anno quinto. — *Böhmer Acta imper. II. 656. n. 946; Potthast 560. n. 6415; Horoy H-i opp. omn. III. 577. n. 109.* — « CVM SICVT CERTO. »

2799. — *Laterani 30 Novembris.*
« Nobili viro Duci Bavarie. » Conceditur ei dilatio transfretandi in subsidium Terrae Sanctae usque ad proximum Augustum, nisi adhuc imperator Fridericus ei sol-

verit 5000 marcharum quas ipsi promiserat. Laterani II. Kalendas Decembirs anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 182. fol. 37; cf. Deutinger Beyträge II. 152. n. 4; cf. Potthast 560. n. 6416; Rodenberg Ep. Sel. 105. n. 147.* — « CVM KARISSIMVS IN CHRISTO. »

2800. — *Laterani 30 Novembris.*

« (Pelagio) Albanensi episcopo Apost. Sedis Legato. » Vt duci Bavariae duo millia marcarum si necesse fuerit pro transitu ad Terram Sanctam persolvat. Dat. ut supra. (Laterani II. Kal. Decemb. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 183. fol. 37; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 473; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 9; Rodenberg Ep. Sel. 105. n. 148.* — « TVVM ET TERRE SANCTE. »

2801. — *(Laterani 30 Novembris).*

« Archipresbyteris et clericis Plebium et archipresbyteratuum de Quarguento (*in epist. seq.* de Quargnento) et de Viuliis et ecclesiarum de Solerio. » Cum iam inter Alexandrinum et Astensem episcopatus unio facta fuisset, et postmodum iterum dissoluti, et hac occasione ab Astensi ecclesia ipsi subtracti fuerint, mandat ut episcopo Astensi sicut alii clerici suae dioecesis respondeant et obediant. (Laterani II. Kal. Dec. anno quinto). Deest signum chronologicum, sed ex sequenti epistola utrasque opinor una die conscriptas fuisse. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 235. fol. 45.* — « DE PROVIDENDO EPISCOPO. »

2802. — *Laterani 30 Novembris.*

« Episcopo Taurinensi. » Vt praedictos archipresbyteros et clericos plebium de Quargnento et de Viuliis ac ecclesiae de Solario episcopo Astensi obedire compellat. Laterani II. Kal. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 236. fol. 46.* — « DE PROVIDENDO EPISCOPO. »

2803. — *Laterani 1 Decembris.*

« Eidem (Metensi episcopo Imperialis Aulae Cancellario). » Vt ad quadriennium pro transitu ad Terram Sanctam obligare possit redditus mensae suae. Laterani Kalendis Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 191. fol. 38; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 54; Rodenberg Ep. Sel. 106. n. 149.* — « DIGNVM EST VT. »

2804. — *Laterani 1 Decembris.*

« Iohanni de Muceio Metensi scolastico. » Attentis eius nobilitatis ac litteraturae meritis, concedit ut possit plura beneficia canonice collata recipere atque tenere. Laterani Kalendis Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 194. fol. 39; Horoy H-i opp. omn. III. 578. n. 111.* — « CVM SIC NOSCARIS. »

2805. — *Laterani 1 Decembris.*

« Episcopo Termulano. » Vt clericis suae dioecesis pro eorum reformatione poenam quam viderit magis expedire infligat. Laterani Kalendis Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 200. fol. 40.* — « IN NOSTRA. »

2806. — *Laterani 1 Decembris.*

Abbatissam et conventum monasterii inferioris in Hohenborc cum omnibus bonis patrocinandas suscipit, specialiter autem possessiones de Gogeswiller ac alia bona eis confirmat. Laterani Kal. Dec. anno quinto. — *Würdtwein Nova subs. XIII. 248; Potthast 560. n. 6417; Horoy H-i opp. omn. III. 578. n. 112.* — « CVM A NOBIS. »

2807. — *Laterani 1 Decembris.*

Easdem protegendas suscipit, specialiter autem ecclesiam de Ottenroden cum pertinentiis eis confirmat. Laterani Kal. Dec. anno quinto. — *Würdtwein l. c. 429; Potthast 560. n. 6418.* — « CVM A NOBIS. »

2808. — *Laterani 2 Decembris.*

« C(onrado) Episcopo Metensi imperialis aule cancellario et capitulo Metensi. » Sta-

tutum per eos editum, videlicet ut fructus praebendarum vacaturarum per decennium fabricae ecclesiae applicentur, confirmat. Laterani IIII. Non. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 192. fol. 39; Horoy H-i opp. omn. III. 579. n. 113.* — « NOSTRO FVIT APOSTOLATVI. »

2809. — *Laterani 2 Decembris.*

« Eisdem. » Omnibus Christi fidelibus qui feria quarta infra octavas Pentecostes ad eorum ecclesiam accesserint elemosinas ibi pro ipsius ecclesiae fabrica largituri, conceduntur indulgentiae viginti dierum nequaquam ultra decennium valiturae. Dat. ut supra. (Laterani IIII. Non. Dec. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 193. fol. 39; Horoy H-i opp. omn. III. 579. n. 113. ubi cum praecedenti epistola coniuncta legitur.* — « SVPPLICASTIS NOBIS. »

2810. — *Laterani 3 Decembris.*

« Episcopo et Sancti Lupi et Sancti Martini abbatibus Trecensibus. » Vt in causa inter (Herveum de Donziaco) comitem Nivernensem et (Philippum de Courtiniaco) comitem Namurcensem super iure in civitate Autisiodorensi, si quid contra ipsos, iuris ordine praetermisso, factum fuerit, auditis quae partes duxerit proponenda, sublato appellationis obstaculo, ratione praevia ab iis procedatur. Laterani III. Non. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 198. fol. 39; Bouquet Rec. XIX. 713; H. Crouzet Preuves des droits et privilèges de la commune de Nevers (Nev. 1858. 8°); Quantin Recueil 118. n. 270. (perperam ad ann. 1221); Potthast 560. n. 6419. et in App. p. 2090; Horoy H-i opp. omn. III. 581. n. 115.* — « EX INSINVATIONE NOBILIS. »

2811. — *Laterani 3 Decembris.*

« Nicholao scriniario. » Concedit ut instrumenta, quae Lando pater eius iam mortuus receperat conscribenda, in publicam manum fideliter redigat, habitura debitam firmitatem. Laterani III. Non. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 202. fol. 40.* — « CVM LANDO. »

2812. — *Laterani 3 Decembris.*

« Patriarche Aquilegensi. » Vt incendiarios suae dioecesis absolvere possit, iniungendo eis ut passis iniuriam satisfaciant. Laterani III. Non. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 204. fol. 40.* — « DE SVBDITORVM TVORVM. »

2813. — *Laterani 3 Decembris.*

« Priori et conventui ecclesie Christi Cantuariensis. » Vt privilegio eis concesso quod possint celebrare, regno generaliter interdicto subiacente, non noceat nec praeiudicet se ad mandatum G(ualae) tituli saucti Martini Apost. Sedis Legati in divinis officiis organa suspendisse. Laterani III. Nonas Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 207. fol. 41; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « EX PARTE VESTRA. »

2814. — *Laterani 3 Decembris.*

« Conventui Corbonensi. » Vt Bartholomaeo eorum archimandritae obediant, alioquin sententia, quam ipse contra rebelles tulerit, rata habebitur et observabitur. Laterani III. Non. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 210. fol. 41.* — « CVM PREFERATVR. »

In eundem modum scriptum est Abbatibus et prioribus monasterio Corbonensi subiectis.

2815. — *Laterani 3 Decembris.*

« Priori Sancti Victoris et fratri Radulfo capellano domus Milicie Templi Parisiensis. » Vt in absentia electi Belvacensis in subsidium Terrae Sanctae profecturi, beneficia ad eius collationem spectantia ipsi conferant et dioecesim Belvacensem visitent. Laterani III. Non. Dec. anno quinto. —

Reg. Vat. lib. 5. epist. 215. fol. 42; Horoy H-i opp. omn. III. 580. n. 114. ex mss. du Theil. — « Cvm dilectvs filivs. »

2816. — *Laterani 3 Decembris.*

« Archidiacono Belnensi et Iohanni de Parisiis et W. de Lesiaco canonicis Eduensibus. » Vt, examinata postulatione canonicorum ecclesiae Primiacensis, qui supplicaverunt ut sibi erigendi in sua ecclesia dignitates et personatus facultas concederetur, statuant super hoc quod praedictae Primiacensi ecclesiae ac personis residentibus in eadem expedire viderint. Laterani III. Non. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 225. fol. 43; Horoy H-i opp. omn. III. 582. n. 116.* — « Ex parte dilectorvm. »

2817. — *Laterani 3 Decembris.*

Ven. fratri Episcopo et dilectis filiis Capitulo Vrbevetanis salutem et apostolicam benedictionem. Eos reprehendit quod non permiserint monasterio b. Pauli de Vrbe capellam in fundo proprio, quod habent in eorum civitate, costruere, quin etiam fecerint in parte dirui fabricatam; eisque mandat quatenus, ecclesiae Vrbevetanae in omnibus iure salvo, tribunal et altare in honorem b. Pauli constructum quod destrui fecerunt permittant sine difficultate qualibet reparari, alioquin fiet ut ipsis invitis capellam ipsam ab omni episcopali iure penitus eximatur. Laterani III. Non. Dec. anno quinto. — *Piccolomini conte Tommaso Guida storico-artistica della città d'Orvieto (Siena 1883) p. 237. Integram hanc epistolam habui a praedicto comite Thoma Piccolomini.* — « Cvm monasterivm. »

2818. — *Laterani 4 Decembris.*

« Nobili mulieri Ducisse Burgundie. » Vt (Herveo) comiti Nivernensi solvat pecuniam quam (Odo) vir eius clarae memoriae illi promisit. Laterani II. Non. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 196. fol. 39; Bouquet Rec. XIX. 712; Potthast 560. n. 6420.* — « Nobilis vir comes. »

2819. — *Laterani 4 Decembris.*

« (Simoni) Archiepiscopo Bituricensi, Abbati Sancti Satyri et magistro I. Galeno archidiacono castri Radulfi Bituricensis diocesis. » Committit eis ut si ducissa Burgundiae persolvere neglexerit pecuniam supradictam comiti Nivernensi, ipsi, partibus convocatis, iudicialiter agant. Dat. ut supra. (Laterani II. Non. Dec. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 197. fol. 39; cf. Potthast l. c.* — « Nobilis vir comes. »

2820. — *Laterani 4 Decembris.*

« Gurcensi episcopo. » Mandat ut cessionem episcopatus ab ipso petitam in manus archiepiscopi Salzeburgensis faciat. Laterani II. Non. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 199. fol. 39.* — « Ex parte. »

Scriptum est super hoc in eundem fere modum Salzeburgensi archiepiscopo ut Gurcensis episcopi cessionem recipiat et capitulum ipsius ecclesie moneat ut infra mensem post receptionem litterarum apostolicarum per electionem canonicam de persona idonea sibi provideant in pastorem.

2821. — *Laterani 4 Decembris.*

« (Waldemaro) illustri Regi Dacie. » Ad eius instantiam mittit illuc Legatum Apostolicum Gregorium sancti Theodori diaconum cardinalem, quem honorificentia se et ipso digna recipiendum curet, et ei devotionem, quam ad Romanam habet Ecclesiam, exhibeat. Laterani II. Nonas Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 201. fol. 40; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 32; Suhm Hist. af Danmark IX. 755; Potthast 560. n. 6422; Horoy H-i opp. omn. III. 583. n. 117.* — « Cvm te sicvt. »

2822. — *Laterani 4 Decembris.*

« Episcopo, scolastico et canonico Argentinensibus. » Vt in causa mota ab I. Metensi scolastico contra magistrum G.

cantorem Tullensem super scolastria sua litteras ad diversos iudices per utramque partem diversis vicibus impetratas compellant exhiberi, et iniungant illis, ad quos iurisdictionem viderint pertinere, ut iuxta traditam sibi formulam procedant. Laterani II. Non. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 203. fol. 40.* — « DILECTVS FILIVS. »

2823. — *Laterani 4 Decembris.*

« Preposito et capitulo Sancti Andree Warmatiensibus (*Potthast* Wormatien.). » Statutum de redditibus duarum praebendarum ecclesiae suae fabricae deputandis, quod ipsi fecerant et (Henricus) Warmatiensis episcopus confirmavit, apostolico roborat munimine. Laterani II. Non. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 205. fol. 40; Baur Hessische Vrkunden II. 56. n. 46; Potthast 560. n. 6423; Horoy H-i opp. omn. III. 583. n. 118.* — « SVPPLICASTIS NOBIS VT. »

2824. — *Laterani 4 Decembris.*

« Capitulo Spirensi. » Statutum ut fructus praebendarum, quas in eorum ecclesia vacare contigerit, per triennium ad sustentacionem fabricae deputentur, confirmat. Laterani II. Non. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 206. fol. 40; Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe v. Speyer I. 162. n. 144; Potthast 560. n. 6421.* — « NOSTRO FVIT APOSTOLATVI. »

2825. — *Laterani 4 Decembris.*

« Capitulo Metensi. » Statutum confirmat, ut videlicet canonici eorum ecclesiae in absentia sua, nisi causa peregrinationis, aut studii, seu de capituli licentia sint absentes, fructibus suarum careant praebendarum. Laterani II. Non. Decembris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 208. fol. 41; Horoy H-i opp. omn. III. 584. n. 119.* — « QVE PRO ECCLESIARVM VTILITATE. »

2826. — *Laterani 4 Decembris.*

« Capitulo Metensi. » Ecclesiam sancti Quintini cum pertinentiis suis, eis ab abbate et conventu Gorcien. (*al.* Gurcen.), loci dioecesano consentiente, collatam ad quotidianam distributionem inter fratres, qui canonicis horis intererunt, faciendam, confirmat. Laterani II. Non. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 214. fol. 42; Horoy H-i opp. omn. III. 584. n. 120.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

2827. — *Laterani 4 Decembris.*

« B. Patriarche Aquilegensi. » Mandat ut Tervisinos et Coneglanenses ab exercendo tallias et alias insolitas exactiones in ecclesiis suae potestati subiectis et a clericis atque hominibus et praediis suis, per excommunicationis sententiam compescat. Laterani II. Non. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 248. fol. 48; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 27.* — « QVANTO LAICORVM. »

2828. — *Laterani 4 Decembris.*

« Willelmo archidiacono Richemundie. » Dispensat cum eo ut plura beneficia, quae ante concilium lateranense assecutus fuerat, cum archidiaconatu Richemundie retinere possit. Laterani II. Non. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 255. fol. 51.* — « CVM BENEFICIA. »

2829. — *Laterani 4 Decembris.*

« Episcopo Lectorensi, Abbati Sancti Fremerii Vasatensis diocesis et decano Sancti Andree Burdegalensi. » Vt electionem Ar. sacristae Vasatensis in episcopum eiusdem ecclesiae, si canonica fuerit, confirment. Laterani II. Non. Decemb. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 264. fol. 52.* — « DILECTI FILII. »

2830. — *Laterani 5 Decembris.*

« Preposito et conventui de Hagenowe Premonstratensis ordinis. » Recipit eos sub

protectione, specialiter autem ecclesiam de Baldebrunneñ. nec non possessiones, redditus, libertates et immunitates ab imperatoribus et principibus aliisque fidelibus Christi ecclesiae eorum pia liberalitate collatas, confirmat. Laterani Nonis Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 209. fol. 41; Horoy H-i opp. omn. III. 585. n. 122.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

2831. — *Laterani 5 Decembris.*

« Nobili viro Alberto comiti de Mangono: cum seta. » Sub annuo censu unius asturis et duorum braccorum, et, quum fuerit requisitus, serviendi in suis expensis semel in anno per octo dies in exercitu ecclesiae cum quatuor militibus, concedit ei eiusque haeredibus in feudum quasdam terras de terra comitissae Matildis imperiali auctoritate Sedi Apostolicae restituta, quae sunt haec: Terra Vallese, Rocca Gõfienti, Monticelli, Bargi, Arigaza (*Horoy leg.* Ebrigaza), Pidierla, Casi, Rocca de Vico, Castreola (*Horoy* Castirolo), Limango, Greta, Mocoñ (*Horoy* Moncono), Palliano, Monticello, Fossato, Torri, Bacti et Savignano, cum omnibus eorum pertinentiis. Laterani Nonis Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 211. fol. 41; Mss. Vallicell. I. 53; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 377. n. 50; Theiner Cod. dipl. dom. temp. S. Sedis I. 61. n. 94; Potthast 560. n. 6426; Horoy H-i opp. omn. III. 586. n. 123; Rodenberg Ep. Sel. 106. n. 150.* — « AD COMMVNEM NOTITIAM. »

2832. — *Laterani 5 Decembris.*

« Nobili viro Azoni de Gregnano: cum seta. » Alias terras quae fuerunt comitissae Matildis dat ei in feudum sub annuo censu unius asturis et duorum braccorum, quae terrae sunt haec: castrum Rofen cum plebatu et corte, Labantum, Castellum novum et alia castra. Dat. ut supra. (Laterani Non. Dec. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 212. fol. 41; Mss. Vallicell. I. 53; Bull. Rom. l. c. 378. n. 51; Theiner l. c. I. 61. n. 95; Potthast 561. n. 6427; Rodenberg Ep. Sel. 107. n. 151.* — « AD COMMVNEM NOTITIAM. »

2833. — *Laterani 5 Decembris.*

« Scolastico, Cantori et Magistro Hugoni canonico Ildesemensibus. » Vt si privilegium concessum praeposito Padeburnensi ad ecclesiam Bremensem vocato de percipiendo redditus quos habuerat quando praepositus existebat, abusus sit, ipsum denuncient hoc amisisse privilegium. Laterani Nonis Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 213. fol. 41.* — « EX INSINVATIONE. »

2834. — *Laterani 5 Decembris.*

« Abbati et fratribus de Insula Rubiliañ: cum seta. » Concedit eis ut ipsi Florensis ordinis instituta suscipere et eorum monasterium monasterio sanctae Mariae de Monte Mirteti eiusdem ordinis subiicere valeant. Laterani Nonis Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 216. fol. 42.* — « DEVOTIONIS VESTRE. »

2835. — *Laterani 5 Decembris.*

« Nobili viro S(culoni) Duci Norwegie. » Recipit eum cum omnibus suis bonis in protectionem. Laterani Nonis Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 218. fol. 42; Mss. Vallicell. I. 53; Lange dipl. Norveg. I. 1. 6; Potthast 560. n. 6424; Horoy H-i opp. omn. III. 585. n. 121.* — « FILIALIS DEVOTIONIS AFFECTVS. »

2836. — *Laterani 5 Decembris.*

« (Eberhardo) Archiepiscopo Salzeburgensi et (Carolo) Sechowiensi et (Roberto) Vesprimensi episcopis. » Committit eis ut inducant (Andream) regem Hungariae ad restituendum Costantiae Romanorum Imperatrici pecuniam et res alias pretiosas usque ad valentiam 30000 marcharum, quas illa, quum olim quasi capta in Hungaria reman-

sisset, in domo hospitalis Ierosolimitani apud Strigonium deposuerat, et rex Hungariae per violentiam occupaverat. Laterani Nonis Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 220. fol. 42; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 35; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 586. n. 124; Schier Reg. Hung. 177; Katona Hist. crit. V. 392; Fejér Cod. dipl. III. 1. 296; Potthast 559. n. 6409. (23 Nov.); Rodenberg Ep. Sel. 107. n. 152.* — « Cvm apvd nos. »

2837. — *Laterani 5 Decembris.*

« Eisdem. » Vt inducant regem Hungariae ad solvendum Constantiae Romanorum imperatrici 12000 marcharum pro dotalicio quod cl. mem. (Emericus) rex Hungariae ducens ipsam legitime in uxorem ei assignavit. Vt supra. (Laterani Non. Dec. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 221. fol. 43; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 35; Katona l. c. 344; Fejér l. c. 297; Theiner Mon. Hung. I. 25. n. 42; Potthast 561. n. 6428; Rodenberg Epist. Sel. 106. n. 153.* — « Cvm apvd nos. »

2838. — *Laterani 5 Decembris.*

Abbatibus de Zillebeke et de Warneton ac praeposito Vormezelensi mandat, ut inter scabinos Yprenses et aliquot nobiles iudicium faciant. Laterani Non. Dec. anno quinto. — *Diegerick Invent. I. 29. n. 31; Potthast 560. n. 6425.*

2839. — *Laterani 5 Decembris.*

Potestati et populo Firmanis mandat, ut cogant homines Castri Civitatis Novae ad restituendum libertati homines castri Montis Causarii, quos captivos detinent. Laterani Non. Decembris anno quinto. — *Cronache della città di Fermo 344. n. 66; Potthast Append. p. 2090. n. 6428a-26065.*

2840. — *Laterani 7 Decembris.*

« Potestati et populo Firmanis. » Datur hiis licentia pecuniam propriam cudendi citra valorem imperialem. Laterani VII. Id. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 195. fol. 39; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 31; Mss. Vallicell. I. 51. p. 474; Theiner Cod. dipl. dom. temp. S. Sedis I. 61. n. 96; Potthast 561. n. 6429; Horoy H-i opp. omn. III. 587. n. 125.* — « Firme fidei et. »

2841. — *Laterani 7 Decembris.*

« Preposito et clericis ecclesie Sancti Geminiani. » Senarium clericorum numerum a Wlterano episcopo loci diocesano in eorum ecclesia constitutum confirmat. Laterani VII. Id. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 224. fol. 43.* — « Cvm sicvt ecclesia. »

2842. — *Laterani 8 Decembris.*

« Abbati et conventui de Bello. » Inhibet eis ne ecclesias ab earum fundatoribus pro monachorum victu et sustentatione ipsis collatas cum vacare contigerit cuiquam conferant, sed in victum monachorum convertantur, perpetuis constitutis vicariis in eisdem, quibus ex eius proventibus provisionem congruam assignent. Laterani VI. Id. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 223. fol. 43.* — « Avctoritate vobis. »

2843. — *Laterani 8 Decembris.*

Priorem et fratres hospitalis in Steyga cum bonis omnibus sub b. Petri protectione suscipit, specialiter autem de Argentina, de Marlei, de Kircheim, de Westoven etc. possessiones ac alia bona eis confirmat. Laterani VI. Id. Dec. anno quinto. — *Würdtwein Nova subs. XIII. 250. Potthast 561. n. 6430; Horoy H-i opp. omn. III. 588. n. 126.* — « Sacrosancta romana ecclesia. »

2844. — *Laterani 9 Decembris.*

« Cluriacensi (sic) Abbati et Sancti Macharii et Clariacensi prioribus Agennensis et Burdegalensis diocesum. » Vt sine mora, infra quatuor menses post susceptionem praesentium, ad correctionem ecclesiae sancti Andreae Burdegalensis procedant; alio-

quin episcopo Convenarum et R. Willelmi de Lingonio et Bernardo de Angelis canonicis Vasatensibus dat litteris in mandatis ut ipsi ex tunc id faciant. Laterani V. Id. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 127. fol. 44; Horoy H-i opp. omn. III. 589. n. 128.* — « Ex parte decani. »

2845. — *Laterani 9 Decembris.*

« I(ohanni) tituli Sancte Praxedis Presbytero Cardinali Apost. Sedis Legato. » Vt quidquid post appellationem et iter arreptum ad Sedem Apostolicam fuerit attemptatum contra Iohannem praepositum ecclesiae sanctorum Apostolorum Constantinopolitanae sine eius culpa punitum, revocet, et eum de cetero non molestet. Laterani V. Id. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 139. fol. 46; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 6. n. 6; Potthast 561. n. 6431.* — « Constitvtvs in presentia. »

2846. — *Laterani 9 Decembris.*

« Dil. in Christo fil. Stephanie civi Romane. » Dispensatur cum ea ut, cum unica sit in domo, nec pater eius aliam prolem habeat, in bonis paternis succedere possit non obstante defectu natalium. Laterani V. Id. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 231. fol. 44.* — « Cvm pater tvvs. »

2847. — *Laterani 9 Decembris.*

« Cameracensi episcopo. » Datur ei licentia absolvendi illos qui vicesimam non solverunt, et pecuniae quam ab ipsis receperit per litteras suas Papae significet quantitatem, eos vero qui solvere recusarent excommunicatos denuntiet. Laterani V. Id. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 246. fol. 48.* — « Ex parte tva. »

2848. — *Laterani 9 Decembris.*

« Abbati et Priori Lobiensibus Leodiensis diocesis. » Vt G. clericum qui intra annos legitimos constitutus Alnense monasterium ordinis Cisterciensis Leodiensis dioecesis introivit, et exinde asperitatem eiusdem ordinis sustinere nolens, professione non facta, infra tempus probationis exivit, absolutum nuntient. Dat. ut supra (Laterani V. Id. Dec. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 247. fol. 48.* — « Significavit nobis. »

2849. — *Laterani 9 Decembris.*

Praeposito et capitulo ecclesiae Sceningensis possessiones, quas dudum a quondam Onargo et filiis eius laicis emerant cum iure advocatiae ipsarum, ac alia bona confirmat. Laterani V. Id. Dec. anno quinto. — *Falke Tradit. Corbeiens. 780; Potthast 561. n. 6432; Horoy H-i opp. omn. III. 589. n. 127.* — « Ivstis petentivm desideriis. »

2850. — *Laterani 10 Decembris.*

« Archidiacono, et succentori Parisiensibus, et magistro Petro de Colle de Medio (sic) subdiacono et capellano nostro Parisius commoranti. » Vt non obstantibus exemptionibus et rescriptis impetratis et impetrandis in causa inter A. pauperem viduam et G. Caligarum civem Carnotensem super dote ipsius A. et rebus aliis, cognoscant et decidant. Laterani IIII. Id. Decembris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 217. fol. 42.* — « Adeo intricata est. »

2851. — *Laterani 10 Decembris.*

« G. Priori et conventui monasterii.... » Compositio ordinata per Cardinales G(uidum) sancti Nicolai in carcere Tulliano et E(gidium) ss. Cosmae et Damiani quoad subiectionem monasterii sancti Benedicti super Padum cum monasterio sancti Bartholomaei confirmatur, ea tamen conditione ut iuri Lucani episcopi vel ecclesiae Lucanae in aliquo non derogetur. Laterani IIII. Id. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 245. fol. 47.* — « Inter vos ex parte. »

2852. — *Laterani 10 Decembris.*

« Magistro et fratribus Hospitalis Sancte Marie Teutonicorum Ierosolimitan. » Confirmatur sententia lata a Leonardo subdiacono et capellano Papae inter ipsos ex una parte et G. comitem de Preia ex altera, qui quum se et sua hospitali devovisset, postea habitu relicto ad saeculum rediens ipsum hospitale quibusdam vineis quas eidem contulerat suo arbitrio spoliaverat, qua videlicet sententia dictus comes debeat ad hospitale reverti, sed ad restitutionem praedictarum vinearum nihilominus sit condemnandus. Laterani IIII. Id. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 252. fol. 50.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

2853. — *Laterani 10 Decembris.*

Priorissam et conventum monialium de Ruremunda Cisterc. ord. sub b. Petri et sua protectione suscipit. Laterani VI. Id. Decembris anno quinto. — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 153. fragm.; cf. Potthast 561. n. 6433; Horoy H-i opp. omn. III. 590. n. 129. fragm.*

2854. — *Laterani 11 Decembris.*

« R. de Porta et magistris I. de Madires maioris ecclesie et R. Sancte Marie Magdalene canonicis Virdunensibus. » Vt literas fraudolenter impetratas a magistro W. de Burmont Lingonensi canonico super scolastria Metensi ad priorem de Claromonte et coniudices eius Tullensis et Lingonensis dioecesum pro magistro G. de Burmont Metensi canonico nunc cantore Tullensis ecclesiae, irritas declarent, revocantes in statum debitum si quid forte occasione ipsarum invenerint esse factum. Laterani III. Id. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 226. fol. 43; Horoy H-i opp. omn. III. 592. n. 131.* — « DILECTVS FILIVS I. »

2855. — *Laterani 11 Decembris.*

« Friderico Romanorum Imperatori semper Augusto et Regi Sicilie. » Scribit Papa quantum eius honorem desideret et quomodo grave tulerit quod procurationes et fodrum in aliquibus Tusciae civitatibus Pontificiae dictioni subiectis cum difficultate vel defectu obtinuerit. Ad partes Maritimae et Campaniae ait se direxisse R. sancti Angeli diaconum Cardinalem, iniuncto eidem ut ita provideat, quod omnia eidem imperatori sic exhibeantur ad plenum, ne ullus possit inveniri defectus. Laterani III. Id. Decembris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 228. fol. 44; Mss. Vallicell. I. 53; Würdtwein Nova subs. I. 45. n. 12; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 80; Theiner Cod. dipl. dom. temp. S. Sedis I. 61. n. 97; Potthast 561. n. 6434; Horoy H-i opp. omn. III. 590. n. 130; Rodenberg Ep. Sel. 108. n. 154.* — « NON CREDIMVS QVOD. »

2856. — *Laterani 11 Decembris.*

« I(ohanni) tituli Sancte Praxedis presbytero Cardinali Apostolice Sedis Legato. » Vt regem Thessalonicensem, inspectis suorum progenitorum et Guillelmi marchionis Montisferrati germani sui meritis, et eius aetate considerata, a nemine permittat molestari. Laterani III. Id. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 230. fol. 44; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 476.* — « CVM CARISSIMVM. »

2857. — *Laterani 11 Decembris.*

« (Romano) Sancti Angeli diacono Cardinali Campanie Maritimeque Rectori. » Mandat, notificet Friderico imperatori quod fodrum per Maritimam et Campaniam sibi dari mandavit non ex debito sed ex speciali gratia. Porro fodrum ipsum colligi, et ipsi imperatori exhiberi faciat. Laterani III. Id. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 232. fol. 45; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 533; Theiner Cod. dipl. dom. temp. S. Sedis I. 62. n. 98; Potthast 561. n. 6435; Horoy H-i opp. omn. III. 593.*

n. 132; Rodenberg Ep. Sel. 109. n. 155. — « Karissimvs in Christo. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum Alatrino subdiacono et Capellano Pape.

2858. — *Laterani 11 Decembris.*

« (Peregrino) Archiepiscopo Brundusino. » Mandat, prohibeat omnibus ad portum Brundusinum venientibus quominus Theodoro Comnnono (sic), quandiu fuerit excommunicatus, communicent. Laterani III. Idus Decembris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 233. fol. 45; Mss. Vallicell. I. 53; cf. Vghelli Ital. sac. IX. 33; Potthast 561. n. 6437.* — « Cvm nobilis vir. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est Archiepiscopo Messanensi et episcopo Anchonitano, archiepiscopo Barensi, Ianuensi, archiepiscopo Ydrontino et episcopo Monopolitano.

2859. — *Laterani 11 Decembris.*

« Magistro Guidoni Archidiacono Wlterano. » Quaedam castra in Lucana dioecesi posita de comitatu comitissae Matildis, videlicet Bargam, Castilionem, Coreliam, Ciceranam, Chinizanum, Cotronem, et eorum pertinentias et omnia iura sub annuo censu sex marcarum argenti ipsi concedit. Laterani III. Id. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 249. fol. 49; Mss. Vallic. I. 53; Theiner Cod. dipl. dom. temp. S. Sedis I. 62. n. 99; Potthast 561. n. 6436; Horoy H-i opp. omn. III. 594. n. 133.* — « Cvm placidis et placitis. »

2860. — *Laterani 12 Decembris.*

« Consulibus Auximanis spiritum consilii sanioris. » Intimat se inhibuisse episcopo Auximano ne eos ab excommunicationis vinculo absolvat, nisi prius super omnibus satisfecerint quae contra Auximanam ecclesiam attemptaverint in subversione ecclesiasticae libertatis. Laterani II. Idus Decembris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 242. fol. 47; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 27; Mss. Vallicell. I. 53; Compagnoni Mem. di Osimo V. 46. n. 23; Potthast App. p. 2090. n. 6438a-26066.* — « Ecce alia vice. »

2861. — *Laterani 12 Decembris.*

« Episcopo et Archidiacono Camerinensibus. » Mandat ut nisi G. et I. iudices Auximani ad mandatum ecclesiae humiliter redeant, veritatem de cetero sicut hactenus errorem publice praedicantes, eos perpetuo privent iudicatus officio. Dat. ut supra. (Laterani II. Id. Dec. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 243. fol. 47; Mss. Vallicell. I. 53; Compagnoni l. c. 46. n. 24; Potthast Append. p. 2091. n. 6438b-26067.* — « Avdivimvs qvod dvo. »

2862. — *Laterani 12 Decembris.*

« Episcopo Auximano. » Mandat ei ut G. et I. iudices Auximanos, qui subversioni ecclesiasticae libertatis studuerunt, nisi infra tempus sui regiminis se correxerint, ab excommunicationis vinculo quo tenentur non absolvat. Dat. ut supra. (Laterani II. Id. Dec. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 244. fol. 47; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Ecce alia vice. »

2863. — *Laterani 12 Decembris.*

Praepositum, decanum et capitulum ecclesiae S. Mariae Hamburgensis cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesiam s. Petri Hamburgensis cum pertinentiis suis et decimis de Dockenhude et Alsterdorpe eis confirmat. Laterani II. Idus Decembris anno quinto. — *P. Lambecii Origg. Hamburg. (Hamb. 1706. fol.) 40. (ad an. quartum); Staphorst Hamburg. Kirchengesch. I. 647; Lappenberg Hamburg. UB. I. 388. n. 437; Potthast 541. et 561. n. 6438; Horoy H-i opp. omn. III. 594. n. 134.* — « Sacrosancta romana ecclesia. »

2864. — *Laterani 13 Decembris.*

« (Olao) Archiepiscopo Vbsalensi. » Reprobatur abusus quo in sacrificio plus de aqua quam de vino in sua provincia ponitur. Laterani Idibus Decembris anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 172. fol. 35; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 42; Liljegren Svenskt dipl. I. 215. n. 199; Epist. decret. Honorii III. lib. 3. tit. 24.* De celebrat. missar. *c. 5. ed. Cironius 243; Decret. Gregorii IX. lib. 3. tit. 41.* De celebr. missar. *cap. 13; habetur inscripta* Archiepiscopo Ablusensi *apud Boehmer Corp. II. 605; Richter Corp. II. 618; cf. Porthan Bullar. access. 13. n. 26; Potthast 562. n. 6441; cf. Horoy H-i opp. omn. III. 596. n. 136; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. III. tit. XLI. c. XIII. p. 643.* (*ubi pro* Vbsalensi *legitur* Ablasensi). — « PERNITIOSVS VALDE SICVT. »

2865. — *Laterani 13 Decembris.*

« Archiepiscopis et Episcopis ac dilectis filiis aliis ecclesiarum prelatis per regnum Arelatense constitutis. » Vt Guillelmo marchioni Montisferrati, cui Fridericus imperator eiusdem regni curam commisit, obediant et auxilium praestent. Laterani Idib. Dec. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 229. fol. 44; Mss. Vallicell. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 713; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 81; Potthast 561. n. 6439; Horoy H-i opp. omn. III. 595. n. 135; Rodenberg Epist. Select. 110. n. 156.* — « KARISSIMVS IN CHRISTO. »

In eundem modum scriptum est super hoc Diensi et Valentinensi episcopis. — *Cod. Vat. l. c.; Potthast l. c.; Horoy l. c.*

In eundem modum scriptum est C(onrado) Portuensi episcopo, ut a prelatis et aliis in sua legatione consistentibus dicto Marchioni auxilium prestari faciat et Diensem et Valentinensem episcopos consiliarios et auxiliarios vice sua deputet. — *Cod. Vat. l. c.; Bouquet l. c. 714; Potthast 561. n. 6440; Horoy l. c.*

2866. — *Laterani 15 Decembris.*

« P(elagio) Albanensi episcopo Apost. Sedis Legato. » Nunciat se in imperatorem coronasse Fridericum eiusque consortem in Principis Apostolorum Basilica cum pace et alacritate Romanorum, et quum ille succursum exercitui Christiano in proximo Martio destinandum et se ipsum in sequenti Augusto personaliter transfretaturum promiserit, de desiderato succursu tandem habendo confortetur. Laterani XVIII. Kal. Ianuarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 255. fol. 49; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 21; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 82; Potthast 462. n. 6442; Horoy H-i opp. omn. III. 596. n. 137; Rodenberg Ep. Sel. 111. n. 157.* — « QVIA SCIMVS ANIMVM. »

2867. — *Laterani 15 Decembris.*

« Dilectis filiis Hermanno magistro religiose fraternitatis hospitalis Sancte Marie Teutonicorum Ierosolimitan. eiusque fratribus tam presentibus quam futuris in perpetuum. » Eorum domum seu hospitalis locus cum bonis praesentibus et futuris sub protectione beati Petri recipit, et modum vivendi et regulam describit, et privilegia concedit. Laterani per manum Guillelmi Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarii XVIII. Kal. Ian. Indict. VIIII. incarnationis dominicae an. MCCXX. Pontificatus Honorii PP. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 251. fol. 49; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 477; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 7; Duellius Hist. ord. Theut. dipl. Append. I. n. 1; Kotzebue Gesch. Preussens I. 351. male; Turgenevii Russ. Monim. I. 5. (sine nota chronol. sed ad an. 1216); Hennes UB. I. 50. n. 49; Strehlke Tab. 275. n. 306; de Geer Archieven I. 11. n. 7; cf. Napiersky Index I. 3. n. 10; Potthast 562. n. 6444;*

Horoy H-i opp. omn. III. 600. n. 143. — « Et si neqve qvi. »

2868. — *Laterani 15 Decembris.*
« Ambianensi episcopo. » Tres personatus, nempe precentoria, magisterium scolarum et poenitentiaria ab eo instituti in ecclesia Ambianensi, redditibus assignatis, confirmantur. Laterani XVIII. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 259. fol. 52; Horoy H-i opp. omn. III. 599. n. 140.* — « Cvm a nobis. »

2869. — *Laterani 15 Decembris.*
« Precentori, scolastico et Th. de Cruce canonico Ambianensibus. » Mandat hiis ut compellant leprosos de Harenis ne Laurentium capellanum eorum cum eis habitare et comedere cogant. Laterani XVIII. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. ep. 260. fol. 52; Horoy H-i opp. omn. III. 599. n. 141.* — « Lavrentivs capellanvs. »

2870. — *Laterani 15 Decembris.*
« Sancti Andree et Brechinensi episcopis et Abbati de Scona Sancti Andree diocesis. » Vt si magister Iacobus capellanus et poenitentiarius Papae Apostolicae Sedis Legatus in regno Scotiae inventus non fuerit, ipsi cum Thoma Strivelm clerico regis Scotorum, pro quo et idem rex et quidam ecclesiarum praelati exorarunt, personae meritis provide circumspectis, dispensent ad plura beneficia obtinenda. Laterani XVIII. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 256. fol. 51; Theiner Mon. Hibern. 18. n. 42; Potthast 562. n. 6445; Horoy H-i opp. omn. III. 598. n. 139.* — « Qvi bene meritos. »

Ex Cod. Vat.: Scriptum est super hoc eidem Legato.

2871. — *Laterani 15 Decembris.*
« Archiepiscopo Regino. » Huic mandat ut procuratorem magistri Gentilis scriptoris Papae recipi faciat in canonicum ecclesiae Militensis in locum magistri Petri capellani L(eonis) tituli sanctae Crucis presbyteri Cardinalis, qui praebendam libere resignavit. Laterani XVIII. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 257. fol. 51.* — « Dilecto filio. »

2872. — *Laterani 15 Decembris.*
« Abbati et Priori Egriensibus et preposito Orodiensi Cenadiensis diocesis. » Vt episcopum Waradiensem (*alibi* Varadien.) compellant ad satisfaciendum episcopo Cenadiensi, qui in reditu peregrinationis suae a translatione corporis beati Thomae martiris Cantuariensis a G. et I. ac eorum sociis civibus Papiensibus in Papiensi civitate equis, pecunia ac rebus aliis spoliatus fuit, quia Waradiensis episcopus quandam pecuniae summam ab eis mutuo receperat, de qua, ut ipsi dicebant, non satisfecerat. Laterani XVIII. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 270. fol. 55; Theiner Mon. Hungar. I. 26. n. 44; Mon. Hungar. hist. dipl. VI. 165; Potthast 562. n. 6443; Horoy H-i opp. omn. III. 597. n. 138.* — « Ex insinvatione venerabilis. »

2873. — *Laterani 15 Decembris.*
« Iohanni Paganello canonico Lexoviensi. » Vt de duobus sibi oblatis beneficiis curam animarum habentibus annexam, alterum quod maluerit libere recipiat et teneat. Laterani XVIII. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 319. fol. 63; Horoy H-i opp. omn. III. 600. n. 142.* — « Ex parte tva. »

2874. — *Laterani 16 Decembris.*
« Ro. de Gemulis et Azzoni canonicis Mutinensibus. » Mandat, compellant archipresbyterum plebis de Rubiano Mutinensis dioecesis ut Nicolao pauperi clerico, quem ille ad titulum dictae plebis recepit cum promissione quod in ipsa plebe vel in capella

sancti Barnabae provideret eidem, provideat. Laterani XVII. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 253. fol. 51.* — « Nycolavs pavper. »

2875. — *Laterani 16 Decembris.*

« De Nordia et de Feldiur et de Agavert Abbatibus Monasteriensis diocesis. » Vt inter Federgensem et Hinetensem provincias occasione cuiusdam provinciae quam illarum utraque contendit suae subiicere dictioni, concordiam componendam curent ne subsidium Terrae Sanctae ex hoc impediatur. Dat. ut supra. (Laterani XVII. Kal. Ian. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 254. fol. 51; Raynaldi Ann. Eccl. 1220 n. 54; Mss. Vallicell. I. 53; Rodenberg Ep. Sel. 111. n. 158.* — « Ad avdientiam nostram. »

2876. — *Laterani 16 Decembris.*

« (Pelagio) Albanensi episcopo Apost. Sedis Legato. » Committit ei negotium coronandi Raymundum Rupini crucesignatum principem Antiochiae in regem Armeniae. Laterani XVII. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 258. fol. 51; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 57.* — « Cvm pro dilecto. »

2877. — *Laterani 16 Decembris.*

« Abbati Sancti Floriani Paduane diocesis. » Vt electionem abbatis sanctae Euphemiae Tervisinae dioecesis in personam prioris sanctae Crucis de Composyon factam, si canonica fuerit, confirmet, alioquin ea cassata eidem monasterio de persona idonea per electionem canonicam provideri faciat. Laterani XVII. Kal. Ianuarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 261. fol. 52.* — « Ex parte conventvs. »

2878. — *Laterani 16 Decembris.*

« Iohanni de Villevod̄, Th. de Perona et R. canonicis sancti Quintini Noviomensis diocesis. » Proponente episcopo Leodiensi, mandat ut scolastriae et cantoriae ecclesiae Nivellensis iuxta ipsius ecclesiae facultates redditus assignent. Laterani XVII. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 276. fol. 55.* — « Cvm sicvt ex parte. »

2879. — *Laterani 16 Decembris.*

Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis et aliis ecclesiarum praelatis, ad quos litterae istae pervenerint, mandat ut universis generaliter sub excommunicationis interminatione prohibeant, ne qui in illos, qui ad domos fratrum hospitalis S. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani pro salute sua confugiunt, vel in res eorum infra ambitum domorum ipsarum manus iniiciant violentas. Laterani XVII. Kal. Ian. anno quinto. — *Hennes UB. I. 225. n. 258; Strehlke Tab. 280. n. 307; cf. Napiersky Index I. 3. n. 11; Potthast 562. n. 6446; Horoy H-i opp. omn. III. 606. n. 144.* — « Pervenit ad nos. »

2880. — *Laterani 17 Decembris.*

« Abbati de Locedio Cisterciensis ordinis. » Vt priorissam et moniales sanctae Mariae de Rocca ab excommunicatione absolvat quam se incurrisse formidant pro eo quod a vicesimae solutione cessarunt, a qua, intellecta earum paupertate, ipsas absolvit. Laterani XVI. Kal. Ianuarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 237. fol. 51.* — « Presentivm tibi. »

2881. — *Laterani 17 Decembris.*

« Cusentino (Consentino, *Potth.*) Archiepiscopo et Episcopo Bisiniacensi. » Mandat ut in defensionem monachorum de ordine Floris publicent abbatem Ioachim non fuisse haereticum licet libellus quem ipse contra bon. mem. Petrum Lombardum edidit in generali fuerit concilio condemnatus; sed, quum omnia scripta sua Romano mandaverit Pontifici assignari, Apostolico iudicio approbanda seu etiam corrigenda, et confessus sit se illam fidem tenere quam Ro-

mana tenet Ecclesia, « eum virum catholicum reputamus, et regularem observantiam, quam instituit, salutarem. » Laterani XVI. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 263. fol. 52; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220 n. 31; Manrique Ann. Cisterc. IV. 57; Wadding Ann. Min. IV. 6. § 8; Potthast 563. n. 6452. (20 Dec.) et in App. p. 2091; Horoy H-i opp. omn. III. 620. n. 161. (29 Decembris).* — « EX PARTE DILECTORVM. »

2882. — *Laterani 18 Decembris.*

« S(tephano) Sancti Adriani diacono Cardinali. » Committitur ei reformatio ecclesiae sanctae Mariae de Silice. Laterani XV. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. ep. 262. fol. 52.* — « CVM ECCLESIAM SANCTE MARIE. »

2883. — *Laterani 18 Decembris.*

« Bartholomeo Abbati monasterii Floracensis Sancti Benedicti quod supra Ligerim situm est, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis iu perpetuum. » Recipiuntur sub protectione sancti Petri, et possessiones et ecclesiae parrochiales eidem monasterio incorporatae in diversis dioecesibus confirmantur, libertatesque et privilegia conceduntur. Laterani per manum Guillemi Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarii XV. Kal. Ian. indictione VIIII. incarnationis dominicae an. MCCXX. Pont. Honorii PP. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 265. fol. 53; Mss. Vallicell. I, 51. p. 484; Horoy H-i opp. omn. III. 607. n. 145.* — « QVOTIENS ILLVD. »

2884. — *Laterani 18 Decembris.*

« Priori et conventui ecclesie Sancti Thome Cantuariensis. » Indulgentias quas archiepiscopi et episcopi, qui ad translationem corporis sancti Thomae convenerunt elargiti sunt accessuris infra quintum decimum diem ad dictam solemnitatem, usque ad unius anni et 40 dierum remissionem perpetuis temporibus valituras extendit. Laterani XV. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 267. fol. 54; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 485; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 45; Potthast 562. n. 6449; Horoy H-i opp. omn. III. 612. n. 147. incipiens:* « Cum sicut vobis. » — « ECCLESIE VESTRE. »

2885. — *Laterani 18 Decembris.*

« Eidem (sic). » Ne teneantur respondere litteris quae non fecerint de ecclesia Cantuariensi mentionem. Dat. ut supra. (Laterani XV. Kal. Ian. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 268. fol. 54.* — « ECCLESIE VESTRE. »

2886. — *Laterani 18 Decembris.*

« Decano, Archidiacono et Cantori Londoniensibus. » Vt malefactores ecclesiae Cantuariensis compescant, praesentibus litteris post biennium minime valituris. Laterani XV. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 269. fol. 54.* — « DOLET HOSTIS. »

2887. — *Laterani 18 Decembris.*

« Nobilibus viris Huguicioni et Ranerio fratribus de Massa Trabaria. » Eorum personae cum bonis suis recipiuntur in protectionem et ad indicium huiusmodi Apostolicae Sedis protectionis sibi et suis in Romana Sede successoribus unum asturem annuatim praestent. Laterani XV. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 271. fol. 55; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

2888. — *Laterani 18 Decembris.*

« (Roberto) Vesprimiensi episcopo. » Sententia pro ipso a P(elagio) Albanensi episcopo Apost. Sed. Legato et a S(tephano) Basilicae duodecim apostolorum presbytero Cardinali lata contra (Iohannem) archiepiscopum Strigoniensem super iure

coronationis et unctionis reginarum Vngariae, super abbatiis et praeposituris regalibus Vesprimiensis dioecesis ac rebus aliis, confirmatur. Laterani XV. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 272. fol. 55; Katona Hist. crit. V. 346; Fejér Cod. dipl. III. 1. 299. et VII. v. 555; Theiner Mon. Hung. I. 26. n. 45; Potthast 562. n. 6450; Horoy H-i opp. omn. III. 612. n. 148.* — « EA QVE CONCORDIA. »

2889. — *Laterani 18 Decembris.*

« Magistro et fratribus Hospitalis Ierosolymitani de Yspania. » Inhibet eis ne recipiant fratres de Calatrava Cisterciensis ordinis absque magistri et fratrum ipsorum consensu. Laterani XV. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 275. fol. 55.* — « DILECTI FILII. »

2890. — *Laterani 18 Decembris.*

« Magistro et fratribus Hospitalis Ierosolymitani in Yspania. » Inhibet eis ne fratres de Calatrava Cisterciensis ordinis recipiant absque eorum consensu, cum ad laxiorem vitam noh sit ab artiori migrandum. Laterani XV. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 339. fol. 67.* — « DILECTI FILII. »

2891. — *Laterani 18 Decembris.*

Praepositum et canonicos S. Thomae in Lipz (Leipzig) ord. S. Aug. sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesiam parochialem S. Nicolai in Lipz eis confirmat. — Laterani XV. Kal. Ian. (XVII. Ian. *Schöttg*) anno quinto. — *Vogel Leipz Chronik 95; Schöttgen Diplom. Nachlese I. 49; Gersdorf Cod. dipl. Saxon. II. Hauptth. IX. 6; Potthast 562. n. 6448; Horoy H-i opp. omn. III. 611. n. 146.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

2892. — *Laterani 19 Decembris.*

« Episcopo Cameracensi. » Dantur ei litterae testimoniales de solutione vicesimae per eum facta duci Brabantiae crucesignato. Laterani XIIII. Kal. Ianuarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 266. fol. 54.* — « CVM SICVT TVIS »

2893. — *Laterani 19 Decembris.*

« Preposito et capitulo Sancti Petri Duacensibus Attrebatensis diocesis. » Rogat et mandat ut magistro Petro de Civitate Antina scriptori Papae qui ministerii sui munia fideliter exequens munera meretur gratiae potioris, praebendam conferant quae fuit bon. mem. Aegidii canonici eiusdem ecclesiae, qui in partibus transmarinis decessit. Laterani XIIII. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 336. foll. 66-67.* — « NE VEL DE VESTRA. »

2894. — *Laterani 20 Decembris.*

« (Erardo) Episcopo Ambianensi. » Datur ei facultas absolvendi eos qui non solverunt vicesimam termino statuto et illos etiam qui excommunicatione propter hoc gravati divina tamen celebrarunt, dummodo vicesimam ipsam integre persolvant. Laterani XIII. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 274. fol. 55; Horoy H-i opp. omn. III. 613. n. 149.* — « EX PARTE TVA. »

2895. — *Laterani 20 Decembris.*

« Gervasio episcopo Sagiensi. » Indulget ut beneficia ecclesiastica collata contra statuta generalis concilii vel retenta tamquam ipso iure vacantia, non obstante frustatoriae appellationis obiectu, idoneis possit conferre personis, amoto ab eis quolibet illicito detentore, et clericos etiam non ordinatos ab ecclesiis removeat. Laterani XIII. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 277. fol. 56.* — « VT PERPERAM ATTEMPTATA. »

2896. — *Laterani 20 Decembris.*

« Eidem. » Conceditur ut in dioecesi Sagiensi excessus corrigat subditorum et reformet deformata, consuetudine iuri con-

traria non obstante. Dat. ut supra. (Laterani XIII. Kal. Ianuarii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 278. fol. 56.* — « VT SAGIENSIS ECCLESIE. »

2897. — *Laterani 20 Decembris.*
« Eidem. » Vt bona Sagiensis ecclesiae alienata ad ius et proprietatem eiusdem revocare possit. Dat. ut supra. (Laterani XIII. Kal. Ian. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 279. fol. 56.* — « CVM QVEDAM POSSESSIONES »

2898. — *Laterani 20 Decembris.*
« Eidem. » Vt clericos excommunicatos a Guala Cardinali Ap. Sed. Legato ratione concubinatus absolvere possit. Dat. ut supra. (Laterani XIII. Kal. Ian. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 280. fol. 56.* — « CVM NONNVLLI. »

2899. — *Laterani 20 Decembris.*
« Capitulo et clero Sagiensibus. » Nuntiat, se cassare electionem quam ipsi in Sagiensi ecclesia de Hugone de Bellou fecerunt, et in eorum pastorem Gervasium quondam Praemonstratensem abbatem capellanum et poenitentiarium Papae praeficere, cui igitur humiliter et devote intendant. Dat. ut supra. (Laterani XIII. Kal. Ian. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 281. fol. 56; Mss. Vallicell. I. 53.* — « ELECTIONE QVE DE. »

2900. — *Laterani 20 Decembris.*
« (Erardo) Episcopo Ambianensi. » Mandat ut abbatibus, prioribus et aliis ecclesiasticis personis excommunicatis eo quod vicesimam iuxta generalis statuta concilii non persolverint, et nunc solvere paratis, absolutionis beneficium impendere possit. Laterani XIII. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 289. fol. 57; Bouquet Rec. XIX. 713; Potthast 563. n. 6451.* — « EX PARTE TVA. »

2901. — *Laterani 20 Decembris.*
« Archiepiscopo Rothomagensi. » Vt fratres monasterii Beccensis simoniace ingressos, in ipsius monasterii obedientiis collocet, nunquam causa continue commorandi ad ipsum monasterium redituros. Laterani XIII. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 292. fol. 58; Horoy H-i opp. omn. III. 614. n. 150.* — « DILECTI FILII. »

2902. — *Laterani 21 Decembris.*
« Preposito et capitulo Sancti Servacii Traiectensibus. » Solemnitas dedicationis eorum ecclesiae transfertur ad diem sancti Gorgonii, et XL dies indulgentiarum ad ipsam festivitatem venientibus conceduntur. Laterani XII. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 273. fol. 55; Mss. Vallicell. I. 278.* — « NOSTRO FVIT. »

2903. — *Laterani 21 Decembris.*
« Abbati et conventui Sancti Benedicti Floriacensis. » Indulget eis ut si ad ecclesias ad ipsos spectantes praesentaverint personas minus idoneas quae a dioecesanis recusatae fuerint, liceat alias idoneas praesentare infra tempus in concilio generali definitum. Laterani XII. Kal. Ianuarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 285. fol. 56.* — « QVANTO MONASTERIVM. »

2904. — *Laterani 21 Decembris.*
« Abbati et conventui Boecensibus. » Permittit ut, non obstante quodam statuto dioecesani locorum, quo decimae parrochialibus presbyteris locentur, ipsi decimarum suarum proventus libere locare possint. Laterani XII. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 288. fol. 57; in margine legitur:* Hoc c. est extra de locato et conducto. — « VESTRA NOBIS RELATIO. »

2905. — *Laterani 21 Decembris.*
« Illustri Regi Portugalensi spiritum consilii sanioris. » Eum privat commenda eccle-

siarum ab I(nnocentio Papa III) pro earundem defensione illi tradita, eo quod huiusmodi occasione commendae in bonis ecclesiasticis debachatur: mandat vero ut praeter commendam huiusmodi ecclesias et personas ecclesiasticas beneficiis foveat et praesidiis tueatur, cum ab archiepiscopo et episcopis locorum fuerit requisitus. Laterani XII. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 299. fol. 60; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CVM FELICIS MEMORIE. »

2906. — *Laterani 21 Decembris.*
« Palentino et Oxomensi episcopis et decano Palentino. » Vt si suffraganei ecclesiae Bracarensis et abbates, priores et decani et alii ecclesiarum praelati in provincia et dioecesi Bracarensi constituti mandatum apostolicum adimplere neglexerint in assignando congruam provisionem archiepiscopo Bracarensi qui propter persecutionem regis Portugalensis a domo sua exulare cogitur, ipsi ad id per censuras ecclesiasticas eos compellant. Laterani XII. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 303. fol. 61; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CERTANTIBVS PRO IVSTITIA. »

2907. — *Laterani 21 Decembris.*
« Episcopo Pictavensi. » Vt ecclesiam Pictavensem, in qua singuli quasi de capitulo consanguineos suos instituere moliuntur, ordinet de personis idoneis. Laterani XII. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 321. fol. 63; Horoy H-i opp. omn. III. 614. n. 151.* — « QVIA SICVT TVA. »

2908. — *Laterani 22 Decembris.*
« Priori Sancti Victoris Parisiensis. » Vt, eius confessione plenius intellecta, commutare possit vota a B(lanca) uxore Ph(ilippi) regis Francorum emissa in suorum filiorum infirmitatibus. Laterani XI. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 286. fol. 57; Mss. Vallicell. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 714; Potthast 563. n. 6453; Horoy H-i opp. omn. III. 615. n. 152.* — « POSTVLAVIT A NOBIS. »

2909. — *Laterani 22 Decembris.*
« Abbati Sancti Leodegarii et priori de Veteri Partenaio Xanctonensis et Pictavensis diocesum et subdiacono Pictavensi. » Vt compellant Willelmum de Rupibus senescallum Andegaviae ad diruendum castrum in proprio fundo prope castrum de Ruperforti regis Angliae a se erectum, et a vexationibus hominum castri praedicti de Rupeforti omnino cessandum. Laterani XI. Kal. Ianuarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 290. fol. 57; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 44; Bouquet l. c. 714; Potthast 563. n. 6454; Horoy H-i opp. omn. III. 615. n. 153.* — « GRAVEM AD NOS. »

2910. — *Laterani 22 Decembris.*
« Illustri regi Portugalensi spiritum consilii sanioris. » Eum vehementer redarguit quod archiepiscopum Bracarensem nefario modo persequatur eo quod eius iniquitates oculis clausis passus non fuerit, eique mandat ut archiepiscopo praedicto eiusque ecclesiae satisfaciat de iniuriis et damnis illatis sive ante excommunicationem sive postea, alioquin dat in mandatis Palentino, Astoricensi et Tudensi episcopis ut excommunicationis praedictae et interdicti sententiae per totum regnum suum solemniter publicentur et omnis terra sua supponatur ecclesiastico interdicto. Laterani XI. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 291. fol. 57; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 50.* — « QVOD SOLITE SALVTATIONIS. »

2911. — *Laterani 22 Decembris.*
« Illustri Regi Legionensi. » Vt archiepiscopum Bracarensem contra abominationes regis Portugalensis eiusque complicum

defendat, ipsumque sub sua protectione recipiat. Laterani XI. Kalendas Ianuarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 300. fol. 60; Mss. Vallicel. I. 53.* — « CVM TE TAMQVAM. »

2912. — *Laterani 23 Decembris.*
« Priori Hospitalis Ierosolimitani in Francia. » Datur ei facultas retinendi H. presbyterum, qui tempore iuventutis suae monasterium ordinis sancti Benedicti per simoniacam pravitatem ingressus, postmodum de consilio dioecesani sui exiens recepit habitum hospitalis. Laterani X. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 282. fol. 56; Horoy H-i opp. omn. III. 617. n. 156.* — « DEVOTIONIS TVE PRECIBVS. »

2913. — *Laterani 23 Decembris.*
« Eidem. » Facultas datur retinendi I. subdiaconum latorem praesentium qui, in monasterio Canonicorum Regularium habitu religionis assumpto, postmodum egressus ad religionem Ierosolimitani hospitalis se transtulit. Dat. ut supra. (Laterani X. Kal. Ianuarii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 383. fol. 56; Horoy H-i opp. omn. III. 615. n. 157.* — « DEVOTIONIS TVE PRECIBVS. »

2914. — *Laterani 23 Decembris.*
« Magistro Mattheo philosophi subdiacono et capellano nostro. » Ipse et ecclesia sua, capella regia sanctae Mariae de Amirato in civitate Panormitana, cum omnibus bonis sub protectione beati Petri recipitur, statuto quod per rectorem et clericos graecos dumtaxat eidem ecclesiae serviatur. Laterani X. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 284. fol. 56.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

2915. — *Laterani 23 Decembris.*
« Tullensi episcopo. » Concedit ut beneficia suae dioecesis vacatura infra triennium liceat ei biennio retinere pro sublevandis oneribus debitorum sui episcopatus, ita tamen ut ecclesiis, in quibus beneficia ipsa vacare contigerit, per idoneos faciat vicarios deserviri. Laterani X. Kalendas Ianuarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 287. fol. 57; Horoy H-i opp. omn. III. 617. n. 155.* — « QVIA EPISCOPATVS TVVS. »

2916. — *Laterani 23 Decembris.*
« Nicholao clerico Tullensi. » Eius morum et scientiae meritis inspectis, ac episcopi Tullensis et suis precibus obsecundans, indulget ut praeter beneficia quae nunc habet adhuc unum obtinere possit. Laterani X. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 293. fol. 59; Horoy H-i opp. omn. III. 616. n. 154.* — « CVM ITA DE MORIBVS. »

2917. — *Laterani 23 Decembris.*
« Colimbriensi episcopo. » Suaviter eum redarguit quia archiepiscopum Bracarensem deseruit: ipsum hortatur ut ei adhaereat eumque foveat contra regem Portugalensem, cuius abominationes multas et pessimas quas in domo Domini faciebat non volens sicuti nec debebat equanimiter sustinere et in eum excommunicationis sententiam preferens, horribilem ob hoc patitur persecutionem. Laterani X. Kalendas Ianuarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 295. fol. 59; Mss. Vallicell. I. 53.* — « SPERABAMVS HACTENVS. »

2918. — *Laterani 23 Decembris.*
« Magistro Smaraldo venerabilis fratris nostri Hostiensis episcopi capellano. » Confirmat compositionem inter ipsum et capitulum ecclesiae Bunnensis initam super proventibus praebendae suae quam in eadem ecclesia obtinuit. Laterani X. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 296. fol. 59.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

2919. — *Laterani 23 Decembris.*
« Astoricensi, Auriensi et Tudensi episcopis. » Mandat, regem Portugaliensem moneant ut desistat ab oppressione cleri et ecclesiarum, et si necesse fuerit per censuras ecclesiasticas eum compescant. Laterani X. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 297. fol. 60; Mss. Vallic. I. 53.* — « Ad nostram noveritis. »

2920. — *Laterani 23 Decembris.*
« Astoricensi et Tudensi episcopis et decano Tudensi. » Ne permittant archiepiscopum Bracarensem a rege Portugalensi eiusque complicibus indebite molestari et molestatores per censuras ecclesiasticas compescant. Dat ut supra. (Laterani X. Kal. Ian. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 298. fol. 60; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Cvm pro eo. »

2921. — *Laterani 23 Decembris.*
« Astoricensi et Tudensi episcopis et decano Tudensi. » Inhibet ne rex Portugalensis possit convenire clericos coram iudicibus saecularibus, praesertim cum F(ridericus) Romanorum Imperator generali lege sanciverit ut omnes omnino ecclesiae ac ecclesiasticae personae ab omnibus saecularibus talliis et exactionibus, angariis et perangariis sint immunes nec nisi coram ecclesiastico iudice valeant conveniri. Laterani X. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 301. fol. 60.* — « Gravi nobis. »

2922. — *Laterani 23 Decembris.*
« Eisdem. » Vt inducant regem Portugalensem ad restituendum ecclesiae Bracarensi cancellariam, capellaniam, monetam et alia, eumque si necesse fuerit per censuras ecclesiasticas compescant. Dat. ut supra. (Laterani X. Kal. Ianuarii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 302. fol. 61; Mss. Vallicel. I. 53.* — « Sva nobis venerabilis. »

2923. — *Laterani 23 Decembris.*
« Episcopo Clugensi. » Scribit ne procedat auctoritate litterarum a Papa falso impetratarum per Vivianum quondam ecclesiae de Tribano clericum, qui olim matrimonium contraxit et nunc ad ecclesiam redire conatur. Laterani X. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 322. fol. 63.* — « Dilectvs filivs. »

2924. — *Laterani 23 Decembris.*
De Cardoñ. de Bello podio Abbatibus et priori de Galtr. Vrgellensis diocesis. » Mandat, dent licentiam abbati et conventui monasterii Populeti Cisterciensis ordinis tribuendi vicinis agricolis quasdam terras sine decimarum et primitiarum onere nec contra huiusmodi licentiam permittant eosdem a quocumque temere molestari. Laterani X. Kalendas Ianuarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 340. fol. 67.* — « Dilecti filii. »

2925. — *Laterani 23 Decembris.*
« Decano Furnensi Morinensis diocesis et magistris Guiberto Morinensi et Lamberto sancti Donatiani in Brugis Tornacensis diocesis canonicis. » Vt contra Virgilium presbyterum Tornacensis dioecesis, qui praebendam curatam in ecclesia sanctae Mariae de Brugis, quam nullo medio et in scandalum plurimorum habuit pater eius, praetendit retinere, non obstante dispensatione aliqua, quae a Sede Apostolica non manarit (sic) quod canonicum fuerit statuant. Dat. ut supra. (Laterani X. Kal. Ianuarii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 341. fol. 67.* — « Dilectvs filivs. »

2926. — *Laterani 23 Decembris.*
« Sancti Augustini et Sancti Iohannis Abbatibus et Priori Sancti Augustini Morinensibus. » Vt mandatum apostolicum episcopo Morinensi directum super privatione beneficii contra Gossonem clericum

Tornacensem uxoratum exequantur, non obstantibus quibusdam litteris bonae memoriae R. tituli sancti Stephani in Coelio Monte presbyteri Cardinalis Legati Sedis Apostolicae, quibus mandabat ut idem Legatus cum ipso super quodam beneficio quod in Morinensi obtinebat dioecesi dispensaret, pro eo videlicet quod idem signo crucis assumpto promiserat se in Terrae Sanctae subsidium profecturum, sed votum suum redimens non est illud personaliter prosecutus. Laterani X. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 467. fol. 93.* — « VENERABILI FRATRE. »

2927. — *Laterani 24 Decembris.*

« Abbatibus, prioribus, decanis, capitulis et universo clero civitatis et diocesis Tullensis. » Mandat ut, facta contributione pro facultatibus singulorum, medietatem solvant debitorum episcopatus Tullensis: quod si quis renuerit, a Dervensis monasterii et Belli loci abbatibus et priori Dervensis monasterii Trecensis et Cathalaunensis dioecesum compellentur. Laterani VIIII. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 294. fol. 59; Horoy H-i opp. omn. III. 618. n. 158.* — « ET SI QVORVMLIBET. »

Scriptum est super hoc in eundem fere modum Dervensis monasterii et Belliloci Abbatibus et Priori Dervensis monasterii ut predictos compellant ad solvendum. — *Cod. Vat. l. c.; Horoy l. c.*

2928. — *Laterani 24 Decembris.*

« Abbati et Conventui Beccensibus. » Vt « in parrochiis in quibus habetis veteres decimas totaliter seu partialiter ab antiquo tantum partem percipiatis de decimis quoque terrarum quas de cetero deduci contigerit ad culturam, quantum in veteribus decimis noscimini obtinere. » Laterani VIIII. Kalendas Ianuarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 306. fol. 61.* — « NEC NOVVM EST. »

2929. — *Laterani 24 Decembris.*

« Ottoni Aquensi Preposito. » Ad preces C(onstantiae) Romanorum imperatricis indulget ut praeter beneficia quae nunc habet, non obstante constitutione generalis concilii, alia obtinere possit. Laterani VIIII. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 488. fol. 98.* — « KARISSIME IN CHRISTO FILIE. »

2930. — *Laterani 28 Decembris.*

« Radulfo de Novilla clerico. » Quum, habito respectu ad nobilitatem sui generis et ad scientiam litterarum quae ipsum decorant, nondum habeat in ecclesiasticis beneficiis unde honeste valeat sustentari, indulget ut quandam ecclesiam sibi collatam libere recipiat, non obstante beneficio quod iam obtinet habens curam animarum annexam. Laterani V. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 559. fol. 113.* — « QVI EX BENEFICIIS. »

2931. — *Laterani 29 Decembris.*

« (Waldemaro) illustri regi Dacie (Daniae, *Potth.*). » Ad eius instantiam mittit ei Gregorium de Crescentio diaconum Cardinalem Apost. Sed. Legatum « virum utique prudentia et honestate conspicuum et nobis inter alios fratres nostros suis exigentibus meritis specialiter carum concesso sibi plene legationis officio per omnes terras que tue iurisdictionis existunt qui per se ac suos qui magnum locum in Vrbe obtinere noscuntur grata tibi poterit vicissitudine respondere. » Laterani IIII. Kal. Ianuarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 309. fol. 62; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 32; I. I. Pontanus Rerum Danicar. Hist. (Amstelod. 1631) lib. 6. p. 308; male hanc epist. tribuunt Honorio II. Baronius Ann. Eccl. 1129. n. 2. XVIII. 422; Mansi Concil. XXI. 321; Binius Concil. III. II. 469; Suhm Hist. af Danmark V. 321; cf. Potthast 563. n. 6457.* — « ECCE IVXTA PRECVM. »

In eundem modum (Iohanni) Regi Svetie. — *Cod. Vat. l. c.; Liljegren Svenskt dipl. I. 216. n. 200; cf. Porthan Bullar. access. 14. n. 27; Potthast 563. n. 6456; Horoy H-i opp. omn. III. 619. n. 160.*

In e. m. (Otakaro) regi Boemie. — *Cod. Vat. l. c.; Erben Reg. Bohem. I. 295. n. 632; cf. Palacky Reise 23. n. 85; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 120. n. 113; Potthast 563. n. 6457.*

2932. — *Laterani 29 Decembris.*

« (Iohanni) Abbati Sancti Victoris Parisiensis. » Mandat ei ut per priorem suum pecuniam apud suum monasterium depositam ad Papam transmittat. Laterani IIII. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 317. fol. 63; Bouquet Rec. XIX. 714; Potthast 563. n. 6455; Horoy H-i opp. omn. III. 619. n. 159. (28 Dec.)* — « Discretionem tvam. »

2933. — *Laterani 29 Decembris.*

« Priori Sancti Victoris Parisiensi. » Vt sine dilatione veniat ad Papae praesentiam pecuniam apud monasterium suum depositam delaturus. Dat. ut supra. (Laterani IIII. Kal. Ian. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 318. fol. 63.* — « Discrecionem tvam. »

2934. — *Laterani 30 Decembris.*

« Abbati ac conventui de Braella Cisterciensis ordinis. » Vt F. reclusam domus sancti Lazari Cameracensis in eorum monasterium recipiant. Laterani III. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 320. fol. 63.* — « Dilecta in Christo filia. »

2935. — *Laterani 31 Decembris.*

« Lubescensi (Lubecensi, *Potth.*), Raseburgensi, Szerinensi (Sverinensi, *Potth.*) et Caminensi episcopis et abbatibus et prioribus et aliis ecclesiarum prelatis per eorum dioceses constitutis. » Nuntiat se eis mittere Gregorium de Crescentio diaconum Cardinalem Apost. Sedis Legatum, cui mandat ut humiliter intendant et obediant. Laterani II. Kal. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 307. fol. 62; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 493; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 32; cf. Porthan Bull. access. 14. n. 28; cf. Potthast 564. n. 6459.* — « Svscepti cvra. »

In eundem modum (Olao) archiepiscopo Vbsallensi (sic) et suffraganeis eius et abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum prelatis in Vbsalensi provincia constitutis. — *Cod. Vat. l. c.; Vastovius Vitis Aquil. 171; Liljegren Svenskt dipl. I. 217. n. 201; cf. Celse Appar. 58. n. 12; Potthast 563. n. 6459.*

In e. m. (Vincentio) archiepiscopo Gnesnensi et abbatibus etc. — *Cod. Vat. l. c.; Theiner Mon. Pol. I. 11. n. 24; Gersdorf Cod. dipl. Sax. II. 1. 84; Erben Reg. Bohem. I. 296; Klempin Pommersches UB. I. 155. n. 206; cf. Raynaldi l. c.; cf. Meklenb. UB. I. 271; Potthast l. c.; Horoy H-i opp. omn. III. 622. n. 163.*

In e. m. (Andreae) archiepiscopo Lundensi et aliis etc. — *Cod. Vat. l. c.; Potthast l. c.*

In e. m. (Andreae) Episcopo Pragensi et abbatibus et Prioribus et aliis ecclesiarum Prelatis in regno Boemie constitutis. — *Cod. Vat. l. c.; cf. Palacky Reise 22. n. 84; Boczek Cod. dipl. Mor. II. 119; Erben Reg. Bohem. I. 296. n. 633; Potthast l. c.*

In e. m. (Roberto) Olomucensi episcopo et abbatibus etc. — *Cod. Vat. l. c.; Potthast l. c.*

In e. m. (Brunoni) Missinensi episcopo etc. — *Cod. Vat. l. c.; Potthast l. c.*

In e. m. Noscensi episcopo et abbatibus etc. — *Cod. Vat. l. c.; Potthast l. c.*

2936. — *Laterani 31 Decembris.*

Capitulum ecclesiae S. Mariae de Hagbi cum cum omnibus bonis protegendum suscipit. Laterani II. Kal. Ian. anno quinto. — *Liljegren Svenskt dipl. I. 218. n. 202; cf. Celse Appar. 58.*

n. 13; Potthast 563. n. 6458; Horoy H-i opp. omn. III. 621. n. 162. — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

2937. — ....
« Rectori Ecclesie Sancte Marie de Nibiola Novariensis diocesis. » Concedit ei decimas novalium suae parrochiae. (Sine nota chronologica). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 171. fol. 35.* — « CVM PRO TE. »

2938. — ....
« Karissimo in Christo filio Catholico illustri regi Conatie et O. filio eius. » Eorum personas et regnum recipiuntur in protectionem. (Sine nota chronologica). — *Reg. Vat. lib 5. epist. 222. fol. 43; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 46.* — « SINCERITAS DEVOTIONIS. »

2939. — ....
Decano et capitulo S. Audomari privilegia illis a Romanis Pontificibus concessa confirmat, praesertim ius eorum in villis de Eska, Odenkierke, Anvringehem etc. et regimen scholarum in burgo S. Audomari. Sine signo chronologico. — *Miraei Opp. dipl. IV. 28; Potthast 564. n. 6465. (fragm.); cf. Horoy H-i opp. omn. III. 627. n. 168.*

[An. 1221]

2940. — *Laterani 2 Ianuarii.*
« (Pelagio) episcopo Albanensi Apost. Sedis Legato. » Scribit de promissione facta a F(riderico) imperatore ante suam coronationem pro subsidio Terrae Sanctae; « verum quia futura frequenter dubio suspenduntur eventu circumspectio tua provideat si medio tempore possit haberi tractatus qui ad gloriam Dei et christianitatis cedat honorem. » Laterani IIII. Non. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 304. fol. 61; Mss. Vallic. I. 53. et I. 51. p. 491; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 1; Rodenberg Ep. Sel. 112. n. 159.* — « FIRMITER CREDIMVS. »

2941. — *Laterani 2 Ianuarii.*
Abbati de Curc (Zircz) in Bokan Vesprimiens. dioc., Strigoniensi et Geuriensi praepositis causam quae inter abbatem conventumque S. Martini de Pannonia ex parte una et episcopum canonicosque Zagrabienses ex altera super decimis quarundam possessionum et aliarum rerum in comitatu Simigiensi existentium iam diutius vertebatur committit. Laterani IV. Non. Ian. anno quinto. — *Mon. Hungar. hist. dipl. VI. 175; Potthast 564. n. 6466; Horoy H-i opp. omn. III. 628. n. 169.* — « OLIM INTER DILECTOS. »

2942. — *Laterani 3 Ianuarii.*
« Episcopo et Archidiacono Flandrensibus et magistro G. dicto hospitalario Tornacensi. » Mandat ne episcopum Cameracensem, qui tantum in beatae Mariae ac sancti Gaugerici ecclesiis Cameracensibus duas debet conferre praebendas ad triennium provisione alicuius, salvo mandato apostolico directo pro magistro Aegidio clerico, molestari sinant. Laterani III. Non. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. ep. 326. fol. 64.* — « VENERABILIS FRATER. »

2943. — *Laterani 3 Ianuarii.*
« Vniversis Christi fidelibus per regnum Svecie constitutis. » Vt, quum Romanae Ecclesiae censum, Arosiensi (*Potth.*, *Horoy* Arusiensi) episcopo intimante, per quinquennium et amplius non solverint, de subtracto integre satisfaciant, et deinceps censum ipsum hilariter persolvant, alioquin sententiam, quam idem episcopus rationabiliter propter hoc tulerit in rebelles, ratam habebit et inviolabiliter observari faciet. Laterani III. Non. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 329. fol. 64; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 40; Vastovius Vitis Aquil. 172; Liljegren Svenskt dipl. I. 219. n. 203; cf. Celse Appar. 58. n. 14; Potthast 564. n. 6467; Horoy H-i opp. omn. III. 631. n. 170.* — « CVM EX CENSV. »

2944. — *Laterani 3 Ianuarii.*

« Archiepiscopo, decano et magistro scolarum Toletanis. » Cum Iulianus archipresbyter Optensis convenisset episcopum Conchensem super restitutione archipresbyteratus Optensis, canoniae Conchensis atque aliorum beneficiorum, super integratione praebendae quam in Conchensi ecclesia obtinebat nec non super Kaficiis quibusdam, processum contra dictum episcopum irritat et hanc dispositionem mandat ut observari faciant. Laterani III. Non. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 344. fol. 68.* — « Cvm olim dilectvs. »

2945. — *Laterani 4 Ianuarii.*

(Sine titulo). Nuntiat se post coronationem Friderici ipsa die in basilica principis Apostolorum, praesente ipso imperatore, omnes haereticos utriusque sexus, fautores eorum, nec non qui de cetero servari fecerint statuta et consuetudines ecclesiasticae libertati contrarias, etc. excommunicasse. Quare mandat ut huiusmodi sententiam per dioeceses publicent et observari faciant. Laterani II. Non. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 305. fol. 61; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 23-24; Decret. H-i III. lib. I. tit. 1.* De constitutione *c. 2. ed. Cironius 8; Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 39.* De senten. excommun. *c. 49. ap. Boehmer Corp. II. 861. (an. 1224); Richter II. 875; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. V. tit. XXXIX. c. XLIX. p. 910.* — « Noverit fraternitas tva. »

In eundem modum scriptum est Bononiensi episcopo. — *Cod. Vat. l. c.; Potthast 564. n. 6469; cf. Horoy H-i opp. omn. III. 632. n. 172; Rodenberg Epist. Sel. 112. n. 160.*

2946. — *Laterani 4 Ianuarii.*

« Vniversis Abbatibus et conventibus Cisterciensis ordinis presentes litteras inspecturis. » Dolet quod Apostolicae Sedis Legatis indevotos et insolentes se exhibeant, immemores privilegiorum eisdem abbatibus concessorum; ut ergo gratiam ipsis factam gratitudo conservet, mandat ut Gregorio de Crescentio sancti Theodori diacono Cardinali Apost. Sedis Legato, quem inter ceteros fratres dicit Papa se speciali prerogativa diligere, procurationes exhibeant. Laterani II. Non. Ianuarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 308. fol. 62; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Qvanto Apostolica Sedes. »

2947. — *Laterani 4 Ianuarii.*

« Gregorio de Crescentio Sancti Theodori diac. Cardinali Apost. Sedis Legato. » Vt absolvere possit quoscumque per iniectionem manuum violentam excommunicatos. Laterani II. Nonas Ianuarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 310. fol. 62; Mss. Vallicell. I. 55.* — « Qvia dvbivm fvit. »

2948. — *Laterani 4 Ianuarii.*

« Eidem. » Vt in terris suae legationis absolvere possit filios clericorum ac etiam a sacerdotibus genitos et alios illegitimos. Laterani II. Non. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 311. fol. 62.* — « Non est insolitvm. »

2949. — *Laterani 4 Ianuarii.*

« Eidem. » Vt absolvere possit excommunicatos ratione non solutae vicesimae, si satisfecerint. Laterani II. Non. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 312. fol. 63.* — « Cvm in terris. »

2950. — *Laterani 4 Ianuarii.*

« Eidem. » Vt eos qui votum emiserint transfretandi in Terram Sanctam, si alios pro se miserint, vel pauperes sint, absolvere possit. Dat. ut supra. (Laterani II. Non. Ian. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 313. fol. 63.* — « Cvm inter crvcesignatos. »

2951. — *Laterani 4 Ianuarii.*

« Eidem. » Vt cum eis qui enormiter cum sanguinis effusione clericos laeserint vel excommunicati ordines susceperint faciat prout desuper fuerit ipsi inspiratum. Dat. ut supra. (Laterani II. Non. Ianuarii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 314. fol. 63.* — « NOSTRO FVIT APOSTOLATVI. »

2952. — *Laterani 4 Ianuarii.*

« Eidem. » Vt ante suum reditum si expedire cognoverit libere testetur. Dat. ut supra. (Laterani II. Non. Ianuarii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 315. fol. 63.* — « CVM IN MANV DEI. »

2953. — *Laterani 4 Ianuarii.*

« Eidem. » Super occisionibus clericorum, si rei indurati Apostolicam Sedem adire noluerint, committit ei vices suas pro absolutione concedenda. Dat. ut supra. (Laterani II. Non. Ian. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 316. fol. 63.* — « NOSTRO FVIT APOSTOLATVI. »

2954. — *Laterani 4 Ianuarii.*

« Episcopo Conchensi. » Irritat processum contra eum habitum propter accusationes Iuliani Optensis archipresbyteri super restitutione archipresbyteratus Optensis, canoniae Conchensis, et aliorum beneficiorum suorum, et aliis rationibus. Laterani II. Non. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 342. fol. 68.* — « CVM OLIM DILECTVS. »

2955. — *Laterani 4 Ianuarii.*

(Olao) archiepiscopo Vpsalensi tribuit licentiam absolvendi eos, qui clericis violentas manus intulerint, exceptis casibus gravioribus Sedi Romanae reservatis. Laterani II. Non. Ian. anno quinto. — *Liljegren Svenskt dipl. I. 219. n. 204; cf. Celse Appar. 58. n. 15; Potthast 564. n. 6468; Horoy H-i opp. omn. III. 632. n. 171.* — « DE SALVTE SVBDITORVM. »

2956. — *(Laterani) 4 Ianuarii.*

Confirmat prioratum de Flaisiaco (Floisy). (Laterani) II. Non. Ian. anno quinto. — *Darsy Benéfices I. 370; Potthast 564. n. 6470.*

2957. — *Laterani 5 Ianuarii.*

« Symoni Presbytero Rectori ecclesie Sancte Marie de Arosia. » Eius personam cum omnibus suae ecclesiae bonis quae enumerat sub protectione suscipit et confirmat. Laterani Nonis Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 357. fol. 70.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

2958. — *Laterani 6 Ianuarii.*

« Archipresbytero et capitulo Plebis de Bronñ Placentine diocesis. » Septenarium numerum canonicorum archipresbytero computato statutum in eorum ecclesia et a dioecesano episcopo approbatum confirmat. Laterani VIII. Id. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 334. fol. 66.* — « ECCLESIARVM VTILITATI. »

In eundem modum Archipresbytero et capitulo plebis Olubre Placentine diocesis numerum quinque canonicorum archipresbytero computato confirmat. — *Cod. Vat. l. c.; Potthast 564. n. 6471; Horoy H-i opp. omn. III. 633. n. 173.*

2959. — *Laterani 7 Ianuarii.*

« I(ohanni) tituli Sancte Praxedis presbytero Cardinali Apostolice Sedis Legato. » Vt si archiepiscopus Patracensis canonicam purgationem praestiterit super appositis ei a Iohanne de Benevento qui pro Patracensi archidiacono se gerebat, quod nempe suspensus divina officia celebrarat et super aliis quae correctionem requisivissent, in quibus inquisitio commissa fuit archiepiscopo Larisseno et collegis suis, eum de cetero molestari non permittat. Laterani VII. Id. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 583. fol. 116; Mss. Vallic. I. 53.* — « IOHANNE DE BENEVENTO. »

2960. — *Laterani 7 Ianuarii.*
« Episcopo Lexoviensi. » Quum is abbati Gemeticensi, qui duellum fieri procuravit a laico sui monasterii contra quendam maleficum [qui bona monasterii ipsius devastaverat, et monachis consilium dantibus officium altaris interdixit, mandat ut ipse eis tempus statuat se poenitendi. Laterani VII. Id. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 323. fol. 63; Horoy H-i opp. omn. III. 633. n. 174.* — « DILECTVS FILIVS. »

2961. — *Laterani 7 Ianuarii.*
« Abbati, Priori et Suppriori Sancti Victoris Parisiensis. » Vt in causa inter episcopum Ambianensem et abbatem et conventum sancti Richarii in Pontivo Ambianensis dioecesis, super subiectione quam in eorum monasterio dictus episcopus expetit, exceptionibus super possessorio nullis prorsus obstantibus, infra septem menses continuos post susceptionem praesentium recipiant probationes quas episcopus super petitorio duxerit inducendas, et defensiones monasterii memorati, interim inducant episcopum ut proventus, quibus monasterium ipsum occasione sessionis in sinodo spoliavit, eidem restituat. Laterani VII. Id. Ian. Id. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 331. fol. 65.* — « CVM OLIM BONE RECORDATIONIS. »

2962. — *Laterani 9 Ianuarii.*
« Hermanno magistro et fratribus Hospitalis Sancte Marie Teutonicorum Ierosolimitani. » Cum ipsi ordinem fratrum Hospitalis Ierosolimitani circa pauperes et infirmos, et fratrum militiae Templi circa clericos et milites et alios fratres in eorum domo observandum statuerint, indulget ut libertates et immunitates concessae fratribus Hospitalis et Templi, etiam ipsis concedantur, ita ut eis utantur libere sicut illi. Laterani V. Id. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 327. fol. 64; Hennes UB. I. 54; Strehlke Tab. 281. n. 309; De Geer Archieven I. 15. n. 8; Potthast 565. n. 6473; Horoy H-i opp. omn. III. 636. n. 177.* — « VESTRA RELIGIO CVIVS. »

2963. — *Laterani 9 Ianuarii.*
« Eisdem. » Indulget ut libere utantur mantellis et vestibus secundum statutum privilegio apostolico confirmatum, districtius inhibens ne quis id aliquatenus prohibere vel impedire praesumat. Laterani V. Id. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 328. fol. 64; Strehlke l. c. 280. n. 308; fragm. apud Hennes l. c. 55. nota I; Potthast 565. n. 6474; Horoy H-i opp. omn. III. 635. n. 176.* — « EA QVE STATVTA SVNT. »

2964. — *Laterani 9 Ianuarii.*
« Capitulo Sancti Andree Guarmatiensi. » Concessionem eis factam ab eorum praeposito reddituum ecclesiae de Sulza ad ipsum pertinentis pro supplemento earum praebendarum confirmat. Laterani V. Id. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 330. fol. 65.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

2965. — *Laterani 9 Ianuarii.*
Praepositum et capitulum de Novo castro (Naumburg a. Bober) cum omnibus bonis protegendos suscipit, specialiter autem possessiones ac alia bona sicut ea iuste possident eis confirmat. Laterani V. Id. Ian. anno quinto. — *Würdtwein Subs. dipl. XII. 147; Worbs Neues Arch. II. 149; Potthast 565. n. 6472; Horoy H-i opp. omn. III. 635. n. 175.* — « CVM A NOBIS. »

2966. — *Laterani 10 Ianuarii.*
« Episcopo et capitulo Taurinensibus. » Iterum scribit ut T. scriptorem suum in canonicum recipiant, alioquin archidiaconus et Beldricus de Landriano ipsius Papae subdiaconus canonicus Mediolanen. id auctoritate apostolica exequentur. Laterani

IIII. Id. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 337. fol. 67.* — « ATTENTE VOS. »

Scriptum est eis super hoc praecipiendo ut si praedicti episcopus et capitulum praeceptum Papae adimplere neglexerint illud exequi procurent. *Hoc caput in Cod. Vat. coniunctum est cum epistola praecedenti sine inscriptione, sed in margine signatur n. 338.*

2967. — *Laterani 11 Ianuarii.*

« Potestati et Populo Perusinis. » Pacem iuxta mandatum Papae initam inter ipsos et populum civitatis Castelli confirmat. Laterani III. Id. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 324. fol. 64; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 34; Theiner Cod. dipl. dom. temp. S. Sedis I. 64. n. 102; Potthast 565. n. 6475; Horoy H-i opp. omn. III. 637. n. 178.* — « CVM EX OFFICII. »

2968. — *Laterani 11 Ianuarii.*

« Potestati et populo Castellanis. » Vt tam ea quae inter eos et Perusinos pro pace servanda praeter demolitionem castrorum acta sunt, quam quod Hermannus Clusinus electus capellanus Papae mandavit, firmiter observent. Laterani III. Id. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 325. fol. 64; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 37; Theiner l. c. 65. n. 103; Potthast 565. n. 6476; Horoy H-i opp. omn. III. 637. n. 179.* — « AD SVPPLICATIONEM. »

2969. — *Laterani 11 Ianuarii.*

« Vniversis Christi fidelibus per Svetiam constitutis. » Concedit indulgentiam viginti dierum visitantibus in festo Assumptionis beatae Virginis novum claustrum in honorem beatae Virginis erectum in Sicthunia (Sichtonia, *Porthan*) et illud beneficiis et eleemosinys adiuvantibus ad substentationem fratrum inibi Domino famulantium. Laterani III. Id. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 332. fol. 66; Mss. Vallic. I. 53; Liljegren Svenskt dipl. I. 220. n. 205; cf. Porthan Bullar. access. 14. n. 29; Potthast 565. n. 6478. cum initio:* Quoniam ut, *quod idem legitur apud Horoy H-i opp. omn. III. 638. n. 180.* — « QVVM VT AIT. »

2970. — *Laterani 11 Ianuarii.*

« Abbatibus, prepositis, decanis et universis clericis per Boemiam constitutis. » Notum facit se concordiam inter (Andream) episcopum Pragensem et magistrum Iohannem procuratorem (Premyslai Otakari) regis et baronum Boemiae super iurisdictione, decimis et aliis articulis initam confirmare. Laterani III. Id. Ianuarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 335. fol. 66; Mss. Vallic. I. 53; Erben Reg. Bohem. I. 297. n. 639; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 378. n. 52; Jireček Cod. Iur. Bohem. I. 45. n. 28. A; cf. Palacky Reise 23. n. 86; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 120. n. 114; Potthast 565. n. 6479; Horoy H-i opp. omn. III. 639. n. 181.* — « QVESTIONE SVPER IVRISDICTIONE. »

2971. — *Laterani 11 Ianuarii.*

« Episcopo Morinensi. » Decernit quod non teneatur respondere litteris apostolicis subreptitie impetratis a quibusdam clericis uxoratis super privatione suorum beneficiorum. Laterani III. Id. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 245. fol. 68.* — « TE DIDICIMVS. »

2972. — *Laterani 11 Ianuarii.*

Abbati de Lubes Cisterc. ord. Wratizlaviens. dioc. mandat, ut habitum religionis monialium de Trebniz conversis mulieribus illum postulantibus exhibeat. Laterani III. Id. Ian. anno quinto. — *(Büsching) Vrk. d. Klost. Leubus 81; Potthast 565. n. 6477.* — « DILECTE IN CHRISTO. »

2973. — *Laterani 12 Ianuarii.*

« G(uttormo) Nidrosiensi Archiepiscopo. » Gratias ei agit quod censum debitum Ro-

manae Ecclesiae duarum armillarum et viginti marcharum sterlingorum novorum et quadraginta marcharum boni argenti Parisius destinaverit apud ecclesiam sancti Victoris nomine Papae deponendum, et priorem ipsius ecclesiae illud iam recepisse notum facit. Laterani II. Id. Ianuarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 333. fol. 66; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 40; Lange dipl. Norveg. VI. 1. 16; Potthast 565. n. 6480; Horoy H-i opp. omn. III. 641. n. 182.* — « FRATERNITATI TVE DIGNAS. »

2974. — *Laterani 12 Ianuarii*

« Albiganensi episcopo. » Vt nonaginta sex libras Ianuensis monetae de vicesima collectas ad Papam transmittat, vel apud archiepiscopum Ianuensem deponat. Laterani II. Idus Ianuarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 350. fol. 69.* — « FRATERNITATI TVE. »

2975. — *Laterani 13 Ianuarii.*

« Archiepiscopo Beneventano. » Vt episcopum Lubrensem, cui tam ob reverentiam Lateranensis ecclesiae de qua fuit assumptus, quam ob dilectionem L. tituli sanctae Crucis presbyteri Cardinalis, cuius erat tunc temporis capellanus, vult gratiam facere specialem, a cura illius ecclesiae absolvat et ad ecclesiam Lucerinam diu vacantem transferat. Laterani Idib. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 342. fol. 68.* — « VOLENTES VENERABILI FRATRI. »

2976. — *Laterani 13 Ianuarii.*

« Abbati Sancti Vincentii Wratizlaviensis. » Arbitrium pro eo latum ab abbate de Andreou et a collegis suis contra quosdam monachos ordinis sancti Benedicti et fautores eorum Gneznensis et Cracoviensis dioecesum super monasterio sancti Vincentii et rebus aliis confirmat. Laterani Idib. Ian. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 346. fol. 68; Theiner Mon. Polon. I. 12. n. 25; Potthast 565. n. 6481; Horoy H-i opp. omn. III. 641. n. 183.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

2977. — *Laterani 13 Ianuarii.*

« (Thomae) Episcopo Finlandie. » Vt circummanentes christianos per ecclesiasticas censuras compescat ne, ut (Olaus) Vpsalensis archiepiscopus retulit, ad circumadiacentes barbaros navigent et victualia seu alia necessaria deferant, quum hi novellam christianitatis plantationem eradicare nitantur. Dat. ut supra. (Laterani Idib. Ian. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 247. fol. 68; Mss. Vallicell. I. 53; Vastovius Vitis Aquil. 170. Liljegren Svenskt dipl. I. 220. n. 206; cf. Celse Appar. 58. n. 16; Potthast 565. n. 6482; Horoy H-i opp. omn. III. 642. n. 184.* — « CVM SICVT EX. »

2978. — *Laterani 14 Ianuarii.*

« Herveo Abbati Sancte Marie Blesensis et magistris Iohanni de Feritate, Sancti Iohannis in Vineis Suessionensibus et Iohanni de Monte Mirabili canonicis. » Queritur Papa, quod quidam ex crucesignatis Remensis provinciae, varia et falsa mentientes, absolutionis vel dilationis litteras obtinuerint. Hiis ergo mandat ut crucesignatos huiusmodi per censuram ecclesiasticam compellant ad prosequendum votum suum, usque ad proximum Augusti mensem. Indulget autem ut praedicationem in subsidium Terrae Sanctae audientibus indulgentiam peccatorum concedant, ita tamen quod indulgentia ipsa viginti dierum numerum non excedat. Laterani XVIIII. Kal. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 353. fol. 69; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 642. n. 185.* — « QVANTO NOS ANGIT. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum T. archidiacono Baiocensi et H. Rothomagensi et G. Lexoviensi canonicis.

2979. — *Laterani 15 Ianuarii.*

Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis ad quos litterae istae pervenerint, mandat atque praecipit, prohibeant omnibus parochianis suis, ne a fratribus hospitalis S. Mariae Theotonicorum Ierosolimitani de novalibus vel de aliis terris, quas propriis manibus aut sumptibus excolunt, vel de nutrimentis animalium ullatenus decimas exigere vel extorquere praesumant. Laterani XVIII. Kalendas Februarii anno quinto. — *Strehlke Tab. 282. n. 310; Potthast 565. n. 6483; Horoy H-i opp. omn. III. 644. n. 186.* — « AVDIVIMVS ET AVDIENTES. »

2980. — *(Laterani) 15 Ianuarii.*

Episcopo Vercellensi districte mandat, ut Amicaeum Saccum quondam Mediolani praetorem, qui Henricum archiepiscopum Mediolanensem exulare coegerat, censuris ecclesiasticis innodet. (Laterani) XVIII. Kal. Febr. anno 1221. — *Vghelli Ital. sacra IV. 178; Potthast 565. n. 6485.*

2981. — *Laterani 15 Ianuarii.*

(Hermanno) magistro et fratribus hospitalis S. Mariae Theotonicorum Ierosolimitani indulget, ut, si contra ipsorum privilegia litterae a quoquam per subrepcionem contra privilegiorum ipsorum tenorem obtentae nisi ex certa conscientia apostolica procedant, in iudicio alicuius non teneantur disceptare, salva moderatione concilii generalis. Laterani XVIII. Kal. Febr. anno quinto. — *Strehlke Tab. 283. n. 311; Potthast 565. n. 6486; Horoy H-i opp. omn. III. 645. n. 187.* — « CVM VOS TANQVAM. »

2982. — *Laterani 15 Ianuarii.*

Archiepiscopis, episcopis etc. mandat et praecipit, ut fratres hospitalis S. Mariae Theot. Ieros. super elemosinis, quae ipsis conferuntur, a nemine permittant indebita praesumptione vexari. Laterani XVIII. Kal. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. n. 312; Potthast 566. n. 6487; Horoy H-i opp. omn. III. 646. n. 188.* — « QVANTO DILECTI FILII. »

2983. — *Laterani 15 Ianuarii.*

Honorius charge (Jean) abbé de Saint-Victor de Paris, le prieur de la même abbaye et (Étienne) doyen de Paris, de juger la contestation pendante entre Blanche comtesse de Champagne et (Jacques) évêque de Soissons au sujet d'un juif qui avait frappé un clerc. — *Jubainville Comtes de Champagne V. 162. n. 1309; cf. Potthast 565. n. 6484.*

2984. — *Laterani 16 Ianuarii.*

« Rothomagensi archiepiscopo et suffraganeis eius et aliis ecclesiarum prelatis per Rothomagensem provinciam constitutis. » Vt T. archidiacono Baiocensi, H. Rothomagensi et G. Lexoviensi canonicis pro subsidio Terrae Sanctae praedicantibus, eos honeste recipientes, in necessariis auxilientur. Laterani XVII. Kal. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 352. fol. 69; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 1; Horoy H-i opp. omn. III. 657. n. 198.* — « CVM PREDICATIONIS OFFICIVM. »

In eundem modum scriptum est Archiepiscopo Remensi et suffraganeis eius et aliis ecclesiarum prelatis per Remensem provinciam ut auxilientur Herveo abbati Sancte Marie Blesensis et magistris Iohanni de Feritate, Sancti Iohannis in Vineis Suessionensibus et Iohanni de Monte Mirabili canonicis. — *Cod. Vat. l. c.; Horoy l. c.*

2985. — *Laterani 16 Ianuarii.*

Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis ad quos litterae istae pervenerint mandat ut in fratres hospitalis s. Mariae Theot. Ieros. excommunicationis vel interdicti sententias nullatenus promulgent. Laterani XVII. Kal. Februarii anno quinto. — *Wilmans Westfäl. UB. III. 79. n. 155; Strehlke Tab. 284. n. 313; de Geer Archieven I. 15. n. 9; Potthast 566. n. 6488.* — « CVM DILECTI FILII. »

2986. — *Laterani 16 Ianuarii.*

Eisdem mandat, ut, cum fratres hospitalis sanctae Mariae Theotonicorum Ierosolimitani ad eo-

rum loca pro eleemosinis accesserint colligendis, benigne recipientes eosdem ipsis in ecclesiis suis ammonere populum et eleemosinas libere quaerere permittant. Laterani XVII. Kal. Februarii anno quinto. — *Duellius Hist. ord. Theuton. Append. 4. n. 2; Strehlke l. c. n. 314; de Geer l. c. 17. n. 11; Potthast 566. n. 6489; Horoy H-i opp. omn. III. 647. n. 189.* — « CVM DILECTIS FILIIS. »

2987. — *Laterani 16 Ianuarii.*
Eisdem inhibet ne praedictos fratres de sepeliendis fratribus, de malefactoribus persequendis, de eleemosinis quaerendis in aliorum ecclesiis molestent. Laterani XVII. Kal. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. 286. n. 315; Potthast 566. n. 6490; Horoy H-i opp. omn. III. 650. n. 190.* — « DILECTI FILII FRATRES. »

2988. — *Laterani 16 Ianuarii.*
Eisdem praecipit, ut de his quae memoratis fratribus dantur ab aliquibus in sanitate vel in infirmitate, sive postea convaluerint aut apud alios fuerint tumulati, partem nullam quaerant, de aliis vero parochianis suis, qui laborantes in extremis apud praedictos fratres eligant sepeliri, quarta sint testamenti parte contenti. Laterani XVII. Kal. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. 287. n. 316; de Geer l. c. 20. n. 13; Potthast 566. n. 6491; Horoy H-i opp. omn. III. 650. n. 191.* — « DILECTI FILII NOSTRI. »

2989. — *Laterani 16 Ianuarii.*
Eisdem inhibet, ne in domibus praedictorum fratrum ipsis renitentibus quaerant hospitari. Laterani XVII. Kal. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. 288. n. 317; Potthast 566. n. 6492; Horoy H-i opp. omn. III. 651. n. 192.* — « EVANGELICE DOCTRINE QVE. »

2990. — *Laterani 16 Ianuarii.*
Eosdem rogat, ut institutionem vicariorum ab ordine Theutonico ad ecclesias eius vel fratrum eius a patronis ad alias praesentatorum concedant. Laterani XVII. Kal. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. n. 318; Potthast 566. n. 6493; Horoy H-i opp. omn. III. 652. n. 193.* — « EX INSINVATIONE DILECTORVM. »

2991. — *Laterani 16 Ianuarii.*
Eisdem mandat, ut ab extorsione decimarum a dictis fratribus penitus desistant et subditos suos per censuram ecclesiasticam cogant ab illa desistere. Laterani XVII. Kal. Februarii anno quinto. — *Strehlke l. c. 289. n. 319; Potthast 566. n. 6494; Horoy H-i opp. omn. III. 653. n. 194.* — « EX PARTE DILECTORVM. »

2992. — *Laterani 16 Ianuarii.*
Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theotonicorum Ierosolimitani indulget, ut liceat eis quemlibet sanctae crucis signaculo signatum in fratrem recipere, si impedimentum canonicum non obsistat. Laterani XVII. Kal. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. 290. n. 320; de Geer l. c. 21. n. 14; Potthast 566. n. 6495; Horoy H-i opp. omn. III. 654. n. 195.* — « IVSTIS PETENCIVM DESIDERIIS. »

2993. — *Laterani 16 Ianuarii.*
Archiepiscopos et episcopos etc. exhortatur, ut populum ad faciendum collectas pro militibus hospitalis s. Mariae Theuton. Ieros. commoneant, et ut, cum fratres ipsius hospitalis, qui ad collectam suscipiendam destinati fuerint, in civitatem, castellum vel vicum advenerint, si forte locus ille interdictus sit, in eorum iocundo adventu semel in anno aperiantur ecclesiae et excommunicatis et nominatim interdictis exclusis divina officia celebrentur etc. Laterani XVII. Kal. Febr. anno quinto. — *Duellius Hist. ord. Theut. Append. 5. n. 3; Strehlke l. c. 290. n. 321; de Geer l. c. 19. n. 12; Potthast 566. n. 6496; Horoy H-i opp. omn. III. 654. n. 196.* — « MILITES HOSPITALIS SANCTE. »

2994. — *Laterani 16 Ianuarii.*
Eisdem praecipit, ut illos, qui possessiones vel res aut domos dicti ordinis irreverenter invaserint, excommunicent etc. Laterani XVII. Kal. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. 291. n. 322; de Geer l. c. 16. n. 10; Potthast 566. n. 6497; Ho-*

roy H-i opp. omn. III. 656. n. 197. — « NON ABSQVE DOLORE. »

2995. — *Laterani 16 Ianuarii.*
Cluniacensibus monachis concedit, ut corpus s. Hugonis abbatis relevent et in decentiori loco collocent. Laterani XVII. Kal. Februarii anno (quarto *sed legas*) quinto. — *Bullar. ord. Cluniac. 104; Potthast 566. n. 6498.*

2996. — *Laterani 17 Ianuarii.*
« Magistro Roberto Rectori ecclesie de Nuit. » Ecclesiam de Nuit, quam ipse ex concessione episcopi Eduensis obtinuit, eidem confirmat. Laterani XVI. Kal. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 348. fol. 68.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

2997. — *Laterani 17 Ianuarii.*
« Episcopo et Cantori Cabilonensibus *(hoc tantum in Decr. Greg.)* et Abbati de Firmitate Cabilonensis diocesis. » Referente episcopo Eduensi, canonici Eduenses antiquum praebendarum numerum, licet ipsarum redditus non sint diminuti, restrinxerunt; quare eis mandat ut in eorum ecclesia antiquum canonicorum numerum observari faciant, et praebendas quas ibi invenerint vacantes, personis idoneis cum consilio episcopi Eduensis conferant. Laterani XVI. Kal. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 349. fol. 68; Mss. Vallicell. I. 53; Decret. H-i III. lib. I. tit. I.* De constitut. *c. 5. ed. Cironius 12; inter Decret. Gregorii IX. lib. I. tit. 2.* De constit. *c. 12; Boehmer Corp. II. 11; Richter Corp. II. 15; Potthast 663. n. 7708. (absque signo chronologico); Horoy H-i opp. omn. III. 660. n. 202; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. I. tit. II. c. XII. p. 15.* — « EX PARTE VENERABILIS. »

2998. — *Laterani 17 Ianuarii.*
« Vniversis crucesignatis versus Prusciam. » Vt de victoria contra paganos obtenta non insolescant, sed eos quos acceserint captivos Prutenorum episcopo assignent ut procuretur, si qui voluerint fieri Christiani. Laterani XVI. Kal. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 351. fol. 69; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 40.* — « CVM IS QVI. »

2999. — *Laterani 17 Ianuarii.*
Archiepiscopis episcopis etc. praecipit, ut, cum a fratribus hospitalis S. Mariae Theoton. Ierosol. acceperint de suis parochianis querelam, eos ad exhibendam iusticiam ecclesiastica districtione cogant. Laterani XVI. Kal. Febr. anno quinto. — *Strehlke Tab. 292. n. 323; Potthast 566. n. 6499; Horoy H-i opp. omn. III. 658. n. 199.* — « CVM A RELIGIOSORVM. »

3000. — *Laterani 17 Ianuarii.*
Eisdem mandat, ut, cum praedicti fratres in suo cemeterio ex indulgentia sedis apostolicae liberam habeant sepulturam, et illi parochianis suis, ne ibidem debeant sepeliri, praesumant inhibere, ab huiusmodi praesumptionibus omnino desistant. Laterani XVI. Kal. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. 293. n. 324; Potthast 566. n. 6500; Horoy H-i opp. omn. III. 658. n. 200.* — « GRAVEM EX PARTE. »

3001. — *Laterani 17 Ianuarii.*
Magistro et fratribus hospitalis S. Mariae Theoton. Ierosol. concedit facultatem, ut iura sua testimonio suorum fratrum probare et tueri possint. Laterani XVI. Kal. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. 294. n. 325; cf. Napiersky Index I. 4. n. 13; Potthast 566. n. 6501; Horoy H-i opp. omn. III. 659. n. 201.* — « QVOCIENS POSTVLATVR A. »

3002. — *Laterani 18 Ianuarii.*
« Decano, et capitulo Senogiensibus Cameracensis diocesis. » Vt Villelmum clericum praesentium portitorem recipiant in canonicum, non obstantibus quibusdam impedimentis in episcopi Cameracensis et in

eorum litteris comprehensis. Laterani XV. Kal. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 354. fol. 70.* — « VESTRA NOBIS DEVOTIO. »

3003. — *Laterani 18 Ianuarii.*

« Vniversis Christi fidelibus ad ecclesiam Beate Marie de Arosia in festo Nativitatis ipsius accedentibus. » Indulgentias viginti dierum eisdem concedit. Laterani XV. Kal. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 356. fol. 70.* — « CVM TOTVM PERTINEAT. »

3004. — *Laterani 18 Ianuarii.*

Magistro et fratribus Hospitalis S. Mariae Theoton. Ierosol. indulget, ut ob excessus in ipsos vel alios religiosos aut clericos commissos etiam ante susceptum habitum per diocesanos episcopos absolutionis beneficium assequantur. Laterani XV. Kal. Febr. anno quinto. — *Strehlke Tab. 294. n. 326; Potthast 566. n. 6502; Horoy H-i opp. omn. III. 660. n. 203.* — « EA QVE PRO. »

3005. — *Laterani 18 Ianuarii.*

Archiepiscopis et episcopis etc. praecipit, ut clericos idoneos, quos praedicti fratres ad ecclesias suas eis duxerint praesentandos, benignius admittant; « alioquin noveritis, quod ipsis.... liberam indulsimus facultatem, ut fructus earundem ecclesiarum, donec praedicta occasione vacaverint, in subventionem Ierosolimitanae terrae convertere et illos valeant libere detinere. » Laterani XV. Kal. Febr. anno quinto. — *Duellius Hist. ord. Theut. Append. 6. n. 4; Strehlke l. c. 295. n. 327; de Geer l. c. 23. n. 16; Potthast 567. n. 6503; Horoy H-i opp. omn. III. 661. n. 204.* — « QVANTO DILECTI FILII. »

3006. — *Laterani 18 Ianuarii.*

Eisdem districte praecipit, prohibeant omnibus parochianis suis, ne a memoratis fratribus de novalibus vel aliis terris post celebrationem concilii generalis acquisitis, quas propriis manibus aut sumptibus excolunt etc. decimas exigere praesumant etc. Laterani XV. Kal. Febr. anno quinto. — *Duellius l. c. 5. n. 5; Livländ. UB. I. 63. n. 60; Strehlke l. c. 296. n. 328; de Geer l. c. 22. n. 15; Potthast 567. n. 6504; Horoy H-i opp. omn. III. 663. n. 205.* — « QVIA PLERVMQVE VERITATIS. »

3007. — *Laterani 18 Ianuarii.*

Magistrum et fratres hospitalis S. Mariae Theuton. Ieros. cum omnibus possessionibus et bonis suis sub apostolicae sedis protectione esse iubet eisque concedit, ut undique clericos suscipiant et liberae sepulturae privilegio fruantur. Laterani XV. Kal. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. 297. n. 329; cf. Napiersky Index I. 4. n. 13; Potthast 567. n. 6505; Horoy H-i opp. omn. III. 664. n. 206.* — « QVOCIENS A NOBIS. »

3008. — *Laterani 18 Ianuarii.*

Archiepiscopis et episcopis etc. mandat, ut universis parochianis suis sub interminatione anathematis prohibeant, ne a praedictis fratribus vel eorum hominibus de victualibus, vestimentis, pecudibus vel de aliis rebus caucagium exigere vel extorquere praesumant. Laterani XV. Kal. Febr. anno quinto. — *Hennes UB. I. 55. n. 51; Strehlke l. c. 298. n. 330; Potthast 567. n. 6506; Horoy H-i opp. omn. III. 666. n. 207.* — « RELIGIOSOS VIROS FRATRES. »

3009. — *Laterani 18 Ianuarii.*

Archiepiscopos et episcopos, abbates, priores et alios ecclesiarum praelatos ad quos litterae istae pervenerint, rogat et exhortatur, ut fratrem Dominicum canonicum ordinis fratrum Praedicatorum ad officium praedicandi benigne recipiant ac populos ipsis commissos, ut ex ore illius verbum Dei devote suscipiant, sedulo admoneant. Laterani XV. Kal. Febr. anno quinto. — *Ripolli Bullar. Praedic. I. 11. n. 18; Potthast 567. n. 6508; Horoy H-i opp. omn. III. 667. n. 218.* — « QVONIAM HABVNDAVIT INIQVITAS. »

3010. — *Laterani 19 Ianuarii.*

« Preposito et capitulo Novi castri (Naumburg a. Bober) ordinis Sancti Au-

gustini. » Eorum ecclesiae, quae de novo constructa est, confirmatur remissio decimarum centum et viginti mansorum super quodam nemore a duce Zlesiae donato, si contigerit illud, de quo nullae provenerunt decimae, redigi ad culturam; quae remissio facta fuit per episcopum Wratizlaviensem ad peregrinorum receptionem et substentationem pauperum. Laterani XIIII. Kal. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 355. fol. 70; Worbs Neues Arch. II. 150; Potthast 567. n. 6509.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

3011. — *Laterani 19 Ianuarii.*

« B(erengariae) quondam Anglorum Regine illustri. » Compositionem super dote sua cum I(ohanne) rege Anglorum initam et ab Henrico eius filio approbatam, sicut in eiusdem regis authentico hic de verbo ad verbum relato continetur, confirmat. Laterani XIIII. Kal. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 360. fol. 71; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 48; Horoy H-i opp. omn. III. 672. n. 215.* — « EX INIVNCTO NOBIS. »

3012. — *Laterani 19 Ianuarii.*

« (Stephano) Archiepiscopo Cantuariensi Sancte Romane ecclesie Cardinali et episcopo Saresbiriensi. » Vt compositionem inter Berengariam quondam Anglorum reginam et H(enricum) regem super dotalitio initam observari faciant, eos qui contravenire praesumerent per censuram ecclesiasticam compescendo. Dat. ut supra. (Laterani XIIII. Kalendas Februarii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 361. fol. 72; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 48; Horoy l. c.* — « EX INIVNCTO NOBIS. »

3013. — *Laterani 19 Ianuarii.*

Archiepiscopis et episcopis etc. mandat atque praecipit, ut fratribus hospitalis S. Mariae Theotonicorum Ierosolimitani nullam molestiam inferant vel a subditis suis permittant inferri, quominus confratres suos, nisi excommunicati vel nominatim interdicti decesserint, libere more aliorum fidelium possint sepelire. Laterani XIV. Kal. Febr. anno quinto. — *Strehlke Tab. 299. n. 331; Potthast 567. n. 6510; Horoy H-i opp. omn. III 667. n. 209.* — « CVM APOSTOLICA SEDES. »

3014. — *Laterani 19 Ianuarii.*

Eisdem, qui de possessionibus, quae praedictis fratribus a vivis vel defunctis rationabiliter conferebantur, pro suis expeditionibus et excubiis faciendis vicesimam extorquere praesumebant, mandat et praecipit, ut ab huiusmodi exactionibus penitus desistant et iura eorum in aliquo nullatenus laedant. Laterani XIV. Kal. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. 300. n. 332; Potthast 567. n. 6511; Horoy H-i opp. omn. III. 668. n. 210.* — « CVM DE VIRIS. »

3015. — *Laterani 19 Ianuarii.*

Magistro et fratribus hospitalis S. Mariae Theoton. Ieros. inhibet ne quis fratrum absque sui magistri licentia speciali abstinentiam vel observantiam faciat praeter illam, quae a capitulo suae domus regulariter observatur. Laterani XIV. Kal. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. 300. n. 333; cf. Napiersky Index I. 4. n. 15; Potthast 567. n. 6512; Horoy H-i opp. omn. III. 669. n. 211.* — « CVM VOBIS SECVNDVM. »

3016. — *Laterani 19 Ianuarii.*

Archiepiscopis et episcopis etc. mandat atque praecipit, compellant magnates, nobiles et alios in suis diocesibus constitutos, qui de possessionibus quae fratribus hospitalis S. Mariae Theoton. Ieros. a vivis vel defunctis rationabiliter conferuntur, pro suis expeditionibus et excubiis faciendis vicesimam questam extorquere praesumant, ut ab huiusmodi molestatione omnino desistant. Laterani XIV. Kal. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. 301. n. 334; Potthast 567. n. 6513; Horoy H-i opp. omn. III. 669. n. 212.* — « DILECTI FILII MAGISTER. »

3017. — *Laterani 19 Ianuarii.*

Eisdem mandat atque praecipit, compellant presbyteros et clericos, ne de haereditate hominum praedictorum fratrum terciam partem sibi vendicare praesumant. Laterani XIV. Kal. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. 301. n. 335; Potthast 567. n. 6514; Horoy H-i opp. omn. III. 670. n. 213.* — « Ex parte dilectorvm. »

3018. — *Laterani 19 Ianuarii.*

Patriarchis, archiepiscopis et episcopis et abbatibus, ad quos litterae istae pervenerint significat, se liberam fratribus hospitalis S. Mariae Theuton. Ierosol. concedere facultatem assumendi idoneos presbyteros ad suum servitium undecumque, construendi sibi oratoria, in quibus celebrationi divinorum intersint et, si quis fratrum aut servientium mortuus fuerit, tumuletur. Laterani XIV. Kal. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. 302. n. 336; Potthast 567. n. 6515; Horoy H-i opp. omn. III. 671. n. 214.* — « Milicia Dei qve. »

3019. — *Laterani 19 Ianuarii.*

Archiepiscopis et episcopis etc. inhibet, ne homines fratrum praedictorum contra libertatem eis indultam poena pecuniaria multent nec ecclesiis eorum aut presbyteris exactiones indebitas imponant. Laterani XIV. Kal. Febr. anno quinto. — *Lünig Teutsches Reichs-Archiv XVI. 80. n. 77; Strehlke l. c. 303. n. 337; Potthast 567. n. 6516; Horoy H-i opp. omn. III. 676. n. 216.* — « Qverela dilectorvm filiorvm. »

3020. — *Laterani 20 Ianuarii.*

Eisdem praecipit, cogant vicarios ad servitium in ecclesiis praedictorum fratrum obligatos per beneficiorum subtractionem, ut in propriis personis id praestent. Laterani XIII. Kal. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. 303. n. 338; de Geer Archieven I. 25. n. 18; Potthast 568. n. 6517; Horoy H-i opp. omn. III. 676. n. 217.* — « Dilecti filii fratres. »

3021. — *Laterani 20 Ianuarii.*

Eisdem mandat, compescant archidiaconos et decanos eorumque officiales in partibus fratrum hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. constitutos per censuram ecclesiasticam, ne homines praedictorum fratrum pro excessibus suis poena pecuniaria puniant. — Laterani XIII. Kal. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. 304. n. 339; de Geer l. c. n. 19; Potthast 568. n. 6518; Horoy H-i opp. omn. III. 677. n. 218.* — « Dilecti filii fratres. »

3022. — *Laterani 20 Ianuarii.*

Eisdem praecipit, ut, si quis fratrum praedictorum post factam professionem ad alium locum vel etiam monasterium maioris aut minoris religionis invitis vel inconsultis fratribus transmigret, eum excommunicationis vinculo innodent. Laterani XIII. Kal. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. 304. n. 340; de Geer l. c. 24. n. 17; Potthast 568. n. 6519; Horoy H-i opp. omn. III. 678. n. 219.* — « Militvm domvs hospitalis. »

3023. — *Laterani 20 Ianuarii.*

Eisdem mandat, ut memoratos fratres occasione concilii generalis nec indebite gravent nec ab aliquibus temere molestari patiantur; ut a superstitiosa interpretatione concilii se ipsos ac alios cohibeant, ac confratres ipsorum in eorum ecclesiis sepulturas eligentes dimittant apud eos libere sepeliri. Laterani XIII. (VIII *Duell.*) Kal. Febr. anno quinto. — *Duellius Hist. ord. Theut. II. 4. n. 3; Strehlke l. c. 305. n. 341; Potthast 563. n. 6520; Horoy H-i opp. om. III. 679. n. 220.* — « Non sine gravi. »

3024. — *Laterani 21 Ianuarii.*

Eisdem mandat, ut eos, qui nigras cruces quas fratres hospitalis S. Mariae Theoton. Ieros. deferunt, sibi imponant et portent, cum non sint de professione aut collegio ipsorum fratrum, compellant, ut a tanta stultitia desistant. Laterani XII. Kalendas Februarii anno quinto (sexto *Duellius*). — *Duellius l. c. Append. 7. n. 5; Strehlke l. c. 306. n. 342; de Geer l. c. 27. n. 21; Potthast 568. n. 6521; Horoy H-i opp. omn. III. 680. n. 221.* — « Decet pastoralis sollicitvdinem. »

3025. — *Laterani 21 Ianuarii.*
Eisdem mandat, ut universis generaliter sub excommunicationis interminatione prohibeant, ne qui in illos, qui ad domos fratrum hospitalis S. Mariae Theutonic. Ierosol. pro salute sua confugiunt, vel in eorum res infra ambitum domorum ipsarum manus iniiciant violentas. Laterani XII. Kal. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. 307. n. 343; de Geer l. c. 26. n. 20; Potthast 568. n. 6522.* — « PERVENIT AD NOS. »

3026. — *Laterani 23 Ianuarii.*
« Preposito et capitulo Sancti Iuniani Lemovicensis. » Vt pauperes clericos eorum compatriotas H. David ac W. Goelo in canonicos et fratres recipiant, alioquin dat litteris in mandatis archidiacono de Sigalonia Bituricensis dioecesis et magistro Bono Amico et Stephano de Flori canonico Bituricensibus ut eos ad id per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellant. Laterani X. Kal. Februarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 358. fol. 70; Horoy H-i opp. omn. III. 681. n. 222.* — « SALTEM HIIS QVI. »
Ex Cod. Vat.: Scriptum est super hoc eisdem executoribus.

3027. — *Laterani 23 Ianuarii.*
« G(regorio de Crescentio) Sancti Theodori diacono Cardinali Apost. Sedis Legato. » Declarat formam cautionis recipiendae a rege et baronibus Boemiae pro quaestione quae inter ipsos et Pragensem episcopum super iurisdictione ac aliis articulis vertitur. Laterani X. Kalendas Februarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 404. fol. 80; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 39; Jireček Cod. Iur. Bohem. I. 47. n. 28b; fragm. ap. Erben Reg. Bohem. I. 298. n. 640; cf. Palacky Reise 23. n. 87; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 120. n. 115; Potthast 568. n. 6525.* — « FORMAM CAVTIONIS QVAM. »

3028. — *Laterani 23 Ianuarii.*
Priori et fratribus S. Angeli de Monte Foliano concedit licentiam suscipiendi regulam s. Benedicti, sicut in Cisterciensi ordine observatur. Laterani X. Kal. Febr. anno quinto. — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 209; Potthast 568. n. 6523; Horoy H-i opp. omn. III. 682. n. 223.* — « GAVDEMVS IN DOMINO. »

3029. — *Laterani 23 Ianuarii.*
Priori et fratribus ordinis Praedicatorum significat, se inhibere, ne quis post praefati ordinis professionem sine prioris sui discedat licentia et discedentem nullus audeat retinere. Laterani X. Kalendas Februarii anno quinto. — *Ripolli Bullar. Praedic. I. 12. n. 19; Potthast 568. n. 6524; Horoy H-i opp. omn. III. 683. n. 224.* — « CVM IS QVI. »

3030. — *Laterani 25 Ianuarii.*
« Episcopo, Abbati Sancti Bucchardi et Scolastico Herbipolensibus. » Vt Hirsauriensi abbati det licentiam conferendi conventui sui monasterii ad substentationem ipsius ecclesiam de Essenchen, quum illud propter vicinorum malitiam et guerrarum turbationem tanta laboret inopia ut fratres ibi Domino servientes non habeant unde possint commode sustentari. Laterani VIII. Kal. Februarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 371. fol. 74.* — « DILECTVS FILIVS. »

3031. — *Laterani 25 Ianuarii.*
(Hugoni) Lingonensi et (Gerardo) Valentinensi episcopis et Cluniacensi abbati mandat, ut de vita et miraculis Roberti Molismensis abbatis diligentissime inquirant, et veritatem quam invenerint sedi apostolicae fideliter intiment. Laterani VIII. Kalendas Februarii anno quinto. — *Gallia Christ. IV. instr. 203; Duchesne Bibl. Cluniac. 125; absque nota chronol. ap. Manrique Ann. Cisterc. IV. 213; Potthast 568. n. 6527; Horoy H-i opp. omn. III. 684. n. 226.* — « GLORIOSVS DEVS IN. »

3032. — *Laterani 26 Ianuarii.*
« Magistro Conrado penitentiario et Capellano nostro et Decano Sancte Crucis Hildesemensis et scolastico Goslariensi Hildesemensis diocesis. » Committit eis ut recipiant cessionem S(ifridi) episcopi Hildesemensis qui nimia senectute gravatus nequit exercere officium pastorale, eidem de bonis Hildesemensis ecclesiae providentes, et capitulo ipsius ecclesiae iniungentes ut ad electionem novi episcopi procedant. Laterani VII. Kal. Februarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 362. fol. 72; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 1.* — « VENERABILIS FRATER. »

3033. — *Laterani 26 Ianuarii.*
« Venerabili fratri quondam Halberstadensi episcopo et priori de Hersuedehusen Padeburnensis diocesis et scolastico Sancti Stephani Maguntino. » Mandat ut in causa vertente inter capitulum ecclesiae Susatiensis et archiepiscopum Coloniensem super iure eligendi praepositum ecclesiae Susatiensis, quae primum a decano Bunnensi et coniudicibus suis examinata fuit, et deinde, ad Sedem Apostolicam remissa, R(anerius) sanctae Mariae in Cosmidin diaconus Cardinalis datus fuit auditor, testes recipiant et personas et bona dictae ecclesiae commendata habeant. Laterani VII. Kal. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 378. fol. 74.* — « DVDVM IN ECCLESIA. »

3034. — *(Laterani) 26 Ianuarii.*
Sifrido episcopo Hildesheimensi indulget, ut episcopatui cedere possit. (Laterani) VII. Kal. Febr. anno quinto. — *Leibnit. Scr. rer. Brunsvic. II. 254. not. (IV*); Potthast App. p. 2091. n. 6529a-26069.*

3035. — *Laterani 27 Ianuarii.*
« Priori Dunelmensi. » Ei postulanti ut, cum propter frequentes commissiones causarum quae ei a Sede Apostolica delegantur a sui ordinis observantia detrahatur nec possit ob suae imbecillitatem naturae et invalitudinem negotiorum discussioni intendere, ab huiusmodi sollicitudine absolvatur, concedit ut ex commissionibus quas ab ipso de cetero impetrari contigerit non arctetur, nisi de huiusmodi faciant indulgentia mentionem. Laterani VI. Kal. Februarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 265. fol. 73.* — « A NOBIS HVMILITER. »

3036. — *Laterani 27 Ianuarii.*
« Populo Anconitano. » Scribit se eorum nuntios recepisse, eisque mandat ne cuiquam alii nisi Romanae Ecclesiae respondeant usque ad novum mandatum. Laterani VI. Kal. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 359. fol. 71; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 35.* — « NVNTIIS VESTRIS. »

3037. — *Laterani 27 Ianuarii.*
« Episcopo Glasguensi. » Vt canonicos de Gedewrde et alios religiosos suae dioecesis, qui sententias excommunicationis et interdicti pro suis excessibus per eum latas non curant, per subtractionem beneficiorum compescat. Laterani VI. Kal. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 368. fol. 73; Theiner Mon. Hibern. 18. n. 43; Potthast 569. n. 6531; Horoy H-i opp. omn. III. 659. n. 231.* — « CVM ENORMES EXCESSVS. »

3038. — *Laterani 27 Ianuarii.*
« Ambianensi episcopo. » Vt excommunicatos ob violentam manuum iniectionem in clericos, si moniti intra quindecim dies satisfecerint, absolvat. Dat. ut supra. (Laterani VI. Kal. Febr. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 369. fol. 73; Horoy H-i opp. omn. III. 687. n. 228.* — « CVM SICVT EX. »

3039. — *Laterani 27 Ianuarii.*
« Eidem. » Vt absolvat sacerdotes aliasque ecclesiasticas personas quae senten-

tiam excommunicationis incurrerunt pro eo quod, contra inhibitionem G(ualae) tit. sancti Martini presbyteri Cardinalis tunc Apost. Sedis Legati in partibus Gallicanis, capas manicatas deferre ac retinere concubinas publice praesumpserunt, nec non illos qui tali excommunicatione ligati divina officia non sunt veriti celebrare. Dat. ut supra. (Laterani VI. Kal. Febr. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 370. fol. 73; Horoy H-i opp. omn. III. 687. n. 229.* — « Ex parte tva. »

3040. — *Laterani 27 Ianuarii.*
(Angelo) Gradensi patriarcha petente, ecclesiam Gradensem sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ei ecclesias s. Sylvestri, s. Iacobi de Lupino, s. Martini de Geminis etc. confirmat. Laterani VI. Kal. Febr. anno (quarto *sed legas*) quinto. — *Vghelli Ital. sacra V. 1135; Potthast 569. n. 6530; Horoy H-i opp. omn. III. 658. n. 230.* — « Ivstis petentivm desideriis. »

3041. — *Laterani 28 Ianuarii.*
« Episcopo Dunelmensi regni Anglie Cancellario. » Attento quod aetate eius fatiscente, corporis invalescit infirmitas et ecclesiae suae pro eius absentia posset imminere discrimen, absolvit eum a voto transfretandi, ita tamen ut mille marcas in subsidium Terrae Sanctae destinet. Laterani V. Kal. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 366. fol. 73; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Non minvit. »

3042. — *Laterani 28 Ianuarii.*
« P(andulfo) Norwicensi electo Camerario nostro Apostolice Sedis Legato. » Vt ab episcopo (Dumelmensi *sed. leg.*) Dunelmensi regni Angliae cancellario non exigat vicesimam quia crucis signum assumpsit, et tam episcopis quam aliis clericis crucesignatis vicesimae solutio fuit in concilio generali remissa. Dat. ut supra. (Laterani V. Kal. Febr. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 367. fol. 73.* — « Cvm sicvt venerabilis. »

3043. — *Laterani 28 Ianuarii.*
« T(homae) tituli sancte Sabine Presbytero Cardinali. » Scribit de iure ipsius in ecclesia sancti Iacobi in Orreis contra monasterium sancti Gregorii ad Clivum (Scauli *sed leg.*) Scauri, et confessionem yconomi eiusdem monasterii refert, quam praesentium litterarum munimine roborat. Laterani V. Kal. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 381. fol. 75; Mss. Vallicell. I. 51. p. 496.* — Cvm inter te. »

3044. — *Laterani 28 Ianuarii.*
« Priori et capitulo sancti Pauli Bisuntinis. » Visitantibus eorum ecclesiam in solemnitate conversionis beati Pauli apostoli decem dierum indulgentiam concedit. Laterani V. Kal. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 562. fol. 113; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 689. n. 232. ex mss. du Theil.* — « Qvanti meriti beatissimvs. »

3045. — *Laterani 29 Ianuarii.*
« Decano et capitulo sancti Stephani Bisuntinis. » Declarat quod, etsi innovaverit privilegium a Calixto Papa (III) ecclesiae sancti Iohannis Bisuntinae concessum, sua tamen intentio non fuit ut eorum ecclesiae ius per hoc in aliquo laedatur. Laterani IIII. Kal. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 363. fol. 72; Horoy H-i opp. omn. III. 690. n. 233.* — « Licet olim innovaverimvs. »

3046. — *Laterani 29 Ianuarii.*
« (Olao) Archiepiscopo Vbsallensi (*seu* Vpsalensi). » Vt vicesimam ecclesiasticorum proventuum nec non et censum de Svetia Ecclesiae Romanae debitum, vel ad Papam mittat vel (Andreae) archiepiscopo Lundensi tradat. Laterani IIII. Kalendas Febr. anno

quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 373. fol. 74; Vastovius Vitis Aquilon. 172; Liljegren Svenskt dipl. I. 221. n. 207; cf. Celse Appar. 59. n. 17; Potthast 569. n. 6536. (31 Ian.); Horoy H-i opp. omn. III. 693. n. 238. (31 Ian.).* — « FRATERNITATI TVE PRESENTIVM. »

3047. — *Laterani 29 Ianuarii.*
« (Bartholomaeo) episcopo Quinqueecclesiensi. » Absolvitur a calumnia ei obiecta, videlicet quod tempore quo fuit creatus episcopus legitimam non habuisset aetatem. Laterani IIII. Kal. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 374. fol. 74; Mss. Vallicell. I. 53; Koller Episc. Quinqueeccles. II. 50; Fejér Cod. dipl. III. 1. 304. (24 Ianuarii); Theiner Mon. Hung. I. 26. n. 46; Potthast 569. n. 6532. et vide p. 568. post n. 6526; cf. Horoy H-i opp. omn. III. 683. n. 225. (24 Ianuarii).* — « DEPOSITIONIBVS TESTIVM. »

3048. — *Laterani 29 Ianuarii.*
« (Roberto) Vesprimiensi et (Thomae) Agripiensi (*leg.* Agriensi) episcopis. » Hiis mandat quatenus non permittant molestari episcopum Quinqueecclesiensem super calumnia ei obiecta quod electus fuerit aetate non legitima, quum ex depositionibus testium sufficienter probatum contrarium invenerit. Dat. ut supra. (Laterani IIII. Kal. Febr. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 375. fol. 74; Theiner l. c. 27. n. 47; Potthast 569. n. 6533. Ad diem 24 Ian. habetur apud Koller l. c. 31, ap. Fejér l. c. 305, ap. Potthast 568. n. 6526, et ap. Horoy H-i opp. omn. III. 683. n. 225. Ad diem vero 18 Dec. anno quinto refertur apud Schmitth Episc. Agriens. I. 123. (mutila), et ap. Fejér l. c. 298.* — « DEPOSITIONIBVS TESTIVM. »

3049. — *Laterani 29 Ianuarii.*
« Episcopo Cabilonensi et abbati de Firmitate Cisterciensis ordinis Cabilonensis diocesis. » Vt episcopo Matisconensi absoluto a regimine ecclesiae suae et benemerito congruam portionem de proventibus ipsius episcopii assignent, quae nec sibi nimium tenuis nec eius successori nimium pinguis videatur. Laterani IIII. Kalend. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 376. fol. 74; Horoy H-i opp. omn. III. 690. n. 234.* — « MVLTIPLICATIS PRECIBVS. »

3050. — *Laterani 30 Ianuarii.*
« Trecensi et Lingonensi episcopis. » Vt G(erardum) Lausanensem electum examinandum curent circa litteraturam et alia quae in Pontifice requiruntur, et si eum ecclesiae Bisuntinae regimine invenerint dignum, eidem in episcopum concedant a cura Lausanensis ecclesiae absolutum. Laterani III. Kal. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 364. fol. 72; Gallia Christ. XV. instr. p. 64; Potthast 569. n. 6534; Horoy H-i opp. omn. III. 691. n. 236.* — « ECCLESIA BISVNTINA PASTORIS. »

3051. — *Laterani 30 Ianuarii.*
« (Andreae) Lundensi archiepiscopo. » Vt pecuniam ipsi tradendam ab Vbsallensi (*al.* Vpsalensi) archiepiscopo recipiat et custodiat. Laterani III. Kalend. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 372. fol. 74; Celse Apparat. 59. n. 18. fragm.; Potthast 569. n. 6535; Horoy H-i opp. omn. III. 692. n. 237.* — « FRATERNITATI TVE PRESENTIVM. »

3052. — *Laterani 30 Ianuarii.*
« P. episcopo quondam Matisconensi. » Iteratis eius precibus annuens, eum a cura ecclesiae Matisconensis absolvit, concedens ei ut pontificalibus utatur insigniis, ac insuper mandat Cabilonensi episcopo et abbati de Firmitate Cisterciensis ordinis Cabilonensis dioecesis ut de bonis Matisconensis episcopii, cui ipse laudabiliter praefuit, congruam ipsi provisionem assignent. Laterani

III. Kal. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 382. fol. 75.* — « MVLTIPLICATIS PRECIBVS. »

3053. — *Laterani 30 Ianuarii.*
« Abbati et conventui sancti Iohannis in Vineis. » Ordinationem inter eos ex una parte et abbatissam et conventum sanctae Mariae Suessionensis ex altera, super possessionibus de Charliaco et Chauduno, a S. archidiacono et magistro G. Cornuto canonicis et ab I. abbate sanctae Genovefae Parisiensibus factam, cuius tenor hic refertur, confirmat. Laterani III. Kal. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 417. fol. 82.* — « QVE PRO ECCLESIARVM. »

3054. — *Laterani 1 Februarii.*
« (Guttormo) Nydrosiensi archiepiscopo. » Datur ei facultas absolvendi excommunicatos per violentam iniectionem manuum, postquam vero hi passis iniuriam satisfecerint competenter, nisi forsan aliquorum esset adeo gravis et enormis excessus, quod merito essent ad Sedem Apostolicam destinandi. Laterani Kalendis Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 380. fol. 75; Lange Dipl. Norveg. VI. 1. 17; Potthast 569. n. 6537; Horoy H-i opp. omn. III. 694. n. 240.* — « DE SVBDITORVM TVORVM. »

3055. — *Laterani 1 Februarii.*
« Sancti Vincentii Metensis et de Vilers abbatibus et priori de Vilers Metensis diocesis. » Vt a capitulo Metensi conferri faciant annuatim Viviano clerico quindecim libras proveniensium Franciae, quousque ab eodem capitulo ipsi provideatur in equivalenti ecclesiastico beneficio vel maiore, de quo ipse Pontifex memorato capitulo scripserat ac demum abbati sancti Michaelis et coniudicibus suis dedit litteris in mandatis ut eos ad id compellerent. Laterani Kalendis Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 412. fol. 81; Horoy H-i opp. omn. III. 693. n. 239.* — « SCRIPSIMVS OLIM DILECTIS. »

3056. — *Laterani 3 Februarii.*
« Vniversis Nydrosiensis ecclesie suffraganeis. » Vt (Guttormum) archiepiscopum Nydrosiensem suam provinciam visitantem honorifice recipiant, eique procurationes debitas exhibeant, eiusque salubria monita et statuta recipientes humiliter et servantes. Laterani III. Non. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 377. fol. 74; Lange Dipl. Norveg. VI. 1. 17; Potthast 569. n. 6539; Horoy H-i opp. omn. III. 696. n. 243.* — « CVM DECEAT VOS. »

3057. — *Laterani 3 Februarii.*
« Nidrosiensis (sic) ecclesie suffraganeis. » Vt Nidrosiensi archiep. eorum metropolitano in colligendo beati Petri censu consilium et auxilium impendant. Laterani III. Non. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 379. fol. 75; Lange loc. cit. 18; Potthast 569. n. 6540; Horoy H-i opp. omn. III. 696. n. 244.* — « CVM VENERABILI FRATRI. »

3058. — *Laterani 3 Februarii.*
« Abbati sancti Thome et Priori sancti Laurentii Cremonensibus et archipresbytero de Casa Nova Cremonensis diocesis. » Cum praepositus Placentinus, non obstantibus apostolicis mandatis et monitionibus episcopi Laudensis ut in ecclesia de Viculo ad eius ordinationem spectante provideret R. pauperi clerico, contra inhibitionem sibi factam alii contulerit beneficium vacans, mandat ut eo amoto qui post inhibitionem est institutus, ipsum R. in praedicta ecclesia instituant. Laterani III. Non. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 383. fol. 75.* — « CVM OLIM DEDISSEMVS. »

3059. — *Laterani 3 Februarii.*
« Episcopo et capitulo Cathalaunensibus. » Vt Rogerum clericum Cathalau-

nensem, non obstante quod pro aliis scripserit, ob reverentiam beati Petri, si idoneus est, recipiant in canonicum. Laterani III. Nonas Februarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 462. fol. 92; Horoy H-i opp. omn. III. 694. n. 241.* — « SI DE PROVISIONE. »

3060. — *Laterani 3 Februarii.*
Abbati de Walderbac et de Howe et de Garz praepositis Ratisponens. et Salzeburgens. diocc. mandat, inducant Henricum comitem de Ortenperc Pataviens. dioc., ut de damnis ab eius hominibus ecclesiae Ratisponensi irrogatis eidem competenter satisfaciat et ipsos homines ab eiusdem ecclesiae indebita vexatione compescat. Laterani III. Non. Febr. anno quinto. — *Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 329; Potthast 569. n. 6538; Horoy H-i opp. omn. III. 695. n. 242.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

3061. — *Laterani 4 Februarii.*
Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis et aliis ecclesiarum praelatis ad quos litterae istae pervenerint mandat, inhibeant ne quis a fratribus hospitalis S. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani et hominibus eorum ad claudendas villas atque castella et erigendas munitiones vicesimam extorquere praesumat. Laterani II. Non. Febr. anno quinto. — *Hennes UB. I. 56. n. 52; Strehlke Tab. 307. n. 345; Potthast 569. n. 6541; Horoy H-i opp. omn. III. 698. n. 246.* — « CVM BONA FRATRIBVS. »

3062. — *Laterani 4 Februarii.*
Eosdem rogat et hortatur, ut fratres Praedicatores, cum ad eorum partes accesserint ad praedicandi officium, caritative recipiant, et populos ipsis commissos, ut ex ore illorum verbum Dei devote suscipiant, diligenter admoneant. Laterani II. Non. Febr. anno quinto. — *Ripolli Bullar. Praedic. I. 12. n. 20; Potthast 569. n. 6542; repet. ad p. 575. n. 6600. (29 Martii) et ad p. 580. n. 6669. (28 Maii); Horoy H-i opp. omn. III. 696. n. 245.* — « CVM IS QVI RECIPIT. »

3063. — *Laterani 4 Februarii.*
Honorius charge (Raoul) abbé de Saint-Jean-des-Vignes, (Jean) abbé de Valsecret et (Gui) doyen de Soisson de juger les contestations pendantes entre Blanche comtesse de Champagne et diverses personnes des diocèses de Meaux et de Senlis, qui leur font tort au sujet de dîmes, vignes, prés etc. Laterani II. Non. Febr. anno quinto — *Jubainville Comtes de Champagne V. 162. n. 1314; Potthast 570. n. 6543.*

3064. — *Laterani 5 Februarii.*
« Magistro scolarum A. de Ham. et Petro de Capi canonicis Noviomensibus. » Hiis committit causam inter episcopum Morinensem et Gossonem clericum uxoratum quem ille beneficio privaverat quod apud Enchin in sua dioecesi obtinebat. Laterani Nonis Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 465. fol. 92.* — « EX PARTE VENERABILIS. »

3065. — *Laterani 5 Februarii.*
Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, decanis et aliis ecclesiarum praelatis ad quos litterae istae pervenerint, mandat et praecipit, ut privilegia, quae fratribus hospitalis s. Mariae Th. a sede apostolica indulta sint, cum eis exhibita fuerint, diligenter legant, fideliter exponant, et inviolabiliter faciant ab omnibus observari. Laterani Non. Febr. anno quinto. — *Strelke Tab. 308. n. 346; Potthast 570. n. 6544; Horoy H-i opp. omn. III. 698. n. 247.* — « ATTENDENTES QVAM DEVOTE. »

3066. — *Laterani 5 Februarii.*
Magistro et fratribus hospitalis S. Mariae Theotonicorum Ierosolimitani indulget, ut, cum ipsorum ecclesiae vacaverint, liceat eis illas per viginti dies in manibus suis sine contradictione aliqua retinere, ita ut infra eundem terminum ab eis rector idoneus diocesano episcopo praesentetur. Laterani Non. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. 309. n. 347; de Geer Archieven I. 27. n. 22; Potthast 570. n. 6545; Horoy H-i opp. omn.*

III. 699. n. 248. — « Attendentes qvam devote. »

3067. — *Laterani 5 Februarii.*

Archiepiscopis, episcopis etc. praecipit ut nullo tempore quisquam eorum impediat, quominus corpora illorum, qui confratriam fratrum praedictorum assumpserint vel assument in posterum, nisi excommunicati etc. fuerint, in eorum possint cimiteriis sepeliri. Laterani Non. Februarii anno quinto. — *Strehlke l. c. 309. n. 348; de Geer l. c. 30. n. 26; Potthast 570. n. 6546; Horoy H-i opp. omn. III. 700. n. 249.* — « Cvm dilectis filiis. »

3068. — *Laterani 5 Februarii.*

Magistro et fratribus etc. concedit, ut liceat eis confratrum suorum corpora, quae praelati ecclesiarum apud ecclesias suas malitiose non permiserint sepeliri, nisi excommunicati etc. fuerint, ad ecclesias suas tumulanda deferre et sepelire etc. Laterani Non. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. 310. n. 349; Potthast 570. n. 6547; Horoy H-i opp. omn. III. 701. n. 250.* — « Ea qve vobis. »

3069. — *Laterani 5 Februarii.*

Eisdem concedit, ut liceat eis pueros, qui ad ianuas domus eorum proiiciuntur alendi vel ibidem nascuntur, in pelvi vel alio vase modico baptizare. Laterani Non. Febr. anno quinto. — *Duellius Hist. ord. Theut. Append. 7. n. 6; Strehlke l. c. 310. n. 350; de Geer. l. c. 28. n. 23; cf. B. Dudik Des deutschen Ritterordens Münzsamml. in Wien (1858 gr. 4.) 82. not. 4; Potthast 570. n. 6548; Horoy H-i opp. omn. III. 702. n. 251.* — « Etsi vniversorvm ivstas. »

3070. — *Laterani 5 Februarii.*

Eisdem indulget, ne quis eis aut eorum ecclesiis pro reparatione murorum, pontium vel vallorum vel pro quibuslibet publicis functionibus aliquas exactiones imponat. Laterani Non. Febr. anno quinto. — *Hennes UB. I. 57. n. 53; Strehlke l. c. 311. n. 351; Potthast 570. n. 6549; Horoy H-i opp. omn. III. 702. n. 252.* — « Ivstis petentivm desideriis. »

3071. — *Laterani 5 Februarii.*

Eisdem indulget, ut in quacumque causa vel a quocumque iudice libere eis liceat a manifestis gravaminibus ad sedem apostolicam appellare. Laterani Non. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. 311. n. 352; Potthast 570. n. 6550; Horoy H-i opp. omn. III. 703. n. 253.* — « Pervenit ad nos. »

3072. — *Laterani 5 Februarii.*

Archiepiscopis, episcopis etc. mandat atque praecipit, ut neminem fratrum praedictorum de domibus suis contra magistros suos dampnabili rebellione exeuntium quisquam eorum praesumat defendere vel illis rebellione sua favorem exhibere. Laterani Non. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. 312. n. 353; de Geer l. c. 29. n. 25; cf. Dudik l. c. 82. not. 4 Potthast 579. n. 6551; Horoy H-i opp. omn. III. 703. n. 254.* — « Qvam lavdabiliter dilecti. »

3073. — *Laterani 5 Februarii.*

Magistro et fratribus etc. notum facit, se statuere, ut ea quae in testamentis vel quolibet relicti genere eorum xenodochio dimittuntur vel largiuntur in praesentia duorum vel trium testium legitimorum, suscipiendi habeant liberam facultatem. Laterani Non. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. 313. n. 354; de Geer l. c. 29. n. 24; Potthast 570. n. 6552; Horoy H-i opp. omn. III. 704. n. 255.* — « Sicvt ewangelica veritate. »

3074. — *Laterani 5 Februarii.*

« Saresbyriensi et Elyensi episcopis. » Hiis nuntiat Dunelmensem episcopum regni Angliae cancellarium, quum ad Sedem Apostolicam una cum Cantuariensi archiepiscopo venisset, se a calumniis sibi obiectis purgasse; H. et R. monachos Dunelmenses, ad quorum suggestionem inquisitio fuerat impetrata primo a G(uala) tit. sancti Martini presbytero Cardinali, ac deinde per S. Ca-

merarii apostolici interventum, nil obiecisse; quare mandat ut ab inquisitione contra ipsum episcopum desistant. Laterani VIII. Id. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 384. fol. 76; Mss. Vallicell. I. 53.* — « VENERABILIS FRATER. »

3075. — *Laterani 6 Februarii.*

« I(ohanni) de Monte Lauro preposito Magalonensi. » Electionem de ipso factam in praepositum Magalonensis ecclesiae, ad preces B(ertranni) tituli sanctorum Iohannis et Pauli presbyteri Cardinalis, tunc Apostolicae Sedis Legati, ratam habet et confirmat. Laterani VIII. Id. Februarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 604. fol. 120; Notices et extractes XXI. 11. 177; Potthast 570. n. 6553.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

3076. — *Laterani 8 Februarii.*

« Abbatibus de Anglia Cisterciensis ordinis. » Indulget ne ecclesiarum rectores exigere possint ab eis decimas de animalium nutrimentis. Laterani VI. Id. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 385. fol. 76.* — « SOLET ANNVERE. »

3077. — *Laterani 8 Februarii.*

« Matheo Patriarche Constantinopolitano. » Concedit ei facultatem absolvendi eos qui manus violentas in clericos iniecerint et qui prohibita Saracenis portaverint et litterarum falsarios, nec non reges in imperio Constantinopolitano inungendi. Laterani VI. Id. Februarii. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 388. fol. 77; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 17.* — « SIC DOMINVS IN. »

3078. — *Laterani 8 Februarii.*

Archiepiscopis et episcopis etc. ad quos litterae istae pervenerint, mandat, ut opera pietatis quae fiunt in fratrum hospitalis S. Mariae Theut. Ierosol. xenodochio venerando, diligentius attendentes super confratriis eorum nullum damnum eisdem fratribus per quaslibet alias confratrias vel praeiudicium inferant nec ab aliis permittant inferri nec eorum ecclesias vel clericos contra privilegia a sede apostolica eis indulta aliquatenus aggravent. Laterani VI. Id. Febr. anno quinto. — *Strehlke Tab. 313. n. 355; Potthast 570. n. 6554; Horoy H-i opp. omn. III. 705. n. 256.* — « AD INIVRIAS ET. »

3079. — *Laterani 8 Februarii.*

Eisdem mandat, ut ab extorsione decimarum et primitiarum de possessionibus et novalibus habitis ante concilium generale vel de hortis, virgultis et piscationibus fratrum hospitalis S. Mariae Theuton. Ieros. omnino desistant. Laterani VI. Id. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. 314. n. 356; de Geer Archieven I. 31. n. 28; Potthast 570. n. 6555; Horoy H-i opp. omn. III. 706. n. 157.* — « CVM DILCTI FILII. »

3080. — *Laterani 8 Februarii.*

Eosdem hortatur et rogat, ut subiectos suo regimini populos moneant et inducant ad exhibendum subsidium fratribus hospitalis S. Mariae Theutonicorum Ierosolymitani. Laterani VI. Id. Febr. anno quinto. — *Duellius Hist. ord. Theut. II. 5. n. 4; Strehlke l. c. 314. n. 357; Potthast 570. n. 6556; Horoy H-i opp. omn. III. 707. n. 258.* — « GRAVIS ILLA ET. »

3081. — *Laterani 8 Februarii.*

Eisdem praecipit, ut si quando eorum parochiani in aliquem praedictorum fratrum ipsum capiendo vel de suis equitaturis deiiciendo vel alias inhoneste tractando violentas manus iniciant, huiusmodi praesumptores candelis accensis excommunicatos publice nuncient. Laterani VI. Id. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. 315. n. 358; Potthast 570. n. 6557; Horoy H-i opp. omn. III. 708. n. 259.* — « QVANTO MAIOR AB. »

3082. — *Laterani 8 Februarii.*

Magistro et fratribus etc. qui nonnullas ecclesias habebant, quibus archiepiscopi et episcopi crisma,

oleum sanctum, ordinaciones clericorum, consecrationes altarium et alia pontificalia sine questione ad postulationem dictorum fratrum diutius contulerant, tunc autem eis movebant super ipsis ecclesiis quaestionem dicendo « quod ab initio vobis super illis ecclesiis consensum suum minime praestiterint, » indulget,ut tali occasione non obstante liceat eis ecclesias taliter acquisitas libere possidere. Laterani VI. Id. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. 316. n. 359; de Geer l. c. 31. n. 27; Potthast 571. n. 6558; Horoy H-i opp. omn. III. 709. n. 260.* — « SIGNIFICANTIBVS VOBIS AD. »

3083. — *Laterani 9 Februarii.*
« Episcopo Karleolensi. » Quum is, sicut abbas de Iederd Glasguen. dioecesis retulit, quasdam non vacantes ecclesias, viventibus adhuc earum rectoribus, contra statuta concilii generalis concessisset filiis ipsorum in aetate minus legitima constitutis, mandat ut concessiones huiusmodi canonice revocandas curet. Laterani V. Id. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 390. fol. 77; Theiner Mon. Hibern. 18. n. 44; Potthast 571. n. 6562; Horoy H-i opp. omn. III. 713. n. 264.* — « INSINVANTE DILECTO. »

3084. — *Laterani 9 Februarii.*
« Episcopo Temestino (*sed leg.* Tergestino *seu* Triestino). » Mandat ut vassallos ecclesiae Aquilegensis, qui timore ducti cum Tervisinis contra eandem ecclesiam temere coniuraverunt, et ad cor, Domino faciente, reversi sunt, a iuramentis taliter praestitis absolvat, iniuncta eis poenitentia competenti, eosque moneat ut in devotione Aquilegensis ecclesiae inflexibiliter persistant. Laterani V. Idus Februarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 391. fol. 77; Mss. Vallicell. I. 53.* — « VENERABILIS FRATER. »

3085. — *Laterani 9 Februarii.*
« Priori sancti Victoris et R. fratri Milicie Templi Parisiensibus. » Vt Clementi diacono de Passi Laudunensis dioecesis praebendam, si qua vacat in ecclesia Belvacensi, vel quam cito ad id obtulerit se facultas, conferant, cum stallo in choro et loco in capitulo. Laterani V. Idus Februarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 589. fol. 117; Horoy H-i opp. omn. III. 714. n. 265.* — « LABORVM ANGVSTIE. »

3086. — *Laterani 9 Februarii.*
Archiepiscopis et episcopis etc. mandat, ut illos fratres hospitalis S. Mariae Theot. Ierosol., qui habitu religionis abiecto ad nuptias transeant saeculares aut qui exterioris religionis signo retento ad personas se transferant ecclesiasticas vel mundanas quae ipsos in suae rebellionis contumacia defendunt, excommunicationis vinculo publice innodent, nisi moniti se correxerint et ad suum ordinem redierint. Laterani V. Id. Febr. anno quinto. — *Strehlke Tab. I. 317. n. 360; Potthast 551. n. 6559; Horoy H-i opp. omn. III. 710. n. 261.* — « CVM NEMO MANVM. »

3087. — *Laterani 9 Februarii.*
Eisdem praecipit, ut illos, qui praedictos fratres et eorum homines in personis vel rebus offenderint, tam diu excommunicatos publice nuntient, donec malefactores ablata restituant et de illatis iniuriis satisfaciant. Laterani V. Idus Februarii anno quinto. — *Strehlke l. c. 318. n. 361; Potthast 571. n. 6560; Horoy H-i opp. omn. III. 711. n. 262.* — « ETSI APOSTOLICE SERVITVTIS. »

3088. — *Laterani 9 Februarii.*
Eosdem rogat et hortatur, ut de sua abundantia fratrum praedictorum inopiam suppleant et populum ad illorum fraternitatem assumendum et ad peregrinorum sustentationem collectas faciendum moneant etc. Laterani V. Id. Febr. anno quinto. — *Strehlke l. c. 318. n. 362; de Geer Archieven I. 32. n. 29; Potthast 571. n. 6561; Horoy H-i opp. omn. III. 712. n. 263.* — « QVAM AMABILIS DEO. »

3089. — *Laterani 10 Februarii.*
Priori et fratribus ordinis Praedicatorum significat, se inhibere ne quis post ordinis dicti professionem sine prioris sui discedat licentia, et discedentem nullus audeat retinere. Laterani IV. Id. Febr. anno quinto. — *Ripolli Bull. Praedic. I. 12. n. 21; Potthast 571. n. 6563; Horoy H-i opp. omn. III. 715. n. 266.* — « Cvm pavpertatem et. »

3090. — *Laterani 11 Februarii.*
« (Angelo) Patriarche Gradensi. » Mandat ut Tristensem (*leg.* Triestensem *al.* Tergestinum) episcopum, qui abbatem de Peles et archidiaconum Albensem nuntios Hungariae regis ac Nutriensem archidiaconum Strigoniensis archiepiscopi procuratorem Sedem Apostolicam adeuntes Clemonae detinuerat et pecuniam ad Papam missam eis abstulerat, super hoc citet, ut usque ad *Laetare Iherusalem* Curiae Romanae se repraesentet, satisfactionem super hiis congruam impensurus. Laterani III. Idus Februarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 386. fol. 76; Mss. Vallicell. I. 53; Theiner Vet. Mon. Slavor. Merid. I. 71. n. 81; Kandler Cod. Dipl. Istr. (an. 1221); Potthast 571. n. 6564; Horoy H-i opp. omn. III. 716. n. 268. (13 Februarii).* — « Contristati svmvs de. »

3091. — *Laterani 11 Februarii.*
« Preposito, decano et capitulo Hamelensibus. » Cum eorum ecclesia fuerit incendio devastata et decanatus ipsius redditus sint nimis exiles, eorum provisionem confirmat, ut videlicet proventus medietatis vineae de Ibidenneshusnacant ad reparationem ecclesiae et alius medietatis decanatui ipsi applicentur. Laterani III. Id. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 389. fol. 77.* — « Ivstis petentivm. »

3092. — *Laterani 11 Februarii.*
« Episcopo Claromontensi. » Datur ei facultas conferendi S. archipresbytero de Rupeforti, viro bonae opinionis et conversationis, parochialem ecclesiam, quam cum eodem archipresbyteratu, qui ultra quatuor libras Claromontensis monetae non habet redditus, libere valeat retinere, « presertim quum credere te proponas, quod ex hoc idem S. prodesse tibi et sibi in archipresbyteratus officio plus valebit. » Laterani III. Id. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 394. fol. 78; Horoy H-i opp. omn. III. 715. n. 267.* — « Cvm sicvt accepimvs. »

3093. — *Laterani 11 Februarii.*
« Abbati monasterii sancti Benedicti de Grana eiusque fratribus tam presentibus quam futuris religiosam vitam professis in perpetuum. » Ad exemplar Innocentii PP. III recipit eos sub protectione, eorumque ecclesias, iura et possessiones, quas recenset, confirmat. Laterani per manum Willelmi Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarii III. Id. Febr. Indictione VIIII. incarnationis Dominicae an. MCCXX. (sic) Pontif. vero Donni Honorii PP. III. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 387. fol. 76; Mss. Vallicell. I. 51. p. 497.* — « Religiosam vitam eligentibvs. »

3094. — *Laterani 12 Februarii.*
« Decano et capitulo Heracliensibus. » Vndecimum canonicorum numerum a G. patriarcha Constantinopolitano in eorum ecclesia institutum confirmat. Laterani II. Id. Februarii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 395. fol. 78.* — « Cvm sicvt ecclesia. »

3095. — *Laterani 13 Februarii.*
« Episcopo Casertano. » Indulget ut a promissionibus de beneficiis non vacantibus et aliis concessionibus factis a Ieromimo (sic), qui olim episcopatum ecclesiae Casertanae perversa via studuit obtinere, ipse sit liber. Laterani Idibus Februarii anno quinto. —

Reg. Vat. lib. 5. epist. 392. fol. 78. — « Ex parte tva. »

3096. — *Laterani 13 Februarii.*

« Archipresbytero et clericis de sancto Quirico Sipontine diocesis. » Sententiam latam pro eis ab A. electo Anagnino tunc subdiacono et capellano Papae contra clericos sancti Iohannis de sancto Quirico super annua praestatione unius saumae frumenti et tantundem ordei confirmat. Laterani Idib. Febr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 740. fol. 148.* — « Concesso a nobis. »

3097. — *Laterani 13 Februarii.*

Iacobo de Valeda canonico Papiensi mandat, ut capitulum ecclesiae Placentinae, in quos nuncius archiepiscopi Mediolanensis asserens eos occasione praebendae ipsius ecclesiae a papa R(olandino) de Gumula concessae dicti archiepiscopi super hoc executoris mandatis non paruisse excommunicationis tulerat sententiam, absolvat. Laterani Id. Febr. anno quinto. — *Campi Hist. di Piacenza II. 125. omisso fine; Potthast 571. n. 6565; Horoy H-i opp. omn. III. 717. n. 269.* — « Exhibita nobis capitvli. »

3098. — *Laterani 14 Februarii.*

« Priori et clericis ecclesie sancti Iohannis de Piperno. » Quinarium clericorum numerum in eorum ecclesia a Terracinensi episcopo, facultatum ipsius ecclesiae tenuitate pensata, institutum confirmat. Laterani XVI. Kal. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 464. fol. 92.* — « Ivstis petentivm. »

3099. — *Laterani 16 Februarii.*

« Capitulo et universo clero Constantinopolitanis. » Nuntiat se, discordantibus ipsis super electione patriarchae, ad hoc officium assumpsisse M(athaeum) episcopum Equilinum observantia religionis conspicuum, litterarum scientia eruditum et in spiritualibus et temporalibus circumspectum, eique obediant. Laterani XIIII. Kal. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 393. fol. 78; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 497; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 27.* — « Constantinopolitanam ecclesiam. »

3100. — *Laterani 16 Februarii.*

« Episcopo Marzicano. » Permutationem ecclesiarum sancti Nycolai de Capellis et sancti Leucii inter ecclesiam Marzicanam et monasterium Casemarii nomine ecclesiae sanctae Mariae de Pertuso irritat, videlicet restituit ecclesiam sancti Nycolai cum hominibus, terris, instrumentis et omnibus aliis iustitiis ac pertinentiis suis ecclesiae sanctae Mariae de Pertuso, et eodem modo ecclesiam sancti Leucii ipsi et ecclesiae Marsicanae, nihil praeiudicantes ecclesiae Marzicanae in iure si quod alias habet in ecclesia sancti Nycolai, nec clericis ecclesiae sancti Nycolai, nec monasterio Casemarii si quod ius alias habent in ecclesia sancti Leucii. Laterani XIIII. Kal. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 396. fol. 78.* — « Avditis et intellectis. »

3101. — *Laterani 16 Februarii.*

« Abbati sancti Eadmundi. » Indulget ne cogatur cognoscere de causis auctoritate litterarum apostolicarum nisi specialem de hac indulgentia fecerint mentionem. Laterani XIIII. Kal. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 401. fol. 79.* — « Cvm preter rervm. »

3102. — *Laterani 17 Februarii.*

« Episcopo Civitatis Castellane. » Nuntiat ei se confirmare taxationem super procurationibus Apostolicae Sedis Legatis et Nuntiis tam a praelatis et capellanis ecclesiarum Viterbiensium quam ab universis ecclesiarum praelatis et clericis Tuscanensibus, Centumcellensibus, Bedensibus, Cornetanis, et Vetrallensibus communiter exhibendis, per episcopum Balneoregiensem

factam, quare eos ad persolvendas dictas procurationes, si forte noluerint, compellat. Laterani XIII. Kal. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 397. fol. 78.* — « CVM TAXATIONEM. »

3103. — *Laterani 17 Februarii.*

« Vniversis ecclesiarum Prelatis et Capellanis Viterbiensibus. » Confirmatur taxatio facta ab episcopo Balneoregiensi super procurationibus tam ab ipsis, quam ab universis ecclesiarum praelatis et clericis Tuscanensibus, Centumcellensibus, Bledanis, Cornetanis et Vetrallensibus communiter Apostolicae Sedis Legatis praestandis. Laterani XIII. Kal. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 398. fol. 78; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3104. — *Laterani 17 Februarii.*

« Magistro P. de Vico archidiacono Bituricensi. » Vnionem archipresbyteratus Exoldunensis cum archidiaconatu ecclesiae Bituricensis, sicuti sanctus W. archiepiscopus et capitulum Bituricenses eam fecerunt, confirmat. Laterani XIII. Kal. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 411. fol. 81; Horoy H-i opp. omn. III. 745. n. 298. (hoc signo chronol.: 17 Martii: XVI Kal. Martii).* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3105. — *Laterani 18 Februarii.*

« (Matthaeo) Patriarche Constantinopolitano. » Mandat ne Iohannem praepositum ecclesiae sanctorum Apostolorum Constantinopolitanae molestari permittat super hiis quae sibi obiecta sunt coram I(ohanne) tit. sanctae Praxedis A. S. L., videlicet quod monachus fuisset et ordinem fratrum minorum se vovisset suscepturum, cum ipse appellationem interposuerit et iter arripuerit ad Sedem Apostolicam apud quam eius causa discussa fuit coram Armanno tunc Papae capellano nunc vero electo Clusino qui datus fuerat auditor. Laterani XII. Kal. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 399. fol. 79; Sbaraleae Bull. Francisc. I. 7. n. 7; Potthast 571. n. 6566.* — « CONSTITVTVS IN PRESENTIA. »

3106. — *Laterani 18 Februarii.*

« Archiepiscopo, Decano et Capitulo Eboracensibus. » Concedit eis ut beneficia ecclesiae suae per clericos Romanae Curiae obtenta dum vacaverint ea vice libere conferre possint. Laterani XII. Kal. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 400. fol. 79.* — « NE LIBERALIS DEVOTIO. »

3107. — *Laterani 18 Februarii.*

« Archiepiscopo Eboracensi. » Statuit ut, decedentibus clericis Ecclesiae Romanae et aliis Ytalicis qui in Anglia beneficia obtinent, eorum collatio illa vice non spectet ad Papam sed ad illos libere redeat ad quos illorum donatio pertinet. Laterani XII. Kal. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 403. fol. 79; Mss. Vallicell. I. 53.* (*v. in hoc Reg. n.* **3122**). — « CVM HII QVI. »

3108. — *Laterani 18 Februarii.*

« Abbati et conventui Casemarii Cisterciensis ordinis. » Statuit ut qui eis bona a Papa largita rapuerint, seu vendere vel donare, sive obligare pignori seu quocumque alienationis genere diminuere attemptaverint, excommunicationi subiciantur et a nemine nisi a Summo Pontifice absolvi possint. Laterani XII. Kal. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 406. fol. 80.* — « DECOREM DOMVS. »

3109. — *Laterani 18 Februarii.*

« Abbati et conventui sancti Iohannis Angelacensibus. » Compositionem inter ipsos et nobilem virum Willelmum Mahengoti initam super damnis et iniuriis eorum monasterio ab eodem illatis confirmat. Laterani XII. Kal. Martii anno quinto. — *Reg. Vat.*

lib. 5. epist. 410. fol. 81. — « Ea qve ivdicio. »

3110. — *Laterani 18 Februarii.*

« Vniversis presentes litteras inspecturis. » Nuntiat quid egerit pro recuperatione comitatus comitissae Matildis, qui pro magna parte a multis et variis personis detinebatur indebite occupatus, et ducatus Spoletani, qui fere totus Apostolicae Sedi nullatenus respondebat: castra Medicinae et Argillatae per (Hugolinum) Ostiensem episcopum, tunc Ap. Sed. Legatum in partibus Lombardiae esse a Bononiensibus recuperata, quae eundem legatum Henrico (Friderico, *Potth.*) de Paragnano Papae subdiacono gubernanda commisisse: foedus initum esse inter Spoletanos, Narnienses, Cocoionenes (Cocoronen. *Horoy*, Cadronen. *Potth.*) et adiutores eorum ex parte una, et Iterampnenses, Tudertinos, Fulginates et adiutores eorum ex altera: Perusinos, Assisinates, Fulginates, Nucerinos et Iterampnenses munitiones, castra et regalia Apostolicae Sedi libere reliquisse: castrum Priteni (*legen.* Preceni), quod modo recuperatum est, et Radicofanum et Aquampendentem Muscae Potestati Viterbiensi ad gubernandum commisisse: Metensem episcopum imperialis aulae cancellarium in Italia de castris Gonzagae, Pepugnano, Bondeno veteri et Bondeno novo, nec non de toto comitatu et podere comitissae Matildis magistrum Alatrinum et Raynaldum Munaldi subdiaconos et capellanos Papae investivisse, qui per episcopum Taurinensem in corporalem possessionem inducti sunt: plura castra Alberto comiti protensi, et Marchiam Anconitanam (Azzoni) marchioni Estensi in feudum se tradidisse, civitate tamen Anconitana reservata. Laterani XII. Kal. Martii anno quinto. — *Ex Cencio Camerario fol. 165; Reg. Vat. Honorii anno quarto, Appendix epist. 850. fol. 212. (sine signo chronologico); Raynaldi Ann. Eccl. 1220. n. 17; Muratori Ant. It. I. 175; Scheid Origg. Guelf. II. 643; Theiner Cod. dipl. dom. temp. S. Sedis I. 65. n. 104; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 128; Bull. Roman. ed. Taur. III. 372. (apud Vrbem-veterem V. Idus Iulii anno quarto); Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. dipl. 71. n. 734; Würdtwein Nova subs. I. 48; fragm. Amiani Mem. di Fano I. 185; Potthast 572. n. 6567. et cf. p. 551; Horoy H-i opp. omn. III. 718. n. 270; Rodenberg Ep. Sel. 114. n. 165.* — « Ne rervm gestarvm. »

3111. — *Laterani 18 Februarii.*

(Hartwico) Eistetensi episcopo et de Waltsahsen et de Hailsbrunne abbatibus Cisterc. ord. mandat, ut in causa (Conradi) Ratisponensis episcopi contra (Eberhardum) Salisburgensem archiepiscopum, cui ille quasdam possessiones iure ad ipsum hereditario pertinentes ea vendidit conditione ut pretium earundem sub certa poena solvatur terminis constitutis, statuant quod iustum fuerit. Laterani XII. Kal. Martii anno quinto. — *Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 330; Mon. Boic. II. 116; Potthast 572. n. 6568; Horoy H-i opp. omn. III. 722. n. 271.* — « Venerabilis frater noster. »

3112. — *Laterani 19 Februarii.*

« Episcopo Mantuano. » Scribit se benigne recepisse et diligenter archipresbyterum Mantuanum et alios nuntios suos audivisse, sed ei esse responsurum tempore opportuno. Laterani XI. Kal. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 405. fol. 80.* — « Dilectos filios. »

3113. — *Laterani 19 Februarii.*

« Priori et conventui sancti Georgii ordinis sancti Augustini. » Eorum personas cum bonis tam praesentibus quam futuris recipit sub protectione, eisque indulget ut tempore interdicti, dummodo causam non dederint interdicto, excommunicatis et interdictis exclusis, clausis ianuis et suppressa voce possint divina officia celebrare et in

signum huius concessionis solvere Romanae Ecclesiae duos aureos annuatim teneantur. Laterani XI. Kal. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 407. fol. 80.* — « Solet annvere. »

3114. — *Laterani 19 Februarii.*

« Eisdem. » Personae et locus, in quo divino vacant obsequio, sub protectione Sanctae Sedis recipiuntur, specialiter autem sancti Iacobi de Cavilliana et sancti Vincentii in Termino Cavillian. ecclesias cum possessionibus suis, domum de castro Scē-reñ, Haereditates de Fazalamur in termino Colimbriae, Haereditatem de Castello Venegas et de Ameal eisdem confirmat. Dat. ut supra. (Laterani XI. Kal. Martii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 408. fol. 80.* — « Sacrosancta romana ecclesia. »

3115. — *Laterani 20 Februarii.*

« Archiepiscopo Remensi. » Vt Cinthio clerico nato nobilis viri Odonis de sancto Eustachio, pro quo iam secundo preces ei direxit et mandatum, provideat de praebenda, si qua in ecclesia eius vacat, alioquin praebendam nunc vacantem, vel si non vacat, proximo vacaturam sibi reservat. Laterani XI. Kal. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 428. fol. 85; Horoy H-i opp. omn. III. 723. n. 272.* — « Ecce iam tertio. »

3116. — *Laterani 20 Februarii.*

« Archiepiscopo et sancte Marie de Vineis et Viviano presbytero sancti Ambrosii prepositis Ianuensibus. » Vt compellant capitulum Ianuense ad recipiendum in canonicum D. imperialis aulae capellanum oriundum de partibus eorum. Laterani X. Kal. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 402. fol. 79.* — « Cvm dilectis filiis. »

3117. — *Laterani 20 Februarii.*

« Episcopo Theatino. » Vt Iohanni Mancini civi Romano pecuniam sibi mutuo datam, iuramento ab ipso recepto quod in Vrbe certo termino illa redderetur, infra octo dies restituat alioquin ab officio pontificali suspendetur. Laterani X. Kal. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 445. fol. 88.* — « Vereri et verecvndari. »

3118. — *Laterani 24 Februarii.*

« Archiepiscopo Lugdunensi. » Vt P. baronis de Bella villa clerico qui oculorum lumen amisit quinque librarum redditum Lugdunensis monetae provideant. Laterani VI. Kal. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 409. fol. 81.* — « A christiana pietate. »

3119. — *Laterani 25 Februarii.*

« Eisdem (Abbati et conventui sancti Pauli super ripam Arni). » Transactionem sive arbitrium inter ipsos ex una parte et magistrum Raynerium canonicum Pisanum quondam capellanum ecclesiarum sanctae Christinae et sanctae Mariae Magdalenae ex altera super ipsis ecclesiis per episcopum Florentinum quondam priorem sancti Fridiani Lucani et bonae memorie magistrum Illebrannum canonicum Pisanum initam confirmat. Laterani V. Kalend. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 414. fol. 81.* — « Ivstis petentivm. »

3120. — *Laterani 25 Februarii.*

« Priori sancte Crucis Colimbriensis. » Vt praelatis et clericis in regno Portugaliae constitutis si de vicesima satisfecerint, non obstante quod in aliquo in solutione dictae vicesimae deliquerint, absolutionem impendat. Laterani V. Kal. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 415. fol. 81.* — « Dilecti filii. »

3121. — *Laterani 26 Februarii.*

« Abbati et conventui sancti Pauli super ripam Arni. » Ad exemplar Clementis Papae sepulturam eorum ecclesiae liberam esse

statuit, « ut eorum devotioni et extreme voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint nisi forte excommunicati vel interdicti sint nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur, statuentes ut nullus a Carraria Pontis Veneris usque ad Carrariam Longaresca sine nostro assensu et Pisani Archiepiscopi novum cimiterium seu oratorium hedificare presumat. » Laterani IIII. Kal. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. ep. 413. fol. 81.* — « SI QVANDO POSTVLATVR. »

3122. — *Laterani 26 Februarii.*

(Stephano) Cantuariensi archiepiscopo significat, se statuere, « ut clericis ecclesiae Romanae vel aliis Italicis, qui praebendas vel ecclesias seu alia ecclesiastica beneficia in Anglia obtinent vel obtinuerint, amodo decedentibus praebendae etc. nequaquam alicui conferantur, sed ad illos libere redeant, ad quos illarum donatio dinoscitur pertinere, per eos idoneis personis conferenda. » Laterani IV. Kal. Martii anno quinto. — *Wilkins Concil. I. 584; Potthast 572. n. 6569; Horoy H-i opp. omn. III. 724. n. 273.* — « CVM HI QVI. »

3123. — *Laterani 27 Februarii.*

« Beatrici Abbatisse monasterii de Percheio quondam dicti Ysostis Constantinopolitani eiusque sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Eorum personas cum possessionibus quas singulatim recenset sub Apostolicae Sedis protectione recipit, atque privilegia concedit, easdem a patriarchae Constantinopolitani iurisdictione eximens. Laterani per manum Guillelmi Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarii III. Kal. Martii Indict. VIIII. Incarnationis dominicae anno MCCXXI. Pontificatus vero donni Honorii PP. III. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 416. fol. 81; Mss. Vallicell. I. 51. p. 499; cf. Garampi B. Chiara p. 367; Potthast 572. n. 6570.* — « PRVDENTIBVS VIRGINIBVS. »

3124. — *Laterani 27 Februarii.*

« Episcopo, priori et conventui Karleolensibus. » Divisionem possessionum inter ipsos a G(uala) tit. sancti Martini presbytero cardinali Apost. Sedis Legato ordinatam et a P(andulfo) Norwicensi electo Apost. Sedis Legato ob repentinum discessum eiusdem Cardinalis commissam abbati de Holmcoltram et priori de Augusteldesham et ab iisdem factam confirmat. Laterani III. Kal. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 586. fol. 116.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

3125. — *Laterani 1 Martii.*

« Preposito, Decano et capitulo Aquensibus Leodiensis diocesis. » Ecclesiam eorum die Annuntiationis Beatae Virginis, ad cuius est vocabulum dedicata, visitantibus indulgentiam quadraginta dierum concedit. Laterani Kalendis Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 419. fol. 83.* — « LICET IS DE CVIVS. »

3126. — *Laterani 1 Martii.*

« (Engelberto) Archiepiscopo Coloniensi et suffraganeis eius et aliis ecclesiarum Prelatis per Coloniensem provinciam constitutis. » Concedit ut liceat eis advocatias ab advocatis ecclesiarum in pignus recipere, nec fructus ex eis percepti in sortem computare teneantur; illi autem qui eas obligaverint, a servitio in quo praelatis pro advocatiis tenebantur interim sint immunes. Dat. ut supra. (Laterani Kalendis Martii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 420. fol. 83; Epist. decret. H-i III. lib. 3. tit. 12.* De pignore *c. 1. ed. Cironius 206; cf. Lacombet VB. II. 51. not.; Potthast 572. n. 6572.* — « CVM SEPE CONTINGAT. »

3127. — *Laterani 1 Martii.*

« Archiepiscopo Coloniensi et suffraganeis eius. » Vt advocatos ecclesiarum, quorum nonnulli « habentes velamen malitie

libertatem in bonis ecclesiasticis, in quibus advocationis ius obtinent, non solum prodigaliter debachantur, verum etiam ea diripiunt ut predones » moneat esse contentos antiquis stipendiis, alioquin contra eos rigore ecclesiasticae disciplinae procedant. Dat. ut supra. (Laterani Kalendis Martii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 421. fol. 83; Paullini Rerum Germanic. syntagma (1698 4.°) 548; Lacomblet l. c. 51. n. 93; Potthast 572. n. 6571; Horoy H-i opp. omn. III. 725. n. 274.* — « SI ECCLESIARVM ADVOCATI. »

3128. — *Laterani 1 Martii.*

« Stephano archiepiscopo Cantuariensi sancte Romane ecclesie Cardinali. » Vt quatuor clericis commensalibus suis, qui singula dumtaxat habeant beneficia et sint eminentis litteraturae vel fideliter et devote inserviant ecclesiae Cantuariensi, conferre possit unum adhuc beneficium curam animarum habens annexam. Laterani Kalendis Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 423. fol. 84.* — « ET TVA EXPOSCIT. »

3129. — *Laterani 1 Martii.*

« Priori et conventui sancte Crucis Colimbriensis. » Indulget ut patronos eorum monasterii, non obstante interdicto, ecclesiasticae sepulturae tradere possint, dummodo interdicti sententia ob specialem culpam illorum non fuerit promulgata. Dat. ut supra. (Laterani Kalendis Martii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 425. fol. 84.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3130. — *Laterani 1 Martii.*

« Episcopo Pergamensi. » Super ecclesiis sanctorum Vincentii et Alexandri Pergamensibus, in quibus, etsi sint unitae et quadraginta et amplius canonicorum numerum habeant, propter horum tamen absentiam contigit interdum ut negotia ipsarum ecclesiarum tractari nequeant, indulget ei ut cum maiori et saniori parte dictorum canonicorum provideat, et quod ab eis statutum fuerit, robur obtineat firmitatis. Laterani Kalendis Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 427. fol. 85.* — « CVM PRELATI. »

3131. — *Laterani 1 Martii.*

« Scriptum est pro abbate et fratribus monasterii sancti Pauli de Ripa Sarni (sic) Pisan. ordinis Vallis Vmbrose. Non absque dolore cordis etc. archiepiscopo Pisano, et Lucano, Pistoriensi, Florentino, Lunensi, Wlterano, et Massano episcopis et abbatibus, prioribus, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis per Pisanam, Lucanam, Pistoriensem, Florentinam, Lunensem, Wlteranam et Massanam dioceses constitutis. Laterani Kal. Martii anno quinto. » — *In Reg. Vat. lib. 5. fol. 86. epist. 433. ita legitur absque argumenti explicatione. Sed cum hoc caput coniunctum reperiatur cum epist. 433. (in hoc Reg. 5 Martii n.* 3152) « Magistro et fratribus Irsute Vallis » *qua eis conceditur usus calceorum a Kalendis Novembris usque ad Kalendas Aprilis, puto quod de hac ipsa concessione agatur hoc loco pro abbate et fratribus monasterii sancti Pauli de Ripa Arni Pisanis.*

3132. — *Laterani 1 Martii.*

« Episcopo Parmensi. » Dolet, ut ex suis et archiepiscopi Ravennatensis, et Bononiensis, Taurinensis et Imolensis episcoporum litteris accepit, ipsum a Parmensi civitate pro substinenda ecclesiae libertate exilium pati, et Parmenses in odium illius qui non est oriundus de ipsorum partibus statuisse quod in ecclesiis sui districtus nullus extraneus assumatur in canonicum: statuit ut ipse nullum alienigenam in ecclesiis Parmensis civitatis eiusque districtus recipere praesumat donec illi praedicta statuta de suis deleverint capitularibus. Laterani Kalendis Martii anno quinto. —

Reg. Vat. lib. 5. epist. 435. fol. 86; Mss. Vallicell. I. 53. — « Sicvt ex tvarvm. »

3133. — *Laterani 1 Martii.*

« Clusino episcopo. » Concedit ei ut contractus per praedecessores suos initos in laesionem suae ecclesiae revocare possit. Laterani Kalendis Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 493. fol. 99.* — « Annvere consvevit. »

3134. — *Laterani 2 Martii.*

« Nobili mulieri E. de monte Regali. » Confirmat sententiam latam ab abbate et priore sancti Martini ac thesaurario Nivernensibus, qui legitimam declararunt prolem ex ipsa et nobili viro P. de Barris genitam, quos Lingonensis episcopus dictae nobilis mulieris germanus, postquam idem P. a quadam nobili uxore iudicio ecclesiae separatus fuit, matrimonialiter copulavit. Laterani VI. Non. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 413. fol. 83.* — « Venerabilis frater. »

3135. — *Laterani 2 Martii.*

« Magistro Conrado Cappellano (sic) et penitentiario et Iohanni Scolastico Xantonensi. » Vt colligant pecuniam de redemptione crucesignatorum nondum collectam in provinciis Coloniensi et Bremensi, eamque in praeparandis navibus in subsidium Terrae Sanctae expendant; et liberam facultatem eisdem dat concedendi dilationem exequendi votum iis qui de partibus suis navigio iter intendunt arripere ad subsidium Terrae supradictae. Laterani VI. Non. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 422. fol. 84; Mss. Vallic. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 726. n. 276; Rodenberg Ep. Sel. 116. n. 166.* — « Qvia novimvs vos. »

3136. — *Laterani 2 Martii.*

« Decano et capitulo Arrensibus. » Vt magistro Willelmo clerico et familiari Papae fructus praebendae subtractos assignent, alioquin dat litteris in mandatis episcopo et decano sancti Gaugerici Cameracensibus et magistro Godefrido canonico Atrebatensi ut eos ad id per censuras ecclesiasticas compellant. Laterani VI. Non. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 426. fol. 84.* — « Cvm sicvt qvasi. »

Scriptum super hoc eisdem executoribus.

3137. — *Laterani 2 Martii.*

« Nobili mulieri Sophie Langravie Thuringie. » Cum ipsa solemni voto promiserit se continentiam vidualem servaturam et mutato habitu cum monialibus Cisterciensis ordinis habitaturam, in protectionem recipitur. Laterani VI. Non. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 431. fol. 85; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Cvm sicvt per. »

3138. — *Laterani 2 Martii.*

« Preposito et capitulo Aquensibus. » Confirmat privilegium eis concessum per imperatorem Fridericum, videlicet quod homines eorum tam per terras quam per aquas imperii victualia in frumento et vino ad opus eorum ecclesiae deferentes non teneantur solvere theloneum (theolinum, *Potthast*) vel passagium; et hic ad verbum refert tenorem privilegii supradicti datum in castris apud Florentinum anno Incarnationis MCCXX. V. Idus Decembris. Laterani VI. Non. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 434. fol. 86; Rodenberg Ep. Sel. 117. n. 167.* — « Ivstis petentivm. »

In eundem modum scriptum est pro Preposito et capitulo Traiectensibus nihil addito vel mutato. — *Cod. Vat. l. c.; cf. Compte rendu de la Comm. Roy. d'Hist. Sér. III. T. IX. (1867) 30; Potthast 572. n. 6575.*

3139. — *Laterani 2 Martii.*

« Parisiensi capitulo. » Inhibet eis ne absque consilio et consensu episcopi sui

novas constitutiones vel consuetudines faciant, vel antiquas mutent. Laterani VI. Non. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 451. fol. 90; Bulaeus Hist. Vniv. Parisien. III. 130; Decret. H-i III. lib. I. tit. 3.* De consuetud. *c. 1. ed. Cironius 24; Decret. Gregor. IX. lib. I. tit. 4.* De consuet. *c. 9; Boehmer corp. II. 31; Richter corp. II. 38; Potthast 572. n. 6573; Friedberg corp. Iur. Can. II. lib. I. tit. IV. c. IX. p. 41.* — « CVM CONSVETVDINIS VSVSQVE. »

3140. — *Laterani 2 Martii.*
« Eisdem. » Ne occasione alicuius controversiae inter ipsos et episcopum suum cessent a divinis quamdiu idem episcopus paratus erit stare iustitiae coram metropolitano vel arbitris communiter eligendis. Laterani VI. Non. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 452. fol. 90.* — « CVM VOS DECEAT. »

3141. — *Laterani 2 Martii.*
« Archiepiscopo, decano et cantori Bracarensibus. » Referentibus priore et conventu monasterii sanctae Crucis Colimbriensis, cum idem monasterium per privilegium Apostolicae Sedis sit exemptum a regibus, et quidam regum officiales, qui praetores seu alvaciles dicuntur, et alii quamplures immunitatem eorum ecclesiae infringant et eos multipliceter molestent, mandat eis ut monasterium praedictum ab iniuriatoribus defendant. Laterani VI. Non. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 484. fol. 97.* — « ET SI ECCLESIARVM. »

3142. — *Laterani 2 Martii.*
« Episcopo, decano et cantori Visensibus. » Vt defendant monasterio sanctae Crucis Colimbriensis immunitatem pro confugientibus ad ipsum. Dat. ut supra. (Laterani VI. Non. Martii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 485. fol. 97.* — « DILECTI FILII. »

3143. — *Laterani 2 Martii.*
« Raynaldo de Puzalia Subdiacono nostro preposito Sancti Severi in Herefordia Maguntinensis diocesis. » Attento quod circa sublimes et litteratas personas super pluralitate beneficiorum ab Apostolica Sede dispensari possit, dispensat cum eo ut praeter beneficia quae nunc obtinet, duo ecclesiastica beneficia, etiamsi curam habeant animarum annexam, dummodo ei canonice conferantur, libere valeat recipere. Laterani VI. Non. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 527. fol. 107; Würdtwein Nova Subsid. IV. 117; Potthast 572. n. 6574; Horoy H-i opp. omn. III. 726. n. 275.* — « QVI EX BENEFICIIS. »

3144. — *Laterani 3 Martii.*
« Archiepiscopo Coloniensi et suffraganeis eius. » Mandat ne in monasteriis monialium ultra facultates ipsorum personas recipi permittant, ita quod ex hoc ministerium reformandae in eisdem monasteriis religionis adimplentes Deo gratum obsequium impendere possint. Laterani V. Non. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 429. fol. 85.* — « AD NOSTRAM NOVERITIS. »

3145. — *Laterani 3 Martii.*
« Rothonensi abbati. » Vt monachos suos obedientiarios ab excommunicationis sententia, qua innodati sunt eo quod vicesimam non solverunt, possit absolvere. Laterani V. Non. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 432. fol. 85.* — « ATTENDENTES DE TVORVM. »

3146. — *Laterani 3 Martii.*
Monasterium S. Iohannis Bapt. Herilacensis (St. Jean de Cerlier) tuendum suscipit eiusque bona possessionesque confirmat. Laterani V. Non. Martii ind. IX. incarn. dom. an. 1221 (!) pont.

anno quinto. — *Zeerleder Urk. d. Stadt Bern I. 201. n. 123; Potthast 572. n. 6576; Horoy H-i opp. omn. III. 727. n. 277.* — « RELIGIOSAM VITAM ELIGENTIBVS. »

3147. — *Laterani 3 Martii.*
Abbati et priori S. Genovefae, et magistro Girardo Bituricensi canonico mandat, ad preces Blanchae comitissae Campaniae, ut sententias excommunicationis et interdicti in Erardum de Chacenajo (Chassenay) ab episcopo Suessionensi et collegis suis latas firmiter observari faciant. Laterani V. Non. Martii anno quinto. — *Bibl. Nat. Parisien. mss. latin. 5993 A; Jubainville Comtes de Champagne V. 163. n. 1318; cf. Potthast 572. n. 6577; Horoy l. c. 730. n. 278.* — « DILECTA IN CHRISTO. »

3148. — *Laterani 3 Martii.*
Episcopo Lingonensi potestatem dat suos subditos absolvendi, qui sententiam excommunicationis incurrerint ob iniectionem manuum violentam et incendia, ac etiam fraudem circa vicesimam commissam; exceptis iis qui Erardo (de Brenna) adhaeserant. Dat. ut supra. (Laterani V. Non. Martii anno quinto). — *Bibl. Nat. Paris. mss. lat. 5993 A; Jubainville l. c. n. 1319; cf. Potthast 572. n. 6578; Horoy l. c. 730. n. 279.* — « EX PARTE TVA. »

3149. — *Laterani 3 Martii.*
Abbati Albae Ripae quasdam absolutiones, quamquam irregulares, ab eo quibusdam incendiariis concessas, confirmat, nisi de illis extiterint qui Erardo (de Brienne) adhaeserunt. Dat. ut supra. (Laterani V. Non. Martii anno quinto. — *Bibl. Nat. Paris. mss. latin. 5993 A; Jubainville l. c. 164. n. 1320; cf. Potthast 573. n. 6579; Horoy l. c. 731. n. 280.* — « TVA NOBIS DEVOTIO. »

3150. — *Laterani 4 Martii.*
« Abbati et monachis de Roscillo. » Ecclesiam sancti Simeonis ad Romanam Ecclesiam pertinentem et ab ipsis restauratam eisdem concedit: et ad indicium vero huius concessionis unam Massernutinam Apostolicae Sedi singulis annis persolvant. Laterani IIII. Non. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 430. fol. 85.* — « ET SI OMNIBVS. »

3151. — *Laterani 4 Martii.*
« Episcopo Pictavensi. » Vt ecclesiam Pictavensem de personis idoneis non autem de consanguineis ordinandam curet. Laterani IIII. Non. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 454. fol. 90; Mss. Vallicell. I. 53.* — « QVIA SICVT TVA. »

3152. — *Laterani 5 Martii.*
« Magistro Heremitarum Irsute Vallis. » Indulget ut a Kalendis Novembris usque ad Kalendas Aprilis calceis utantur. Laterani III. Non. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 433. fol. 85; Mss. Vallicell. I. 53.* — « INTELLECTO DVDVM. »

3153. — *Laterani 5 Martii.*
« Episcopo Cathalaunensi. » Indulget ei ut ultra duas dietas extra comitatum Pertici ad ipsum iure haereditario devolutum per litteras apostolicas de cetero impetrandas, trahi non possit in causa super rebus ad eundem comitatum spectantibus. Laterani III. Non. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 438. fol. 87; Horoy H-i opp. omn. III. 733. n. 283.* — « CVM COMITATVS PERTICI. »

3154. — *Laterani 5 Martii.*
« Episcopo Pictavensi. » De eius discretione, plenam habens fiduciam mandat, ut cum illis personis suae dioecesis quae monasteria et regulares ecclesias per simoniacam pravitatem intrantes in eis receperunt habitum regularem et tandem ad sacros ordines promoti sunt, agat prout secundum Dominum eorum saluti viderit expedire. Dat. ut supra. (Laterani III. Non. Martii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 439.*

fol. 87; Horoy H-i opp. omn. III. 731. n. 281. — « Ex parte tva. »

3155. — *Laterani 5 Martii.*

« Eidem. » Vt absolvere possit clericos qui rebelles fuerunt statuto edito a G(uala) tit. sancti Martini et a bon. mem. R(oberto) tit. sancti Stephani in Coelio Monte, dum legationis officio in partibus Gallicanis fungebantur, contra concubinarios et eos qui cappas manicatas vel manicas consuticias deferebant. Laterani III. Non. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 440. fol. 87.* — « Ex parte tva. »

3156. — *Laterani 5 Martii.*

« Wigorniensi episcopo. » Vt A. laicum qui I. mulierem in quinto consanguinitatis gradu duxit in uxorem non molestet. Dat. ut supra. (Laterani III. Non. Martii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 441. fol. 87.* — « Significavit nobis. »

3157. — *Laterani 5 Martii.*

« Capitulo et electo Constantinopolitanis. » Compositionem inter ipsos ex parte una et C. Baiulum et barones, milites ac infeudatos imperii Constantinopolitani citra Macram et ultra Brachium existentes ex altera, factam per I(ohannem) tit. s. Praxedis Card. Apost. Sedis Legatum super infeudationibus confirmat. Laterani III. Non. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 444. fol. 87.* — « Ea qve pro ecclasiarvm. »

3158. — *Laterani 5 Martii.*

« Magistro Gaufrido de Cortoñ decano Lexoviensi. » Attento eius litteraturae et morum honestatis testimonio, indulget ut una cum decanatu Lexoviensis ecclesiae alia beneficia obtinere possit, excepto tamen archidiaconatu quem libere resignavit. Laterani III. Non. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 453. fol. 90.* — « Qvi ex beneficiis. »

3159. — *Laterani 5 Martii.*

Compositionem inter abbatem et conventum monasterii Herilacensis (St. Jean de Cerlier) ex parte una et capellanum ecclesiae S. Vldrici de Erlacho ex altera super quibusdam redditibus ipsius ecclesiae factam confirmat. Laterani III. Non. Martii anno quinto. — *Solothurnisches Wochenblatt für 1831. p. 78. perperam ad a. 1220; Zeerleder Urk. d. Stadt Bern I. 204. n. 124. not.; Potthast 573. n. 6580; Horoy H-i opp. omn. III. 732. n. 282.* — « Ea qvae ivdicio. »

3160. — *Laterani 5 Martii.*

Compositionem inter eosdem Herilacenses ex parte una et abbatem ac conventum monasterii Casae Dei (Chaise-Dieu in Auvergne) ex altera super ecclesia de Diesse (Tessenberg) ac rebus aliis initam approbat. Laterani III. Non. Martii anno quinto. — *Solothurnisches l. c. p. 79. male ad an. 1220; Trouillat Evêché de Bale I. 478. n. 317; Zeerleder I. c. I. 204. n. 124. not. et II. 504. n. 941. (119 a); Potthast 573. n. 6581.* — « Ea qvae ivdicio. »

3161. — *Laterani 6 Martii.*

« Abbati et conventui sancti Pauli. » Mandat ut statutum Vrbani Papae favore magistri et fratrum Helemosinariae domus de Stagno super quodam oratorio ab eis in civitate Pisana constructo observetur. Laterani II. Non. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 437. fol. 87.* — « In litteris bone memorie. »

3162. — *Laterani 6 Martii.*

« I(ohanni) tituli sancte Praxedis presbytero Cardinali Apost. Sedis Legato. » Circa absolutionem ab excommunicationis sententia quam ipse promulgaverat in G. principem Acajae et alios barones Romaniae, ait se scripsisse patriarchae Constantinopolitano ut nihil faciat usque ad aliud Papae mandatum et nihil super hoc facere proposuisse quousque Legatus ipse ad Apostolicam Sedem revertatur. Laterani II.

Non. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 442. fol. 87.* — « VENERABILI FRATRI NOSTRO. »

3163. — *Laterani 6 Martii.*

« Patriarche Constantinopolitano. » Vt quamvis ei indulserit ut absolveret G. principem Acajae aliosque barones Romaniae nihil tamen exequatur usque ad novum mandatum. Dat. ut supra. (Laterani II. Non. Martii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 443. fol. 87.* — « LICET TIBI. »

3164. — *Laterani 6 Martii.*

« Archiepiscopo Dublinensi. » Eius ordinationem super decanatu, praecentoria, thesaureria, cancellaria et aliis personatibus in ecclesia sua factam, certis redditibus hiis, qui sustinebunt onera officiorum huiusmodi, deputatis, confirmat. Laterani II. Non. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 450. fol. 90; Theiner Mon. Hibern. 18. n. 45; Potthast 573. n. 6582; Horoy H-i opp. omn. III. 741. n. 293. (II. Idus Martii).* — « QVE PRO ECCLESIARVM. »

3165. — *Laterani 6 Martii.*

« P. Subdiacono et Notario nostro. » Ei indulget ut interdicti sententiam, quam in Anconitanos promulgare praesumpsit pro eo quod nobili viro Marchioni Estensi intendere denegabant, licet nulla sit, tamen ad suam confusionem per se ipsum sine dilatione revocet. Laterani II. Non. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 458. fol. 91; Theiner Cod. dipl. I. 67. n. 105; Potthast 573. n. 6583; Horoy H-i opp. omn. III. 733. n. 284.* — « MIRAMVR NON MODICVM. »

3166. — *Laterani 6 Martii.*

« Magistro Rodulfo scolastico sancti Stephani Trecensis. » Dispensatur cum eo super defectu natalium, quum a patre in sacris ordinibus constituto de soluta genitus fuerit, ut possit ad sacros ordines promoveri, et ad alios legitimos actus admitti; nullam tamen ecclesiasticam dignitatem absque Apostolicae Sedis licentia speciali recipiat. Laterani II. Non. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 489. fol. 91; Horoy H-i opp. omn. III. 734. n. 285.* — « APOSTOLICE SEDIS BENIGNITAS. »

3167. — *Laterani 8 Martii.*

« Patriarche Constantinopolitano et episcopo Salembriensi et archidiacono Constantinopolitano. » Vt iuxta synodale decretum P(elagii) Albanensis episcopi tunc in illis partibus Apost. Sedis Legati prohibeant quominus personae aliae quam inunctae processionaliter recipiantur, et, lecto evangelio ipsis liber porrigatur osculandus. Laterani VIII. Id. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 436. fol. 86; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. nn. 27. 28; Potthast 573. n. 6584; Horoy H-i opp. omn. III. 735. n. 287.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

In eundem modum scriptum est eisdem ne quis in sacris ordinibus constitutus tabellionatus officium exerceat, tum ex presbyteris Venetorum tum ex aliis. — *Cod. Vat. l. c.; Horoy l. c.*

3168. — *Laterani 8 Martii.*

R. Sancti Iohannis in Vineis et I. Vallis Secretae abbatibus et decano Suessionensi mandat ut decidant quaestionem inter Meldensem episcopum et B(lancham) comitissam Campaniae quae contra ipsum episcopum protectionem Pontificis imploraverat, utpote qui idem episcopus in nemore suo de Mahant alia, quam haberet, iura sibi usurpasset, et iurisdictionem in strata villae suae de Varedel sibi vindicasset, et hominibus suis de Congiaco inhiberet ne ad ipsius exercitus irent, ut tenentur. Laterani VIII. Idus Martii anno quinto. — *Bibl. Nation. Paris. mss. latin. 5993 A; Jubainville Comtes de Champagne V. 164. n. 1321; cf. Potthast 573. n. 6585; Horoy H-i opp. omn. III. 734. n. 286.* — « EX PARTE DILECTAE. »

3169. — *Laterani 9 Martii.*
« Capitulo, Clero et Populo Lucerinis. » Vt episcopum Lubrensem, virum utique scientia et religione probatum, ad eorum ecclesiam translatum reverenter et hilariter recipiant: super quo archiepiscopo Beneventano mandavit, ut si quis Apostolicae Sedis iussioni contraire praesumeret praesumptionem eorum per censuras ecclesiasticas compesceret. Laterani VII. Id. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 455. fol. 90.* — « CVM VENERABILEM. »

3170. — *Laterani 9 Martii.*
Compositionem inter abbatem et conventum monasterii Herilacensis (St. Jean de Cerlier) ex parte una et B(ertholdum) dominum de Novocastro (Neuchâtel) ex altera super iure patronatus ecclesiae de Diesse initam confirmat. Laterani VII. Id. Martii anno quinto. — *Solothurnisches Wochenblatt für 1831. p. 80. perperam ad a. 1220; Matile Monum. de l'hist. de Neuchâtel n. 72; Zeerleder Urk. d. Stadt Bern I. 204. n. 124. et II. 505. n. 942; Trouillat Evêché de Bâle I. 479. n. 318. male ad a. 1220; Potthast 573. n. 6586.* — « EA QVAE IVDICIO. »

3171. — *Laterani 10 Martii.*
« Capitulo et Clero Constantinopolitanis. » Confirmat collationem de quibusdam monasteriis et aliis beneficiis in civitate Constantinopolitana a I(ohanne) tit. sanctae Praxedis Cardinali Apost. Sed. Legato ecclesiis egenis factam. Laterani VI. Id. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 449. fol. 90; Mss. Vallic. I. 53.* — « NOBIS FVIT HVMILITER. »

3172. — *Laterani 10 Martii.*
« Abbati sancti Bartholomei, A. de Ham et Petro de Capi canonicis Noviomensibus. » Vt, si verum est custodiam ecclesiae sancti Audomari cum praebenda sibi annexa a P. praeposito eiusdem ecclesiae P(etro) clerico Morinensis dioecesis uxorato collatam esse, dictam custodiam cum praebenda eidem subtrahant aliique conferant. Laterani VI. Id. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 468. fol. 93; Horoy H-i opp. omn. III. 736. n. 288.* — « SVA NOBIS VENERABILIS. »

3173. — *Laterani 11 Martii.*
« Episcopo Tusculano et E(gidio) sanctorum Cosme et Damiani Diac. Cardinali et W. Sancte Romane Ecclesie Vicecancellario. » Hiis concedit nunc quinque millia marcarum et in proximo totam vicesimam Theutoniae eisdem assignabit, ut secundum dispositionem Hostiensis episcopi Apost. Sedis Legati pro subsidio Terrae Sanctae ea expendant. Laterani V. Id. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 456. fol. 90; Mss. Vallic. I. 53; Rodenberg Ep. Sel. 117. n. 168.* — « DE SINCERITATE VESTRA. »

3174. — *Laterani 11 Martii.*
Praeposito Geuriensi, archidiacono Vesprimiensi et custodi Albensi Vesprimiens. dioc. mandat, ut litem inter (Iohannem) archiepiscopum Strigoniensem et abbatem monasterii s. Benedicti de Grana propter illata ab archiepiscopo eiusque officialibus damna agitatam auditis partibus discutiant et definiant. Laterani V. Id. Martii anno quinto. — *Fejer Cod. dipl. VII. V. 226; cf. III. 1. 306; Potthast 573. n. 6587; Horoy H-i opp. omn. III. 737. n. 289.* — « DILECTI FILII ABBAS. »

3175. — *Laterani 13 Martii.*
« Episcopo et magistris C. Natali, et P. Grimoardi canonicis Xantonensibus. » Mandat eis ut episcopum Engolismensem ad resipiscentiam inducant, qui, licet Innocentius PP. (III) eidem direxisset scripta sua ut graves excessus, quos commisisse dicebatur, corrigeret per se ipsum, ipse tamen non solum id efficere non curavit, verum etiam peiora committens, ecclesias et ecclesiastica beneficia indignis conferre personis, de matrimoniis minus licitis praebere con-

sensum et contracta illicite sustinere praesumit, pecunia mediante, alias in derogationem pontificalis officii multa enormia committendo. Laterani III. Id. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 466. fol. 93; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 739. n. 291.* — « Non est Devs. »

3176. — *Laterani 13 Martii.*
« H. de Tregoz clerico. » Vt liceat ei praeter dua beneficia quae nunc habet adhuc unum recipere si ei canonice offeratur. Laterani III. Id. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 486. fol. 97.* — « Cvm sic noscaris. »

3177. — *Laterani 13 Martii.*
Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis ad quos litterae istae pervenerint mandat, moneant et compellant sacerdotes per dioceses suas constitutos, ut homines fratrum hospitalis S. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani, qui in eorum parochiis commorantur, cum eos mori contigerit, ad sepulturam recipiant non plus ab eis aliquatenus exacturi propter hoc qam vel decendentium extrema voluntas vel haeredum liberalitas eis sponte duxerit largiendum. Laterani III. Id. Martii anno quinto. — *Strehlke Tab. 319. n. 363; Potthast 573. n. 6588; Horoy H-i opp. omn. III. 738. n. 290.* — « Qvanto sincerioris caritatis. »

3178. — *Laterani 14 Martii.*
« (Bertoldo) Aquilegensi et (Angelo) Gradensi Patriarchis, et (Henrico) Mediolanensi, (Hugbaldo) Ravennatensi, (Octoni) Ianuensi et (Vitali) Pisano archiepiscopis, et episcopis et aliis ecclesiarum prelatis per Lombardiam, Marchiam, Romaniolam et Tusciam constitutis. » Scribit se ad eos mittere (Hugolinum) episcopum Hostiensem Apost. Sedis Legatum ad praedicandum verbum crucis, quem hilariter excipiant eique efficaciter obediant; alioquin sententiam, quam idem tulerit in rebelles, ratam et firmam habebit. Laterani II. Id. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 457. fol. 90; Mss. Vallic. I. 53. et I. 51. p. 509; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 2; Theiner Cod. dipl. dom. temp. S. Sedis I. 68. n. 111; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 142; Potthast 573. n. 6589; Horoy H-i opp. omn III. 740. n. 292.* — « Cvm is qvi. »

3179. — *Laterani 15 Martii.*
« Archiepiscopo Senonensi. » Vt si capitulum Parisiense contra episcopum suum aliquid attemptaret, eos ad querelam eiusdem episcopi compescat. Laterani Idibus Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 461. fol. 92; Horoy H-i opp. omn. III. 743. n. 295.* — « Cvm capitvlvm Parisiense. »

3180. — *Laterani 15 Martii.*
« (Engelberto) Archiepiscopo Coloniensi et suffraganaeis eius. » Mandat eis ut ecclesias suarum dioecesum defendant ab advocatorum vexationibus, inhibens ne una ecclesia plures advocatos assumat, quum eorum ministerium, quod ad ecclesiarum tranquillitatem provisum fuit, ad vexationem per eorum usurpationes constet nunc esse conversum. Laterani Idib. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 463. fol. 92; Mansi Concil. XXII. 1096; Labbe Conc. XI. 243. n. 3; Lünig Spicil. eccl. I. (Reichs-Arch. XVI) 341. n. 30; cf. Lacomblet UB. II. 51. not.; Potthast 573. n. 6590; Horoy H-i opp. omn. III. 743. n. 296.* — « Cvm pleriqve advocati. »

3181. — *Laterani 15 Martii.*
« Archiepiscopo Rothomagensi. » Vt R. de Launa (Lanna, *Horoy*) clerico, ut iam ipsi promiserat, cui et vitae meritum et talentum scientiae suffragari dicuntur, provideat de ecclesiastico beneficio. Laterani Idib. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 470. fol. 93; Horoy H-i opp. omn. III. 742. n. 294.* — « Et si ex svscepte. »

3182. — *Laterani 15 Martii.*

« Episcopo et Capitulo Cathalaunensibus. » Decernit litteras apostolicas impetratas ad eos de providendo aliquibus in eorum ecclesia, postquam duos ad Papae mandatum canonicos receperunt, tamquam tacita veritate subreptas non valere. Laterani Idib. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 482. fol. 95.* — « CVM OMNIVM HABERE. »

3183. — *Laterani 15 Martii.*

Petro Firmano episcopo notum facit, se districtius inhibere, ne quis praeter ecclesiae Romanae legatum in civitate Firmana vel castellis videl. s. Elpidio, castro Civitatis Novae, Monte sancto, Montecausarum, Murro Vallenti, Podio s. Iuliani nunc Maceratae.... et aliis quae Firmana ecclesia nunc possidet, exactionem facere, tenere placitum vel causas tractare absque speciali apostolicae sedis mandato praesumat etc. Laterani Id. Martii indict. VII. (!) incarn. dom. an. 1219 (!) pont. anno quinto. — *Vghelli Ital. sac. II. 705; cf. Cronache della Città di Fermo 343. nn. 64. et 65. perperam ad anno 1218; Potthast 574. n. 6591.* — « ETSI VNIVERSIS ECCLESIIS. »

3184. — *Laterani 15 Martii.*

Priori S. Genovefae, Gaufrido archidiacono et magistro Giraudo canonico Parisiensibus mandat, insinuantibus fratribus Militiae Templi regni Franciae, quatenus B(lancham) Comitissam Campaniae inducant, ut G. de Calvimontis ab iniuriis contra fratres Militiae Templi desistere compellat. Laterani Idib. Martii anno quinto. — *Bibl. Nation. Paris. mss. latin. 5993 A; Jubainville Comtes de Champagne V. 164. n. 1322; cf. Potthast 574. n. 6592; Horoy H-i opp. omn. III. 744. n. 297.* — « DILECTI FILII FRATRES. »

3185. — *Laterani 16 Martii.*

« Episcopo, Decano et P. Pelagii Archidiacono Tudensibus. » Vt moneant regem Portugalensem ne se intromittat super commenda ecclesiarum nisi ab episcopo Portugalensi fuerit requisitus quia occasione huiusmodi commendae praedictas ecclesias multipliciter aggravabat. Laterani XVII. Kal. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 479. fol. 95; Mss. Vallicell. I. 53.* — « VENERABILIS FRATER. »

3186. — *Laterani 17 Martii.*

« Preposito, Decano et Capitulo Sancte Marie ad gradus de Colonia. » Etsi abbas sanctae Genovefae Parisiensis ac eius coniudices ex mandato Papae ipsis inhibuissent ne praeter speciale mandatum apostolicum de praebenda, quam in eorum ecclesia Vrbinatensis electus obtinuit, ordinarent, concedit tamen ut, salva indulgentia favore praedicti electi, Winandum presbyterum, qui misit bellatorem unum in Terrae Sanctae subsidium ac de suo subvenit cuidam alii crucesignato pro eiusdem terrae succursu, in canonicum recipere ipsius praebendae nomine valeant. Laterani XVI. Kal. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 473. fol. 94.* — « EX INSINVATIONE. »

3187. — *Laterani 17 Martii.*

« Decano et capitulo Iustinopolitanis. » Duodecimum canonicorum numerum ab ipsis in eorum ecclesia constitutum confirmat. Laterani XVI. Kalendas Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 475. fol. 94; Theiner Vet. Mon. Slav. Merid. I. 72. n. 82; Kandler Cod. dipl. Istr. (an. 1221); Potthast 574. n. 6593; Horoy H-i opp. omn. III. 745. n. 299.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3188. — *Laterani 18 Martii.*

« Stephano Cantuariensi Archiepiscopo Sancte Romane ecclesie Cardinali. » Indulget ut de terris ad mensam suam spectantibus, pro quibus in causam trahitur in curia saeculari, partem dare possit ut a motis contra eum litibus recedatur. Laterani XV. Kal. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat.*

lib. 5. epist. 469. fol. 93. — « Tve prvdentie. »

3189. — *Laterani 18 Martii.*

« Magistro W. de Bardenay. » Propter eius eminentem scientiam et multa alia merita, ad preces Stephani archiepiscopi Cantuariensis cum eo super defectu natalium dispensat. Laterani XV. Kal. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 471. fol. 93.* — « Cvm propter. »

3190. — *Laterani 18 Martii.*

« Archipresbytero Henrico et M. canonicis Curiensibus. » Vt in ecclesia de Monte sanctae Mariae Curiensis dioecesis personam idoneam ordinent, si invenerint ad Papam illius donationem esse devolutam. Laterani XV. Kal. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 472. fol. 94.* — « Exhibita nobis. »

3191. — *Laterani 18 Martii.*

« Magistro Iohanni Andegavensi canonico. » Licet magistro Octoni ad regimen ecclesiae Vrbinatensis electo indulserit propter debita eiusdem ecclesiae ut beneficia quae ante suam electionem obtinebat adhuc retineret, tamen praebendae collationem, quam idem electus in ecclesia Andegavensi obtinebat, ipsi Iohanni, cui per episcopum Andegavensem facta fuit, confirmat, hac vero conditione ut eidem electo donec fuerit consecratus de fructibus dictae praebendae more solito respondeat. Laterani XV. Kalendas Aprilis anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 474. fol. 94.* — « Dilecto filio. »

3192. — *Laterani 18 Martii.*

« Episcopo Palentino. » Scolas theologiae, sacrorum canonum et aliarum facultatum quas ipse in sua dioecesi erexit nec non personas magistrorum et scolarium recipit sub protectione. Laterani XV. Kal. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 476. fol. 94; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Qve ad avgmentvm. »

3193. — *Laterani 19 Martii.*

« Abbati et conventui de Persore. » Consuetudines rationabiles et approbatas et libertates eorum monasterio una cum suis bonis confirmat, eisque indulget ne quis decimas de novalibus quae propriis manibus aut sumptibus colunt nec de eorum animalium nutrimentis exigat. Laterani XIIII. Kalendas Aprilis anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 503. fol. 101.* — « Ivstis petentivm. »

3194. — *Laterani 19 Martii.*

« Magistro Iacobo capellano et penitentiario nostro Apost. Sedis Legato. » In lite inter H(enricum) Anglorum regem et Cassellensem archiepiscopum vertente super possessionibus ecclesiae Cassellensis et specialiter super Villa nova de Cassello, quibus dictus archiepiscopus a G. de Marisco iustitiario Yberniae ac eius complicibus dicebat se indebite esse spoliatum: quum commune regni Angliae ac Yberniae ius existat, ut nullus infra aetatem legitimam constitutus, donec viginti et unum annos compleat, valeat conveniri, mandat hiis quatenus, vocatis principibus utriusque regni tam ecclesiasticis quam saecularibus, inquirant super hiis omnibus diligentius veritatem, et si, ut ex parte regis propositum est, haec invenerint vera esse, nequaquam apostolicarum litterarum auctoritate procedant, quae archiepiscopus Cassellensis ad illud ius et quasdam alias consuetudines in Ybernia abolendas obtinuerat. Laterani XIIII. Kalendas Aprilis anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 520. fol. 105; Mss. Vallicell. I. 53; Theiner Mon. Hibern. 18. n. 46; Potthast 574. n. 6594; Horoy H-i opp. omn. III. 746. n. 300.* — « Qvanto ivstis petentivm. »

3195. — *Laterani 19 Martii.*
(Sigfrido) archiepiscopo Maguntino eiusque suffraganeis monasterium Halsbrunnense protegendum commendat. Laterani XIV. Kal. Apr. anno quinto. — *Lang Regesta II. 117; Hocker suppl. z. d. Haylsbronnischen antiquit. Schatz 86. n. 12; Potthast 574. n. 6595.*

3196. — *Laterani 20 Martii.*
« Episcopo Conventrensi. » Vt contra clericos ducentes uxores, super beneficiorum privatione, non obstante frustratoriae appellationis obiectu, agat prout ad suum officium cognoscit pertinere. Laterani XIII. Kal. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 477. fol. 95; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Ex parte tva. »

3197. — *Laterani 20 Martii.*
« (Conrado) Ratisponensi episcopo. » Redditus quos in ecclesiis de Munster et de Pilstingen obtinet ei confirmat. Dat. ut supra. (Laterani XIII. Kal. Aprilis anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 478. fol. 95; Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 330. n. 349; Potthast 574. n. 6596; Horoy H-i opp. omn. III. 751. n. 302.* — « Ivstis petentivm. »

3198. — *Laterani 20 Martii.*
« Abbati et Priori Sancti Iohannis in Vineis et Decano Suessionensibus. » Vt cogant abbatem Vallis Clarae Cisterciensis ordinis Laudunensis dioecesis, ad obedientiam exhibendam episcopo Laudunensi, sicut dioecesano suo, nisi privilegium exemptionis infra competentem terminum, quem ei duxerint praefigendum, ostenderit, quod si forte ostenderit, ad Papae iudicium examinandum transmittant, ipsi abbati iniungentes ut propter hoc veniat vel mittat ad Papae praesentiam. Laterani XIII. Kal. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 480. fol. 95; Horoy H-i opp. omn. III. 750. n. 301.* — « Venerabilis frater noster. »

3199. — *Laterani 20 Martii.*
« Ratisponensi episcopo. » Vt praebendas, quarum collatio ipsi episcopo devoluta est, libere conferat. Laterani XIII. Kal. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 481. fol. 95.* — « Nostris fvit avribvs. »

3200. — *Laterani 21 Martii.*
« Priorisse monasterii sancte Marie de Rivo frigido eiusque sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Eorum monasterium, quod ab Agnete filia Manfredi marchionis Salutiarum in dioecesi Taurinensi fuerat constructum, recipit in ius et proprietatem Ecclesiae Romanae, et gratias ac libertates concedit sub annuo censu unius aurei palatio Lateranensi persolvendo. Laterani per manum Guillelmi Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarii XII. Kal. Apr. indictione VIIII. incarnationis dominicae anno MCCXX (sic), Pontific. donni Honorii pp. III. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 517. fol. 104; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Pie postvlatio. »

3201. — *Laterani 21 Martii.*
Decano (et capitulo, *addit Horoy*) Iustinopolitano, cui Andegavensis episcopus contulerat praebendam, quam magister Otho electus Vrbinas in ecclesia Andegavensi obtinuerat, hanc collationem confirmat. Laterani XII. Kal. Apr. anno quinto. — *Vghelli Ital. sacra II. 786; Potthast 574. n. 6597; Horoy H-i opp. omn. III. 751. n. 302.* — « Dilecto filio magistro. »

3202. — *Laterani 23 Martii.*
« Abbatisse monasterii de Laurbano eiusque sororibus tam presentibus quam futuris in perpetuum. » Eorum monasterium sanctae Dei Genitricis Virginis recipitur sub protectione b. Petri cum omnibus possessionibus, libertatibus et privilegiis quae recensentur. Laterani per manum Guillelmi Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarii

X. Kal. Apr. indict. VIIII. incarnationis dominicae anno MCCXXI. Pontif. Honorii pp. III anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 487. fol. 97.* — « RELIGIOSAM VITAM. »

3203. — *Laterani 23 Martii.*

« Nycosiensi archiepiscopo et episcopo Bethlemitano. » Vt compellant archiepiscopum Caesariensem ad satisfaciendum episcopo Acconensi de iuribus suis. Laterani X. Kal. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 492. fol. 99.* — « VENERABILIS FRATER. »

3204. — *Laterani 23 Martii.*

Le Pape H. prend l'abbaye de Brogne sous sa protection et lui confirme la possession de l'église de Metigne qui lui avait été cedée par l'évêque de Liége, Rodolphe. Laterani X. Kal. Apr. anno quinto. — *Annal. du Cercle archéol. de Namur V. 445. teste Wauters Table chronologique III. 551; Potthast Appendix p. 2091. n. 6597a-26070.*

3205. — *Laterani 25 Martii.*

« Priori de Buteleya ordinis sancti Augustini. » Concedit ei ne cognoscere de causis aliquibus cogatur vigore litterarum apostolicarum quae specialem non fecerint de hac indulgentia mentionem, ita tamen quod per vicinas partes hoc faciat publice nuntiari. Laterani VIII. Kal. Aprilis anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 490. fol. 98.* — « CVM PRETER RERVM. »

3206. — *Laterani 25 Martii.*

« (Hugolino) (*al.* Hugoni) Hostiensi episcopo Apost. Sedis Legato. » Vt constitutiones Friderici imperatoris et regis Siciliae (contra haereticos *Potth.*) per civitates existentes intra fines suae legationis publicari faciat et servari, iniungens magistris et scolaribus Bononiensibus universis, ut in codicibus suis faciant eas scribi et in scholis legi solemniter. Laterani VIII. Kal. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 498. fol. 100; Mss. Vallicell. I. 53; Theiner Cod. dipl. dom. temp. S. Sedis I. 67. n. 106; Potthast. 574. n. 6598; Horoy H-i opp. omn. III. 752. n. 304; Rodenberg Ep. Sel. 118. n. 169.* — « FRATERNITATI TVE PRESENTIVM. »

3207. — *Laterani 25 Martii.*

« (Eberhardo) Archiepiscopo Salzeburgensi. » Vt vicesimam suae dioecesis transmittat. Laterani VIII. Kal. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 499. fol. 100; Mss. Vallicel. I. 53.* — « FRATERNITATIS TVE. »

Scriptum est super hoc episcopo et preposito Ratisponensibus ut in mandato eis a Papa commisso contra archiepiscopum predictum propter eius negligentiam in solutione vicesime non procedant.

3208. — *Laterani 25 Martii.*

« Archiepiscopo Pisano. » Vt Alborensem archiepiscopum, qui pro multis quae dicebantur de ipso ad Sedem Apostolicam vocatus, pontificiae benignitatis abusor apud Pisanam civitatem moram facit, pontificali dignitate suspensum per excommunicationis sententiam ad Papam venire compellat. Dat. ut supra. (Laterani VIII. Kal. Apr. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 500. fol. 100; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CVM VENERABILEM. »

3209. — *Laterani (25 Martii).*

« Remensi Archiepiscopo. » Iniungit ei ut quatuor vel tres vel saltem duos viros opinionis sincerae ac litteraturae probatae, cuiuscumque religionis vel ordinis ac praesertim Cisterciensis, in sua provincia eligat, ac Romam usque ad festum beati Martini transmittat, ad propagationem et dilatationem fidei christianae inter diversas gentes destinandos. Dat. Laterani. (Sine mense ac die). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 501. fol. 100;*

Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 51; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 46; Liljegren Svenskt dipl. I. 221. n. 208; fragm. apud Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 47; cf. Suhm Hist. af Danmark IX. 389; Porthan Bull. access. 15. n. 30; Potthast 574. n. 6599. (VIII. Kal. Apr. anno quinto). — « NE SI SECVS. »

Cod. Vat. l. c.; cf. Potthast l. c.; Scriptum est in eundem modum in Dacia (Andreae) Lundensi Archiepiscopo.

In Norweia (Thoriae) Nydrosiensi Archiepiscopo.

In Svetia (Olao) Vbsalensi archiepiscopo et (Benedicto) episcopo Scarensi.

In Dalmatia supra mare (Bertoldo) patriarche Aquilegensi.

In Ystria supra mare (Angelo) patriarche Gradensi, Iadrensi et (Guncello) Spalatensi archiepiscopis.

In Sclavonia Ragusiensi et Antibarensi archiepiscopis.

In Vngaria (Iohanni) Strigoniensi et (Vgrino) Colocensi Archiepiscopis.

In Polonia (Vicentio) Gnesnensi archiepiscopo.

In Alemannia (Sigfrido) Maguntino, *(cf. Würdtwein Nova subs. IV. 114; cf. Potthast 582. n. 6700. ad finem pont. anni quinti; Horoy H-i opp. omn. III. 866. n. 445. ad diem 20 Iulii 1221)* (Engelberto) Coloniensi, (Gerhardo) Bremensi, (Alberto) Magdeburgensi, (Eberhardo) Salzeburgensi et (Theodorico) Treverensi archiepiscopis.

In Francia (Rainaldo) Lugdunensi, (Petro) Senonensi, Remensi, (Roberto) Rothomagensi, (Iohanni) Turonensi, (Simoni) Bituricensi et Burdegalensi archiepiscopis.

In Guasconia Auxitano et (Arnaldo) Narbonensi archiepiscopis.

In Burgundia (Bernardo) Tarentasiensi, (Girardo) Bisuntino, Ebredunensi, Aquensi, Arelatensi et Viennensi archiepiscopis.

In Yspania, Terraconensi, Toletano, Compostellano et Bracarensi archiepiscopis.

In Apulia, Capuano archiepiscopo.

(Henrico) Mediolanensi, (Vitali) Pisano, et (Simeoni) Ravennati archiepiscopis.

3210. — *Laterani 26 Martii.*

« Priori et capitulo sancti Vrsini Bituricensibus. » Octavum decimum praebendarum numerum in eorum ecclesia ab eis cum consensu S(imonis) Bituricensis archiepiscopi statutum confirmat, nisi adeo excrescerent ipsius ecclesiae facultates, quod etiam personarum numerus videretur merito ampliandus; salvo nimirum in omnibus Apostolicae Sedis mandato. Laterani VII. Kal. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 495. fol. 99; Horoy H-i opp. omn. III. 753. n. 305.* — « ECCLESIARVM VTILITATI. »

3211. — *Laterani 27 Martii.*

« Abbati et Priori sancti Oberti et magistro Crispino canonico Cameracensibus. » Vt monasterium sancti Iohannis Laudunense absolvant a pensione quam magistro Leodegario clerico promiserunt, si beneficium equivalens eidem assignaverint. Laterani VI. Kal. Aprilis anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 494. fol. 99.* — « EX PARTE ABBATIS. »

3212. — *Laterani 28 Martii.*

« Eidem (Ottoni Aquensi Preposito). » In causa inter ipsum ex una parte et H. de Dica canonicum sancti Gereonis Coloniensis super praepositura Aquensi, quae primum apud praepositum de Martiribus et suos coniudices tractata est et postmodum Papa dedit eis auditorem E(gidium) sanctorum Cosmae et Damiani diaconum Cardinalem, confirmat collationem praepositurae eidem a Friderico imperatore, ad quem pertinet, factam, dimissis H. de Dica praedicto proventibus quos hactenus percepit. Laterani V. Kalendas Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5.*

epist. 489. fol. 98. — « In nostra proposvisti. »

3213. — *Laterani 28 Martii.*

« Abbatibus, prioribus, archipresbyteris, prepositis, presbyteris et aliis clericis communitatum Ianuensium, Venetorum et Pisanorum et aliis ecclesiarum prelatis in civitate Acconensi commorantibus. » Mandat ut episcopo Acconensi obediant nisi privilegium exemptionis ostenderint, alioquin dat litteris in mandatis Nycosiensi archiepiscopo et episcopo Beethelemitano ut sententiam quam ipse episcopus in rebelles promulgaverit observari faciant. Laterani V. Kal. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 491. fol. 98.* — « Cvm qvasi peccatvm. »

Scriptum est in eundem modum universis abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum prelatis et clericis in civitate Acconensi morantibus.

Scriptum est super hoc in eundem modum ut supra archiepiscopo Nycosiensi et episcopo Beethlemitano.

3214. — *Laterani 29 Martii.*

« Nobilibus viris H. et S. comitibus de Vegla. » Recipit eos sub protectione, et bona a rege Hungariae eis collata confirmat, videlicet quatuor insulas inter Spalatum et Vlmes sitas, quae sunt Faram, Braczam, Gorzuram et Langurstam cum parvulis insulis. Laterani IIII. Kal. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 497. fol. 100; Mss. Vallicell. I. 53; Kercselich Not. prael. 208; Katona Hist. crit. V. 349; Fejér Cod. dipl. III. 1. 306; Theiner Mon. Hungar. I. 27. n. 48; Potthast 575. n. 6601; Horoy H-i opp. omn. III. 753. n. 306.* — « Sacrosancta romana ecclesia. »

3215. — *Laterani 30 Martii.*

« Suessionensi episcopo. » Dispensatur cum eo quod contra malefactores suae dioecesis sententiam excommunicationis promulgaverit, monitione debita non praemissa. Laterani III. Kal. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 496. fol. 99; Horoy H-i opp. omn. III. 756. n. 310. (1 Apr.).* — « Ex parte tva. »

3216. — *Laterani 31 Martii.*

« Episcopo Bononiensi. » Vt compellat G. mulierem ad B. virum suum bannitum ab A. potestate Bononiensi accedere atque cum eo cohabitare, ut tenetur. Laterani II. Kal. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 504. fol. 101.* — « B. laico civi bononiensi. »

3217. — *Laterani 31 Martii.*

« Episcopo Parisiensi. » Cum, ipso referente, capitula dioecesis Parisiensis asserant ipsum nullam in eos iurisdictionem habere, mandat, ut in omnes ecclesias suae dioecesis, ei lege dioecesana subiectas, libere suam exerceat iurisdictionem. Laterani II. Kal. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 506. fol. 102; Horoy H-i opp. omn. III. 754. n. 307.* — « Ea qve nobis. »

3218. — *Laterani 31 Martii.*

« Vniversis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis. » Ad ecclesiam beati Mauricii Magdeburgensis, quae destructa incendio nunc egregia structura et valde sumptuosa consurgit, accedentibus, eique elemosinas erogantibus, quadraginta dierum indulgentias concedit. Dat. ut supra. (Laterani II. Kal. Apr. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 507. fol. 102; Rodenberg Ep. Sel. 118. n. 170.* — « Qvoniam vt ait. »

3219. — *Laterani 1 Aprilis.*

« Decano Virdunensi. » Vt sequestret proventus primiceriatus et aliorum beneficiorum primicerii, sive vacantia sint, sive etiam iam collata, pro solvendo mutuo

centum quadraginta marcharum, quod bo. me. E. primicerius Metensis a mercatoribus Senensibus accepit. Laterani Kalendis Aprilis anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 502. fol. 101; Horoy H-i opp. omn. III. 755. n. 309.* — « DILECTVS FILIVS IOCELINVS. »

3220. — *Laterani 1 Aprilis.*

« (Rolando) Episcopo et preposito Ferrariensibus. » Vt Rambertinum Buvallelli (*Potth.* Buvalelli) civem Bononiensem moneant ne contra inhibitionem Papae et monitionem archiepiscopi Ravennatis rectoriam civitatis Mutinensis, quae statuta fecerat contra libertatem ecclesiae nec obedire Papae volebat, assumat, eumque per censuras ecclesiasticas ad hoc compellant. Laterani Kal. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 508. fol. 102.; Mss. Vallic. I. 53; Savioli Ann. Bolognesi III. 11. 6; Potthast 575. n. 6602.* — « EXIGENTE MALITIA CIVIVM. »

3221. — *Laterani 1 Aprilis.*

(Gervasio) episcopo, (Guillelmo) abbati et priori S. Martini Sagiensibus (Séez) committit inquirendam et terminandam causam vertentem inter (Petrum) archiepiscopum Senonensem et (Blancham) comitissam Campaniae, quae homines de Pruvino Senon. dioc. qui se libere ad terram dicti archiepiscopi transferre et ibi consistere sub eiusdem iurisdictione securi soliti sunt, impediebat quominus huiusmodi libertate fruantur. Laterani Kal. Apr. anno quinto. — *Brussel Nouvel examen de l'usage gen. des fiefs en France II. (Paris 1727. 4.°) 1021; cf. Jubainville Comtes de Champagne V. 165. n. 1325; Potthast 575. n. 6603; Horoy H-i opp. omn. III. 754. n. 308.* — « QVERELAM VENERABILIS FRATRIS. »

1 Aprilis.

Honorius Papa III. consecravit Ecclesiam sanctorum Vincentii et Anastasii ad aquas Salvias. — *Ex inscript. marmore sculpta. Crescimbeni Stor. di S. Maria in Cosmedin p. 398.*

3222. — *Laterani 2 Aprilis.*

« (Stephano) Archiepiscopo Cantuariensi Sancte Romane Ecclesie Cardinali et Trecensi et Lexoviensi episcopis. » Vt circa « constitutiones quasdam que colligationes seu etiam conspirationes possunt merito appellari » quas magistri et scolares Parisienses fecerunt contra iurisdictionem episcopi et cancellarii Parisiensium provideant et statuant quod statui studii et utilitati studentium viderint expedire. Laterani IIII. Non. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 505. fol. 101.* — « VENERABILIS FRATER. »

3223. — *Laterani 2 Aprilis.*

« Vniversis archiepiscopis et episcopis per Lombardiam constitutis. » Vt suos cives a Mutinensium societate, qui in ecclesiam ac proprias animas detestabilia attemptarunt, abstineri faciant, utpote universis civibus Lombardiae et Tusciae iam se mandasse ait; nec Mutinensibus ipsis in propria duritia persistentibus, eorum mercatores in civitatum suarum hospitiis recipi permittant, nec commercium cum eisdem exerceant. Laterani IIII. Non. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 509. fol. 102; Mss. Vallicell. I. 53.* — « QVIA LONGVM ESSET. »

3224. — *Laterani 2 Aprilis.*

« Decano, Cellarario et N. de Sancto Remigio canonico Senonensibus. » Mandat ut thesaurario Lingonensi, cuius perversitate adeo episcopus et canonici Lingonenses infestantur, ut timeant etiam in ipsa ecclesia commorari, firmiter iniungant infra mensem post commonitionem eorum, ab infestatione praefati episcopi et ecclesiae Lingonensis omnino cesset et suos cessari faciat, alioquin ex tunc thesauraria et aliis beneficiis ecclesiasticis, quae habet in civitate vel dioecesi Lingonensi, eum privent. Laterani IIII. Non. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 510. fol. 103; Mss.*

Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 756. n. 311. — « PERVERSA OSTINATIO ET. »

3225. — *Laterani 2 Aprilis.*

« De Hamerode et de Caladia Cisterciensis ordinis abbatibus Treverensis et Virdunensis diocesum. » Vt monasteria monachorum Nigrorum Treverensis provinciae visitent et reforment, nullis litteris obstantibus inquisitionis vel visitationis pro abbate Gorziensi ad abbatem sancti Arnulfi vel ad abbatem sancti Naboris et ipsorum collegas a Sede Apostolica impetratis. Dat. ut supra. (Laterani IIII. Non. Apr. anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 511. fol. 103; Mss. Vallicell. I. 53.* — « QVIA DE MONASTERIORVM. »

3226. — *Laterani 2 Aprilis.*

« Preposito et fratribus ecclesie Sancti Iohannis evangeliste Halberstadensis. » Confirmat statutum pro hiis ab F. Halberstadensi episcopo factum, quo, consideratis difficultatibus quae nobilis vir Theodoricus quondam advocatus ecclesiae eorum ipsis et ipsi ecclesiae ingerebat, decrevit ut de cetero nullum habeant advocatum nisi episcopum. Laterani IIII. Non. Aprilis anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 512. fol. 103.* — « QVE PRO ECCLESIARVM. »

3227. — *Laterani 2 Aprilis.*

O. rectori (G. praeposito *legit M. B. XXVIII. 2,* Lectori *UB. o. d. E.*) et fratribus s. Mariae in Slagen (Slag *Hugo, Hund, hodie* Schlägel) ecclesiam s. Mariae in Slag, quam eis in ea secundum Praemonstratensis ordinis instituta Deo servituris (Vlricus) episcopus Pataviensis contulit, auctoritate apostolica confirmat. Laterani IV. Non. Apr. anno quinto. — *Hugo Annal. Praemonstr. II. prob. 368; Hund Metrop. Salisburg. ed. Gewold III. 52; Mon. Boica XII. 371. perperam ad a. 1222. et XXVIII. II. 142; UB. ob der Enns II. 620; Potthast 575. n. 6604; Horoy H-i opp. omn. III. 759. n. 313.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

3228. — *Laterani 2 Aprilis.*

Abbatem et conventum monasterii s. Mariae in Wadegozinga (Wadgassen) patrocinandos suscipit, specialiter autem ecclesias de Eberswiler, de Altwiler cum de Wiwiler, de Macheren et de Walmanen capellis etc. eis confirmat. Laterani IIII. Non. Apr. anno quinto. — *Mittelrheinisches UB. III. 144. n. 166; Potthast Append. p. 2091. n. 6604a-26071; Horoy H-i opp. omn. III. 758. n. 312.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

3229. — *Laterani 3 Aprilis.*

« Ebroicensi (Eboracensi *Decret. Greg.*, P. Bolcen. *Potth.*) Priori Sancte Barbare Lexoviensis diocesis et magistro W. de Canapello (Guidoni de Canopo *Decret. Greg.*, de Capella *Potth.*) cancellario Rothomagensi. » Super electione Erardi quondam abbatis sancti Iudoci in abbatem monasterii Fiscanensis, nuntiat se perpetuum silentium imposuisse sancti Taurini Ebroicensis et sancti Leufridi de Cruce abbatibus qui electionem ipsam irritari petebant utpote ad eam ipsi vocati non fuerant. Mandat autem hiis ut electionem praedictam examinent et si canonica fuerit eam confirment, alioquin ea cassata, eidem monasterio faciant de persona idonea coram se provideri. Laterani III. Non. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 514. fol. 104; Decret. H-i III. lib. I. tit. 5.* De electione. *c. 5. ed. Cironius 37; Decr. Gregorii IX. lib. I. tit. 6.* De elect. *c. 47; Boehmer Corp. II. 74. (ad an. 1222); Richter Corp. II. 87; Potthast 664. n. 7717. (absque nota chronol.); Horoy H-i opp. omn. III. 760. n. 315; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. I. tit VI. c. XLVII. p. 90.* — « CONSTITVTIS IN PRESENTIA. »

3230. — *Laterani 3 Aprilis.*

« Archiepiscopo Senonensi. » Concedit ut matricularius ecclesiae suae, unus dum-

taxat, non obstante quod ecclesiae ipsi personaliter deservire teneatur, per idoneum tamen vicarium possit, dum in suo commoratur obsequio, deservire. Laterani III. Non. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 513. fol. 103; Horoy H-i opp. omn. III. 759. n. 314.* — « A NOBIS INDVLGERI. »

3231. — *Laterani 3 Aprilis.*
« Sancti Emmerammi Ratisponensis et de inferioriori (sic) Alta abbatibus et Preposito de Bergersgadem Pataviensis et Salzebergensis (sic) diocesum. » Vt quoad executionem sententiae obtentae ab Octone procuratore hospitalis Teuthonicorum contra Gebehardum canonicum Pataviensem, iuxta quam idem Gebehardus ad dictum hospitale redire, quum idem procurator ipsum fratrem eiusdem hospitalis esse assereret, et aliquas vineas restituere debebat, quod canonicum fuerit, statuant. Laterani III. Non. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 627. fol. 124; cf. Deutinger Beyträge II. 158. n. 71; Potthast 575. n. 6606.* — « EX PARTE GEBEHARDI. »

3232. — *Laterani 3 Aprilis.*
(Benedicto) episcopo Scarensi concedit facultatem iterum absolvendi eos, qui in canonem latae sententiae incidentes a praedecessoribus eius absoluti fuerint non habentibus super hoc a sede apostolica licentiam specialem. Laterani III. Non. Apr. anno quinto. — *Liljegren Svenskt dipl. I. 223. n. 209; cf. Porthan Bullar. access. 15. n. 31; Potthast 575. n. 6505; Horoy H-i opp. omn. III. 792. n. 316.* — « FRATERNITATIS TVE PRECIBVS. »

3233. — *Laterani 6 Aprilis.*
« Raynaldo archiepiscopo Capuano. » Nuntiat Sicleigaram abbatissam sanctae Mariae de Capua recognovisse ipsum in suum episcopum et praelatum et ab ipso tamquam praelato suo absolvi petiisse et absolutam fuisse ab interdicti et excommunicationis sententiis quas tulerat in eandem. Laterani VIII. Id. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 515. fol. 104.* — « CVM DILECTA IN CHRISTO. »

3234. — *Laterani 7 Aprilis.*
« Nobili viro (Azolino) Marchioni Hestensi (sic). » Vt contra Anconitanam civitatem et comitatum ipsius ad demanium Romanae Ecclesiae retentos nihil attemptet vel faciat attemptari quod ad guerram pertineat vel per quod possit discordiam suboriri. Laterani VII. Id. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 516. fol. 104; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 35; Theiner Cod. dipl. dom. temp. S. Sed. I. 67. n. 107; Potthast 575. n. 6607; Horoy H-i opp. omn. III. 762. n. 317. (6 Apr.).* — « CVM CIVITATEM ANCONITANAM. »

3235. — *Laterani 8 Aprilis.*
« Militensi et Tropeensi episcopis. » Vt archidiaconum Messanensem inducant ad resignandum archidiaconatum, salva ei competenti provisione, vel ei coadiutorem assignent. Laterani VI. Idus Aprilis anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 518. fol. 105.* — « SVA NOBIS DILECTI. »

3236. — *Laterani 8 Aprilis.*
« Archidiacono Bononiensi. » Quum archidiaconatus Bononiensis usque adhuc exiles redditus habuerit, plebem de Sambro eidem incorporat et annectit. Laterani VI. Id. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 626. fol. 124; Savioli Ann. Bologn. III. II. 7; Potthast 575. n. 6608.* — « VT VNIVERSALIS ECCLESIE. »

3237. — *Laterani 8 Aprilis.*
(Engelberto) electo et capitulo Coloniensibus testatur, sibi 160 marcas argenti, quas Th(eodericus) quondam Coloniensis archiepiscopus per manus St(ephani) basilicae XII. apost. presb. card. ecclesiae. Romanae camerarii mutuo rece-

perit, persolutas esse. Laterani VI. Id. Apr. anno quinto. — *Ficker Engelbert d. Heilige 330; Ennen Quellen II. 83. n. 69; Potthast 575. n. 6609; Horoy H-i opp. omn. III. 762. n. 318.* — « CVM DILECTVS FILIVS. »

3238. — *Laterani 8 Aprilis.*
Ad preces ducis Saxoniae confirmat praeposito ecclesiae in Hekelinge ius patronatus in quibusdam ecclesiis, videlicet in Stasforde, Wininuge, Cokstede, Aldendorp, Lakesdorp, Nendorp et Nienstede. Laterani VI. Id. Apr. anno quinto. — *Heineman Cod. Anhaltinus p. 42. n. 48; Horoy H-i opp. omn. III. 763. n. 319.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

3239. — *Laterani 9 Aprilis.*
« Trecorensi electo. » Concedit ut clericos in sacris ordinibus constitutos focarias, manicas consutitias et capas manicatas habentes et propter hoc ex sententia G(ualae) tit. sancti Martini in Montibus et R(oberti) tit. sancti Stephani in Coelio Monte Ap. Sedis Legatorum excommunicatos auctoritate Apostolica absolvere possit. Laterani V. Id. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 524. fol. 107.* — « EX PARTE TVA. »

3240. — *Laterani 13 Aprilis.*
« Priori et clericis Sancte Marie de Castello Cornetanis. » Plebis titulus ab episcopo Tuscanensi eorum ecclesiae donatus et privilegium quod in castro Corneti ipsa ecclesia sit solummodo baptismalis confirmantur. Laterani Idib. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 521. fol. 106.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3241. — *Laterani 13 Aprilis.*
« (Guillelmo) Episcopo et capitulo Parisiensibus. » Quum A(lebrandinus de domo Vrsinorum) quondam sanctae Susannae Cardinalis, nunc in Sabinensem episcopum consecratus praebendam in eorum ecclesia retinere noluerit, mandat ut ipsam Iacobo nato nobilis viri Iohannis Gaietani germani eiusdem episcopi Cardinalis assignent. Laterani Idib. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 523. fol. 107; Vghelli It. Sacr. I. 168; Ciaconii Vitae Pontif. Romanor. ed. Aug. Oldoinus (Romae 1677. fol.) 41; Gallia Christ. I. 443. (ed. nov. VII. instr. 92); Le Maire Paris Ancien I. 90; Potthast 576. n. 6610; Horoy H-i opp. omn. III. 763. n. 320.* — « VENERABILI FRATRI NOSTRO. »

3242. — *Laterani 13 Aprilis.*
Comitem et populum Spalatinos monet et hortatur, ut illos Sclavos et Dalmatinos crucesignatos transfretantes in Terrae Sanctae subsidium, qui alios christianos piratica rabie spoliant, capiunt et occidunt, et latentes in insidiis et speluncis qui christianorum iter observant ut depraedentur eosdem et immanitate perimant inhumana, manu potenti studeant de suis finibus profligare. « Vt autem quantum nos urgeat huiusmodi factum, ex nuncii qualitate vobis plenius innotescat, » magistrum Acontium subdiaconum et capellanum suum ad eorum partes destinat. Laterani Id. Apr. anno quinto. — *Farlati Illyr. sacr. III. 249; Katona Hist. crit. V. 357; Fejér Cod. dipl. III. 1. 307; Potthast 576. n. 6611; Horoy H-i opp. omn. III. 764. n. 321.* — « TACTI SVMVS DOLORE. »

3243. — *(Laterani 13 Aprilis).*
Magistrum Acontium subdiaconum et capellanum suum apostolicae sedis legatum, (Iohannem) archiepiscopom Strigoniensem et cunctos Hungariae episcopos incitat ad haereticos Bosnae profligandos et exigendos. (Sine signo chronologico). — *Fejér l. c. 308; Potthast 576. n. 6612.*

3244. — *Laterani 15 Aprilis.*
« Episcopo et capitulo Argentinensibus. » Concedit eis ut per triennium possint in invasores iurium ecclesiae suae excommunicationis sententiam proferre. Laterani XVII. Kalendas Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 522. fol. 107.* — « SVPPLICASTIS NOBIS. »

3245. — *Laterani 15 Aprilis.*
« Decano, Scolastico et Godescalco canonico Bunnensibus Coloniensis diocesis. » Mandat ne B. Iudaeum baptizatum et eius familiam permittant molestari super proventibus unius praebendae in maiori ecclesia Maguntina eis oblatae per H(ugolinum) Ostiensem episcopum et L(eonis) tit. sanctae Crucis presbyteros cardinales Ap. Sedis Legatos, cum consensu S. episcopi et capituli eiusdem loci, donec ipsis provisum fuerit iuxta formam ab Innocentio (III) praescriptam. Laterani XVII. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 526. fol. 107.* — « CVM OLIM VENERABILIS. »

3246. — *Laterani 16 Aprilis.*
« Archiepiscopo Dublinensi. » Concedit ut cum quatuor dignis personis ad plura beneficia obtinenda dispensare possit, eisque, non obstante constitutione concilii generalis, praedicta plura beneficia assignet. Laterani XVI. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 519. fol. 105.* — « TVA NOBIS. »

3247. — *Laterani 16 Aprilis.*
« Magistro Gratie capellano nostro, archipresbytero et capitulo Bononiensibus. » Donationem de decimis et de ecclesia sanctae Mariae, et de castro sancti Petri, et de censu ab ecclesia sancti Antonii debito, nec non de fundo quodam qui dicitur Sanguineta a G. Bononiensi episcopo eisdem factam confirmat, et instrumentum donationis refert. Laterani XVI. Kalend. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 628. fol. 124; Sarti de clar. archigymn. Bonon. professor. I. 11. 178; Savioli Ann. Bologn. III. 11. 9; Potthast 576. n. 6613.* — « EA QVE PROVIDE. »

3248. — *Laterani 17 Aprilis.*
« (Bartholomaeo) Episcopo Quinqueecclesiensi. » Gaudet quod in studio litterarum profecerit: mandat vero ut ad ecclesiam suam revertatur, cui dispendium ex absentia sua dicitur imminere, ad temporalium et spiritualium administrationem plenarie restitutus, et quae ad episcopale spectant officium libere exequatur: vult autem ut aliquem virum litteratum et probum secum ducat ut sufficientem habeat ex incoepti studii prosecutione proventum. Laterani XV. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 525. fol. 107; Mss. Vallicell. I. 53; Koller Episc. Quinqueeccl. II. 52; Fejér Cod. dipl. III. 1. 308; Theiner Mon. Hungar. I. 28. n. 50; Potthast 576. n. 6615; Horoy H-i opp. omn. III. 765. n. 322.* — « GRATVM NOBIS EST. »

3249. — *Laterani 17 Aprilis.*
« (Laurentio) Episcopo Wratizlaviensi, preposito Glogoniensi (*Potth.* Glogoviensi) et decano Lucitiensi Wratizlaviensis et Gueznensis (*leg.* Gneznensis) diocesum. » Hiis, qui ratione vicinitatis possunt melius indagare, mandat ut inquirant quid saluti L(adislai? Leszek?) ducis Poloniae et christianae fidei profectui magis expediatur, utrum is in Terrae Sanctae subsidium transfretet, an remaneat in subsidium Prutenorum, et si hoc contigerit illi iniungi, agat secundum consilium (Christiani) episcopi Prusciae. Laterani XV. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 532. fol. 108; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 40; Theiner Mon. Polon. I. 12. n. 26; Potthast 576. n. 6616; Horoy H-i opp. omn. III. 766. n. 323.* — « AVDITO QVONDAM QVOD. »

3250. — *Laterani 17 Aprilis.*
(Iohanni) abbati s. Victoris, priori s. Genovefae et succentori Parisiensibus mandat, ut convocatis et auditis partibus de querelis inter decanum et capitulum Remenses ex parte una, et (Blancham) comitissam Campaniae quosdamque alios Remensis, Trecensis et Cathalaunensis diocesum ex altera, occasione nemorum seu quarundam terrarum versatis, appellatione remota, ius dicant et causam

terminent. Laterani XV. Kal. Maii anno quinto — *Teulet Layettes I. 515. n. 443; Jubainville Comtes de Champagne V. 165. n. 1328; Potthast 576. n. 6617.* — « DILECTI FILII DECANVS. »

3251. — *Laterani 18 Aprilis.*
« Episcopo Trecensi et Cisterciensi et sancte Marie Blesensis abbatibus. » Vt sopiendas curent discordias inter regem Francorum et episcopum Parisiensem ortas, ideoque Parisius personaliter accedentes vel ad locum alium opportunum, moneant ipsum regem ut, spretis pravis suggestionibus, ecclesiastica iura divino intuitu illibata conservet, episcopum vero ut quantum sine gravi detrimento iuris ecclesiastici poterit, regiae studeat sublimitati deferre. Laterani XIIII. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 531. fol. 108; Mss. Vallicell. I. 53.* — « INTELLEXIMVS QVESTIONES. »

3252. — *Laterani 19 Apritis.*
« (Iohanni) Strigoniensi Archiepiscopo. » Remittit ei poenam quam incurrit ex facto (Iohannis) Quinqueecclesiensis episcopi, quem Papa, pensata ecclesiae suae utilitate, plenarie restituit: super facto autem (Cosmae) episcopi Geuriensis, ei, poenam commutans, aufert ius confirmandi et consecrandi primum successorem ipsius; ad cuius poenae recompensationem mandat ut contra Sclavos piratas regem Vngariae inducat, et ipse, si opus sit, in persona propria proficiscatur. Laterani XIII. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 537. fol. 109; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 39; Fejér Cod. dipl. III. 1. 309; Theiner Mon. Hungar. I. 28. n. 51; Potthast 576. n. 6618; Horoy H-i opp. omn. III. 767. n. 324.* — « SI TIBI SECVNDVM. »

3253. — *Laterani 20 Aprilis.*
« Archiepiscopo Strigoniensi. » Vt praelatos et clericos suae dioecesis qui ob fraudem commissam in solutione vicesimae laqueum excommunicationis incurrerunt, et quorum nonnulli celebraverunt sic ligati, absolvere possit. Laterani XII. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 538. fol. 110; Theiner l. c. 28. n. 52; Mon. Hungar. Hist. l. c. 178; Fejér l. c. 352; Potthast 577. n. 6622; Horoy H-i opp. omn. III. 771. n. 330.* — « TVA NOBIS FRATERNITAS. »

3254. — *Laterani 20 Aprilis.*
« Archiepiscopo Strigoniensi et abbati de Pelis (Pilis, *Potthast*) Vesprimiensis diocesis. » Vt abbatiam de Wrsagrada (Wisagrade, *Theiner:* Wisegrad, *Potthast*) Vesprimiensis dioecesis de iurepatronatus regis Hungarorum, ubi ab antiquo monachi graeci habentur, in quorum manibus abbatia ipsa in spiritualibus et temporalibus collapsa est, reformandam curent, et, si fieri poterit absque gravi scandalo, ibidem monachos latinos instituant, graecis monachis nunc existentibus ibi provisione congrua toto vitae suae tempore assignata. Dat. ut supra. (Laterani XII. Kal. Maii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 539. fol. 110; Katona Hist. crit. V. 348; Fejér l. c. 310; Theiner l. c. 29. n. 53; cf. Palacky Reise 23. n. 88; Erben Reg. Bohem. I. 299. n. 642; Potthast 576. n. 6619; Horoy H-i opp. omn. III. 770. n. 328.* — « KARISSIMVS IN CHRISTO. »

3255. — *Laterani 20 Aprilis.*
« Archiepiscopo et preposito Strigoniensibus. » Vt, si expedire viderint, et fieri poterit absque iuris alieni praeiudicio, licentiam Posoniensi praeposito tribuant transferendi ecclesiam Posoniensem in munitione castri Posoniensis sitam, in castri eiusdem burgum. Dat. ut supra. (Laterani XII. Kal. Maii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 540. fol. 110; Fejér l. c. 312; Theiner l. c. 29. n. 54; cf. Palacky Reise 23. n. 89; Potthast 557. n. 6623; Horoy H-i opp. omn. III. 772. n. 331.* — « DILECTVS FILIVS. »

3256. — *Laterani 20 Aprilis.*
« Illustri regi Vngarie. » Declarat quod in litteris apostolicis ad eum per Cenadiensem episcopum impetratis suae intentionis non fuit derogare aliquo modo iuri quod ecclesia Strigoniensis habet super decima monetae quae cuditur in Cenadiensi dioecesi, et quam Cenadiensis episcopus sibi solvendam praetendit. Dat. ut supra. (Laterani XII. Kal. Maii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 541. fol. 110; Theiner l. c. n. 55; Fejér l. c. 347; Mon. Hungar. Hist. diplom. VI. 178; Potthast 577. n. 6621; Horoy H-i opp. omn. III. 771. n. 329.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

3257. — *Laterani 20 Februarii.*
« Preposito et clericis plebis sancti Iohannis de Mensoncina. » Senarium clericorum numerum ab episcopo Curiensi loci dioecesano, facultatibus eorum ecclesiae pensatis, statutum confirmat. Laterani XII. Kalendas Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 528. fol. 108.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

3258. — *Laterani 20 Aprilis.*
« Archidiacono Gneznensi, Custodi Pormaniensi et Licitiensi Gneznensis diocesis. » Eos hortatur ut Christi fideles per Poloniam tantum et Pomeraniam constitutos, ad succurrendum noviter baptizatis in partibus Prusciae secundum consilium (Christiani) episcopi Prusciae inducant, et omnibus qui accepta cruce ad succurrendum eis se accinxerint iuxta proprias facultates, eandem peccatorum veniam denuntient indultam, quae proficiscentibus in subsidium Terrae Sanctae concessa est. Laterani XII. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 529. fol. 108; Mss. Vallicell. I. 53; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 8; Theiner Mon. Poloniae I. 13. n. 27; Potthast 576. n. 6620; Horoy H-i opp. omn. III. 769. n. 327.* — « SI PRO VARIETATE. »

3259. — *Laterani 20 Aprilis.*
« Episcopo Parisiensi. » In quaestionibus subortis inter ipsum et Philippum regem Franciae, eius zelum circa defensionem ecclesiastici iuris commendat, eum tamen monet ut pro tuendis iuribus ecclesiasticis sine gravi ecclesiae detrimento studeat regiae sublimitati deferre et in spiritu lenitatis procedat. Laterani XII. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 530. fol. 108; Mss. Vallicell. I. 53.* — « AD SOPIENDVM QVESTIONES. »

3260. — *Laterani 20 Aprilis.*
« Archiepiscopo Remensi. » Eius precibus annuens statuit in kalendis Novembris terminum visitandi Sedem Apostolicam ad quod singulis biennis ipse tenetur. Laterani XII. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 544. fol. 110; Horoy H-i opp. omn. III. 768. n. 325.* — « SVPPLICASTI NOBIS VT. »

3261. — *Laterani 20 Aprilis.*
« Abbati du Duzo[illegible]e (*Horoy* Duzaire) et priori Lingonie Claromontensis et Mimatensis diocesum et penitentiario Claromontensi. » Vt Armandum sacristam Agathensem inducant in possessionem praepositurae Anitiensis ecclesiae, quam ei contulit Portuensis episcopus Apost. Sed. Legatus, et contradictores, si qui fuerint, per censuram ecclesiasticam compescat. Laterani XII. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 558. fol. 113; Horoy H-i opp. omn. III. 768. n. 326.* — « CVM VENERABILIS FRATER. »

3262. — *Laterani 21 Aprilis.*
« Archiepiscopo Magdeburgensi. » Vt vel in Livoniam vel in Terram Sanctam pergat votum suum impleturus. Laterani XI. Kalendas Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 535. fol. 109.* — « EX PARTE TVA. »

3263. — *Laterani 21 Aprilis.*

« Vniversis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis. » Concedit indulgentiam quadraginta dierum visitantibus ecclesiam sancti Thomae de Ozzech ordinis Cisterciensis die ipsius dedicationis, seu in eius dedicationis anniversario, cum reliquias sanctorum martyrum Cosmae, Sebastiani et Fabiani ac Cipriani et beatae Petronillae et aliorum sanctorum illuc eo die duxerit transferendas et ibi cum digna veneratione condantur. Laterani XI. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 536. fol. 109; Mss. Vallicell. I. 51. p. 515.* — « Cvm ecclesie sancti. »

3264. — *Laterani 22 Aprilis.*

« Siffrido archidiacono Pataviensi. » Concedit ei et L. duci Austriae ut in ecclesia sancti Georgii in Wirgensdorf in qua idem dux est patronus ut collegium duodecim canonicorum et unum praepositum facere possint, cum ipse dux ad ampliandos redditus quaedam bona contulit, et ipse quoque centum marcas et totum patrimonium suum ei largitus est non percepturus usque ad decennium aliquid in eadem. Laterani X. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 533. fol. 109.* — « Cvm a nobis. »

3265. — *Laterani 22 Aprilis.*

« Archipresbytero et clericis ecclesie de Sarzana. » Quinarium clericorum numerum ab episcopo Terdonensi loci dioecesano in eorum ecclesia, ipsius facultatum tenuitate pensata, statutum confirmat. Laterani X. Kal. Maii anno quinto. *Reg. Vat. lib. 5. epist. 534. fol. 109.* — « Ivstis petentivm. »

3266. — *Laterani 22 Aprilis.*

« Abbati et conventui Casemarii. » Concedit ut possessiones ab eis emptas ex pecunia a Papa data, a cuiuslibet alterius iurisdictione tamquam ad Romanam Ecclesiam immediate spectantes, habeant liberas et immunes. Laterani X. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 545. fol. 110.* — « Etsi neqveamvs. »

3267. — *Laterani 22 Aprilis.*

« Decano et capitulo Lichefeldensibus. » Confirmat concessionem episcopi Coventrensis loci dioecesani, videlicet quod, cum aliquem concanonicorum mori contigerit, fructus praebendae ipsius per annum sequentem a die obitus pro defuncti ipsius exequiis libere convertantur, reservata congrua pensione pro vicario qui defuncti loco interim in ecclesia eorum deserviet. Dat. ut supra. (Laterani X. Kal. Maii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 546. fol. 111; Wilkins Concil. I. 597; Potthast 577. n. 6624; Horoy H-i opp. omn. III. 772. n. 332.* — « Ivstis petentivm. »

3268. — *Laterani 22 Aprilis.*

« Vniversis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis. » Ad instantiam ducis Saxoniae in praesentia Papae constituti concedit indulgentiam visitantibus ecclesiam sancti Georgii martyris in Heltelinge Halberstatensis dioecesis die solemnitatis eiusdem, illis videlicet qui faciunt solemnes poenitentias quae Carenae vulgariter appellantur. Laterani X. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 548. fol. 111; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Dilectvs filivs. »

3269. — *Laterani 22 Aprilis.*

« I. canonico Novariensi. » Committitur ei causa inter praepositum sancti Albani et A. clericum Mediolanensis dioecesis super quadam praebenda in ecclesia sancti Stephani de Marliano. Laterani X. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 550. fol. 111.* — « Dilectvs filivs. »

3270. — *Laterani 22 Aprilis.*

« (Mathildae) Abbatisse monasterii sanctorum Anastasii et Innocentii in Gandẽsen.

(*Lünig* Gandesheim) eiusque sororibus regulariter substituendis in perpetuum. » Ad exemplar plurium Summorum Pontificum eas sub protectione recipit, eorumque possessiones et privilegia confirmat. Laterani per manum Willelmi sanctae Rom. ecclesiae vicecancellarii X. Kal. Maii Indict. VIIII. Incarnat. Domin. an. MCCXXII. (sic) Pontificatus Honorii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 551. fol. 111; Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs.-Arch. XVIII.) c. VII. Aebtiss. 46; Harenberg Hist. eccl. Gandersh. 751; Leibnitii Scrip. rer. Brusv. II. 337; Potthast 577. et 578. n. 6634;* (*sub die 27 Aprilis et cum initio:* Cum dilectae); *Horoy H-i opp. omn. III. 781. n. 345. (27 Aprilis).* — « PRVDENTIBVS VIRGINIBVS. »

3271. — *Laterani 22 Aprilis.*

« Preposito et capitulo ecclesie sancti Pamphili Sulmonensis. » Duodecimum canonicorum numerum ab ipsis, Valvensis episcopi loci dioecesani accedente consensu, statutum confirmat. Laterani X. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 570. fol. 114; Vghelli Ital. Sac. I. 1371; Potthast 577. n. 6625; Horoy H-i opp. omn. III. 773. n. 333.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3272. — *Laterani 22 Aprilis.*

« Abbati sancti Victoris Massiliensis et preposito Aquensi. » Vt contra cives Massilienses locantes domos suas contiguas monasterio monialium sancti Salvatoris Massiliensis meretricibus publicis et aliis turpibus et inhonestis usibus, inquisita plenius veritate, statuant quod canonicum fuerit. Laterani X. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 578. fol. 115; Horoy H-i opp. omn. III. 774. n. 334. ex mss. du Theil.* — « QVERELAM ABBATISSE. »

3273. — *Laterani 23 Aprilis.*

« Vniversis ecclesiarum prelatis Strigoniensis et Vesprimiensis diocesum. » Prohibet quominus excommunicatos et interdictos de parrochia praepositurae Posoniensis admittant ad divina. Laterani VIIII. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 542. fol. 110; Theiner Mon. Hungar. I. 29. n. 56; Mon. Hung. hist. dipl. VI. 179; cf. Fejér Cod. dipl. III. 1. 352; Potthast 577. n. 6628; Horoy H-i opp. omn. III. 775. n. 337.* — « DILECTVS FILIVS. »

3274. — *Laterani 23 Aprilis.*

« Capitulo et clero civitatis et diocesis Strigoniensis. » Nuntiat se archiepiscopum Strigoniensem ad omnia spiritualia et temporalia plenarie restituisse, eo dumtaxat excepto quod ipsum confirmandi et consecrandi primum successorem eius quem ordinavit in Geuriensem episcopum non habeat potestatem, ideoque ipsi humiliter et devote obediant. Laterani VIIII. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 543. fol. 110; Fejér l. c. 371; Theiner l. c. 30. n. 57; Potthast 577. n. 6629; Horoy H-i opp. omn. III. 776. n. 338.* — « ECCLESIE STRIGONIENSIS VTILITATE. »

3275. — *Laterani 23 Aprilis.*

« Capitulo ecclesie de Luchefeld. » Electionem decani ab episcopo Coventrensi eis concessam confirmat. Laterani VIIII. Nonas (sic) Maii anno quinto. *Haec diei nota certe falsa est. Puto quod amanuensis scribere debuisset VIII Kalendas.* — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 547. fol. 111;* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3276. — *Laterani 23 Aprilis.*

« Abbati, priori et thesaurario Sancti Martini Ruricurtensis Belvacensis diocesis. » Super causa matrimonii inter Iohannem de Dompno bono nomine Aelidis filiae suae et Gualterium de Villa novata Trecensis dioecesis, in qua praepositus Suessionensis et coniudices sui, advocatis partis adversae in assessores assumptis, in dictum Iohannem

sententiam excommunicationis protulerunt, mandat ut ipsi, huiusmodi sententiam in irritum habentes, hanc causam audiant et terminent. Laterani VIIII. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 549. fol. 111; Horoy H-i opp. omn. III. 777. n. 340.* — « IOHANNES DE DOMPNO BONO. »

3277. — *Laterani 23 Aprilis.*

« Abbati et conventui de Winchelcumb. » Libertates et antiquas et approbatas consuetudines una cum bonis eorum et privilegiis de decimis non solvendis eis confirmat. Laterani VIIII. Kalendas Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 555. fol. 112.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

3278. — *Laterani 23 Aprilis.*

« De Melros et de Neubotle abbatibus et priori de Melros Cisterciensis ordinis Glasguensis et sancti Andree diocesum. » Vt R. pauperi presbytero, qui per mensem in monasterio quodam ordinis Cisterciensis in probatorio cum novitiis commoratus fuit, dent optionem an velit Domino in monasterio aliquo famulari, vel malit in saeculo ramanere. Laterani VIIII. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 577. fol. 115; Theiner Mon. Hiber. 20. n. 47; Potthast 377. n. 6626; Horoy H-i opp. omn. III. 774. n. 335.* — « SIGNIFICAVIT NOBIS R. »

3279. — *Laterani 23 Aprilis.*

« Priori et Conventui Lateranensibus. » Statuit ut contra ecclesiam Lateranensem sicut contra Romanam Ecclesiam, secundum constitutiones canonicas, nonnisi centenaria currat praescriptio. Laterani VIIII. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 699. fol. 140; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 37; Cherubini Bullar. I. 80; Bull. Roman. ed. Taur. III. 379. n. 53; Decret. H-i III. lib. 2. tit. 17.* De praescript. *c. 1. ed. Ciron. 155; Potthast 577. n. 6627; cf. Horoy H-i opp. omn. III. 775. n. 336.* — « SEDIS APOSTOLICE CIRCVMSPECTIO. »

3280. — *Laterani 23 Aprilis.*

« Episcopo et capitulo Cabilonensibus. » Vt M. de Belna subdiaconum recipiant in canonicum et fratrem « iuxta primi mandati nostri tenorem, » alioquin dat in mandatis episcopo Eduensi et archidiacono Belnensi Eduensis dioecesis ut eos ad id per censuras ecclesiasticas compellant. Laterani VIIII. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 722. fol. 143; Horoy H-i opp. omn. III. 776. n. 339.* — « CVM OLIM NOBIS. »

3281. — *Laterani 24 Aprilis.*

« Archiepiscopo Viennensi. » Vt I(ohannem) decanum ecclesiae Maurianensis a capitulo eiusdem ecclesiae in episcopum electum, si idoneum invenerit ad onus pontificalis officii et maior et sanior pars ipsius capituli consenserint in eundem, confirmet. Laterani VIII. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 553. fol. 112; Gallia Christ. XVI. instr. 304; Potthast 577. n. 6630; Horoy H-i opp omn. III. 778. n. 341.* — « DILECTI FILII CAPITVLVM. »

3282. — *Laterani 24 Aprilis.*

« Ranuzio abbati monasterii sancti Salvatoris Reatine diocesis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Eos sub protectione recipit, possessiones quas enumerat confirmat ac privilegia concedit. Laterani VIII. Kal. Maii per manum Willelmi Sanctae Romanae Ecclesiae vicecancellarii an. MCCXXI. Pontificatus Honorii PP. III. anno quinto. — *Ex Instrumento autentico Arch. Vat. Arm. XI. cap. 9.* — « RELIGIOSAM VITAM. »

3283. — *Laterani 24 Aprilis.*

Abbati et conventui S. Mariae ad Martyres dioc. Treverens. ea, quae a Theoderico Treve-

rensi archiepiscopo et eius successoribus super eorum monasterio in fundatione et alias statuta sunt, confirmat. Laterani VIII. Kal. Maii anno quinto. — *Mittelrheinisches UB. III. 145. n. 167. non integra; Potthast App. p. 2091. n. 6630a-26072; Horoy H-i opp. omn. III. 779. n. 342.*

3284. — *Laterani 25 Aprilis.*

« Hermanno sacriste Agathensi. » Praepositurain Anitiensis ecclesiae quam ei contulit Con(radus) Portuensis episcopus Apost. Sedis Legatus, pensatis obsequiis quae tribuit sibi et aliis Apost. Sedis Legatis qui ad partes accesserunt Provinciae, et precibus annuens B(ertranni) tit. sanctorum Iohannis et Pauli et P(etri) sancti Georgii ad Velum aureum Cardinalium qui eum familiari conversatione noverunt, eidem confirmat. Laterani VII. Kal. Apr. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 552. fol. 112.* — « APOSTOLICE SEDIS. »

3285. — *Laterani 25 Aprilis.*

« Priorisse ac conventui Sancti Xisti de Vrbe. » Quum ecclesia sanctae Mariae in Tempore adeo in spiritualibus sit collapsa et in temporalibus diminuta, quod nequaquam ibi abbatissa et moniales ipsius possint commode remanere: abbatissam et moniales omnes easdem, necnon maiorem partem monialium sanctae Bibianae, de voluntate ipsarum, una cum bonis earumdem ad ipsum monasterium sancti Xisti transfert, exceptis tamen bonis quae monasterium sanctae Bibianae in tenimento Anguillariae dumtaxat possidet. Laterani VII. Kal. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 556. fol. 113; Mss. Vallic. I. 53. et I. 51. p. 515; Ripolli Bull. Praedicat. I. 13. n. 23; Torriggio Hist. della veneranda Imagine di M. Vergine posta nella Chiesa de' santi Sisto e Domenico XV. 43; Potthast 577. n. 6631; Horoy H-i opp. omn. III. 779. n. 343.* — « ETSI ECCLESIARVM OMNIVM. »

3286. — *Laterani 25 Aprilis.*

Capitulo S. Andreae ecclesiam in Humbeln confirmat. Laterani VII. Kalendas Maii anno quinto. — *Lang Regesta II. 118; Potthast 578. n. 6632.*

3287. — *Laterani 26 Aprilis.*

« Capitulo Bononiensi. » Vt molestatores et iniuriatores suos ac detentores rerum et iurium suorum in civitate et dioecesi Bononiensi excommunicare et absolvere possint. Laterani VI. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 625. fol. 123.* — « PRONE VESTRE DEVOTIONIS. »

3288. — *Laterani 27 Aprilis.*

« Abbati et conventui de Melduno (*in e. l.* Meleduno). » Vt super scolis in Burgo de Melduno per eos habitis a tempore cuius memoria non existit nemo eos molestet. Laterani V. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 554. fol. 112.* — « EX INSINVATIONE. »

3289. — *Laterani 27 Aprilis.*

« Madeburgensi (*rectius in e. l.* Magdeburgensi) archiepiscopo. » Concedit ut cum dies dedicationis ecclesiae sanctae Mariae Magdeburgensis occurrat eo tempore quo in civitate Magdeburgensi nundinae celebrantur ac propter hoc gravibus oneretur expensis, ad alium diem illam festivitatem transferre possit. Laterani V. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 563. fol. 113; Rodenberg Ep. Sel. 119. n. 171.* — « DILECTI FILII. »

3290. — *Laterani 27 Aprilis.*

« Raceburgensi episcopo. » Vt Petrum canonicum excommunicatum quia Ottonem imperatorem ab Innocentio Papa (III) excommunicatum in benedictione cerei publice nominavit et postmodum redarguitum culpam suam humiliter recognovit, absolvat. Dat. ut supra. (Laterani V. Kal. Maii anno

quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 564. fol. 114.* — « LITTERE TVE. »

3291. — *Laterani 27 Aprilis.*

« Abbati et priori Sancti Augustini Cantuariensis. » Indulget ne de causis cognoscere compellantur eis de cetero a Sede Apostolica delegandis, nisi forte in commissionis litteris de indulgentia huiusmodi mentio habeatur. Laterani V. Kalendas Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 567. fol. 114.* — « CVM SICVT EXHIBITA. »

3292. — *Laterani 27 Aprilis.*

« Abbati et conventui monasterii de Theokesbiri. » Vt ecclesias et ecclesiastica beneficia a Lucio Papa et a N. Landavensi et B. Exoniensi episcopis eorum monasterio in usus proprios et ad fratrum sustentationem collata recipere possint cum vacaverint. Laterani V. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 607. fol. 121.* — « CVM INSTANTIA NOSTRA. »

3293. — *Laterani 27 Aprilis.*

« P(andulfo) Norwicensi electo Camerasio nostro Apost. Sedis Legato. » Vt de ducentis quinquaginta marchis quas apud eum rex Angliae deposuit, Iacobo Siccaficoro civi Romano centum quinquaginta assignet. Laterani V. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 623. fol. 123.* — « CVM DE DVCENTIS. »

3294. — *Laterani 27 Aprilis.*

Praepositum et conventum monasterii in Hundestorf tuendos suscipit, specialiter autem ecclesiam de Glanardorf ab (Ottone) episcopo Frisingensi collatam confirmat. Laterani IV. Kal. Maii anno quinto. — *Mon. Boica X. 246; Hondt. Vrk. des Kl. Indersdorf I. 24. n. 46; Lang Regesta II. 118. (qui pro* praepositum *habet* abbatem, *et pro* in Hundestorf, *scribit* Indersdorfensis); *Potthast 578. n. 6633. repet. n. 6635. et in Append. p. 2091; Horoy H-i opp. omn. III. 780. n. 344.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

3295. — *Laterani 28 Aprilis.*

« (Andreae) Illustri regi Vngarie. » Ne impediat quominus christiani tam servi quam liberi e Sarracenorum manibus abstrahantur, cum indignum sit Christi caractere ac vocabulo insignitos in inimicorum fidei christianae manibus et potestate relinqui. Laterani IIII. Kalendas Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 560. fol. 113; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 39; Horoy H-i opp. omn. III. 783. n. 349.* — « CVM MVLTITVDO SARRACENORVM. »

3296. — *Laterani 28 Aprilis.*

« (Andreae) Illustri Regi Vngarie. » Eum rogat et hortatur ut de possessionibus decedentium sine liberis, quae ad eius demanium devolvuntur, seu de quibuslibet aliis ad ipsum quocumque titulo pertinentibus, decimas solvendas curet ecclesiis, ad quas pertinere noscuntur, nec communicet excommunicatis a suis dioecesanis, sed usque ad satisfactionem ipsos evitet, nec impediat vel impediri permittat quominus christiani tam servi quam liberi de Sarracenorum manibus abstrahantur. Vt supra. (Laterani IIII. Kal. Maii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 561. fol. 113; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 39; Katona Hist. crit. V. 356; Fejér Cod. dipl. III. 1. 313; Theiner Mon. Hungar. I. 30. n. 59; Potthast 578. n. 6640; Horoy H-i opp. omn. III. 783. n. 349. (III. Kal. Maii).* — « CVM REX REGVM. »

3297. — *Laterani 28 Aprilis.*

« Archiepiscopo Cantuariensi Sancte Rom. Ecclesie Cardinali et Suffraganeis eius. » Vt guerram, quae pullulare incipit in Anglia, sedandam curet, pacisque perturbatores spirituali et temporali districtione

compescat. Laterani IIII. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 573. fol. 115; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 48.* — « Et si appetenda. »

Scriptum est super hoc Baronibus Anglie, Cantuariensi? Eboracensi Archiepiscopis (et Suffraganeis suis: *Rymer Foedera I. 1. 86; Potthast 578. n. 6643; Horoy H-i opp. omn. III. 778. n. 353. die 29 Aprilis*), et Episcopo Wintoniensi. — *Cod. Vat. l. c.*

3298. — *Laterani 28 Aprilis.*

« R. Decano Lichefeldensi Vicecancellario Karissimi in Christo filii nostri Regis Anglorum illustris. » Laudabilibus testimoniis attendens regis Anglorum, archiepiscopi Cantuariensis sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, episcopi Saresbiriensis et aliorum, nec non precibus Cardinalium G(ualae) tituli sancti Martini, S(tephani) basilicae sanctorum Apostolorum, et R(ainerii) sanctae Mariae in Cosmidin concedit ut aliud beneficium, praeter ea quae iam obtinet, recipere possit. Laterani IIII. Kalendas Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 595. fol. 118.* — « Qvia gratia datvr. »

3299. — *Laterani 28 Aprilis.*

Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum ecclesiam S. Mariae Fani Iovis eis a (Fulcone) episcopo Tolosano donatam confirmat. Laterani IV. Kal. Maii anno quinto. — *Bern. Guidonis Hist. fundat. convent. Praedic. ap. Martene Ampl. collect. VI. 450; Ripolli Bullar. Praedic. VII. 4. n. 37; Gallia christ. XIII. instr. 248; Potthast 578. n. 6636; Horoy H-i opp. omn. III. 782. n. 346.* — « Cvm a nobis. »

3300. — *Laterani 28 Aprilis.*

Capitulo Trigestino, cui (Conradus) episcopus Trigestinus annuum redditum vini dimiserat et quandam decimam in Trigestina civitate ad episcopalem mensam spectantem donaverat, haec confirmat. Laterani IV. Kal. Maii anno quinto. — *Kandler Cod. dipl. Istr. ad a. 1221; Potthast 578. n. 6638.* — « Ivstis petentivm desideriis. »

3301. — *Laterani 28 Aprilis.*

(Yolen) reginam Vngariae rogat et monet, ne impediat nec a suis impediri permittat, quominus christiani tam servi quam liberi de manibus Saracenorum abstrahantur. Laterani IV. Kal. Maii anno quinto. — *Katona Hist. crit. V. 355; Fejer Cod. dipl. III. 1. 312; Theiner Mon. Hungar. I. 30. n. 58; Potthast 578. n. 6639; Horoy H-i opp. omn. III. 783. n. 348. (III. Kal. Maii).* — « Cvm mvltitvdo Saracenorvm. »

3302. — *Laterani 29 Aprilis.*

« A. Pictavensi Archidiacono. » Concedit liberam facultatem corrigendi excessus subditorum suorum, prout ad eum pertinet. Laterani III. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 565. fol. 114; Horoy H-i opp. omn. III. 788. n. 356.* — « Et si svperflvvm. »

3303. — *Laterani 29 Aprilis.*

« Episcopo Pictavensi. » Concedit ut iuxta desiderium A. archipresbyteri et nobilis viri Maengotti et aliorum clericorum et laicorum de Metulo in ecclesia ubi corpus beati Saviniani martyris sepultum est, ad locum personaliter proficiscens, rei circumstantiis circumspectis, canonicam saecularem instituat, sine iuris praeiudicio alieni. Laterani III. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 566. fol. 114; Horoy H-i opp. omn. III. 789. n. 357.* — « Dilecti filii A. »

3304. — *Laterani 29 Aprilis.*

« Episcopo Dunelmensi Karissimi in Christo filii Angliae regis illustris Cancellario. » Vt R. de Berneval et alios clericos rectores ecclesiarum suae dioecesis qui uxores duxerant privet beneficiis ecclesiasticis. Laterani III. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 569. fol. 114; Mss. Valli-*

cell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 48. — « Ex parte tva. »

3305. — *Laterani 29 Aprilis.*
« G. Minduniensi canonico. » Dispensatur cum eo super defectu natalium, quum de diacono genitus sit et de concubina, ut possit promoveri ad diaconatus ordinem et beneficium ecclesiasticum obtinere. Laterani III. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 571. fol. 114.* — « In iniqvitatibvs. »

3306. — *Laterani 29 Aprilis.*
« Archiepiscopo et Capitulo Remensibus. » Elemosynas conferentibus pro construenda eorum ecclesia in honorem beatae Mariae Virginis, quae iam aedificari a fundamentis incoepit et structura egregia et adeo dispendiosa consurgit, indulgentias viginti dierum concedit. Laterani III. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 574. fol. 115; Mss. Vallic. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 789. n. 358.* — « Ex parte vestra. »

3307. — *Laterani 29 Aprilis.*
« Archiepiscopo Remensi. » Vt absolvere possit ab excommunicationis sententia religiosos et alios qui fraudem circa vicesimam commiserunt, vel violentas manus iniecerunt, et concubinarios excommunicatos a G. tit. sancti Martini presbytero Cardinali, dum in partibus illis legationis officio fungebatur, et quosdam alios per abbates seu priores suos excommunicatos pro inobedientiae vitio et aliis transgressionibus monasticae disciplinae, proviso vero ut unusquisque pro culpa sua satisfaciat competenter, et quorum esset gravis et enormis excessus, illos mittat ad Sedem Apostolicam absolvendos. Laterani III. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 575. fol. 115; Horoy H-i opp. omn. III. 786. n. 352.* — « Significasti nobis. »

3308. — *Laterani 29 Aprilis.*
« Iocelino et Guiardo archidiaconis et cantori Trecensibus. » Vt presbyteros de falso convictos aut confessos ab officio beneficioque suspendat et ad Papam cum litteris rei seriem continentibus venire compellat. Laterani III. Kalendas Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 576. fol. 115; Horoy H-i opp. omn. III. 790. n. 359.* — « Venerabiles fratres nostri. »

3309. — *Laterani 29 Aprilis.*
« Archiepiscopo Burdegalensi et suffraganeis eius. » Vt Iudaei compellantur iuxta praescriptiones in concilio generali editas signa deferre ut a christianis distinguantur, nec eisdem publica officia exercenda committantur, ne servi dominis dominentur, vel christianos opprimere possint. Laterani III. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 580. fol. 116; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 48; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 380. n. 54; Potthast 578. n. 6641; Horoy H-i opp. omn. III. 784. n. 350.* — « Ad nostram noveritis. »

3310. — *Laterani 29 Aprilis.*
« S. Archiepiscopo Bituricensi. » Vt praebendas vacaturas possit cum consensu maioris partis capitulorum conferre. Laterani III. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 584. fol. 116.* — « Ex parte tva. »

3311. — *Laterani 29 Aprilis.*
« Eidem. » Concedit ut praebendas quas vacare contigerit eo quod qui illas obtinent in ecclesiis residere non possunt, et eas resignare differunt, ad liberam et spontaneam resignationem illorum qui eas obtinent in ecclesiis ipsi lege dioecesana subiectis personis idoneis conferre possit. Dat. ut supra. (Laterani III. Kal. Maii anno quinto). —

Reg. Vat. lib. 5. epist. 585. fol. 116; Horoy H-i opp. omn. III, 794. n. 366. — « Cvm freqventer contingat. »

3312. — *Laterani 29 Aprilis.*
« Wintoniensi episcopo et nobilibus viris H. de Burgŏ Iusticiario, R. comiti Cestrie, Willelmo Briguere, et aliis consiliariis karissimi in Christo filii nostri H(enrici) regis Anglorum illustris. » Vt castra Gaurde et Eschaete, a pluribus, domino invito, occupata, revocent ad eiusdem regis manus. Laterani III. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 587. fol. 117; Mss. Vallicell. I. 53. Rymer Foedera I. 1. 86; Potthast 578. n. 6642; Horoy H-i opp. omn. III. 785. n. 351.* — « Cvm Karissimvs in. »

3313. — *Laterani 29 Aprilis.*
« Nobili viro Ph(ilippo) de Albiniaco. » Mandat ne iter transfretationis sine Papae licentia arripiat, sed Henrico regi Angliae assistens, eum moribus et salubribus disciplinis instruat. Dat. ut supra. (Laterani III. Kal. Maii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 588. fol. 117; Mss. Vallic. I. 53.* — « Gratvm gerimvs. »

3314. — *Laterani 29 Aprilis.*
« Ecelino de Romano. » Eius personam sub protectione recipit et bona confirmat, videlicet Guticum cum curia sua, tres villas cum Pudissolo, Villarazo, Lorlea, Ramone, Castillione et cum iis quae habet in Angarano eiusque districtu, eique indulget ut in loco apud quem elegerit commorari, liceat, cum generale terrae fuerit interdictum, clausis ianuis, non pulsatis campanis et excommunicatis et interdictis exclusis, divina celebrare. Laterani III. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 590. fol. 117; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 50.* — « Sacrosancta romana ecclesia. »

3315. — *Laterani 29 Aprilis.*
« (Henrico) Argentinensi episcopo. » Vt ecclesias a vexationibus advocatorum defendat, inhibens ut si quas advocatias ei de cetero vacare contigerit, nulli eas conferre praesumat, sed ecclesiae suae usibus studeat applicare, cavens nihilominus ne una ecclesia plures advocatos assumat nec aliquem in advocatia succedere adoptionis iure permittat. Laterani III. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 610. fol. 121; Mss. Vallicell. I. 53; Schoepflin Alsat. dipl. I. 341. n. 318; Potthast 578. n. 6644; Horoy H-i opp. omn. III. 793. n. 365.* — « Dilecti filii capitvlvm. »

3316. — *Laterani 29 Aprilis.*
« Archiepiscopo Bituricensi. » In recompensatione oneris quod subiit occasione quaestionis quam cum Guidone de Insula subdiacono et capellano pontificio super provisione ipsius habuit, indulget ut ad nullius provisionem tempore ipsius Papae invitus cogi possit. Laterani III. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 614. fol. 122; Horoy H-i opp. omn. III. 787. n. 354.* — « Apostolice sedis benignitas. »

3317. — *Laterani 29 Aprilis.*
« Eidem. » Vt tribus viris idoneis et ei et ecclesiae suae plurimum necessariis, plura beneficia, statuto generalis concilii non obstante, conferre possit. Dat. ut supra. (Laterani III. Kal. Maii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 615. fol. 122; Horoy H-i opp. omn. III. 788. n. 355.* — « Tva nobis fraternitas. »

3318. — *Laterani 29 Aprilis.*
« Eidem » Ei contra haereticos profecturo concedit ut procurationes ratione visitationis ipsi debitas, quamdiu in illis partibus moram fecerit, recipere possit. Laterani III. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 617. fol. 122; Mss. Vallic. I. 53;*

Horoy H-i opp. omn. III. 791. n. 361. — « Cvm tibi contra. »

3319. — *Laterani 29 Aprilis.*

« Eidem. » Vt presbyteros et clericos inutiles pro negotio Terrae Sanctae, qui Crucem improvide susceperunt, absolvat, ita tamen quod singuli singulos, vel duo unum, pro se illuc bellatores mittant. Laterani III. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat lib. 5. epist. 619. fol. 123; Horoy H-i opp. omn. III. 792. n. 363.* — « Ex parte tva. »

3320. — *Laterani 29 Aprilis.*

« Magistro S. clerico Bituricensis archiepiscopi. » Vt praeter beneficium habens curam animarum annexam, quod nunc habet, aliud, si ei canonice offeratur, obtinere possit, cum illud ultra summam centum solidorum Turonensium nunquam ipsi valeat annuatim. Dat. ut supra. (Laterani III. Kal. Maii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 620. fol. 123; Horoy H-i opp. omn. III. 793. n. 364.* — « Ad exhibendvm tibi. »

3321. — *Laterani 29 Aprilis.*

« Hildesemensi episcopo. » Vt Arnoldum presbyterum ab eo excommunicatum ac deinde depositionis sententia perculsum pro eo quod in loco interdicto quibusdam excommunicatis praesumpserat celebrare, a quibus iam graviter vulneratus fuerat, quum reatum suum humiliter recognoverit, misericorditer tractet; interim attendens quod si a solo episcopo presbyter ordinetur nequaquam potest a solo deponi secundum canonicas sanctiones, latam in eum depositionis sententiam decernit esse nullam. Dat. ut supra. (Laterani III. Kalendas Maii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 621. fol. 123.* — « Litteras tvas. »

3322. — *Laterani 29 Aprilis.*

« Decano et capitulo sancti Castoris in Confluentia Treverensis diocesis. » Vt Alatrino subdiacono et capellano Papae fructus praeposituraе eidem ad Papae mandatum, prout in litteris Maguntino, Treverensi et Coloniensi archiepiscopis continebatur, collatae integre persolvant, alioquin archiepiscopo Coloniensi dat in mandatis ut eos per censuras ecclesiasticas ad id compellat. Laterani III. Kal. Martii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 624. fol. 123.* — « Cvm nos prepositvram. »

3323. — *Laterani 29 Aprilis.*

« Abbati et conventui de Theokesbiry. » Libertates ab exactione synodalium, consuetudinis pascalis et aliarum praestationum a W. et H. episcopis Landavensibus eorum parrochiali ecclesiae beatae Mariae de Kerdif cum omnibus capellis ad eandem pertinentibus concessas confirmat. Laterani III. Kalendas Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 631. fol. 125.* — « Ivstis petentivm. »

3324. — *Laterani 30 Aprilis.*

« Vniversis Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint per Cantuariensem provinciam constitutis. » Elemosynas elargientibus in reparationem ecclesiae sancti Augustini Cantuariensis indulgentiam decem dierum concedit. Laterani II. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 685. fol. 114. Mss. Vallicell. I. 53.* — « Qvoniam vt ait. »

3325. — *Laterani 30 Aprilis.*

« Vniversis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis. » Ad instantiam comitis Ascariae in Papae praesentia constituti concedit indulgentiam viginti dierum visitantibus ecclesiam sanctae Mariae de Goswic pro singulis eiusdem beatae Virginis festivitatibus. Laterani II. Kalendas Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 579. fol. 115; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Dilectvs filivs. »

3326. — *Laterani 30 Aprilis.*
« Archiepiscopo Bituricensi. » Committit ei ut in ecclesiis tam regularibus quam saecularibus sibi lege dioecesana subiectis corrigat quae viderit corrigenda. Laterani II. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 581. fol. 116; Horoy H-i opp. omn. III. 796. n. 370.* — « GERENTES DE TVA. »

3327. — *Laterani 30 Aprilis.*
« Eidem. » Vt eos qui manus violentas iniecerunt, clericos concubinarios excommunicatos, et eos qui excommunicati aut interdicti sacros ordines susceperunt vel in divinis officia celebrarunt absolvere possit. Laterani II. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 616. fol. 122; Horoy H-i opp. omn. III. 791. n. 360. (29 Aprilis).* — « VT OPERVM EXHIBITIONE. »

3328. — *Laterani 30 Aprilis.*
« Eidem. » Vt colligat vicesimam proventuum illorum qui contra prohibitionem Apostolicae Sedis in Angliam transierunt, et illa quae residua sunt de truncorum pecunia et de clericorum vicesima, atque Papae fideliter summam intimet. Laterani II. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 618. fol. 123; Horoy H-i opp. omn. III. 792. n. 369. (29 Aprilis).* — « SVPPLICASTI NOBIS VT. »

3329. — *Laterani 30 Aprilis.*
« Capitulo et clero civitatis et diocesis Cenomanensibus. » Vt eorum episcopo, cui sententiam suspensionis latam ab archiepiscopo Turonensi relaxavit, obediant. Laterani II. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 622. fol. 123; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 796. n. 369.* — « NOVERITIS QVOD AD. »

3330. — *Laterani 30 Aprilis.*
« Magistro Alexandro Nolano. » Vt Stephano Bobonis de Maximo, Iohanni Carsolino, Stephano Cafarello, haeredibus quondam Leonardi Pizolini et Nycolai Octaviani Sabaccarii, et eorum sociis civibus Romanis triginta et quinque marcas sterlingorum a Nicolao et Leonardo tunc in partibus Angliae constitutis praedictorum universorum nomine eidem fiducialiter commendatas restituat. Laterani II. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 630. fol. 125.* — « DILECTI FILII. »

3331. — *Laterani 30 Aprilis.*
« (Simoni) Archiepiscopo Bituricensi. » Absolvitur a praestatione pensionis triginta librarum parisiensium eidem impositae favore Guidonis de Insula subdiaconi et capellani Papae, quum is litteris apostolicis et iuri quod ex eisdem sibi competebat vel competere poterat, renutiaverit et litteras ipsas irritas et inanes decernit. Laterani II. Kal. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 733. fol. 147; Horoy H-i opp. omn. III. 796. n. 371.* — « CVM TIBI DEDISSEMVS. »

3332. — *Laterani 30 Aprilis.*
Monasterii in Sitanstetin protectionem suscipit, specialiter autem ecclesias, possessiones, vineas, nemora et alia bona, sicut ea iuste ac pacifice possidet, ei confirmat. Laterani II. Kal. Maii anno quinto. — *Raab UB. von Seitenstetten (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXIII). 36; Potthast 578. n. 6645; Horoy H-i opp. omn. III. 795. n. 368.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

3333. — *Laterani 30 Aprilis.*
Abbatem et conventum S. Augustini Cantuariensis cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem ecclesiam de Sellinges, praebendam ecclesiae de Guceston ad usus camerae et ecclesias de Lenham et de Cistelet ad usus refectorii confirmat. Laterani II. Kal. Maii anno quinto. — *Dugdale Monast. Anglic. I. 137; Potthast 578. n. 6646; Horoy H-i opp. omn. III. 797. n. 372.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

3334. — *Laterani 30 Aprilis.*
Canonicos ecclesiae S. Mariae Virg. in Cossewiz (Cocwich, *Horoy*) Brandenburg. dioc. cum omnibus bonis sub B. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem villam Lozeke cum pertinentiis suis ac alia bona confirmat. Laterani II. Kal. Maii anno quinto. — *Beckmann Historie des Fürstenth. Anhalt I. 314; vide Potthast 578. n. 6647; Heineman Cod. Anhalt. p. 43. n. 50; Horoy H-i opp. omn. III. 794. n. 367.* — « CVM A NOBIS. »

3335. — *Laterani 3 Maii.*
« Sebastiano canonico Wratizlaviensi. » Dispensatur cum eo super defectu natalium, cum genitus fuerit de presbytero et matre cum qua contraxerat matrimonium secundum consuetudinem quae olim in Polonia vigebat. Laterani V. Non. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 582. fol. 116.* — « CVM NON FVERIS. »

3336. — *Laterani 3 Maii.*
« Abbati et conventui Fosse nove. » Compositionem inter ipsos et communitatem Pipernensem super variis quaestionibus initam anno MCLXXIII mense Septembris die ultima confirmat, et tenorem compositionis de verbo ad verbum refert. Laterani V. Non. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 597. fol. 118.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

3337. — *Laterani 4 Maii.*
« Capitulo Trigestino. » Tertium decimum canonicorum numerum a C(onrado) episcopo Trigestino, ecclesiae facultatibus pensatis, statutum confirmat. Laterani IIII. Non. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 557. fol. 113; Theiner Vet. Mon. Slav. Merid. I. 72. n. 83; Kandler Cod. dipl. Istr. ad a. 1221; Potthast 578. n. 6637. (28 Aprilis); Horoy H-i opp. omn. III. 782. n. 347. (28 Aprilis).* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3338. — *Laterani 4 Maii.*
« (Eberhardo) Salzeburgensi archiepiscopo. » Licet Waltfridus abbas sancti Lamberti ad Sedem Apostolicam veniens benedictus fuerit, non intendit tamen sibi vel ecclesiae suae praeiudicare propter hoc cum de eius dioecesi existat. Laterani IIII. Non. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 572. fol. 114–115; Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 227. n. 254. fragm.; Potthast 579. n. 6649.* — « NE INDE VIDEATVR. »

3339. — *Laterani 4 Maii.*
« Archipresbytero et capitulo plebis de Pigugnano Regine diocesis. » Novenarium canonicorum numerum a Regino episcopo in eorum ecclesia statutum confirmat. Laterani IIII. Non. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 591. fol. 117.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3340. — *Laterani 4 Maii.*
« Capitulo Regino. » Sextum decimum canonicorum numerum ab eorum episcopo, facultatibus eorum ecclesiae pensatis, statutum confirmat. Vt supra. (Laterani IIII. Non. Maii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 592. fol. 117.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3341. — *Laterani 4 Maii.*
« Preposito et capitulo plebis de Castellarano. » Septenarium canonicorum numerum ab episcopo Regino in eorum ecclesia statutum confirmat. Vt supra (Laterani IIII. Non. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 593. fol. 118.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

3342. — *Laterani 4 Maii.*
« Cantori, Archidiacono Maioris ecclesie et decano sancti Germani Autisioderen. Parisien (sic). » Mandat ut (Iohanni de Barastre) decano sancti Quintini, Parisius de mandato Papae fratribus de ordine Praedicatorum theologiam legenti, faciant iuxta constitu-

tionem a capitulo editam redditus ecclesiasticos et vicario suo distributiones huiusmodi exhiberi. Laterani IIII. Nonas Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 603. fol. 120; Notices et extraits XXI. 11. 179; Potthast 579. n. 6648; Horoy H-i opp. omn. III. 798. n. 373.* — « DILECTO FILIO DECANO. »

3343. — *Laterani 4 Maii.*
« Abbati et Priori Novi castri et preposito de Hagenowe Argentinensis diocesis. » Vt si verae sunt pressurae quas pati refert capitulum Honawgense a marescalco episcopi Argentinensis occasione advocatiae quam obtinet in ecclesia eorum, concedant eidem capitulo licentiam transferendi per unum miliare distantem eorum ecclesiam. Laterani IIII. Non. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 609. fol. 121; Mss. Vallic. I. 53.* — « SIGNIFICARVNT NOBIS. »

3344. — *Laterani 4 Maii.*
« Electo Saonensi. » Indulget ut praebendam Novariensis ecclesiae, de qua ad regimen Saonensis ecclesiae assumptus est, inspecto debitorum onere quo Saonensis episcopatus gravatur, retinere possit. Laterani IIII. Non. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 653. fol. 131.* — « CVM EPISCOPATVS. »

3345. — *Laterani 4 Maii.*
Abbati monasterii S. Mariae in Cella bona confirmat in Moos, nempe Waldbruun, Albstat et Haselbrun. Laterani IV. Non. Maii indict. IV. pont. anno (quarto *sed legas*) quinto. — *Lang Regesta II. 121; Potthast 579. n. 6650.*

3346. — *Laterani 5 Maii.*
« Ameriensi et Sancti Salvatoris de Breza abbatibus Gerundensis diocesis et G. de Cabagneolo canonico Gerundensi. » Vt P. de Bello loco clerico in Barchinonensi ecclesia de praebenda ad Papam devoluta provideant. Laterani III. Nonas Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 596. fol. 118.* — « CONSTITVTVS IN PRESENTIA. »

3347. — *Laterani 5 Maii.*
« Abbatisse et conventui monasterii Sancti Spiritus Ianuensis. » Inspecta eorum paupertate, indulget eis ne archiepiscopo et capitulo Ianuensibus teneantur solvere procurationes pro benedictionibus monialium. Laterani III. Non. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 600. fol. 120.* — « QVIA PIVM EST. »

3348. — *Laterani 5 Maii.*
« Episcopo, archidiacono et Thesaurario Cathalaunensibus. » Quum archiepiscopus Remensis quamdam villam construere velit in territorio castri sui de Mosomo (*Horoy* Mosorno) et sic inter ipsum et dominum de Sceptōn suae dioecesis conventum sit, ut hic det illi terram, et ab illo in feudum recipiat pro se et haeredibus suis quidquid in villa habuerint memorata: quum vero dictus archiepiscopus non possit sine licentia Romani Pontificis possessiones ad suam mensam spectantes infeudare, mandat ut si Remensi ecclesiae hoc viderint expedire, huiusmodi licentiam memorato archiepiscopo tribuant. Laterani III. Nonas Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 602. fol. 120; Horoy H-i opp. omn. III. 803. n. 376.* — « VENERABILIS FRATER. »

3349. — *Laterani 5 Maii.*
« Episcopo Mutulano et Calesii et Sancti Andree de Insula Brundusina abbatibus Tarentine et Brundusine diocesum. » An et quomodo clerici saeculares in monasterio Neretonensi propter defectum monachorum nuper assumpti separandi sint a choro monachorum, provideant. Laterani III. Non. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 605. fol. 120.* — « DILECTI FILII. »

3350. — *Laterani 5 Maii.*
« Abbati et Priori Sancte Ofithe. » Ipsis esponentibus quod non sine gravi dispendio de causis litigantium cognoscere valeant nec ea eis suppetat iuris scientia quae ad cognitionem et decisionem causarum plene sufficiat, indulget ne de aliquibus causis cognoscere compellantur auctoritate litterarum apostolicarum quae plenam de hac indulgentia non fecerint mentionem. Laterani III. Non. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 608. fol. 121.* — « Vestra nobis devotio. »

3351. — *Laterani 5 Maii.*
« Episcopo Theatino. » Vt Iohanni Mancini civi Romano pecuniam ei mutuo concessam restituat infra octo dies post susceptionem praesentium, alioquin ab officio pontificatus suspendetur et ad Papam veniat interim suspensus. Laterani III. Non. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 629. fol. 125; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Dolemvs qvod non levi. »

3352. — *Laterani 5 Maii.*
« Abbati et conventui monasterii Hildeslevensis (Hillersleben ord. S. Bened. Halberstad. diocesis). » Recipit eos eorumque bona sub apostolica protectione; specialiter autem libertates et immunitates a bo. me. A. et R. et a (Friderico) praesenti Halberstadensibus episcopis nec non a comite Hildeslevensi eiusdem monasterii fundatore concessas, nec non ius advocatiae, quod idem comes monasterio in proprium concessit, confirmat: et authenticum ipsius (Friderici) episcopi ad verbum hic refertur. Laterani III. Nonas Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 635. fol. 126; Mss. Vallicell. I. 53; Riedel Beyträge I. 28. n. 15; Riedel Cod. dipl. Brandenb. I. Hauptth. XXII. 427. n. 20; Potthast 579. n. 6652; Horoy H-i opp. omn. III. 798. n. 374.* — « Sacrosancta romana ecclesia. »

3353. — *Laterani 5 Maii.*
Aymoni abbati et conventui S. Mauritii (de Chablais) redditus de Scarlata, quos Wilhelmus comes Pontini donaverat, confirmat. Laterani III. Non. Maii anno (quarto *sed legatur*) quinto. — *Kuen Collectio script. III. 87; Potthast 579. n. 6651.* — « Ivstis petentivm desideriis. »

3354. — *Laterani 5 Maii.*
Capitulo ecclesiae de Lichfield ecclesias de Arnlegh, de Cannoco et de Ruggele eis a W. episcopo Coventriae collatas confirmat. Laterani III. Non. Maii anno quinto. — *Dugdale Monast. Anglic. VII. 111. 1245. n. 11; Potthast 579. n. 6653; Horoy H-i opp. omn. III. 802. n. 375.* — « Cvm a nobis. »

3355. — *Laterani 6 Maii.*
« Sancti Petri Salzeburgensis et de Raitenhaslac abbatibus et preposito de Berhtersgadm̃. Salzeburgensis diocesis. » Vt monasteria monialium civitatis et dioecesis Ratisponensis visitent et reforment. Laterani II. Non. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 594. fol. 118; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Ad avdientiam nostram. »

3356. — *Laterani 6 Maii.*
« Vniversis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis. » Visitantibus monasterium Sancti Spiritus Ianuense in octavis Pentecostes, quo die Spiritus Sancti solemnitas ibidem solemniter celebratur, decem dierum indulgentiam concedit. Laterani II. Non. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 601. fol. 120.* — « Cvm dilecte in Christo. »

3357. — *Laterani 6 Maii.*
« W. episcopo quondam Londoniensi. » Maneria de Clakintun, de Siministre et de Wicham cum omnibus pertinentiis suis de bonis Londoniensis ecclesiae ab episcopis Wintoniensi et Roffensi, qui eius cessionem receperunt ex parte etiam Cantuariensis ar-

chiepiscopi nomine Sedis Apostolicae, eidem assignata confirmat. Laterani II. Non. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 606. fol. 121; Musaeum Brit. add. mss. 15352.* — « PROBATA TVE PROBITATIS. »

3358. — *Laterani 6 Maii.*

« Priori et conventui Sancti Oswaldi de Nostele (*al.* de Nostle) Eboracensis diocesis. » Ecclesiam de Bamburgis, quam Stephanus basilicae duodecim Apostolorum presbyter Cardinalis ex praesentatione I(ohannis) regis Anglorum et institutione dioecesani adeptus fuerat et in manibus Papae libere resignavit, eisdem restituit et concedit in proprios usus. Laterani II. Non. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 632. fol. 126; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « CVM DILECTVS FILIVS. »

3359. — *Laterani 6 Maii.*

« Priorisse et conventui sancti Xisti de Vrbe. » Redditus quinquaginta marcharum de ecclesia de Bamburgis a Stephano tit. basilicae duodecim Apostolorum presbytero Cardinali eis collatos, suppriore et cellerario monasterii sancti Oswaldi de Nostle (Eboracensis dioecesis) consentientibus ad quos ea ecclesia pertinet, eisdem concedit. Laterani II. Non. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 633. fol. 126; Musaeum Brit. add. mss. 15352.* — « CVM DILECTVS FILIVS. »

3360. — *Laterani 6 Maii.*

Fratribus de ordine Praedicatorum concedit licentiam celebrandi super altare portatile. Laterani II. Non. Maii anno quinto. — *Ripolli Bullar. Praedic. I. 14. n. 24; Potthast 579. n. 6654; Horoy H-i opp. omn. III. 804. n. 377.* — « POSTVLASTIS A NOBIS. »

3361. — *Laterani 6 Maii.*

Praeposito Ravennatensi causam inter (Mainardinum) episcopum capitulumque Imolenses ex parte una, et potestatem populumque Bononienses ex altera super possessionibus et rebus aliis vertentem committit diiudicandam. Laterani II. Nonas Maii anno quinto. — *Manzoni Episc. Imol. hist. 164; Series Episc. Forocorn. II. 89; Savioli Ann. Bologn. III. 2. 11; Potthast 579. n. 6655.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

3362. — *Laterani 6 Maii.*

Abbati de Monte Angelorum et praeposito Cunicensi Constantiens. et Lausann. diocc. mandat, ut litem inter praepositum conventumque Interlacenses et Vlricum presbyterum Lausannensem super ecclesia de Steiga ortam componant. Laterani II. Non. Maii anno quinto. — *Zeerleder Vrk. d. Stadt Bern I. 224. n. 141; Potthast 579. n. 6656; Horoy H-i opp. omn. III. 804. n. 378.* — « DILECTI FILII PRAEPOSITVS. »

3363. — *Laterani 7 Maii.*

« Hugoni Sancte Marie Nove et Sancte Crucis Prioribus et magistro Philippo canonico Sancti Marci de Veneciis. » Vt potestatem et populum Tervisinos absolvant ab excommunicationis sententia quam incurrerant propter offensas Feltrensi et Belunensi episcopo illatas, salvo eidem episcopo omni iure quod sibi competere asserit ex sententiis iam anno elapso pro eo per patriarcham Gradensem et per episcopum Castellanum et eius collegam causa rei servandae auctoritate Sedis Apostolicae promulgatis; quod si quaestiones super praedictis damnis et offensis amicabili compositione sopire nequiverint, causam sufficienter instructam ad Papam remittant, praefigentes partibus terminum competentem ut apostolico conspectui se repraesentent. Laterani Nonis Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 598. fol. 119; Mss. Vallic. I. 53.* — « CVM POTESTAS. »

3364. — *Laterani 7 Maii.*

« Capitulo Massiliensi. » Vicenarium canonicorum numerum ab eorum episcopo, ecclesiae facultatibus pensatis, statutum con-

firmat. Laterani Nonis Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 599. fol. 120; Horoy H-i opp. omn. III. 805. n. 379.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

3365. — *Laterani 8 Maii.*

« Abbati et conventui de Cupro Cisterciensis ordinis. » Ecclesiam sancti Medani ab episcopo sancti Andreae, de sui capituli assensu et voluntate A. regis Scotiae, ipsis concessam confirmat. Laterani VIII. Id. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 650. fol. 130.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

3366. — *(Laterani) 9 Maii.*

Capitulo generali Cisterciensi viginti libras sterlingorum annuales confirmat. — *Montanbon Privil. de Citeaux 282; vide apud Potthast 579. n. 6657.*

3367. — *Laterani 10 Maii.*

« Episcopo Crotonensi et abbati Cripte Ferrate. » Vt graecorum monasteria ordinis sancti Basilii in Terra Laboris, Apulia et Calabria constituta visitent et reforment. Laterani VI. Id. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 612. fol. 122; Mss. Vallicell. I. 53.* — « NE VINEA DOMINI. »

3368. — *Laterani 10 Maii.*

« Archiepiscopo Salzeburgensi. » Vt episcopo Ratisponensi pecuniam de emptione possessionum ad eum iure haereditario pertinentium persolvat. Laterani VI. Id. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 613. fol. 122.* — « VENERABILIS FRATER. »

3369. — *Laterani 10 Maii.*

Conventus S. Michaelis apud Vlmam protectionem suscipit eique ecclesiam S. Martini in Hervelsingen, capellam s. Andreae sitam in villa Stozingen et alias ecclesias, quas possidet, confirmat. Laterani VI. Id. Maii anno quinto. — *Kuen Collect. script. V. 11. 309; Wirtemb. UB. III. 125. n. 649; integrior apud Pressel Vlmisches UB. I. 38. n. 26; Potthast 579. n. 6658. et Append. p. 2091; Horoy H-i opp. omn. III. 865. n. 380.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

3370. — *Laterani 10 Maii.*

Praeposito et capitulo S. Prosperi Regini plebem de Baniolo cum capellis et pertinentiis, et s. Faustini de Castro Regii et s. Stephani prope civitatem in burgo sitam et alias capellas necnon libertates et immunitates eis a b. m. T., A(lberico) et P(etro) Reginis episcopis concessas confirmat. Laterani VI. Id. Maii anno quinto. — *Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. dipl. 74. n. 738; Potthast 579. n. 6659.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

3371. — *Laterani 10 Maii.*

Episcopum et capitulum Placentinos exhortatur, ut fratres Praedicatores commendatos habeant. Laterani VI. Id. Maii anno quinto. — *Campi Histor. di Piacenza II. 389. n. 72; Ripolli Bullar. Praedic. I. 14. n. 25. deficiente initio; Potthast 579. n. 6660; Horoy H-i opp. omn. III. 806. n. 381.* — « DISCRETIONEM VESTRAM. »

3372. — *Laterani 11 Maii.*

« Abbatisse monasterii Sancti Cosme de Taliacotio. » Recipitur cum bonis sub apostolica protectione. Laterani V. Id. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 611. fol. 122.* — « CVM A NOBIS. »

3373. — *Laterani 13 Maii.*

« Eboracensi archiepiscopo et episcopo Dunelmensi. » Mandat ut priorem et conventum monasterii sancti Oswaldi de Nostle Eboracensis dioecesis inducant in possessionem ecclesiae de Bamburgis quam Stephanus Basilicae duodecim Apostolorum presbyter Cardinalis adhuc in minori officio constitutus ex praesentatione I(ohannis) regis Anglorum et institutione dioecesani adeptus fuerat et modo in manibus Papae sponte et libere resignavit, quam ecclesiam ipsi prior et conventus asserunt ex plurium

regum praedecessorum praenominati regis donatione sibi spectare. Laterani III. Id. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 634. fol. 126; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « Cvm dilectvs. »

3374. — *Laterani 13 Maii.*

« Vniversis abbatibus Cisterciensis ordinis et fratribus Hospitalis Sancti Iohannis Ierosolimitani et Milicie Templi ac religiosis aliis presentes litteras inspecturis. » Vt professos ordinis Grandimontensis qui sine licentia discesserunt non recipiant, et si quos receperint, ad ecclesiam Grandimontensem remittant. Laterani III. Id. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 639. fol. 128; Horoy H-i opp. omn. III. 807. n. 382.* — « Dilecti filii prior. »

3375. — *Laterani 13 Maii.*

« Priori Grandimontensi. » Vt sacerdotibus et clericis suis excommunicatis dissensionis tempore, quum iam per annum ab executione suorum officiorum cessaverint, det licentiam in suis ordinibus ministrandi et ad superiores ordines ascendendi. Laterani III. Id. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 642. fol. 129; Horoy H-i opp. omn. III. 808. n. 384.* — « Svpplicasti nobis. »

3376. — *Laterani 13 Maii.*

« P. archipresbytero de Surgeriis Xanctonensis diocesis. » Indulget ut in ecclesiis sui archipresbyteratus, quas annis singulis visitare debet, compellat presbyteros et clericos archipresbyteratus eiusdem ad servanda statuta concilii generalis, ac possit personas iure sibi subiectas corrigere et reformare, quas correctionis et reformationis officio noverit indigere. Laterani III. Id. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 643. fol. 129; Horoy H-i opp. omn. III. 809. n. 385.* — « Et si svperflvvm. »

3377. — *Laterani 13 Maii.*

Priorem et fratres Grandimontenses hortatur, ut, cum instanti festo b. Iohannis bapt. de more celebraturi sint capitulum generale, scissuris et contentionibus penitus abdicatis ad ea quae pacis sint unanimiter intendant et ordinis sui statuta studeant inviolabiliter observare. Laterani III. Id. Maii anno quinto. — *Martene Thes. anecd. I. 883; Potthast 579. n. 6661; Horoy H-i opp. omn III. 807. n. 383.* — « Vtilitati, famae et. »

3378. — *Laterani 14 Maii.*

« F(riderico) illustri Romanorum Imperatori semper augusto et regi Sicilie. » Eum rogat ut balivos suos cessare faciat ab exactione pedagiorum in cives Beneventanos, cum ea civitas sit iuris Romanae Ecclesiae. Laterani II. Idus Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 636. fol. 127; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. 882. not.; Potthast Append. 2091. n. 6662a-26073; Rodenberg Ep. Sel. 120. n. 173.* — « Dilecti filii. »

3379. — *Laterani 14 Maii.*

« Sancti Marcialis Lemovicensis et Bulliensi Lemovicensis diocesis abbatibus et magistro Ph. Penitentiario Lemovicensi. » Vt ad Grandimontensem ecclesiam accedant, ubi instanti festo beati Iohannis Baptistae de more Capitulum generale celebrari debet, et fratres in ipso capitulo congregatos ad concordiam hortentur, et si forte in dicto capitulo quaestionis aliquid emerserit, id ipsi iuxta statuta Grandimontensis ordinis decidant, et quod statuerint faciant firmiter observari. Laterani II. Id. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 640. fol. 128; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 810. n. 387.* — « Cvm apvd Grandimontensem. »

3380. — *Laterani 14 Maii.*

« Abbati et conventui monasterii de Theokesbiry. » Vt nemini liceat eorum ec-

clesias ipsis ad suam sustentationem et hospitum susceptionem concessas ad alios usus transferre, in parrochialibus autem ecclesiis quas tenent licitum sit eis presbyteros vel clericos idoneos instituere dioecesanis episcopis praesentandos, quibus de plebis cura respondeant. Laterani II. Id. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 646. fol. 129; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « QVIA MELIVS EST. »

3381. — *Laterani 14 Maii.*

« Iudicibus, consulibus et populo Beneventanis. » Mandat ne quis alienas domos vel turres alterius per violentiam occupet; quas nisi ad mandatum Pontificis vel Rectoris civitatis pro tempore intra tres dies restituerit, ex tunc universa bona occupantis pontificiis regalibus applicentur, et si occupans sit clericus, privetur officio beneficioque suo. Item districtius inhibet ne quis praesumat collectis civitatem ipsam aggravare, nisi Rector, Iudices, consules et octonarii, totius populi accedente consensu, hoc viderint terrae eidem expedire. Laterani II. Id. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 652. fol. 131; Mss. Vallicell. I. 53; Bull. Rom. ed. Taur. III. 380. n. 55; Potthast 579. n. 6662; Horoy H-i opp. omn. III. 809. n. 386; Rodenberg Ep. Sel. 119. n. 172.* — « AD TRANQVILLITATEM VESTRAM. »

3382. — *Laterani 15 Maii.*

« Bituricensi et Carnotensi decanis et subdecano Aurelianensi (*Potthast*, subdiacono) Arelatensi). » In causa inter archiepiscopum Turonensem et Cenomanensem episcopum, contra quem ille suspensionis sententiam promulgaverat, mandat ut, quia de facto plene constare non potuit, relaxent dictam sententiam ad cautelam. At si archiepiscopus Turonensis « infra duos menses a prime citationis edicto non probaverit se illo tempore quo per Herbertum meditarium, omisso episcopo, fuerit appellatum ad ipsum, fuisse per alium actum in quasi possessione recipiendi appellationes a decano de Bellomonte ad Turonensem archiepiscopum, Cenomanensi episcopo pretermisso, denuntietis predictam suspensionis sententiam nullam penitus extitisse, penam propter hoc ipsi archiepiscopo debitam nostro arbitrio reservantes. » Laterani Idibus Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 645. fol. 129; Decretal. H-i III. lib. 5. tit. 18.* De sent. excom. *c. 4. ed. Cironius 307; Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 39.* De sent. excom. *c. 52; Boehmer Corp. II. 863. (an. 1225); Richter Corp. II. 875; Potthast 676. n. 7856. (absque nota chronol.); Horoy H-i opp. omn. III. 811. n. 388; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. V. XXXIX. c. LII. p. 911.* — « VENERABILI FRATRE NOSTRO. »

3383. — *Laterani 15 Maii.*

« Archiepiscopo Neapolitano. » Ad petitionem suam, intercedentibus Th(oma) tituli sanctae Sabinae presbytero et P(etro) sancti Georgii ad velum aureum diacono cardinalibus, statuit ne bona ad mensam sui archiepiscopatus pertinentia, vel beneficia clericorum sine assensu maioris et sanioris partis capituli alienare aut in beneficium dare vel convertere in demanium ipsi vel suis successoribus liceat. Laterani Idib. Maii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 654. fol. 131; Mss. Vallicell. I. 53.* — « VOLENTES QVENDAM. »

3384. — *Laterani 17 Maii.*

« (Iohanni de Monte Lauro) preposito, magistro, H. archidiacono et sacriste Magalonensibus. » Quum B. quondam abbas monasterii Psalmodiensis Nemausensis dioecesis a B. tit. SS. Iohannis et Pauli presbytero Cardinali, tunc Apost. Sed. legato, exigentibus culpis suis, amotus, debita quaedam contrahere sub nomine monasterii ipsius praesumpsisset, debitorum huiusmodi

contractus sigillo monasterii detento communiens; mandat ne horum ratione contractuum permittant ipsum monasterium a quoquam molestari, et litteras factas super huiusmodi contractibus irritas et inanes decernant. Laterani XVI. Kal. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 637. fol. 128; Notices et extraits XXI. 11. 178; Potthast 580. n. 6663; Horoy H-i opp. omn. III. 813. n. 390.* — « DILECTI FILII ABBAS. »

3385. — *Laterani 17 Maii.*

« Priori et fratribus Grandimontensibus. » Concedit ut nec ipsi nec alii fratres eorum ordinis per litteras apostolicas possint conveniri nisi de ordine ipso fecerint mentionem. Laterani XVI. Kalendas Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 638. fol. 128; Horoy H-i opp. omn. III. 812. n. 389.* — « EX PARTE VESTRA. »

3386. — *Laterani 17 Maii.*

« Vniversis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis. » Helemosinas elargientibus ad aedificationem novi templi in honorem B. Virginis in loco qui Goila dicitur, et ad dictam ecclesiam in quatuor solemnitatibus supradictae nostrae Dominae cum devotione accedentibus viginti dierum indulgentiam concedit. Laterani XVI. Kalendas Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 641. fol. 128.* — « SICVT PROVIDENTIE. »

3387. — *Laterani 17 Maii.*

Abbatem et conventum monasterii S. Vdalrici Augustensis patrocinandos suscipit, specialiter autem parochiam eorum ad luminaria ipsius monasterii deputatam ipsis confirmat. Laterani XVI. Kal. Iunii anno quinto. — *Mon. Boica XXII. 205; Potthast 580. n. 6664; Horoy H-i opp. omn. III. 814. n. 391.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

3388. — *Laterani 19 Maii.*

(Simoni: *Potth.* Iohanni) Bituricensi archiepiscopo mandat, faciat, ut si Iudaei in eius diocesi habitantes synagogas de novo contra sanctiones canonicas construere praesumpserint, eae demoliantur. Laterani XIV. Kal. Iunii anno (quarto *sed legas*) quinto. — *Martene Thes. anecd. I. 878; Potthast 580. n. 6665; Horoy H-i opp. omn. III. 814. n. 392.* — « PERVENIT AD AVDIENTIAM. »

3389. — *Laterani 20 Maii.*

« T. abbati sancti Leutii Tudertino. » Compositionem a S(tephano) presbytero Cardinali duodecim Apostolorum inter ipsum abbatem, et Iohannem priorem sancti Iohannis de Plano initam, super electione dicti prioris facta a clericis eiusdem ecclesiae confirmat, qua quidem compositione praedictus Cardinalis liberam cessionem et renuntiationem admittens dicti Iohannis, ipsum T. abbatem ab impetitione eius absolvit. Later. XIII. Kal. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 644. fol. 129.* — « EA QVE IVDICIO. »

3390. — *Laterani 20 Maii.*

« Episcopo, archidiacono et Thesaurario Trecensibus. » Vt decanum sancti Quintini inducat in possessionem quorundam reddituum quos apud Piverim canonice obtinebat et quibus ab abbate Cluniacensi (Masticonensis *sed leg.*) Matisconensis dioecesis spoliatus fuerat. Laterani XIII. Kal. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 651. fol. 130.* — « SICVT DILECTVS FILIVS. »

3391. — *Laterani 20 Maii.*

Vniversis Abbatibus ord. S. Benedicti per Remensem provinciam constitutis ratificat et confirmat duodecim capitula seu statuta regularia in quodam capitulo generali apud S. Quintinum coadunato proposita, et ad abbatem Sancti Bertini transmissa, sicuti et ad omnes abbates ord. S. Benedicti per Remensem provinciam constitutos. Laterani XIII. Kal. Iunii anno quinto. — *Bibl. Nation. Parisien. mss. Moreau t. 129. p. 73; Ho-*

roy H-i opp. omn. III. 815. n. 393. — « BENEDICTI VOS A DOMINO. »

3392. — *Laterani 21 Maii.*
« (Alberto) Archiepiscopo Magdeburgensi et (Friderico) Halberstadensi et (Ekehardo) Merseburgensi episcopis. » Nuntiat se Henricum comitem Ascariae Halberstadensis dioecesis absolvisse ab excommunicationis sententia quam incurrerat ob mutilationem abbatis Niemburgensis: eique tamen comiti personalem satisfactionem competentem iniungant, quam si exhibere contempserit, ipsum in eandem sententiam reducant. Laterani XII. Kal. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 648. fol. 129; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 40; Horoy H-i opp. omn. III. 818. n. 394.* — « CVM NOBILIS VIR. »

3393. — *Laterani 22 Maii.*
« Abbati monasterii in Provenigneñ Ratisponensis diocesis. » Vt C. monachum suum, qui animi levitate ductus ad monasterium Waltsaxeēñ ordinis Cisterciensis se transtulit, retinere possit, si ab abbate monasterii ad quod confugerat licentiam impetraverit. Laterani XI. Kal. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 647. fol. 129.* — « EX PARTE TVA. »

3394. — *Laterani 23 Maii.*
« (Stephano) Cantuariensi archiepiscopo Sancte Romane Ecclesie Cardinali et episcopo Saresbyriensi (Saresteriensi, *Horoy*). » Compositionem inter H(enricum) regem Anglorum et B(erengariam) quondam Anglorum reginam super iure dotis ipsius reginae initam confirmat, quam mandat ut sub excommunicationis sententia observari faciant. Laterani X. Kal. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 649. fol. 130; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Horoy H-i opp. omn. III. 819. n. 395.* — « EX INIVNCTO NOBIS. »

Ex Cod. Vat.: Scriptum est in eundem modum eidem regine. Dat. ut supra.

3395. — *Laterani 23 Maii.*
Monasterio Pruvigensi (!) confirmat possessionem curtis de Oberndorf. Laterani X. Kal. Iun. anno quinto. — *Mon. Boic. XIII. 198; Potthast 580. n. 6666; Horoy H-i opp. omn. III. 820. n. 396.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

3396. — *Laterani 24 Maii.*
« Archiepiscopo Senonensi. » Vt capitulum Trecense, quod multotiens cessare consueverit a divinis in contemptum episcopi sui, per censuram ecclesiasticam castiget, praesentibus tamen litteris ultra biennium minime valituris. Laterani VIIII. Kalendas Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 693. fol. 139; Horoy H-i opp. omn. III. 821. n. 398.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

3397. — *Laterani 24 Maii.*
« Trecensi capitulo. » Inhibet ne novas consuetudines vel statuta, inconsulto episcopo suo, inducant, iuste latas ab ipso interdicti sententias observantes. Dat. ut supra. (Laterani VIIII. Kalendas Iunii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 694. fol. 139; Horoy H-i opp. omn. III. 820. n. 397.* — « CVM SICVT VENERABILIS. »

3398. — *Laterani 26 Maii.*
« Suffraganeis Arborensis ecclesie et universo clero Arborensi. » Declarat se eorum archiepiscopum apud Sedem Apostolicam constitutum, nullo apparente adversario, ad ecclesiam suam cum gratiae suae plenitudine remisisse, ideoque eum recipiant humiliter et devote, ipsique tamquam membra capiti obsequi studeant. Laterani VII. Kalendas Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 655. fol. 131; Mss. Vallicell. I. 53.* — « VENERABILEM FRATREM. »

3399. — *Laterani 26 Maii.*
« Capellanis ecclesie Nigellensis. » Statutum a decano et capitulo eorum ecclesiae factum, ut videlicet, assignatis quibusdam redditibus, panem ex his quadragesimali tempore percipiant illi capellani dumtaxat qui perpetuas in eadem ecclesia capellanias obtinent et canonicis horis intersunt, confirmat. Laterani VII. Kalendas Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 667. fol. 132.* — « Cvm a nobis petitvr. »

3400. — *Laterani 27 Maii.*
« Magistro Guarnero clerico Ratisponensi. » Indulget ut praeter beneficia quae nunc habet liceat ei aliud unum recipere si ei canonice offeratur. Laterani VI. Kal. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 657. fol. 131.* — « Cvm sic viveris. »

3401. — *Laterani 27 Maii.*
« Electo Attrebatensi. » Vt monasterium de Fossa nigri ordinis ad alium locum transferat, circumstantiis locorum, in quo situm est et ad quem priorissa et conventus monasterii praedicti transferri deliberant memoratum monasterium, diligenter inspectis. Laterani VI. Kal. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 665. fol. 132; Horoy H-i opp. omn. III. 821. n. 399.* — « Dilecte in Christo. »

3402. — *Laterani 27 Maii.*
« Episcopo et capitulo Leodiensibus. » Vt Henrico de Dica aliquem personatum in eorum civitate vel dioecesi conferant, non obstante quod alia beneficia iam obtineat, alioquin dat in mandatis Bunnensi Coloniensis dioecesis et sanctae Mariae ad Gradus Coloniensi praepositis nec non decano sanctorum Apostolorum Coloniensi ut id exequantur. Laterani VI. Kal. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 672. fol. 133.* — « Qvi bene meritos. »
Scriptum est super hoc eisdem.

3403. — *Laterani 28 Maii.*
« (Bertoldo) Episcopo et capitulo Lubicensibus. » Vniversis Christi fidelibus ecclesiam Lubicensem devote visitantibus in festo beati Iohannis Baptistae indulgentiam viginti dierum concedit. Laterani V. Kal. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 660. fol. 132; Leverkus UB. de Bisth. Lübeck I. 43. n. 37; Potthast 580. n. 6668.* — « Vt ecclesia vestra. »

3404. — *Laterani 28 Maii.*
« Abbati et conventui Beate Marie de Castro Lutionensi. » Indulget ut si propter culpas nobilis viri Aimerici de Thoartio, qui eiusdem castri dominus nuncupatur, idem castrum ecclesiastico interdicto subiectum fuerit, ipsi possint clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, submissa voce divina celebrare. Dat. ut supra. (Laterani V. Kal. Iunii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 761. fol. 132.* — « Ex parte vestra. »

3405. — *Laterani 28 Maii.*
« Abbati et conventui Sancti Stephani de Bosco Cisterciensis ordinis. » Indulget ut de mortuariis quae hactenus in equis, armis vel aliis rebus eorum monasterio a decedentibus derelicta seu ab aliis fidelibus pro animabus decedentium sunt oblata, nulli ecclesiasticae personae respondeant. Laterani V. Kal. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 658. fol. 131.* — « Volentes pro vestre. »

3406. — *Laterani 28 Maii.*
« Preposito Lubicensi. » Compositionem inter ipsum et capitulum Lubicense ex una parte et episcopum, decanum, custodem et Giraldum et Landulfum canonicos Lubicenses ex altera initam super diversis articulis, mediante Rain(aldo) Munaldi subdiacono et capellano Papae eisdem auditore concesso, confirmat. Laterani V. Kal. Iunii

anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 659. fol. 131.* — « Ea qve ivdicio. »

In eundem modum scriptum est scolastico Lubicensi.

3407. — *Laterani 28 Maii.*

« Preposito et capitulo Nortusensibus. » Iuxta votum Friderici Romanorum Imperatoris et ipsius Papae mandatum confirmat eorum institutionem in loco ubi consistebant quaedam mulieres quae canonicae vocabantur, factam ab archiepiscopo Magdeburgensi cum consensu archiepiscopi Maguntini eorum dioecesani, praefatis mulieribus in locis opportunis et acceptatis ab ipsis congrue collocatis. Laterani V. Kalendas Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 668. fol. 133; Rodenberg Ep. Sel. 120. n. 174.* — « Cvm olim tam. »

3408. — *Laterani 29 Maii.*

« Abbati et conventui Septemfontium Premonstratensis ordinis. » Concedit ut ecclesias ad ipsos pleno iure spectantes, cum eas vacare contigerit, possint committere fratribus suis gubernandas, quorum unus dioecesano episcopo praesentetur, qui ipsi episcopo de spiritualibus et episcopalibus iustitiis, conventui autem de temporalibus respondeat. Laterani IIII. Kal. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 662. fol. 132; Hugo Ann. Praemonstrat. II. prob. 493; Potthast 580. n. 6670; Horoy H-i opp. omn. III. 822. n. 401.* — « Id nec petitvr. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est ut supra pro abbate et conventu sancti Pauli Virdunensis Premonstratensis ordinis.

3409. — *Laterani 29 Maii.*

« Priori et conventi Sancti Oswaldi de Nostle Eboracensis diocesis. » Ecclesiam de Bamburgis eis concessam cum onere censuali pro monasterio sancti Sixti de Vrbe sub protectione beati Petri recipit. Laterani IIII. Kal. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 663. fol. 132; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « Devotionem vestram. »

3410. — *Laterani 29 Maii.*

« Magalonensi episcopo. » Ecclesiam sanctorum Genesii atque Genesii de Gigano, ecclesiam sancti Andreae de Cucullis et ecclesiam sancti Petri de Aquantico (Agnantico, *Horoy*) ad ius episcopale specialiter reservatas, ad exemplar Lucii et Innocentii Romanorum Pontificum ei eiusque successoribus confirmat. Laterani IIII. Kalendas Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 669. fol. 133; Horoy H-i opp. omn. III. 822. n. 400.* — « Ivstis petentivm. »

3411. — *Laterani 29 Maii.*

« Eidem. » Ad exemplar privilegii Coelestini Papae concedit ut possit conferre archidiaconatum et sacristiam suae ecclesiae, licet personae, quorum assensum requirere debet in eisdem dignitatibus conferendis, se recusaverint, nisi aliquod rationabile canonicum impedimentum legitime probaverint. Dat. ut supra. (Laterani IIII. Kal. Iunii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 670. fol. 133; Mém. de la Soc. archéol. de Montpellier V. 552; Potthast Append. p. 2091. n. 6671a-26074; Horoy H-i opp. omn. III. 824. n. 403.* — « Nostre sollicitvdinis est. »

3412. — *Laterani 29 Maii.*

« Eidem. » Constitutionem Alexandri Papae super institutione personarum et quibusdam aliis articulis editam inter bonae memoriae Iohannem episcopum et Fulcrandum praepositum Magalonenses confirmat. Dat. ut supra. (Laterani IIII. Kal. Iunii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 671. fol. 133.* — « In litteris felicis memorie. »

3413. — *Laterani 29 Maii.*
« Nobili viro Henrico Comiti Ascarie. » In quaestione inter ipsum et abbatem monasterii Niembergensis (*in e. l.* Nienburgensis) tam super exoculatione et mutilatione abbatis eiusdem, quam super diversis gravaminibus et iniuriis quae occasione advocatiae is dicebatur eorum monasterio irrogasse, sic componendum ducit, ut ipsi comiti triginta marcharum redditus de bonis eiusdem monasterii annuatim assignentur, et is numquam se immisceat in negotiis monasterii praedicti, nisi ab ipso requisitus. Laterani IIII. Kal. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 3. epist. 687. fol. 137; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 823. n. 402.* — « EA QVE PRO BONO. »

3414. — *Laterani 29 Maii.*
« Episcopo, decano et capitulo Lincolniensibus. » Compositionem inter eos et abbatem et conventum Westimonasterii Londoniensis dioecesis super ecclesia de Wathamsted. mediantibus Saresbiriensi episcopo et eius collegis initam confirmat. Laterani IIII. Kal. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 710. fol. 142; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

3415. — *Laterani 29 Maii.*
Monasterium Hildesleuen [Hillersleben (ord. s. Ben. Halberstadens. dioc.)] cum omnibus bonis sub. b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem villas Cruzezhe, Woltwi et alias possessiones nominatim recensitas ei confirmat. Laterani IV. Kal. Iunii anno quinto. — *Riedel Beiträge I. 26. n. 15; Riedel Cod. dipl. Brandenb. I. Hauptth. XXII. 426. n. 19. perperam ad a. 1220; Potthast 580. n. 6671; Horoy H-i opp. omn. III. 852. n. 404.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

3416. — *Laterani 30 Maii.*
« Priori Grandimontensi. » Mandat ne, quousque fratres ordinis sui ad illum numerum sint redacti, quod etiam eius statu pensato ipse ordo videatur pluribus indigere, aliquem sine speciali Apostolicae Sedis licentia recipiat in clericum vel conversum, nisi forte talis esset persona, de cuius receptione utilitas evidens ecclesiae suae accedere videretur. Laterani III. Kal. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 656. fol. 131; Horoy H-i opp. omn. III. 826. n. 405.* — « CVM ECCLESIE TVE. »

3417. — *Laterani 30 Maii.*
« Abbati de Staden., Preposito de Damienberch et scolastico Verdensi Bremensis et Verdensis diocesum. » Vt praepositum Lubicensem et alios tam civitatis quam dioecesis Lubicensis desistere compellant ab infamando scolasticum Lubicensem super crimine homicidii, cum is coram dioecesano suo plenius se purgaverit. Laterani III. Kal. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 664. fol. 132.* — « DILECTO FILIO. »

3418. — *Laterani 31 Maii.*
« Decano Guidoni de Lageri et Durando canonicis Remensibus. » Committitur hiis causa Stephani clerici, qui cum ad vacantem ecclesiam de Bisel per decanum et capitulum sancti Iohannis in Burgo Laudunensi, qui in eadem ecclesia ius obtinent patronatus, fuisset canonice praesentatus, episcopus Laudunensis eum admittere noluit praetendens eamdem personae idoneae conferre, ad liberam resignationem G. presbyteri ecclesiae ipsius rectoris. Laterani II. Kal. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 666. fol. 132; Horoy H-i opp. omn. III. 827. n. 406.* — « EXPOSITA NOBIS. »

3419. — *Laterani 1 Iunii.*
« *Huic epistolae deest in Cod. Vat. titulus:* Capitulo Calinensi seu Calenensi? *Cironius, Potthast et Horoy supplent* Archiepiscopo Mediolanensi, *Decr. Greg.* Capitulo Bremensi. » Decernit amotum Calinensem (*apud*

Ciron. Calliensem) episcopum ab executione pontificalis officii et administratione suae dioecesis ob defectum scientiae, nam « confessus est coram nobis, se numquam de grammatica didicisse, nec etiam legisse Donatum; » ideoque praecipit ut alius eligatur episcopus cum consilio abbatis de Ferrariis Cisterciensis ordinis et magistri Iacobi archidiaconi sancti Germani. Laterani Kalendis Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 721. fol. 143; Mss. Vallicell. I. 53; Decret. H-i III. lib. I. tit. 18.* De aetate et qualitate praeficend. *c. I. ed. Ciron. 46; Decret. Greg. IX. lib. I. tit. 14.* De aetate et qual. praeficend. *c. 15; Boehmer Corp. II. 113; Richter Corp. II. 126; cf. Vghelli Ital. sac. VI. 468. n. 4. ex reg. anni 1221. n. 724; Potthast 586. n. 6753. (absque nota chronol. ad finem anni 1221); Horoy H-i opp. omn. I. 148; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. I. til. XIV. c. XV. p. 131. De sede episcopali Calinensi vide ap. Gams Orbis Catholicus p. 870.* — « Qvamvis mvlta proposita. »

3420. — *Laterani 2 Iunii.*

« Nobili viro dicto Infanti nato inclite recordationis B. regis Portugalie. » Eius personam cum suis bonis sub tuitione beati Petri tamquam ecclesiae filium specialem recipit. Laterani IIII. Nonas Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 673. fol. 134; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Morvm et sangvinis generositas. »

3421. — *Laterani 2 Iunii.*

« Eidem (Conrado Portuensi episcopo Apostolice Sedis Legato). » Vt Hugoni de Bautio (Bancio, *Horoy*) principi Aurasicae, consideratis illius devotione erga Romanam Ecclesiam, et damnis quae tum in aliis tum maxime in amissione Willelmi fratris sui pro fidei defensione sustinuit contra Raymundum quondam comitem Tolosanum, quingentas marcas de pecunia per Massilienses persolvenda faciat assignari; de collectis vero citra Rodanum faciendis sexcentas marcas impendat eidem, ut contra haereticos Avinionenses pugnare velit et valeat, et alii exemplo eiusdem nobilis accendantur ad defensionem fidei orthodoxae. Laterani IIII. Non. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 675. fol. 134; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 42; Horoy H-i opp. omn. III. 828. n. 408.* — « Dilectvs filivs nobilis vir. »

3422. — *Laterani 2 Iunii.*

« Abbati et conventui Ruricurcensibus. » Statutum factum inter eos, ne abbas ultra summam viginti librarum Parisiensium et a prioribus forensibus ultra centum solidos eiusdem monetae mutuum cotrahat, et ne quis bona seu possessiones eorum monasterii sine consensu totius capituli vel maioris et sanioris partis ipsius alienare valeat aut pignori obligare, confirmat. Laterani IIII. Non. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 689. fol. 138.* — « Ivstis petentivm. »

3423. — *Laterani 2 Iunii.*

Philippo regi Francorum significat, se ad relevandam in Provinciae partibus fidei negotium (Willelmo) Remensi, (Petro) Senonensi et (Simoni) Bituricensi archiepiscopis in regno Franciae legationis officium distincte commisisse, ut ad fideles pro subventione ipsius negotii exhortandos et cum indulgentiis tum aliis congruentibus modis animandos operam impendant. Laterani IV. Non. Iunii anno quinto (quarto *Bouq.*) — *Duchesne Hist. Franc. scr. V. 856. n. 12; Bouquet Rec. XIX. 696; Potthast 580. n. 6672; cf. Horoy H-i opp. omn. III. 830. n. 409.* — « Etsi cvncti debeant. »

3424. — *Laterani 3 Iunii.*

« C(onrado) Portuensi episcopo Apostolice Sedis Legato. » Vt canonicos ecclesiae Avinionensis morantes in castro de Cortedono et alias personas suspectas nobili viro

Hugoni de Bautio principi Aurasicae removeat, iisque ad Avinionensem ecclesiam vel eius membra transmissis, per personas suspicione carentes ipsi ecclesiae faciat congrue deserviri, universos redditus ipsius ecclesiae, deducta sustentatione illorum qui servitio deputabuntur eiusdem, faciens Avinionensi capitulo vel canonicis qui a dicta remoti fuerunt ecclesia fideliter ministrari, nullo per remotionem huiusmodi generato praeiudicio eidem capitulo, vel personis ab ipsa ecclesia removendis, quin, dictae suspicionis causa cessante, libere, sicut hactenus fecisse noscuntur, possideant ecclesiam supradictam; Hugo enim praedictus iuste timet ne castrum ipsum proditorie tradatur civibus Avenionensibus qui, patre dominorum ipsius castri crudeliter interfecto, ad filiorum quoque destructionem aspirant. Laterani III. Nonas Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 674. fol. 134; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 827. n. 407.* — « DILECTVS FILIVS NOBILIS. »

3425. — *Laterani 3 Iunii.*
« Episcopo Augustensi. » Vt ad preces capituli maioris ecclesiae et conventus sancti Vrsi Augustensis dispenset cum Gaufrido Augustensi canonico, ut institui possit in praebenda ordinata de bonis suis, non obstante quod a quodam subdiacono genitus fuerit de muliere soluta. Laterani III. Non. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 676. fol. 134.* — « DILECTI FILII. »

3426. — *Laterani 3 Iunii.*
« Nobili viro Almalrico comiti Tolosano. » Confirmat ei eiusque haeredibus Biterrensem, Carcassonensem, Albiensem civitates ac alias haereticorum terras, quas inclitae recordationis (Simoni comiti de Monteforti) eius patri, tres denarios per singulas domos eiusdem terrae annuatim Ecclesiae Romanae promittenti, Innocentius Papa III iam concesserat. Laterani III. Non. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 677. fol. 135; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 43; Baluze Misc. II. 254. (ed. Mansi III. 22); Bouges Hist. de Carcassone 551; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 853; Bouquet Rec. XIX. 696; Teulet Layettes I. 518. n. 1456; cf. Mahul Cartul. V. 292. 297; Potthast 580. n. 6673.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

3427. — *Laterani 3 Iunii.*
« Archiepiscopo Senonensi. » Ad relevandum fidei negotium in Provinciae partibus comittitur ei legationis officium in sua provincia cum plenaria potestate faciendi omnia quae viderit expedire, excepto quod nil commutet circa crucesignatorum vota; et una cum Remensi et Bituricensi archiepiscopis ad ipsius negotii relevationem Ph(ilippum) regem Francorum inducant. Dat. ut supra. (Laterani III. Nonas Iunii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 678. fol. 513; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 43; Horoy H-i opp. omn. III. 838. n. 419.* — « DE PRVDENTIA ET CARITATE. »

Cod. Vat. addit: In eundem modum scriptum est Bituricensi archiepiscopo pro legationis officio in Turonensi provincia et sua dioecesi.

In eundem modum scriptum est Remensi archiepiscopo pro legationis officio in Remensi et Rothomagensi provinciis.

3428. — *Laterani 3 Iunii.*
« Nobilibus viris (Raimundo) comiti Fuxensi et (Rogerio Bernardo) filio eius spiritum consilii sanioris. » Vt a defendendis haereticis se abstineant, et infra duos menses post susceptionem praesentium redeant ad unitatem ecclesiasticam, praecise iurando in manibus C(onradi) Portuensis episcopi Ap. Sedis Legati ac praestando alias idoneas cautiones quod parebunt Papae vel ipsius Legati mandatis sub poena abiudicationis

castri Fuxi et cuiusvis alius terrae eorum, quae ipsis abiudicata non fuit in Concilio generali. Laterani II. Nonas Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 679. fol. 135; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 48; Bouquet Rec. XIX. 701; Vaissette Hist. de Languedoc III. p. 269; Potthast 564. n. 6460. (an. 1220. sine mense ac die); Horoy H-i opp. omn. III. 837. n. 418.* — « Expectavimvs vt excommvnicationis. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est nobilibus viris comiti Convenarum et filiis eius.

3429. — *Laterani 3 Iunii.*

« Archiepiscopo Rothomagensi ac Remensis et Rothomagensis ecclesiarum suffraganeis ac dilectis filiis abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum prelatis ac Christi fidelibus universis per Remensem et Rothomagensem provincias constitutis. » Vt archiepiscopum Remensem pro negotio fidei in partibus Provinciae Apostolicae Sedis Legatum recipiant eique obediant; alioquin sententiam quam tulerit in rebelles, usque ad satisfactionem condignam firmiter observari praecipiet. Dat. ut supra. (Laterani III. Non. Iunii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 680. fol. 136; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 42; Horoy H-i opp. omn. III. 833. n. 413.* — « Divinas recensentes historias. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est Senonensi archiepiscopo et suffraganeis eius et aliis.

Turonensi archiepiscopo et suffraganeis eius et aliis.

Burdegalensi archiepiscopo et suffraganeis eius et aliis.

3430. — *Laterani 3 Iunii.*

« C(onrado) Portuensi episcopo Apost. Sedis Legato. » Scribit ei de officio Legationis pro negotio fidei commisso Remensi, Rothomagensi et Senonensi archiepiscopis in sua et Bituricensi et Turonensi provinciis, eumque hortatur ut aliorum corda in amore ac tuitione saepedicti negotii verbo et exemplo confirmet. Dat. ut supra. (Laterani III. Non. Iunii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 681. fol. 136; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 835. n. 414.* — « Divinas recensentes historias. »

3431. — *Laterani 3 Iunii.*

« Eidem. » Cum quidam episcopi et praelati non vereantur haereticis impendere favorem et auxilium, concedit ei facultatem inquirendi, corrigendi et puniendi tam praelatos tam alios sive regulares et exemptos sive alios quoslibet haereticorum fautores, privilegio Cisterciensibus, Templariis, Hospitalariis aut aliis quibuscumque concesso seu appellationis diffugio non obstante. Dat. ut supra. (Laterani III. Non. Iunii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 682. fol. 136; Mss. Vallicell. I. 53; Vaissette Hist. de Languedoc III. pr. 267; Bouquet Rec. XIX. 700; Potthast 564. n. 6462. (ad an. 1220, sine mense ac die); Horoy H-i opp. omn. III. 835. n. 415.* — « Non sine amaritvdine. »

3432. — *Laterani 3 Iunii.*

« Eidem. » Dolet quod fidelium exercitus sive aliqui de ipso exercitu nonnullos iniuste exhaeredasse, spoliasse ac etiam occidisse dicuntur: ideo mandat ut huiusmodi excessus coherceat. Dat. ut supra. (Laterani III. Non. Iunii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 683. fol. 136; Mss. Vall. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 837. n. 417.* — « Cvm nvlli sit. »

3433. — *Laterani 3 Iunii.*

« Eidem. » Mandat, prohibeat ne capitula et conventus in partibus Provinciae seu in terminis suae legationis constituta procedant in ecclesiis cathedralibus aut abbatiis

tam exemptis quam aliis vacantibus ad electiones sine eius consensu, irritum decernendo si quid contra huiusmodi prohibitionem fuerit attemptatum. Dat. ut supra. (Laterani III. Non. Iunii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 684. fol. 136; Mss. Vallic. I. 53; Vaissette Hist. de Languedoc III. pr. 268; Bouquet Rec. XIX. 700; Potthast 564. n. 6464. (an. 1220. sine mense ac die); Horoy H-i opp. omn. III. 836. n. 416.* — « Cvm per qvorvmdam. »

3434. — *Laterani 3 Iunii.*
« Nobili viro Raymundo filio R. quondam comitis Tolosani spiritum consilii sanioris. » Eum monet et exhortatur ut ad sinum Ecclesiae revertatur et infra duos menses post susceptionem praesentium idonea cautione praestita iuret in manibus C(onradi) Portuensis episcopi Apost. Sedis Legati, se nunquam fauturum haereticis, et Ecclesiae mandatis esse obediturum, alioquin terra quam possidet ultra Rodanum privabitur. Dat. ut supra. (Laterani III. Nonas Iunii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 685. fol. 137; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 43; Horoy H-i opp. omn. III. 832. n. 412.* — « Cvm tholosa et alia. »

3435. — *Laterani 3 Iunii.*
« Consulibus et populo Nemausensibus spiritum consilii sanioris. » Vt redeant ad Ecclesiae unitatem iurando in manibus C(onradi) Portuensis episcopi Ap. Sedis Legati, ac praestando alias idoneas cautiones quod parebunt omnibus Ecclesiae mandatis, alioquin, si hoc infra duos menses post susceptionem praesentium non fecerint, eorum civitatem honore episcopalis dignitatis privabit eiusque dioecesim convicinis dioecesibus applicabit. Dat. ut supra. (Laterani III. Non. Iunii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 686. fol. 137; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 830. n. 410.* — « Expectantes expectavimvs. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est consulibus et populo Avinionensibus.

In e. m. scriptum est consulibus et populo Tolosanis.

3436. — *Laterani 3 Iunii.*
« Penitentiario Claromontensi. » Auditis et intellectis quae coram E(gidio) sanctorum Cosmae et Damiani diacono cardinali proposita fuerunt, mandat ut quasdam praebendas ecclesiae Aniciensis certis conferat personis, non obstante consuetudine quod dumtaxat nobilibus illae assignentur iuxta mandatum apostolicum olim transmissum B(ertranno) tit. sanctorum Iohannis et Pauli Cardinali dum in Provinciae partibus legationis officio fungebatur. Laterani III. Non. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. 5. epist. 690. fol. 138.* — « Dilecto filio. »

3437. — *Laterani 3 Iunii.*
« Episcopo Ratisponensi. » Vt magistro Wernero qui ad ipsius ecclesiae servitium totum se exhibuit, ita quod propter hoc tempore ipsius Papae et Innocentii (III) felicis recordationis saepe saepius ad Sedem Apostolicam veniendo graves labores et pene intolerabiles angustias sustinuerit, praebendam, si qua vacat, vel primo vacaturam conferat. Laterani III. Nonas Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. epist. 692. fol. 139; Horoy H-i opp. omn. III. 831. n. 411.* — « Sicvt relatvm est. »

3438. — *Laterani 3 Iunii.*
« Viviano, Hugoni et Paschali Presbyteris et M. diacono. » Quaedam beneficia ad mansionariae officium deputata in Paduana ecclesia ab (Iordano) episcopo Paduano de mandato (Hugolini) Ostiensis episcopi Apost. Sedis Legati eis collata confirmat. Laterani III. Non. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 718. fol. 143; Dondi Orlogio Dissert. VII. docum. 24. n. 21;*

Potthast 580. n. 6674. — « IVSTIS PETENTIVM. »

3439. — *Laterani 4 Iunii.*

« Abbati et Priori de Valle Dei Cisterciensis ordinis. » Cum sint in iure simplices et causarum sit eis discussio peregrina, et ne a contemplationis studio turbentur, indulget ne per commissiones ullas quas ad eos impetrari contigerit procedere teneantur, si de indulgentia huiusmodi non fecerint mentionem. Laterani II. Non. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 697. fol. 139.* — « A NOBIS HVMILITER. »

3440. — *Laterani 6 Iunii.*

« Arelatensi Archiepiscopo. » Confirmat ordinationem factam a C(onrado) episcopo Portuensi et sanctae Rufinae Apost. Sed. Legato in monasterio sancti Gervasii de Fos (*Horoy* Fossa), Arelatensis dioecesis, ubi, amotis monachis, quatuor canonicos regulares et archidiaconum, qui ipsis praeesset, instituit, pro eorum provisione datis omnibus iuribus quae dictum monasterium in tota dioecesi Arelatensi habebat, excepta vero ecclesia sanctae Ceciliae iuxta Castrum novum, quam mensae canonicorum Arelatensium perpetuo deputat; praedicti Conradi autenticum hic de verbo ad verbum refertur. Laterani VIII, Idus Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 726. fol. 144; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. III. 840. n. 420.* — « EA QVE PER LEGATOS. »

3441. — *Laterani 7 Iunii.*

« (Conrado) Portuensi episcopo Apost. Sedis Legato. » Approbat desiderium aliquorum qui instituere desiderant in provincia Narbonensi ordinem militum qui, sicut templarii contra saracenos pugnant in partibus Orientis, ita in partibus illis decertent contra haereticam pravitatem, pro pacis ac fidei negotio, et ecclesiastica libertate. Laterani VII. Id. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 696. fol. 139; Mss. Vallic. I. 53. et I. 51. p. 518; Vaissette Hist. de Languedoc III. 268; Bouquet Rec. XIX. 699; Potthast 564. n. 6463. (an. 1220, absque mense ac die); Horoy H-i opp. omn. III. 844. n. 422.* — « CVM QVIDAM CHRISTIANE. »

3442. — *Laterani 7 Iunii.*

Abbatissae et conventui S. Pontii Cisterciensis ordinis. Quum monasterium S. Gervasii de Fossa (Fossis *in Potth.*) ob culpam abbatis et monachorum ita sit collapsum quod vix adiiciet ut resurgat, omnia ipsius iura in Tolonensi et Foroiuliensi episcopatibus vel aliis locis assignat ad provisionem monialium Cisterc. ord. commorantium in monasterio quod construendum duxit in ecclesia S. Petri de Almanarra Tolonens. dioc.; exceptis ecclesia S. Ceciliae iuxta Castrum novum, quam assignavit mensae canonicorum Arelatensium, et ecclesiis S. Vincentii de Ions Massiliens. dioc., et S. Mariae de Cupresso Aquens. dioc., quas dicto monasterio S. Pontii in perpetuo assignat. Laterani VII. Id. Iun. anno quinto. — *Gallia christ. I. (ed. 1716). instr. 129; Horoy H-i opp. omn. III. 842. n. 421. cf. Potthast 580. n. 6676. cum n. 3440. huius Regesti.* — « EA QVAE PER LEGATOS. »

3443. — *Laterani 7 Iunii.*

Abbatissae et monialibus S. Laurentii de Venetiis indulget, ut de novalibus, quae propriis sumptibus colunt aut de suorum animalium nutrimentis nullus ab eis decimas exigere vel extorquere praesumat. Laterani VII. Id. Iunii anno quinto. — *Cornelius Eccles. Venet. XI. 102; Potthast 581. n. 6677; Horoy H-i opp. omn. III. 844. n. 423.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

3444. — *Laterani 8 Iunii.*

« Nobili mulieri I. Marchionisse Misnensi. » Eam eiusque filium Henricum cum omnibus bonis recipit in protectionem. Laterani VI. Id. Iunii auno quinto — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 695. fol. 139; Mss. Vallicell. I. 53.* — « ET SVSCEPTE SERVITVTIS. »

3445. — *Laterani 8 Iunii.*
« Archiepiscopo Mediolanensi. » Dat ei licentiam obligandi possessiones suae ecclesiae pro debitis solvendis, et alia debita pro recuperandis possessionibus ac iuribus et honoribus etiam ac pro subsidio Terrae Sanctae contrahendi. Laterani VI. Id. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 691. fol. 138.* — « TVA FRATERNITAS. »

3446. — *Laterani 9 Iunii.*
« Episcopo Ambianensi. » Vt canonicos ecclesiarum sancti Nycolai et sancti Firmini Ambianensium possit, si earum consuetudo non obsit, ad residentiam in ipsis ecclesiis faciendam, pro earumdem ecclesiarum utilitate, coartare. Laterani V. Id. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 700. fol. 140; Horoy H-i opp. omn. III. 845. n. 424.* — « EX TVA INSINVATIONE. »

3447. — *Laterani 9 Iunii.*
« Episcopo et thesaurario Oxomensibus et magistro Martino Archidiacono Burgensi. » Mandat ei ut in causa inter episcopum Calaforrensem ex parte una et quosdam canonicos ecclesiae Calagurritanae ex altera, super electione facta de ipso ad eandem ecclesiam, quum archiepiscopus Toletanus excedens Papae mandatum ipsum episcopum ab administratione eiusdem ecclesiae removisset eique praefecisset archidiaconum Toletanum, inquirat et negotium sufficienter instructum cum processu eiusdem archiepiscopi ad Papam remittat, praefigendo partibus terminum competentem ut ad Apostolicam Sedem accedant. Laterani V. Id. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 744. fol. 149.* — « VENERABILI FRATRE NOSTRO. »

3448. — *Laterani 9 Iunii.*
Alberto de Borzano, Aldebrandino de Pizo, Guidoni de domo Pizi et aliis eorum consortibus, quos (Hugo) Ostiensis episcopus apostolicae sedis legatus de castro Quarentulae ad terras comitissae Matildis pertinente feudi nomine investiverat, hanc investituram confirmat. « In recognitionem tamen dominii apostolicae sedis vos asturem unum et canes duos nobis nostrisque successoribus annis singulis in nativitate Domini persolvetis. » Laterani V. Id. Iunii anno quinto. — *Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. dipl. 74. n. 739; Potthast 581. n. 6679.* — « RECOGNOSCENTIBVS VOBIS CORAM. »

3449. — *Laterani 10 Iunii.*
« Archipresbytero, officiali et P. Belli canonico Bituricensibus. » Quum capitulum Lemovicense vicesimum quintum canonicorum numerum in sua ecclesia statuissent, quod a Papa confirmatum fuit; postea vero Petragoricensis episcopus et collegae sui quindecim alios canonicos in ecclesia ipsa nominassent, et contra hoc iamdictum capitulum ad Papam appellassent; hinc, audita relatione P(etri) s. Georgii diaconi Cardinalis, quem auditorem dederat, mandat hiis ut observari faciant sententiam latam pro capitulo memorato, videlicet nominatorum numerum ecclesiae facultates excessisse, et sententialiter irritat quod a Petragoricensi episcopo et eius collegis factum fuit. Laterani IIII. Id. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 698. fol. 139; Horoy H-i opp. omn. III. 846. n. 425.* — « OLIM PRIMO AD BONE. »

3450. — *Laterani 10 Iunii.*
« Magistro et fratribus Milicie Templi de Romania. » Vt legata a decedentibus eis facta pro subsidio Terrae Sanctae libere retinere possint, et nemo audeat ea eis extorquere. Laterani IIII. Id. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 709. fol. 142.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

3451. — *Laterani 10 Iunii.*
« Portuensi episcopo Ap. Sedis Legato. » Vt in terra eius legationi commissa compellat praelatos ecclesiarum exemptarum

tam Cisterciensis quam Cluniacensis seu Praemonstratensis ordinum ut pro tuenda christianae fidei veritate de bonis suis aliquid conferant. Laterani IIII. Id. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 723. fol. 143; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 42; Horoy H-i opp. omn. III. 847. n. 426.* — « Cvm bona ecclesiastica. »

3452. — *Laterani 10 Laterani.*
« Eidem. » Vt in terra suae legationi commissa, de proventibus ecclesiasticis, pensatis ecclesiarum facultatibus, provideat ut usque ad certum terminum, quem viderit expedire, annuatim competens subsidium pro fidei negotio, in urgenti necessitate posito, conferatur. Laterani IIII. Id. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 724. fol. 144; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221 n. 42; Horoy l. c.* — « Et qvanto pravitatis. »

3453. — *Laterani 11 Iunii.*
« Scolastico et Penitentiario Ambianensibus. » Vt B. monachum sancti Fusciani Ambianensis dioecesis, virum litteratum, providum et honestum, qui dudum in quodam ergastulo se fecit intrudi motu propriae voluntatis, redire faciant ad claustrum sub abbatis sui obedientia regulariter moraturum. Laterani III. Id. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 701. fol. 140; Horoy H-i opp. omn. III. 852. n. 429.* — « Dilecti filii. »

3454. — *Laterani 11 Iunii.*
« Odoni Abbati sancti Stephani Cadomensis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Ad exemplar Alexandri PP. III., « cuius privilegii tenorem in eius perspeximus contineri Regesto, » eorum monasterium cum suis possessionibus, iuribus, libertatibus ac praesertim exemptionibus ab episcopo Baiocensi, in ius et tutelam beati Petri et suam suscipit. Laterani per manum Willelmi sanctae Romanae ecclesiae Vicecancellarii III. Id. Iunii Indict. VIIII. Incarnat. Dominicae anno MCCXXI. Pontif. Honorii PP. III. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 702. fol. 140; Lanfranci opp. ed. d'Achery I. 28; Dumonstier Neustria pia 641; Potthast 581. n. 6680; Horoy H-i opp. omn. III. 839. n. 427.* — « Religiosam vitam eligentibvs. »

3455. — *Laterani 11 Iunii.*
« Episcopo, decano Lexoviensibus et priori sancte Barbare Lexoviensis diocesis. » Mandat ne abbatem et monasterium sancti Stephani de Cadomo Baiocensis dioecesis super privilegio ab Alexandro Papa III. concesso, « sicut in Regesto eius perspeximus contineri, » et a se confirmato, molestari permittant, molestatoresque eorum indebitos per censuras ecclesiasticas appellatione postposita compescant. Laterani III. Idus Iunii. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 707. fol. 141.* — « Avctoritati sedis apostolice. »

3456. — *Laterani 11 Iunii.*
« (Gernoto) Abbati et conventui Niemburgensibus. » Compositionem inter ipsos et Henricum comitem Ascariae super exoculatione et mutilatione ipsius abbatis et diversis gravaminibus et iniuriis, quae occasione advocatiae eis praedictus comes contulerat initam, ut videlicet triginta tantum marcharum redditus ipsi comiti et eius haeredibus advocatiae nomine annuatim de bonis monasterii sui assignent, et is nunquam in monasterii negotiis se immisceat, sed teneatur eos defendere, si requisitus, confirmat. Laterani III. Idus Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 725. fol. 144; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 40; Horoy H-i opp. omn. III. 851. n. 428.* — « Ea qve pro bono. »

3457. — *Laterani 12 Iunii.*
« Vniversis ecclesiarum prelatis per Fesulanam diocesim constitutis. » Vt omnes obediant episcopo Fesulano, hiis dumtaxat exceptis qui ecclesias quibus praesunt exemptas esse ab eius iurisdictione probare possunt. Laterani II. Id. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 704. fol. 141.* — « Vniversitatem vestram. »

3458. — *Laterani 12 Iunii.*
« Abbati et conventui Vallis Vmbrose Fesulane diocesis. » Vt Fesulano episcopo, qui non habet ubi caput declinet nec immo valeat sustentari, nec non quatuor familiaribus suis in hospitio congruo et in necessariis, donec aliter disponatur, liberaliter provideant. Laterani II. Idus Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 720. fol. 143; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Cvm venerabilis frater. »

3459. — *Laterani 12 Iunii.*
« Abbati sancti Fremerii, Priori de Calsdred Vasatensibus et B. de Angulis canonico Vasatensi. » Vt episcopo Vasatensi, qui redditus sui episcopatus pro maxima summa pecuniae invenerit creditoribus obligatos, retinendi usque ad decennium capellanias sancti Saturnini de Regula et sanctae Basilicae quas ante promotionem suam in Vasatensi dioecesi obtinebat, liberam tribuant facultatem. Laterani II. Id. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 730. fol. 146; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Venerabilis frater. »

3460. — *Laterani 13 Iunii.*
« Preposito Aretino. » Vt ad extenuationem debitorum ecclesiae Fesulanae quae non habet unde possit creditoribus satisfacere quasdam possessiones minus utiles vendere possit. Laterani Idibus Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 703. fol. 141.* — « Venerabilis frater. »

3461. — *Laterani 13 Iunii.*
« (Hugolino) episcopo Hostiensi Apost. Sedis Legato. » Vt ad monasterium in Coelo Aureo Papiense, quod, ipso referente, adeo in spiritualibus et temporalibus est collapsum, ut nunquam possit per Nigros monachos, nunc ibi existentes, reformari, transferat canonicos Mortariensis ecclesiae ordinis sancti Augustini, qui liberi insistere poterunt regularibus institutis, et hactenus in eadem ecclesia saepe passa propter continua guerrarum discrimina distructionis et combustionis incommoda, nequiverunt quae sui sunt ordinis commode observare. Laterani Idib. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 705. fol. 141; Pennottus Cleric. canon. histor. 205; cf. Robolini Notizie IV. I. 101; Potthast 581. n. 6681; Horoy H-i opp. omn. III. 853. n. 430.* — « Benigne tvas recepimvs. »

3462. — *Laterani 13 Iunii.*
« F(riderico) imperatori Romanorum illustri semper augusto et regi Sicilie. » Quum iam multi murmurent quod is postponat exsequi votum suum, et hanc voti dilationem Papae praecipue imputent; ergo ipsum hortatur ne differat transfretare, ac interim galeas mittat, quas in auxilium christiani exercitus praeparare fecit. Laterani Idib. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 706. fol. 141; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 519; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 6; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 190; Potthast 581. n. 6682; Horoy H-i opp. omn. III. 854. n. 431; Rodenberg Ep. Sel. 121. n. 175.* — « Si aliqva tve celsitvdinis. »

3463. — *Laterani 13 Iunii.*
« Bertrando de Sansamastino Subdiacono. » Indulget ut defectus natalium ei ad suam promotionem non obstet, cum archiepiscopus Auximanus metropolitanus suus et Convenarum et Baionensis episcopi pro eius vita et scientia laudabile testimo-

nium perhibeant, et dignum sit ut plus ei prosint propria merita quam culpa noceat aliena. Laterani Idib. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 711. fol. 142.* — « LICET CONTRA NATOS. »

3464. — *Laterani 13 Iunii.*
« Abbatisse et conventui sancti Hilarii Fesulane diocesis. » Vt episcopo Fesulano et duabus personis familiaribus suis provideant in necessariis donec aliter de ipso a Papa disponatur. Laterani Idib. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 719. fol. 143; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CVM VENERABILIS FRATER. »

3465. — *Laterani 13 Iunii.*
« Episcopo et capitulo Bononiensibus. » Mandat ut, quam primum archidiaconatus Bononiensis erit vacaturus, personam idoneam infra tempus a iure indultum ibi eligant, quae in ecclesia teneatur residentiam facere, nisi absens pro negotiis et evidenti eiusdem ecclesia utilitate fuerit, alioquin archidiaconatus proventus in sua absentia minime percipiat, nec alii officium suum committere possit exequendum. Laterani Idib. Iunii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 742. fol. 748-749; Sarti de Clar. Archigymn. Bonon. professor. I. 11. 176; Savioli Ann. Bologn. III. II. 11; Potthast 581. n. 6683.* — « DIGNVM EST VT. »

3466. — *Laterani 14 Iunii.*
« C. preposito et canonicis de Withubu (*Potth.* Withuhu) Cenadiensis diocesis. » Ordinationem in eorum ecclesia per (Desiderium) episcopum Cenadiensem factam, qui in loco monachorum nigrorum, ad evitandam regis Vngariae et eiusdem episcopi per eorum excessus indignationem migratorum, canonicos saeculares instituit, audita etiam super hoc relatione Waradiensis episcopi et C. praepositi Albensis ad quos super hoc litteris dedit in mandatis ut inquirerent et referrent, confirmat. Laterani XVIII. Kal. Iulii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 727. fol. 145; Féjer Cod. dipl. III. 1. 314; Potthast 581. n. 6684; Horoy H-i opp. omn. III. 855. n. 432.* — « SICVT VENERABILIS FRATER. »

3467. — *Laterani 14 Iunii.*
« Cathaniensi episcopo Regni Sicilie Cancellario. » Praecipit ut vel satisfaciat I. Grasso civi Romano de quadam pecuniae summa sibi debita, vel apostolico conspectui se praesentet exhibiturus eidem quod postulat iuris ordo, alioquin a pontificali officio suspendetur. Laterani XVIII. Kalendas Iulii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 739. fol. 148.* — « SEPE TIBI DEDISSE. »

3468. — *Laterani 15 Iunii.*
« Abbati et conventui Casemarii. » Prohibet ne possessiones de elemosina ipsius Papae eorum monasterio acquisitae alienentur, et si quisquam contra temptaverit eum excommunicationis sententia subiacere decernit nonnisi per Sedem Apostolicam absolvendum. Laterani XVII. Kal. Iulii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 708. fol. 142.* — « VESTRIS INCLINATI PRECIBVS. »

3469. — *Laterani 15 Iunii.*
« Saresbiriensi et Elyensi episcopis. » Vt iuxta prioris mandati tenorem inquirant contra episcopum Dunelmensem attentius provisuri ne interim per eundem episcopum vel monachos Dunelmenses bona eiusdem ecclesiae dissipentur. Laterani XVII. Kal. Iulii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 712. fol. 142; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Mss. Vallicell. I. 53.* — « LICET INQVISITIONIS. »

Ex Cod. Vat.: Scriptum est super hoc Dunelmensi episcopo ut per se vel procuratorem idoneum coram prefatis episcopis huiusmodi studeat negotio interesse.

*

3470. — *Laterani 15 Iunii.*

« R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali Campanie Maritimeque Rectori. » Vt a Terracinensibus, qui contra Signinos hostiliter equitantes praedam non modicam abstulerunt eisdem, eo quod illi, de mandato ipsius Cardinalis, secum contra Terracinam in exercitu processerunt, nullam recipiat pactionem nisi prius ipsis Signinis de ablatis plene satisfecerint. Laterani XVII. Kal. Iulii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 713. fol. 142; Mss. Vallicell. I. 53; Theiner Cod. dipl. dom. temp. S. Sed. I. 67. n. 108; Potthast 581. n. 6685; Horoy H-i opp. omn. III. 856. n. 433.* — « GRAVE GERIMVS ET. »

3471. — *Laterani 15 Iunii.*

« Decano et capitulo ecclesie sancti Castoris in Confluentia Treverensis diocesis. » Vt fructus praebendae vacantis, donec alia vacet, inter magistrum Alatrinum Papae capellanum ecclesiae dictae praepositum et Raynaldum de Puzallia subdiaconos ipsius Papae aequis portionibus dividantur, primam autem vacaturam sibi reservat ad opus dicti Raynaldi ita quod praedictus magister Alatrinus istam habeat, alioquin ab abbate sancti Albani, a scolastico et a custode sancti Stephani Maguntinis ad id per censuram ecclesiasticam compellentur. Laterani XVII. Kalendas Iulii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 734. fol. 147; Würdtwein Nova subs. IV. 118; Mittelrheinisches UB. III. 147. n. 171; Potthast 581. n. 6686. et in Append. p. 2091; Horoy H-i opp. omn. III. 857. n. 434.* — « CVM INTER DILECTOS. »

3472. — *Laterani 15 Iunii.*

Hospitali Margatensi donationem ei a. 1217 factam confirmat. Laterani XVII. Kal. Iulii anno (secundo *sed legas*) quinto. (*Editor* II. *et* V. *commiscuit*). — *Fejér Cod. dipl. III. 1. 244; Potthast 581. n. 6687.*

3473. — *Laterani 17 Iunii.*

Decanum et capitulum ecclesiae S. Mariae in Campis tuendos suscipit, specialiter autem ecclesias de Sowelenheim et de Hilberseim, quas eis (Sigfridus) archiepiscopus Maguntinensis concessit, ipsis confirmat. Laterani XV. Kal. Iulii anno quinto. — *Würdtwein Dioc. Mogunt. I. 196; Potthast 581. n. 6688; Horoy H-i opp. omn. III. 858. n. 435.* — « CVM A NOBIS. »

3474. — *Laterani 18 Iunii.*

« Abbati Maioris Monasterii et decano sancti Martini Turonen. et Thesaurario sancti Hylarii Pictavensi. » Precibus Philippi Francorum, et Henrici Anglorum regum, et Berengariae quondam Angliae reginae, et Constantiae Romanorum Imperatricis et reginae Siciliae annuens, mandat ut capellam regiam sancti Petri Cenomanensis faciant eo statu ac libertate gaudere, qua tempore Henrici et Ricardi regum Angliae et hucusque gavisa est. Laterani XIIII. Kal. Iulii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 728. fol. 145; Mss. Vallicell. I. 53.* — « KARISSIMI IN CHRISTO FILII. »

In eundem modum scriptum est (Iohanni) archiepiscopo Turonensi et (Mauritio) episcopo Cenomanensi. — *Cod. Vat. l. c.; Piolin Hist. de l'égl. du Mans IV. 581. n. 69; cf. Bilard Docum. histor. 8. n. 45; Potthast 582. n. 6694; Horoy H-i opp. omn. III. 862. n. 440. (24 Iunii).*

In e. m. scriptum est super hoc Philippo Francorum et Henrico Anglorum regibus. — *Cod. Vat. l. c.*

3475. — *Laterani 19 Iunii.*

« Canonicis de Witubu (*Potth.* Wituhu) Cenadiensis diocesis. » Eorum personae una cum bonis sub apostolica protectione recipiuntur, specialiter autem de Iani, de Popi, et de Ponte Ioance (*Potth.* Ivancae) ecclesiae cum suis capellis et pertinentiis, ab episcopo Cenadiensi concessae, eisdem confirmantur. Laterani XIII. Kal. Iulii anno

quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 732. fol. 147; Féjer Cod. dipl. III. 1. 316; Potthast 582. n. 6691; Horoy H-i opp. omn. III. 859. n. 436.* — « Cvm a nobis petitvr. »

3476. — *Laterani 19 Iunii.*
« G(regorio de Crescentio) sancti Theodori diacono Cardinali Apost. Sedis Legato. » Vt inquirat an metropolis in Pragensi ecclesia et utrum plures episcopatus in sua dioecesi constitui possint, ut fieri expostulabat (Andreas) episcopus Pragensis, ad quod attendens Innocentius Papa in parte super hoc procedere procuravit. Laterani XIII. Kal. Iulii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 735. fol. 147; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 29; cf. Erben Reg. Bohem. I. 299. n. 644; cf. Palacky Reise 23. n. 90; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 122. n. 118; Potthast 581. n. 6689.* — « Venerabilis frater. »

3477. — *Laterani 19 Iunii.*
« Eidem. » Vt episcopi Pragensis, cui propter regem et barones Boemiae periculosum nimis existit cum eisdem in loco litigare suspecto, securitati provideat. Dat. ut supra. (Laterani XIII. Kal. Iulii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 736. fol. 147; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 39; cf. Erben l. c. n. 645; cf. Palacky l. c. n. 91; Boczek l. c. 123. n. 119; Potthast 582. n. 6690.* — « Qvia venerabili fratri. »

3478. — *Laterani 20 Iunii.*
« (Pelagio) Albanensi episcopo Apostolice Sedis Legato. » Vt super conditionibus oblatis a parte altera (sic) mature procedat cum in Terrae Sanctae negotio tanta christianorum multitudo ceciderit, et expensae maximae factae sint et iamdudum conditionem habere potuerit aeque bonam; confortat eum de iuramento praestito a Friderico imperatore de transfretando, ac nuntiat quod (Hugolinus) episcopus pro eodem negotio in Lombardiam et Tusciam destinatus optimum Terrae Sanctae subsidium procuravit, et marchio Montisferrati cum militum multitudine ad festinum eidem Terrae subsidium se accingit. Laterani XII. Kal. Iulii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 729. fol. 146; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 520; Rodenberg Ep. Sel. 122. n. 176.* — « Absit vt Terre Sancte. »

Ex Cod. Vat.: In eundem modum scriptum est Templariis, Hospitalariis, Magistro et fratribus sanctae Mariae Teutonicorum, archiepiscopo Burdegalensi, cuilibet per se.

3479. — *Laterani 21 Iunii.*
« Amato presbytero canonico Alatrino. » Administrationem ecclesiae Alatrinae ipsi committit donec Alatrinae ecclesiae sit de pastore provisum. Laterani XI. Kal. Iulii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 731. fol. 147.* — « Ne Alatrina ecclesia. »

3480. — *Laterani 21 Iunii.*
(Alberto) archiepiscopo Magdeburgensi mandat, ut, cum maior praepositus archidiaconatum civitatis habeat suae praepositurae annexum, hic autem licet saepe commonitus ad diaconatus ordinem non accesserit, ipsum ad id moneat, et inducat eundem ad id si necesse fuerit compellens. Laterani XI. Kal. Iulii anno quinto. — *S. Lentzens Dipl. Stifts-u. Landes-Hist. von Magdeburg (Cöthen et Dessau 1756. 4.) 510; Potthast 582. n. 6692; Horoy H-i opp. omn. III. 860. n. 438.* — « Ex parte tva. »

3481. — *Laterani 22 Iunii.*
« Decano et capitulo Ariensibus Morinensis diocesis. » Cum super collatione canonicatus favore magistri Hugonis, pro quo eisdem iam dedit litteris in mandatis, obsit quod ad praesens non habeant praepositum ad quem id asserunt pertinere, nuntiat eisdem se iussisse in mandatis archidiacono

de Brabantia, decano et magistro W. de Bigardo canonico Cenomanensibus ut praedictum magistrum Hugonem, cum fuerit de praeposito eorum ecclesiae provisum, vel si ante provisionem eiusdem aliquam praebendam vacare contigerit, recipi faciant ad eandem. Laterani X. Kal. Iulii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 737. fol. 147.* — « Gratvm gerimvs. »

Scriptum est super hoc eisdem.

3482. — *Laterani 22 Iunii.*

« Episcopo Claromontensi. » Vt in Artonensi ecclesia praebendas vacantes conferat, vice Papae, idoneis personis, cum illae tanto iam tempore vacaverint, quod ad Papam earum donatio devoluta sit. Laterani X. Kal. Iulii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 743. fol. 149; Horoy H-i opp. omn. III. 860. n. 437.* — « Ad nostram noveris. »

3483. — *Laterani 24 Iunii.*

Praeposito et conventui S. Lucii Praemonstr. ord. Curiens. dioc. ecclesiam in Benedure eis ab Arnoldo Curiensi episcopo collatam auctoritate apostolica confirmat. Laterani VIII. Kalend. Iulii anno quinto. — *Ios. Bergmann Beitr. z. e. krit. Gesch. Vorarlbergs (1853) 103; Mohr Cod. dipl. II. 292. n. 219; Potthast 582. n. 6693; Hosoy H-i opp. omn. III. 861. n. 439.* — « Cvm a nobis. »

3484. — *Laterani 26 Iunii.*

« Nobili viro Waltero comiti Crotonensi Magistro Regni Iusticiario. » Eum rogat et hortatur ut nolit Reatinam civitatem in beati Petri patrimonio existentem hostiliter oppugnare, sed ab omni gravamine contra ipsam desistat, ipse enim Papa paratus est iustitiae plenitudinem exhibere quam is et alii habeant contra supradictam civitatem. Laterani VI. Kal. Iulii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 741. fol. 148; Mss. Vallicell. I. 53. et I. 51. p. 523; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 36; Theiner Cod. dipl. dom. temp. S. Sed. I. 67. n. 109; Potthast 582. n. 6695; Horoy H-i opp. omn. III. 863. n. 441.* — « Cvm non dvbites. »

In eundem modum scriptum est nobilibus viris T. de Amiterno et R. de Ofenis dominis regni iustitiariis. — *Cod. Vat. l. c.; Potthast Append. p. 2091.*

3485. — *Laterani 26 Iunii.*

Archipresbytero F(riderico) et I(uliano) canonicis Pistoriensibus per iterata scripta mandat, ut in causa inter plebanum capitulumque ecclesiae S. Stephani ex parte una et priorem S. Donati Florent. dioc. ex altera super iure parochiali ecclesiae supradictae vertente procedant. Laterani VI. Kal. Iulii anno quinto. — *Lami Eccl. Florent. Mon. II. 1212; Potthast 592. n. 6696; Horoy H-i opp. omn. III. 864. n. 442.* — « Sva nobis dilecti. »

3486. — ...

Vniversos Christi fideles tam clericos quam laicos in terra legationis C(onradi) Portuensis episcopi constitutos hortatur, ut ad subventionem belli contra haereticos (Albigenses) indefesso studio se accingant, et inter se invicem collectam faciant ea causa, ut, si quis ad dictum negotium proficisci nequiverit, saltem per piae subventionis auxilium proficiscatur. Sine signo chronologico: finis deest. — *Vaissette Hist. de Languedoc III. pr. 267; Bouquet Rec. XIX. 699; Potthast 564. n. 6461. (ad finem anni 1220); Horoy H-i opp. omn. III. 625. n. 165. (ad finem anni 1220).* — « Aliqvando altitvdo celestis. »

3487. — *Laterani 3 Iulii.*

« Patriarche Gradensi. » Cum in causa inter P. procuratorem praepositi Rubinensis et I. presbyterum canonicum Polensem quibus magistros Gratiam et B. capellanos suos dedit auditores, idem P. proposuerit praedictum I. circa litteras Innocentii Papae falsitatis vitium commisisse, mandat, ut inquisita super falsitatis vitio diligentius veritate, praefatum presbyterum ad Papam

cum litteris suis processum negotii continentibus sub custodia fida remittat, ipso quoque praeposito iniungens ut et ipse ad Papae praesentiam accedat quatenus ipso praesente de praefato vitio veritas plenius appareat. Laterani V. Non. Iulii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 746. fol. 149.* — « Cvm P. procvrator. »

3488. — *Laterani 3 Iulii.*
« Magistro Conrado Capellano et penitentiario nostro. » Cum episcopus Metensis imperialis aulae cancellarius fractionem tibiae patiatur, propter quod voti executio impeditur, ei mandat ut si rem invenerit ita esse, dilationem ad sui voti prosecutionem usque ad aliud passagium auctoritate apostolica concedat. Laterani V. Nonas Iulii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 745. fol. 149; Horoy H-i opp. omn. III. 864. n. 443.* — « Avdivimvs qvod venerabilis. »

3489. — *Laterani 4 Iulii.*
« Magistro Bartholomeo Capellano nostro Apostolice Sedis Legato. » Compatitur domicellae Benedictae captivitate; de Lamberto autem vicecomite cive Pisano, quando ipse apud Senas duodecim milia librarum Ianuensium minorum deposuerit pro cautione quod omnibus mandatis apostolicis precise parebit, deliberato consilio erit responsurus. Laterani IIII. Non. Iulii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 748. fol. 149-150; Mss. Vallicel. I. 53.* — « Licet litteras. »

3490. — *Laterani 5 Iulii.*
« Preposito et capitulo Sancte Katherine in Witgenstof Pataviensis diocesis. » Earum ecclesiam in festo ipsius visitantibus indulgentiam quadraginta dierum concedit. Laterani III. Non. Iulii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 749. fol. 150.* — « Liceat is de cvivs. »

3491. — *Laterani 5 Iulii.*
« Abbatisse ac monialibus monasterii Ihesu Christi Cisterciensis ordinis Papiensis diocesis. » Earum translationem a monasterio sancti Christofori Papiensis Cisterciensis ordinis, ubi propter incongruitatem loci commode vivere non poterant, ad praefatum monasterium Iesu Christi per Papiensem episcopum capituli sui accedente consensu factam, « abbate de Columba de mandato ven. fratris nostri (Hugolini) Ostiensis episcopi Apost. Sedi Legati personas in loco consistentes eodem ad aliud monasterium transferente, » confirmat. Laterani III. Non. Iulii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 747. fol. 149.* — « Solet annvere. »

3492. — *Laterani 7 Iulii.*
« Priori de Lingonia Mimatensis diocesis et precentori Vivariensi. » Cum Anitiensis electus occasione quarundam litterarum Portuensis episcopi Sedis Apostolicae Legati quatuor praebendas donationi Summi Pontificis reservatas contulisset, mandat ut observari faciant sententiam B(ertranni) tituli sanctorum Iohannis et Pauli Presbyteri Cardinalis Apostolicae Sedis Legati, qua sub poena excommunicationis statuit ut in dictis praebendis Anitiensis ecclesiae donationi apostolicae reservatis nemo se intrudere praesumeret: et excommunicatos propter hoc divina celebrantes poena canonica percellant, id quod auctoritate praedicti Portuensis episcopi factum fuit revocans. Laterani Non. Iulii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 750. fol. 150.* — « Dilecti filii. »

3493. — *Laterani 8 Iulii.*
« Episcopo Cotronensi (*al.* Crotonensi). » Vt magistrum Benedictum de Fractis scriptorem Papae inducant in possessionem praebendae in ecclesia sanctae Severinae, quam habuit R. sanctae Mariae in Cosmidin

diaconus Cardinalis et quam idem ipsi magistro contulit. Laterani VIII. Id. Iulii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 756. fol. 151.* — « CVM DILECTVS FILIVS. »

3494. — *Laterani 9 Iulii.*

« Archiepiscopo et capitulo Appamiensibus. » Vt pro recuperandis possessionibus eorum ecclesiae non tantum Graecos sed Surianos et Armenos et generaliter fideles omnes ad testificandum idoneos in testimonium inducere valeant. Laterani VII. Id. Iulii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 752. fol. 150.* — « VESTRE STATVM ECCLESIE. »

In eundem modum pro Patriarcha et capitulo Antiochenis.

3495. — *Laterani 9 Iulii.*

« P(elagio) Albanensi episcopo Apostolice Sedis Legato. » Cum civitas Antiochena in eo statu existat quod de ipsius sit gravi periculo metuendum, mandat ut caute procedat in facto comitis Tripolitani ut nihil sinistri de eadem civitate christianitati contingat, in cuius amissione, sicut dicitur, plus damni et ignominiae sustineret populus christianus quam si plures perderet Damiatas; super facto ergo ipsius Comitis est maxime subsistendum quia de nobili viro Rupino qui captus fuit minime dubitatur et nunc publice fertur eumdem carnis debitum exsolvisse. Laterani VII. Id. Iulii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 755. fol. 151; Mss. Vallicell. I. 51. p. 524.* — « IAM DVDVM ET NVNC. »

3496. — *Laterani 9 Iulii.*

(Laurentio) archidiacono S. Andreae et (Ricardo) de May et (?) de Dunfermelyne prioribus S. Andreae dioc. causam vertentem inter abbatem conventumque de Driburgh Praemonstr. ord. et abbatem conventumque de Kilwengre super ecclesia de Lander committit cognoscendam et terminandam. Laterani VII. Id. Iulii anno quinto. — *Liber S. Mariae de Dryburgh 61. in n. 84; Potthast 582. n. 6697.* — « QVERELAM DILECTORVM FILIORVM. »

3497. — *Laterani 10 Iulii.*

« Patriarche et capitulo Antiochenis. » Cum olim eorum ecclesia, quando in bono erat statu, octavum decimum haberet canonicorum numerum, et tempore bon. memoriae A. Patriarchae Antiocheni, qui annis quinquaginta et amplius ipsi praefuit, propter custodiam castri Cursarii quae plurimum sumptuosa fuit duodecim vel tredecim canonicis extitisset contenta: nunc cum fere omnes antiquas praebendas crucis detineant inimici, mandat ut iuxta preces suas de sexto decimo canonicorum numero eadem ecclesia sit contenta. Laterani VI. Id. Iulii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 751. fol. 150; Mss. Vallicel. I. 53.* — « QVIA CVM ECCLESIE. »

3498. — *Laterani 10 Iulii.*

« Berctensi et Sydoniensi episcopis. » Confirmat dispositionem Eugenii Papae ut Berctensis et Sydoniensis episcopi Antiocheno patriarchae obediant. Laterani VI. Id. Iulii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 753. fol. 151.* — « AD AVRES NOSTRAS. »

3499. — *Laterani 10 Iulii.*

« Antiocheno Patriarche. » Vt possessiones ecclesiae Appamiensis, quas occupatas detinent crucis inimici, si eas recuperari contigerit, nullatenus patiatur quominus de manibus ereptae infidelium ad ius et proprietatem ipsius ecclesiae revertantur. Dat. ut supra. (Laterani VI. Id. Iulii anno quinto). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 754. fol. 151.* — « VENERABILIS FRATER. »

3500. — *Laterani 13 Iulii.*

« P(elagio) Albanensi episcopo Apost. Sedis Legato. » Ratum habet quidquid fecerat super facto Damiatae ac ecclesiarum

ordinatione eiusdem civitatis. Laterani III. Id. Iulii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 755a. fol. 151; Mss. Vallic. I. 53. et I. 51. p. 525.* — « PLENAM DE DISCRETIONE TVA. »

3501. — *Laterani 13 Iulii.*

« Abbati et conventui monasterii Sancti Laurentii Cultus boni ordinis Vallis umbrose. » Eorum personas una cum bonis sub protectione excipit, specialiter autem sancti Iacobi de Senis, sancti Andreae de Ardinga, sanctae Trinitatis de Spineto, sancti Leonardi de Caligiano et sancti Petri de Petriolo obedientias cum omnibus pertinentiis earumdem ipsis confirmat. Laterani III. Id. Iulii anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 757. fol. 151.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3502. — *Laterani 16 Iulii.*

« (Conrado) (*Potthast,* Romano) Portuensi episcopo Apost. Sedis Legato. » Respondet se recepisse eius litteras et nuntios de nova militia quam P. Savarici miles lator praesentium eiusque socii ad expugnandos haereticos et defendendam ecclesiasticam libertatem in Narbonensi et Auxitana provinciis et regionibus convicinis instituere ab illo expostulaverant, iuxta beneplacitum Romanae Ecclesiae, et secundum observantiam ordinis fratrum militiae Templi in omnibus, habitu dumtaxat excepto: quare ipsum P. ad eum remittit, mandans ut statuat super his quae secundum Deum ad defensionem fidei viderit expedire. Laterani XVII. Kal. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 758. fol. 151; Federici Histor. de'Cavalieri Gaudenti II. cod. dipl. 5. n. 7; Potthast 582. n. 6698; Horoy H-i opp. omn. III. 865. n. 444.* — « PRESENTATE NOBIS. »

3503. — *Laterani 20 Iulii.*

« Archiepiscopo Pisano. » Non obstante quod olim Lucana civitate diversis colligationibus fluctuante, (Hugolinus) Ostiensis episcopus Apost. Sedis Legatus ad eandem civitatem accedens huiusmodi colligationes duxisset dissolvendas, indulget tamen praedicto archiepiscopo ut licentiam praebeat civibus Lucanis facere ligam contra P(arentium) civem Romanum ecclesiasticam libertatem subvertentem. Laterani XIII. Kal. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 759. fol. 152; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CVM OLIM TOTA. »

3504. — *Laterani 20 Iulii.*

« F(riderico) illustri Imperatori semper augusto et Regi Sicilie. » Quum is Papae significasset se quadraginta triremes confestim Terrae Sanctae subsidio misisse, Maltensemque comitem et Catanensem episcopum regni Siculi Cancellarium, classi praefecisse, respondet id sibi acceptissimum esse, at eum, si ipsius consilii fuerit non proficisci, debuisse prius instructas triremes mittere, cum magnas utilitates Christianis parare potuissent, nunc vero tantum ex eis commodum sperari non posse: arguit autem eum ne ita Siculis rebus se addicat ut amplius differat transfretare, et in subsidium Terrae Sanctae votum suum reddere Domino ipsum exhortatur. Laterani XIII. Kal. Aug. anno quinto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 760. fol. 152; vide apud Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 7; Potthast 582. n. 6699; Rodenberg Ep. Sel. 123. n. 177.* — « LITTERAS TVAS. »

Hoc anno consecravit dominus Honorius Papa III. hos episcopos: Aprutinum, Sagiensem, Vrbinatem, Soranum, Anagninum, Suanensem, Fesulanum, Liviensem, Sabinensem et Prenestinum. — *Reg. Vat. lib. 5. fol. 152. post epist. 760; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 38.*

3505. — *Laterani (20 Iulii?).*

Archiepiscopis, episcopis et tam ecclesiasticis quam saecularibus personis significat, se in quin-

quagesimo anno translationis martyris S. Thomae Cantuariensis cum quindecim dierum spatio onera poenitentium remittere. Laterani anno quinto. — *Wilkins Concil. I. 584; Potthast 582. n. 6701; Horoy H-i opp. omn. III. 868. n. 446. (20 Iulii).* — « QVANTO VENERABILIS MARTYR. »

3506. — *Laterani* ...
« Magistro Iacobo capellano et penitentiario nostro Apostolice Sedis Legato. » Vt famae suae consulens socios laudabilis vitae sibi assumat, nec in coronatione regis Scotorum se intromittat nisi de assensu regis Angliae. Dat. Laterani. (Sine signo chronologico). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 714. fol. 142; Mss. Vallic. I. 53. et I. 51. p. 517.* — « DEVOTIONIS TVE LITTERAS. »

3507. — *Laterani* ...
« Bartholomeo capellano nostro Apost. Sedis Legato. » Cum Calaritanus archiepiscopus Bandinum Pisanum canonicum Vberti et Lamberti fratrum civium Pisanorum fautorem et propter hoc excommunicatum in Sulciensem episcopum consecrasset, mandat ut compellat tam ordinatorem quam ordinatum suspensum (sic) sine dilatione ad Papae praesentiam venire. Dat. Laterani. (Sine signo chronologico). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 715. fol. 143; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 36.* — « SICVT AD AVDIENTIAM. »

3508. — *Laterani* ...
« Fratri Martino Cubiculario et familiari nostro. » Mandat ut super obliganda vicesima eam adhibeat sollicitudinem et prudentiam ne videatur de contingentibus obmisisse, ac de collecta et de colligenda vicesima in Franciam destinanda faciat sicut per suas litteras ipsi Papae scripserat. Dat. Laterani ut supra. (Sine signo chronologico). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 716. fol. 143.* — « BENIGNE RECEPIMVS. »

3509. — *Laterani* ...
« (Engelberto) Archiepiscopo Coloniensi. » Vt vicesimam solvat et colligat eamque quandocumque fieri poterit transmittat. Dat. Laterani. (Sine signo chronologico). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 717. fol. 143; Mss. Vallicell. I. 53.* — « BENIGNE RECEPIMVS. »

3510. — *Laterani* ...
« Magistro B. capellano nostro Apostolice Sedis Legato. » Vt compellat Turritanum Iudicem ad relinquenda quae fuerant data in subsidium Terrae Sanctae; ut circa censum Ecclesiae Romanae debitum de tempore solutionis et receptorum quantitate inquirat; archiepiscopum Calaritanum et B. dictum episcopum Sulciensem excommunicatos nuntiet, et Sarracenorum res in villa quae dicitur Kyrkidelatis in subventionem exercitus christiani convertat: eum certiorat quod Doliensis episcopus et prior sancti Saturni ad Papae praesentiam constituti in nullo fuerunt exauditi. Dat. Laterani. (Sine nota chronologica). — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 738. fol. 147-148; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 36.* — « BENIGNE A NOBIS. »